EVSTACHII RVDII BELLVNENSIS MEDICI, ET PHILOSOPHI;

De Humani corporis affectibus dignoſcendis, prædicendis curandis, & conſeruandis

Liber Tertius;

In quo de vitijs totum corpus obſidentibus agitur, & omnis ferè medendi ſcientia breuiſſimè, lucidiſſimè, ac locupletiſſimè continetur.

AD SERENISSIMVM, ET INVICTISSIMVM FERDINANDVM MEDICEN

Magnum Hetruriæ Ducem..

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, Apud Robertum Meietum. MDXCII.

SERENISSIMO
ATQVE
INVICTISSIMO
FERDINANDO MEDICI
MAGNO HETRVRIAE
DVCI.

SOLEO sæpe Ser. Prin. mecum tacitus recolens admirari summam opificis naturæ in his constituendis inferioribus rebus artificium, ac prouidētiam, quæ diuinitus quosdam nexus, & quas Græci vocant sympathias, excogitauit, quibus res inter se arctissimè conglutinarentur, & altera ad alteram vi quadam tacita raperetur: neque solum animantia sensu prædita, quod sibi nutrimento esset futurum attrahere, sed ipsas plantas sensus expertes suapte natura proprium suum cibum, & nutrimentum atripere, ipsa etiam saxa, quod suę sit naturæ consentaneum, vt magnes ferrum adducere. Quarum rerū causas indagare interdum nullas humana potuit imbecillitas: Sed nihil vnquam mihi lentè consideranti accidit admirabilius, quam videre nō species tantum rerum, sed quædam indiuidua diuinitus esse quibusdam muneribus insignita, &, vt de cęterarum specierum singularibus sileam, inter [illegible] nes quædam videntur ita familię excellere, vt Dij præ cęteris illi videantur: & vt omittam veteres, ex quorum libris & historia innumerabilia sumi possent exempla; quis non admiratur Galliæ Reges, ex quorum sanguine tu quoque oriundus, vnico tactu & signo crucis morbos alioquin curatu difficillimos sanare? sed nulla vnquam maiori munere donata quam Medicæa familia. Nam vt omittam nunc quæ communia cum multis sunt, opes, imperium, regna, populorum beneuolētiam, & similia, quarum quidem rerum licet ipsa virtus pepererit, maximam tamen partem fortuna sibi vēdicat; quis non videt, quis non ipsa meridiana luce clarius perspicit hanc vnam familiam diuina quadam & inexplicabili ratione ac sympathia esse solidæ virtutis ac litterarum omnium antiquissimum, & verissimum

a 2 magne-

magnetem,qui ex toto terrarum orbe viros semper in omni virtute egregios allexit, & naturæ diuina quadam quasi machina volentes attraxit tamquam peculiare suæ sapientiæ incomparabilis cibum, ac succum, quo munita diuinam semper & inauditam præstitit in suis opibus tuendis & amplificandis prouidentiam ac prudentiam. Dies ipsa me deficeret, si vellem commemorare, qui & quot homines litteratissimi omnibus temporibus ex quouis terrarum angulo ad Serenis. hanc familiam confluxerunt, & ab ea benignissimè excepti, alti, & honorificentissimè fuere tractati. Imo quē possumus paullo elegantiorem in hoc genere nominare, qui sub Medicæo patrocinio nō fuerit? sed, vt omittam cęteros, duo præclarissima litterarum lumina ambo nostrates & Foroiulienses Pierius inquam Valerianus & Robortellus præstantissimos suos labores, alter egregium illud Hieroglyphicorum opus, alter in poeticam commentaria COSMO Parenti tuo sacrauere; quorum alterum patriæ commune vinculum & studiorum ratio, cum eum Patauij audirem, mihi arctissimè coniunxerat: alterum nempe Pierium eadē Ciuitas Bellunensis, & tum Patris Ioannis Baptistæ iuris vtriusque consultissimi, tum Patrui mei Iacobi Protonotarij Theologi celeberrimi plusquam fraternus cum illo amor, & omnium (vt aiunt) horarum necessitudo conglutinauerat. Quorum me adduxit exemplum, vt ego quoque Ser. Amplitudini tuæ meos hos labores inscriberē, & Medicæo quasi Medicorum numini, non Apollini falso Medicorum Deo cognominem facultatem ac scientiam commendarem, æquū esse & consentaneum [illegible]mans, vt summus, & Maximus Medicæi nominis Princeps ac Dux librum præstantissimæ omnium facultatis Medicinę dogmata reconditiora omnia & penetralia continentem suo sub nomine diuulgatū exciperet. Cum maximè ea sit tua virtus & intimorum naturę arcanorum intelligentia, vt facillime possit de tanta hac facultate iudicare. quam ego penè iam intermortuam partim aliquorum ignorantia partim arrogantia (dum se nimium scire arbitrantes principes medicinæ viros insimulant, & nihil aliud agunt quam vt tenebras offundant, & obscurent, & famę illorum, qui primas tenent, derogent) penè ex inferis & profundo, vbi cum veritate ipsa delitescebat, quasi alteram Euridicem (absit verbo inuidia) reuocaui. Quod quidē cum alij de me dixerint, videor meo quasi iure posse vendicare, idq; ab omnibus mihi concessum iri puto, qui mea legerint & cū

aliorum

aliorum scriptis voluerint cõparare. Omnẽ enim Galenicam & Hippocraticam medicinam summa breuitate, & pari claritate, nec non (quòd ex his esse sunt qui putent, quæ vix fieri possint, ego tamẽ esse me assecutũ existimo) summa copia comprehendi, vt nihil omissum omninò sit, & sublatis omnibus superuacaneis, & inanibus quæstionibus nec non explicatis innumeris, quæ in arte inerant, ambiguis, clarissima & maximè dilucida sit facta doctrina, & magna dogmatum ac consentienti copia illustrata & explicata. Vnde hoc maximum in genus humanũ redundabit emolumentum, quod innumerabiles homines huius libri & nostrorum laborum præsidio seruari poterunt, et a grauissimis morbis ad pristinam restitui sanitatem, cũ nemo nesciat ob summas obortas in medicina difficultates, & tenebras, dũ inter se digladiãtur Medici cõtentionis studio potius, quàm veritatis, dum multa Galeni dicta & Hippocratis & aliorum non recte intelliguntur, multorũ morborum esse naturas incognitas, multaq; in arte peccata committi, & multos ab ipsa medicina, vnde auxilium ac pręsidium petebant, damnum & interitum fuisse sortitos. Accessit ad istas causas alia quoque grauissima, quę cunctantem me adhuc maximè impulit, vetus mea in illustriss. Colloretã familiã tuæ Serenitati addictissimam, potissimumque, in Illustriss. fratres Martium ac Curtium, obseruantia. quasi enim quadam Homerica catena vsque ad tuam amplitudinem meam peruenire pietatem ac sanctitatem sum arbitratus, & quemadmodum in philosophia summum genus nõ solum genera subalterna, vt aiunt, sed species quoq; & vltima indiuidua virtute cõplectitur, ita eorum quoque, qui tuis addictissimi sunt, ad te pertinere animi inductionem ac fidem. Mitto igitur ad te hoc meum obseruantiæ pignus ac testimonium, te etiam atque etiam rogans, vt librum ipsum & auctorem, quos ambos diuina quadam tuæ amplitudinis, ac tacita vi traxisti, vt tibi, qua posset vterque, ratione inseruiret, tuo simul patrocinio dignere.

Serenit. & Amplit. tuæ

Seruus addictiss.

Eustachius Rudius.

PERILLVSTRIS VIRI FEDERICI FRANGIPANIS CARMEN.

DICTVS vt est quondam medicæ Deus artis Apollo,
Tum virtute sua generat quia corpora nostra,
Tum quia vitali fouet illa, augetq; calore,
Seruat & à morbis lethalibus, èq; sepulchro
Eruit inuitis rediuiua cadauera Parcis:
Sic noster RVDVS Doctißimus, alter Apollo
Iure potest dici, ac medicæ Deus artis haberi,
Namq; omnes morbos, qui infestant corpora, pandit,
Occultasq; aperit morborum indagine causas,
Et magis apta illis quæ sint Medicamina, monstrat,
Corpora vt ipsa etiam immortalia reddat in isto
Mortalis vitæ cursu, præfixaq; Cœlo
Tempora producat nullis obnoxia fatis.
Quare omnes, medicam qui exercent verius Artem,
Aeternamq; sibi cupiunt acquirere laudem,
RVDI Opus hoc præstans habeant noctesq;, diesq;
Præ manibus, Methodoq; breui, ac vera edita ab illo
Scripta legant, semper præceptaq; tradita seruent
Perpetuum cunctis Medicis seruanda per Aeuum:
Nec iam scriptorum vetera, atque recentia cuiquam
Voluenda ingenti fuerint Monumenta labore:
RVDVS in hoc Opere admirando prædocet vnus
Quicquid Auicena, Hippocrates, monet atque Galenus,
Soluit & Ambages, abstrusaq; sensa recludit:
RVDVS Naturam imperfectam perficit Arte
Vimq; infert ipsi Morti, neque nostra perire
Corpora permittit, donec soluantur in ipsa
Principia, vnde ortum duxere in luminis oras?

INDEX

INDEX CAPITVM ET TRACTATIONVM,

quæ in hoc libro continentur.

INDEX.

Finis Indicis Capitum.

EVSTACHII RVDII BELLVNENSIS MEDICI ET PHILOSOPHI:

DE HVMANI CORPORIS AFFECTIBVS dignoſcendis, prædicendis, curandis, & conſeruandis.

LIBER TERTIVS.

In quo de totius corporis affectibus diſſeritur, & vniuerſa ferè medendi ſcientia breuiſſimè, lucidiſſimè, ac locupletiſſimè continetur.

Quid affectus præter naturam ſit, quot ipſius differentiæ, quibus nam vniuerſum corpus obnoxium ſit, & de quibus & quo nam ordine in hoc Libro agendum ſit. Cap. I.

QVONIAM in hoc libro intentio noſtra eſt, de omnibus ijs affectibus, qui vniuerſum corpus, aut plurimas ipſius partes eodem tempore comprehendere poſſunt, diſſerere, methodumque proponere, qua, cum eos exacte cognoſcere, tum præter naturales depellere, naturalesque tueri valeamus, id autem præſtare ſit impoſsibile, niſi prius nobis exploratum ſit, in quæ mala, & quos vitioſos affectus vniuerſum corpus dilabi poteſt: propterea neceſſe eſt, præſcire quibus nam malis tota corporis moles, vel maior ipſius pars eodem inſtanti obnoxia ſit. Qui.n.horum vitioſorum affectuum numerum vniuerſum methodo prius non inuenerit, hunc maxime in ipſis dignoſcendi, medendique methodi foribus labi eſt neceſſarium: cum conſtet totidem eſſe noſcendi, curandi,& præcauendi rationes, quot ſunt affectuum præſentium,& imminẽtium ideæ. Cum aut principium diuiſionis eorum ſit, vt eſſentiæ ratio rei diuidendæ conſtituatur. Ideo videndum in primis eſt, quid nam affectus præter naturam & quid ſimpliciter affectus ſit. Hoc.n.cognito facile erit vniuerſa ipſius prima genera, reliquasq; eorum ſpecies omnes, quæ ad medendi ſcientiam maxime pertinent, venari. Sed, vt omni ambiguitate diſcuſſa, res ipſa clarius eluceat, nec vllus locus ſophiſtarum cauillis relinquatur, quid per affectum præter naturam intelligamus, prius declaremus. Et res ipſas, quæ inter ſe natura ſunt ſimiles, atque propinquæ, diſtinguamus, ne qua in ſermone vel obſcuritas ex homonymia naſcatur, indeque ſophiſmata oriantur, vel res vlla omittatur. In corporibus itaque datur actio, reperitur paſsio, nec non affectus ipſe, affectiove. Hæc aũt nomina accurate diſtinguit Galenus hiſce verbis. Quippe (ait) agentis motus actio eſt; eius vero, quod ab eo eſt quodãmodo affectum, paſsio. in ſummaq; ipſum affici idem quodammodo quod pati eſt, differtque paſsio ab affectu affectioneve motu. Quippe ceſſante eo quod alterabat, alteratio, quæ in paſsio iam remanet, affectus eius eſt, ita.ſ.vt in ipſo verti & mutari & alterari, & moueri paſsio generationem habeat. In eo vero quod manet,& in ſubiecto corpore reſeruatur, affectus conſtat. Exacte.n.loquenti affectus paſsio eſt iam facta, non autem quæ adhuc fit. affectus autem nomen ab affici fuit deductum, & tum eorum, qui ſani, tum ægri ſunt, tum neutro modo ſe habentium omnium eſt commune. Etenim & caſus, &

Gal. 2. meth. cap. 6.

Actio quid. Quid paſsio dicatur.

Gal. lib. de diff. ſympt. c. 1.

Affectus qd nam dicatur

harmoniæ, & orationis, & dictionis affectio quædam esse videtur. ab affectu autem differt quod Græce pathos & pathema dicitur, Latine passionem appelles. Quidquid enim patitur quis pathos siue passio est appellandum, eoque arbitror sensuum quoq; alterationes pathemata siue passiones Plato appellauit. In visu eas, quæ à coloribus fiunt, in tactu, quæ à calido frigido & cæteris id genus. Ad eundem modum & in singulis reliquorum sensuum. imo & voluptatem passionem nominat, & omnem in summa motum, quicunque ab altero fiat in alterum. nam passio omnino in motu consistit, & alteratio motusve est circa materiam adhuc fiens, affectus vero post manens.

Passio quid differat ab affectu.

His declaratis affectum, quem Græci diatesin vocant, non omnem, sed eum solum, qui præter naturam est, definire volumus, & insuper per affectum non quidem magis proprie dictū, de quo nunc meminimus, & eum, qui post alterationem in passo iam remanet, intelligimus; sed admodum ampla, & multiplici verbi potestate quācunque præter naturam constitutionem, siue quodcunque vitium, seu malum, aut aliter appellare quis velit, humano corpori incidens, quocunq; modo ipsum male afficiatur, etiam si verbi gratia vel fluxu aliquo, vel actione læsa, aliove malo, quod in quodam fieri propriam essentiam obtineat, correptum sit, audiri volumus, quemadmodū Galenus quoque tum cantus tum harmoniæ affectionem quādam esse testatus est. & alibi sub affectus nomine quamcunque præter naturalem corporis dispositionem vt mox apparebit, comprehendere visus fuit. Quem in modum si affectum ipsum cum Gal. & omnibus fere posterioribus Medicis accipiamus etiam symptoma cōmuniter, & vniuersaliter dictum à Galeno nuncupatur. Quo fit vt si dicamus affectum præter naturam vti diximus prolatum, symptoma quoddam generale esse à quo corpus à naturali statu immutatur, neque à Galeni doctrina, neque à veritatis tramite recedere videbimur. De eo si quidem ita Galenus habet. Symptomatis enim id proprium est, vt sit præter naturam. Quo fit, vt in formis omnibus, quæ à naturali statu sunt immutatæ, consistat. Si quidem in figuris naturalibus, & coloribus, & magnitudinibus, & actionibus & passionibus (ecce quomodo etiam actiones & passiones, quæ sunt in fieri, sub eo comprehendat) vbi corrumpūtur, existit. estq; hæc eius maxime propria finitio, mutatio à naturali statu. & tandem concludit, quod symptoma est omne quod animali præter naturam, incidit. Qua ratione morbus quoq; sub generali symptomatis appellatione veniet. Est enim is quoque ad quendam modum symptoma. Quinetiam præcedentes morbum in corpore animalis causæ, sub generali symptomatis notione cadunt.

Qui nam affectus definiendus sit.

Gal. loco citato.

Gal. loco citato in princ. & 2. meth. cap. 3.

Gal. lib. de differ. sympt. c. 1. versus finem.

Affectus præter naturam communiter acceptus qd nam sit.

Huius autem affectus præter naturam, seu symptomatis generaliter accepti diuisionem, & prima genera Galenus his verbis tradidit. Omnis igitur (inquit) corporis affectus, qui à naturali statu recessit, vel morbus est, vel morbi causa, vel morbi symptoma. & alibi ait. Tres esse in corpore affectus præter naturam ostensum iam est, causas, morbos, symptomata, & nunc per symptomata ea vult intelligi, quæ, non sub generali symptomatis notione cadunt, & vniuersaliter dicuntur, sed symptomata magis proprie dicta, quæ à causis & morbis distincta sunt. Sequitur autem exemplificans Galenus. Causas voco, veluti redundantiā, vel corruptelam. Morbos, vt phlegmonem, vlcus. Symptomata vt malum colorem & gracilitatem. Diuersa ab his sunt, quæ immodice à corpore excernuntur, aut quæ præter naturam retinentur, & functionum vitia: omnia s. communi nomine symptomata dicta, cæterum non vni generi subiecta. Quippe affectus quidam corporis est vitiosus color. Quod excernitur aut retinetur, affectus non est (idest magis proprie dictus) sed affectum insequitur. Similiter actio vel læsa vel integra, affectus sane non est; particulæ autem vnde editur, affectum necessario comitatur. Ac œdema quidem, & phlegmone ex ijs sunt, quæ absolutè esse dicuntur; eodem modo & redundantia, si ea sit, sanguinis, & corporis pallor. Actio vero ex eorum numero non est, quæ esse absolute dicuntur, aut certe non similiter, sicut iam comprehensa. siquidem nullo temporis spatio manent eius partes, sicuti profecto nec sermonis, nec etiam motus vllius, sed horum quilibet in ipso fieri esse suum obtinet. Hæc Galenus, cuius tamen doctrinæ nihil prorsus officit, vt post appparebit, si læsas actiones, & omnia mala, quæ in motu sunt, sub præter naturam affectu vniuersaliter accepto, nec non etiam sub symptomatis nomine, quod à morbo & à morbi causa contradistinguitur, vt facit Galenus, comprehendamus.

Gal. loco citato in princ.

Gal. 2. meth. cap. 3.

Affectus præter naturam prima genera & diuisio.

Trimembrem igitur diuisionem iam dictam declaremus ab ipsa causa primo loco à Galeno proposita, Sermonem inchoantes. Circa quam, ne quis nostrum accuset discursum, illud prius annotare debemus non omnem morbi causam inter affectus corporis

De morborum causis.

potis connumerandam esse, siquidem, vt clare nos admonet Galenus, eæ solum quæ interna sunt, & in animalis corpore continentur, affectus seu symptomata cõitet dicta vocari possunt. insuper inter eas quæ internæ sunt, nonnullæ reperiuntur, quæ licet affectus quidam sint, non tamen præter naturam existunt. Sed, vt quæ diximus rectius intelligantur, & vt exacta de morborum causis tractatio habeatur, & subinde cognoscamus, quæ nam illæ sint, quæ totum corpus occupare possunt, breuem de morborum causis, dilucidamque disceptationem apponemus. Quãuis autem quatuor apud Philosophos notissima causarum genera sint, non est tamẽ, vt vllam morborum finalem causam excogitemus: Cum dixerit Philosophus in definitione eclypsis omnes causas assignandas esse finali excepta. cum enim priuatio quædam sit, priuationes carent fine, quoniam priuatio dicit aliquod malum, sed malum finem nõ habet; simili modo circa materiam ipsam non laborabimus. Cum. n. morbus symptoma quoddam, seu accidens sit, accidentium autem materia subiectum sit, in quo subsistunt, morbi subiecta materia, vt compertissimum est, humanum corpus est, in quo residet. longe minus de morborum forma aliquid hoc in loco scribere debemus, cum hæc vniuersaliter sit morbi idea seu species in materiam impressa: particulares autem, atque specificas omnes morborum naturas atque ideas in singulis eorum tractatibus proposuetimus. Quare remanet, vt solam efficientem causam tanquàm omnium præstantissimã, atque principaliter humanum corpus immutantem, & in præter naturalem statum deturbantem diligẽter expendamus. Morborum itaque efficientes causæ vel internæ sunt, vel externæ. Internæ quæ etiã sub affectuum voce complecti possunt, rursus duplices sunt. videlicet vel natiuæ, & ab ortu nobis congenitæ; vel adsititiæ seu post ortum contractæ. Natiuæ item sunt duorum generum, prout vel naturales sunt, vel præter naturam. Naturales sunt quatuor elementorum ex quibus constamus contrarietas, & innatus ille calor, quem natura à generationis primordijs nostris corporibus indidit, quæ quidem quomodo ætatis decursu senium ipsum & tandem mortem afferant, in capite de corporis tabe & atrophia sedulo declarabimus. Præter naturam vero sunt vitia illa, quæ vel ex semine, vel sanguine menstruo proficiscuntur: sicuti enim ex temperato semine similares partes temperatæ fiunt, ita ex calidiori calidiores, aut ex aliter intemperato, intemperatæ euadunt, & vitiosos humores gignentes morbos tandem pariunt. hinc fit, vt quocunque morbo pater, cum generat, teneatur, talem quoque in prolem transferre consueuerit. Pariter maternus sanguis primũ fœtus alimentum, altera est temperamenti, constitutionisque causa, & is sua vitia, sed leuius quàm semen, in corpus inserit. Hinc maxima temperamenti vis atque natura ex prægnantis constitutione ducitur; & cui cibo prægnans mater plurimum assueuerit, is fœtui iucundus futurus est. Adsititiæ autem causæ & ipse duplices sunt, antecedentes s. quæ remotæ sunt, & continentes seu contentiuæ, quæ etiam morbo proximę, & immediatæ sunt, & ab antecedentibus, quæ in corpore continentibus priores sunt, originem ducunt. Externæ autem causæ, quæ primitiuæ quoque, & procatarcticæ, & euidentes passim vocantur, & affectus corporis nomen subire nullo pacto possunt, licet sæpius proxime & immediatæ morborum causæ sint, non tamen continentes sunt, quia corpori extrinsecus occursantur, & vel ipsius solidis partibus aut omnibus, aut pluribus, aut paucioribus, aut vni soli, aut ipsis contentis, spiritibus s. vel humoribus vim inferunt, in corpore tamen non consistunt, nec suam seruantes naturam in eo permanent. Has autem subdiuidemus, vbi prius admonuerimus quod hæ omnium primæ, & maxime necessariæ sunt, & ex his ceterę ortæ defluunt. Ea. n. est causarum adhæsio, & copulatio, vt continens ex antecedente, antecedens ex euidenti & externa defluat. vnde cum omnes ad morbum creandum locum habent, ordine prima est euidens reliquarum effectrix, postrema est cõtinens, quotquot inter has mediæ intercedunt, antecedentes appellantur. Non omnis tamen morbus ex tribus his causarum generibus necessario gignitur: Sed interdum ex duabus, nonnunquam ex vnica. Exempli causa si ex adstringẽtium balnearum vsu putrida febris oriatur, euidens causa erit balneatio, cutis angust a, & constipatio seu adstrictio, nec non hanc insequens prohibita transpiratio, causæ erunt antecedentes; hinc autem exorta humorum putredo continens erit proximaque febris causa. quod si quis vel gladio vulneretur, vel ab æstuante aere in ephemeram incidat febrem, ex vnico profecto causarum genere in morbum incidet. Quamuis autem omnis efficiens causa triplex esse dicatur, videlicet principalis, adiuuans, & sine qua non; nos tamen de duabus posterioribus nihil

A 2 dicemus,

Marginal notes:

Gal. lib. de differ. sympt. c. 1. in fine. & c. 2.

Arist. 8. meta phisic. tex. 13.

Efficiẽs morborum causa quotuplex sit.

Internæ causæ.

Natiuæ.

Gal. 2. de san. tuen. cap. 2.

Adsititiæ.

Externę.

Omniũ iam dictarũ causarum exemplum.

dicemus, quia sicuti adiuuans ad principalis efficientis vim, ita causa sine qua non, ad passi dispositionē ferè redigitur. diximus autem ferè, quoniam in causis sine quibus non, aut sine quibus nil efficeretur, tum locus, tum tempus, tum instrumentum connumerari solent. Sed ad externas euidentesque causas reuertamur, quarum vi tum præsens sanitas conseruatur, atque deperditur, tum amissa recuperatur. Harum quædam necessario nobis occurrunt, sine quibus nobis viuere non licet, vti sunt aer ambiens, cibus, & potus, motus & quies, somnus & vigilia, quæ excernuntur & detinentur, & animi accidentia seu passiones aut perturbationes: quædam autem non necessario occurrentes existunt, quoniam has declinare possumus. quæ quidem ad sumenda, excernenda, facienda, & foris occursantia redigi possunt. in eorum quæ sumuntur classe, tum praua medicamenta, tum venena, tum id genus alia, quæ spiritus, humores, & solidas partes afficere possunt, enumerantur. inter ea vero quæ corpore excluduntur, est nimia sanguinis vel ex naribus vel vulnere eruptio, quæ calorem & spiritum, & vires exhaurit, nec non venus ipsa præsertim immodica. hæc enim solum ei, cui forte multo iam tempore præter consuetudinem intermissa est, salubris esse potest dummodo moderata sit, vt ait Hippocrates: Immodica siquidem spiritus calorem, & radicale humidum exhaurit, concoctionem euertit, mentem & sensus infirmat, corpus & vires eneruat, & inertiam gignit. ex eorum autem, quæ fiunt, numero sunt motus immodici & vehementes exercitationes, clamores, vociferationes, vectiones, equitationes, & quæcunque alia corpus, humores, aut spiritus vehementius exagitant. Foris autem incidunt balneæ quæ immodice corpus & humores & spiritus alterant, aut adstringunt, inunctiones, aut alia medicamina, odoramenta, prauique vapores, attritus, vulnera, contusiones, ferarum, & venenatarum bestiarum ictus & morsus, & quæcunque fortuitu in nos irruunt. quæ quidem prudentia ipsa potius quam arte aliqua euitari possunt. Sed in illis, quæ necessario nobis occurrunt, & non naturales, ad differentiam earum rerum, quæ nostri corporis naturam constituunt aut insequuntur, passim vocitantur, ars Medica iugiter versatur. Interdū n. hæ causæ insalubres sunt, nonnunquam salubres. Insalubres quidem quæ corpus de bono statu deijciunt: salubres vero quæ vel sanitatem tuentur, vel deperditam restituunt. Aer n. temperatus aliæq; causæ si æquabiles, & moderatæ obringant, hominem temperatum & bene habitum qualē acceperunt, tuentur, atq; conseruant: quæ autē sunt morbo contrariæ & æquæ, ac morbus ipse à mediocritate in diuersum deflexerūt, sanitatem restituunt, quia morbum depellunt. Quæ denique immoderatæ sunt, morbos inferunt. Quem autem morbum pepererit feruens aer, eundem depellit frigidus, si pari gradu à medio recesserit. & qui huic salubris est causa & sanitatem restituit, alteri morbum inferre potest, causaque fit insalubris. Ab his itaque causis morbi omnes in quos ipsæ referuntur, originem ducunt, quorum numerum, vt recte & facile inueniamus, ita tamen, vt neque priuatis proprietatibus attēti infinitos statuamus, nec in primis statim generibus subsistamus, pro ipsorum diuisionis principio Morbi essentiam per definitionem ipsam proponere debemus. Est itaque morbus affectus quidam præter naturam corpori insidens actionem aliquam impediens seu lædens primum. Sicuti enim sanitas, teste Galeno, affectio est secundum naturā, functionis effectrix, ita sane & morbus est affectus seu status corporis extra naturam vitiatæ actionis causa. Verum quoniam fieri potest, vt causarum, quæ se deinceps excipiant, series quædam existat; non aliter quā si calculis aliquot deinceps positis, primum eorum moueat quis, ac primus secūdum, & ille tertium, atque ita deinceps, vnusquisque eum qui sibi succedat: ideo in talibus nisi quis id quod per se facit, ab eo quod ex accidenti facere dicitur, distinguat, plurimi in hac disputatione contingent errores. Significat autem per se, idem quod primum: ex accidenti vero, idem quod secundo loco. quare quisque calculus eum qui sibi deinceps habetur, primum seu per se mouet, secundo & ex accidēti eum, qui post hunc habetur, & tertio adhuc eum, qui post illum. His ergo ita se habentibus, quoniam morbus affectus quidam est præter naturam, qui actioni incommodet, morbum autem ipsum præcedere potest affectus alter, qui etiam præter naturam sit, non tamen secundum suam ipsius finitionem, actionem labefactet, sed morbi interuentu; talem affectum, non morbum, sed causam qui morbum præcedat appellabimus. Non. n. per se aut primum, sed ex accidenti & secundo impediri offendique per eum actionem dicemus. A morbo vero ipso primū & secundū ipsius substantiæ rationem. Quotquot igitur affectus hunc præcedunt, ij morbi nō sunt, & ita non statim quicquid est in corpore

Externarum causarum diuisio.

De morbi natura.

Gal. 2. meth. med. cap. 6.

Morbus qd.

Sanitas qd.

Gal. lib. de sym pto. diff. cap. 1.

pore præter naturã morbum vocabimus: sed id quod primũ actionem vitiat, morbũ. Quod hũc præcedit, morbi causam, nõ aũt morbũ. Quod si quis alius affectus in corpore morbũ veluti vmbra sequatur, is symptoma duntaxat dicetur. Quinetiã actionis ipsius læsio, symptoma aialis est. At vero morbũ illũ affectũ esse, qui actionẽ offendat, Gal. tãquã principiũ quoddã per se notum. cui etiã vulgares oẽs cõsentiunt, assumit. Sumẽdũ n. (inquit) & hinc omnium cõsensu approbatum principiũ, quod omnes homines tunc se sanos existimant, cum partium corporis ministerio, ad eas quæ in vita necessariæ sunt actiones, sine aliquo vitio perfungi potuerint. Quod si cuiuspiam partis operatio offensa sit, illam ægrotare arbitramur. ex quo fit vt morbus sit vel operationis, vel structuræ instrumentorum quibus operamur, oblæsio. Sed quia, & dormientes, & in tenebris & ocio degentes, neque vlla corporis parte mouemur, nec alicuius rei extrinsecæ sensum habemus, nihilominus sani sumus: hinc patet, quod sanitas non operatione, sed potentia potius est definienda. Vt autem operari possimus, structura efficit naturalis. In hac igitur consistit sanitas. Vnde & hæc ipsa ad operationem vim obtinet causæ. Siue igitur naturalem omnium partium corporis constitutionem, sanitatem appellare libuerit, siue operationum causam, in idem vterque incidet sermo. At si hoc est sanitas, eius contrarium erit morbus, vel constitutio præter naturam, aut læsæ operationis causa. Quibus hunc in modum definitis atque concessis, aliud quoque in definitione positum de necessitate consequetur, nempe morbum corpore idest solidis seu continentibus eius partibus insidere. Cum enim corpus ex tribus sit conflatum contentis, continentibus & impetentibus, sicuti morbi causa affectus est præter naturam in contentis humoribus. s. aut excrementis residens: ita morbus ipse solidis partibus, & continentibus hæret insidetque. Cum. n. corporis pars, siue similaris & simplex sit, siue organica & ex similaribus conflata, sola primum & per se functionum sit effectrix. non autem contenta, aut impetentia, ergo sequitur, quod partis duntaxat integritas & firma cõstitutio functiones perficit, & sanitas est; infirma vero atque vitiosa primum & per se functiones euertit, hæcque sola morbus vt dictum est, censetur. Spirituum vero, humorum, & excrementorum affectus etiam si præter naturam sint, morbos non dicimus, quoniam in partis substantia non inhærescunt, & proinde, quia in nulla parte consistunt, nec per se, nec proxime, sed morbi interuentu functiones lædunt. concludendum itaque quod sicuti bona partium constitutio bonarum, mala vero malarum functionum causa est, illaque sanitas, hæc morbus existit; ita contentorum firma constitutio sanitatis, infirma morbi causa fiet.

Gal. lib. de dif fer. morb. c. 2.

et morbi ... morbi ca.

De morborũ differentijs.

Morbi natura declarata, morborum differentias aperire non erit difficile. cum autem vel simplices vel compositi sint, æquum est, vt prius simplicium morborum differentias ceu natura & origine primas, & ex quibus compositi oriuntur, declaremus. itaq; si verum est, vti verissimum, morbum affectum esse præter naturam actionem primum lædens, si inuenire potuerimus quot modis corpora naturæ normam excuntia in naturæ operibus impediantur, hac vna via omnium simplicium morborum numerum inueniemus. Sumatur itaq; & hic constans omnium confessione principium, id quod naturale est esse moderatum, quod autem præter naturam immoderatum. erit igitur sanitas moderatio quædam, morbus vero immoderatio. ergo quorum sanitas moderatio est, eorundem immoderatio morbus erit. Hoc autem rationabilius consideremus. Cum animalium corpora magis ac minus suscipiant, & quædam meliora, quædam deteriora reperiantur (neque enim omnia corpora, vt post dicemus, vel sana, vel ægra, æqualiter affecta sunt) ergo non sunt vnum, veluti atomus epicuri, sed ex pluribus constant, & multi in ipsis compositurae modi, alij meliores, alij peiores contingũt. Quod si ex pluribus, sed impassibilibus constarent, solum in qualitate compositionis magis & minus susciperent, veluti domus ex impassibilibus constructa lapidibus, non tamen habentibus compositionem ex omni parte perfectam. Quod si & lapides ipsos aliquo pacto pati contingeret, varios & multiformes modos domus eadem in suscipiendo magis & minus admitteret. Nunc vero quia corporum nostrorum elementa sui natura pati & alterascere possunt, non in compositione & partium formatione tantum, sed in totis seipsis magis minusve corpora ipsa recipient; & ex eo ipso penitus tot morborum genera contrahent prima atque simplicia, quot fuerint componentia.

Gal. lib. de dif fer. morb. c. 2.

Iam vero triplex in animalium corporibus compositio atque formatio reperitur. Prima quidem earum partium, quæ similares dicuntur, veluti arteriarum, venarum, neruorum, ossium, cartilaginum, ligamentorum, membranarum, & carnium. Secunda

Cap. 3.

instrumentalium, cerebri, cordis, pulmonis, hepatis, ventris, splenis, oculorum, & renum. Tertia vero totius corporis. Vnaquæque autem instrumentalium partium ex alijs quibusdam simplicibus, vt ad sensum, constituta est. Simplicium vero quælibet ex primis constat elementis. Similarium itaque partium primum, deinde instrumentalium morbos tradamus. Similaris vnaquæque pars ex quatuor constat elementis, quæ mutuis inter se actionibus & passionibus per se tota commiscentur, ac temperantur. ergo totidem primas esse ægritudines necessario fatebimur. cum itaque quatuor prima elementa sint calidum, frigidum, humidum, & siccum. Ergo his modetate confusis sanum erit animal: immoderate vero ægrotabit, & subinde ægritudines erunt quatuor. Prima, caliditas, quæ naturalem excesserit symmetriam, secunda frigiditas, tertia humiditas, & quarta siccitas, quarum cuiuslibet rursus duæ sunt differẽtiæ, cum s. partes similares nonnunquam solis qualitatibus, alterantur, nõnunquam vero ad easdem partes aliqua confluente substantia, in qua eædem sunt qualitates. Instrumentalium autem partium ægritudines inueniemus, si dixerimus, quod, cum oporteat, membrum quodlibet, ad sensum compositum, (quod & dissimilare appellant) si recte opus suum perficere debeat, non ex qualibuscunque simplicibus particulis, neq; ex numero, aut magnitudine qualibet non satis opportuna, neque ex quouis modo compositionis, constare, sed vt instrumentum ad proprias edendas functiones instructum, & probe accommodatum sit, conformationem, magnitudinem, partium numerum, earumque situm naturæ legibus cõuenientem obtinere debet; ob id in quatuor his generibus quæuis instrumentorum ægritudo consistet. cum n. horum naturalis constitutio, & moderata compositio ac formatio instrumenti sanitas sit. (propria. n. instrumenti cuiusque ratio est figura conformatioque ad suum munus obeundum aptissima.) ergo vniuscuiusque horum immoderatio, & vitium instrumentarius morbus erit. Subindeque huius quatuor primæ erunt differentiæ, vna conformationis, altera numeri, tertia magnitudinis, quarta collocationis siue situs vitium. illud autem animaduertit Galenus quod cum in organis aliqua omnino sit pars operationis causa, relique vero huic aliquem vsum præstent, totius organi operatio maxime læditur, & præcipue, cum pars operationis causa ægrotauerit, sed & illarum immodici affectus operationem impediunt. Quæcunque igitur non per se ipsas impediunt, sed ea ratione, quod primo actionis organo officiunt, causæ morborum sunt, non morbi. Sed si in aliquo non lædentes primum operationis organũ, ipsam operationem impediant, tunc hi affectus ægritudines sunt appellandæ. Proprias autem vnumquodque genus suscipit differentias. nam id, quod primo diximus loco, cum forma membro conueniens fuerit vitiata, minutius adhuc secatur, quoniam s. vel figuram incommodam, vel concauitatem, vel meatum acceperit, aut vnum aliquod horum amiserit, quod adesse oportuerat. ex hoc genere etiam sunt læuitas, & asperitas non commode permutatæ. Conformatio n. ad opus idonea cum in multis posita sit, & ex multis constet, figura s. meatu, cauitate, leuitate, aut asperitate, vnaquæq; horum permutatio, & de statu naturali decessio, instrumenti morbus dicenda. vitiatur autem figura naturalis, dum crura introrsum aut extrorsum spectant, & dum caput nimis oblongum est. cauitatum autem & meatuum magnitudo & multitudo peruertitur, dum nimis dilatantur, vel nimis angustantur, aut ex toto clauduntur & deperduntur. angustia autem oritur vel propter coalitum, vel obstructionum, vel nimiam exiccationem ratione cuius meatus subsident, vel compressionem, vel quia corporum, quæ tales meatus fortita sunt, substãtia inflammata, vel tumore, aut aduentitia magnitudine correpta ad interiores cauernas tumorem refundens, causa est vt obstruantur meatus. superficies autem vitium contrahit, vti dum ventriculus, aut vterus læuis euaserit, cum tamen vt firmius cõtineant sui natura asperitatem sortiti sint. aut trachea arteria nimium exasperata raucedinem infert. Secundi autem generis, quod ad numerum spectat, in primis ac simplicibus partibus duplex est morborũ differẽtia. aut quia deficiat aliquid, quod habere erat opportunum, aut superabundet, quod minime sit necessarium. in vtraque autem differentia aliæ rursus sunt: nam ex ijs quæ superfluunt, nõnulla sunt ex genere secundum naturam, vt si cui sextus adnascatur digitus, aut in oculo vnguis, aut in naribus germen carnis. Nonnulla vero sunt, quæ toto genere sunt prẽter naturam, veluti lumbrici, vesicę lapis, suffusio, verucarũ genera, vitiligines, leprę, & leucę, & quęcunque in abscessibus reperiuntur. & ex his quęcunque operationem primum impediunt, ægritudines dicuntur, sicut suffusio: quæ vero non sunt huiusmodi ęgritudinum

Cap. 4. — Similarium partium morbi.
Gal. cap. 5.
Gal. cap. 4. — Instrumentaliũ partiũ ægritudines.
Gal. cap. 6.
Conformationes morbi.
Cap. 8. — Morbi ad numerũ vitiatũ attinentes.

dinum causæ. Deficientium autem partium nonnullæ quidem funditus abolitæ sunt, nonnullæ vero ex dimidio præcisæ ac mutilatæ. Huius generis sunt ea omnia quæ mutilationes appellantur. in quibus numerus partium naturalis non impletur, siue vna, siue duæ, siue plures partes defecerint, siue integram passæ abolitionem, siue partim sublatæ fuerint. Quæcunque vero ex his operationem impediunt, inter ægritudines simili ratione locabuntur, quæcunque vero aliam partem operationis effectricem refrigerant, aut parce alimentum distribuunt, sunt ægritudinum causæ. Quædam vero vtranque ratione complectuntur, & morbi, & causæ. veluti vua cum radicitus tollitur, & voci detrimentum affert, & pectus, ac pulmonem refrigerat. cum.n. partium quædam operationem, quædam vsum operationi cōferentē habeant, earum læsiones, quæ immediate actiones offendunt ægritudines sunt dicēdæ, earum quæ ad vsum aliquem tendunt, ægritudinum causæ. Quare si quæ animalis partes duplicem actionem, aut duplicem vsum habuerint, in vna sæpe offensione duplicem subibūt vel causæ vel ægritudinis rationem. quod si qua pars sit, quæ & vsus & actionis præstet officium, huius partis interitus altera quidem ratione erit ęgritudo, altera ægritudinis causa. neque ambigitur, quod eius, quę superest, partis erit ęgritudo. nam vuę abolitio palato ęgritudinem affert, dentis amissio oris est morbus. Quibuscunque vero instrumentis si auferantur quædam non tamen integre partes eximuntur, hęc ad vtrunque quodammodo genus, numeri s. & magnitudinis vitiatæ, referuntur. nam & articularum simplicium numerus, & magnitudo instrumenti compositi, deficit animali: siquidem totum mutilatum est. patet autem vtranque passionem in superiori genere in quanto s. posse locari. nam quanti aliud continuum sub quo magnitudo, aliud discretum sub quo numerus continetur. Tertij autem generis, quod consistit in magnitudine hac vitiata, duplex est morborum differentia, si quid aut nimium adoleuerit, quod minus esse decuerat, aut nimis sit extenuatum quod maius esse oportebat. quæ quidem vitia vel ab ortu nobis adnata sunt, vel post ortum ab alimenti exuberantia, aut penuria contrahuntur. Quę vero ab humorum influxu processerunt, non huc, sed ad tumores pręter naturam qui inter compositos morbos recensentur, referri debent. In reliquo autem genere morborum secundum compositionem, aut positu variato naturali, aut mutata partium cōmunicatione, differentię constituentur. in positu quidem, siue situ, artuum luxatio, intestini in scrotum prolapsus continentur. in cōsensu vero, seu communicantia, quum mutua partium societas & connexio peruertitur, vt in strabismo. in quo genere sunt vitia in quibus vel digiti, vel oculorum palpebrę, vel podicis, vel vuluę, vel oris labra cohęrent: idque vel ab ortu, vel ab vlcere. Quemadmodū vero prima quęque instrumēta, aut integram ex simplicibus corporibus compositionem, aut vitiosam sortiuntur, & ob id vel sana sunt vel morbida: ita rursus ex his ipsis instrumentis primis, coagmentantur secunda. Musculus n. & vena & arteria inter prima instrumenta connumerantur, digitus vero inter secunda, & hoc magis pes, & pede magis crus. Vniuersaliter.n. quęcunque ex similaribus partibus coalescentibus vnius operationis gratia sunt constitutata, inter prima instrumēta censentur. Quęcūq; vero rursus ex his cōponuntur, & si vni totius instrumenti actui quam maxime obseruiunt, inter secunda connumerantur. Eędem vero & horum instrumentorum erunt ęgritudines, quę dicuntur esse primorum. Nullum vero ęgritudinis genus neque in simplicibus, neque in compositis corporibus pręter iam enumerata reperitur, quod vtrisque sit proprium. Sed quia Fernelius auctor grauissimus alias similarium partiū ęgritudines in medium afferre videtur, propterea sciendum eas omnes ad iam propositas facile redigi posse. dum.n. ait in parte similari tria spectari materiam temperamentum & formam, & cuiusuis horum immoderationem morbum esse, & postea subdit materiam immoderatam euadere, dum nimium mollis est, aut dura, laxa aut stricta, tenuis aut crassa, rara aut densa: hęc omnia vitia ad intemperiem ipsam reducuntur. & à vitiata naturali symmetria, quę in primis quatuor qualitatibus consistię, originem ducunt. neque n. fieri potest vt pars similaris ad talem & tantam verbi gratia mollitiem laxitatemve, aut tenuitatem, aut raritatem deueniat, vt ratione ipsius, partis operatio propria lędatur, & morbus generetur, quin prius primę qualitates ad quas temperamentum spectat, & ex quibus secundę hę qualitates oriuntur, valde immutatę sint, & à naturali constitutione & symmetria recesserint: siue similares partes nudis qualitatibus alteratæ sint, siue ad easdem aliqua confluxerit substantia, in qua eædem sint qualitates. à qua quidem confluente substantia sępius similaris pars dura, aut

Magnitudinis morbi.

Morbi in situ

Morborum quos Fernelius excogitauit reiectio.

Fernelius lib. 2 pathol. cap. 7.

aut crassa aut stricta, aut densa euadit, aut contrario modo disposita, cum tamen nulla alia ægritudine præter intemperiem cum materia laboret. Similiter dum formæ ipsius immoderationem & morbum proponit, quem corruptelam vocat, aitq; formam ipsam, quam totam substātiam nominat, insito spiritu, & diuino calore, & facultatibus ipsaq; forma compleri, quorum omnium immoderationes morbos à tota substantia constituunt, valde decipitur, nam præter id quod calor ille Diuinus prorsus imaginarius est, atque superfluus, quia præter calorem temperamenti nullus alius reperitur, vt in sermone de calido innato demonstrabimus, quæcunque insiti spiritus, & caloris cuiuscunq; dissolutio, & extinctio, ad morbū frigidum, & intemperiem frigidam reducitur. quod si partis forma & tota substantia corrumpatur, tunc partis similaris nō quidem morbus proprie dictus, qui quidem remissionem & intēsionem suscipit, sed corruptio & absolutus interitus, qui non suscipit magis & minus, procreatur. corrupta enim pars æquiuoce pars est, & dicitur, ad hæc formæ corruptela ex ipsa intemperie ortum ducit vt idem Fernelus fatetur, dum inquit. Totius substantiæ morbi sunt, qui partium substantiam primum, & per se oppugnāt, quorum alij manifesti sunt, alij occulti. Manifesti, qui partium corporisque substantiam manifestis ex causis demoliuntur: eiusmodi sunt vlcera maligna, phtisis, iecoris, lienis aliarumque partium putredo ex prima qualitatum intemperie nata. quod si quis dicat intemperiem tūc temporis non morbi sed morbi causæ rationem habere. morbum autem esse partis corruptelam, huic respondemus partem iam corruptam morbo nullo pacto laborare, quia cum demortua sit, morbus, qui partis viuentis est proprius, ei amplius competere nō potest, quod si corrumpendi vicinam partem vim adhuc retineat, non morbi sed morbi causæ nomen sibi vendicat. pars autem corruptæ contigua, quæ tamen adhuc corrupta non est, morbo aut in numero, aut in magnitudine, & in soluta vnitate laborare dicitur; & si in via ad corruptelam quoquo pacto sit, etiam intemperie ipsa de necessitate laborat. Iure itaque optimo dixit Galenus. Nullum ęgritudinis genus neq; in simplicibus. neq; in cōpositis corporibus preter iam dictos reperiri, quod vtriusq; sit proprium. Siquidem via diuisionis id impossibile ostenditur. Vnum tamen commune est omnium & simplicium & compositorum corporum, siue prima sint instrumenta siue secunda, siue tertia, hoc n. omnibus commune existit, quod vel vsum aliquem, vel actum animalibus largitur, quod quidem est suarum vnicuique vnitas partium. Quę, cum affuerit, causa erit vt pars quęlibet vna esse dicatur, vnumque actum vel vsum perficiat. Quod si qua solutio contingat, partis illius erit ęgritudo. soluta vnitas ab omnibus dicta, cuius particulares differentias in externis morbis recensendis trademus. Tria itaque simplicia morbi prima genera sunt, quorum primum morbus similaris, & intemperies, secūdus organicus, seu instrumentarius, & vitiosa quinetiam compositio, tertius communis, quia & similarium & organicarum partium functionibus peræque incommodat, & vnitas soluta, dici consueuit, & hęc ex morbi subiecto, & partium varietate in quibus subsistit, deprompta sunt. ex his autem simplicibus morbis in vnum venientibus, & coniugatis compositi morbi fiunt, dum s. eidē parti insidentes simplices morbi adeo simul connectuntur, vt vnus concretus morbus euadat. Vnde in vnaquaque parte similari qualitatibus solis naturę modum egressis, fiunt quatuor ægritudines cōpositæ, s. calida & humida, calida & sicca, frigida & sicca frigida & humida. profluēte vero ad ipsas aliqua substātia erūt aliæ quatuor cōpositæ ægritudines, quæ ex earūdē qualitatum cōiunctione proueniūt. Similiter, si aliquod membrum intemperie simplici laborans vlcus patiatur composita fiet ex duabus ægritudo, si intemperie composita & vlcere teneatur ex tribus composita erit ægritudo. exulcerata ergo & vnà inflammata seu phlegmone obsessa membra tripliciter naturæ modum egrediuntur, quia ob vlcus vnitatem amittunt, ob inflammationem calidiora & humidiora redduntur. quod si tumor, qui in ipsis est ad tantam magnitudinem attollatur, vt ob hoc ipsum operationē impediat, quatuor ægritudines patietur. si enim membrum ex tumore nullam patiatur in operatione iacturam, accidēs solum & passio ipse tumor censebitur, veluti & dolor. & ita ex tribus solum morbus compositus erit. omnes igitur tumores præter naturam manifeste compositi sunt morbi, vnà quidem ratione, quoniam omnes à superfluo humore seu calido, seu frigido procreantur; alia vero, quia omnes humores, & si formam rei humescentis præseferant, vim tamen habent, atra quidem bilis frigidam & siccam, flaua vero calidam & siccam, pituita frigidam & humidam: calidus autem & humidus est sanguis. Tertia vero ratione, quia

Gal. lib. de differ. morb. c. 4.

Morbus omnibus partib. communis qui soluta vnitas dicitur.

Gal. lib. de differ. morb. c. 12.

Morbi compositi. Partium similarium.

quia simul commiscentur omnes, & raro admodum ex ipsis ullus purus consistit. ut autem instrumentalium partium ægritudines compositas aperiamus, illud primum meminisse oportet, quod aliæ sunt similarium corporum ægritudines, aliæ instrumentariorum, & compositorum. Inflammatio enim primorum est corporum, exarticulatio instrumentariorum. Si ergo membrum simul luxetur & inflammetur, totius quidem instrumenti primo ægritudo est luxatio, inflammatio autem nō primo neq; proprie, sed ex accidenti tantum. Sicuti etiam lippitudo morbus est adnatæ, ex accidenti vero totius oculi, quia similarium partium morbi ex accidenti toti instrumento attribuuntur. Ideo cū una quæpiam ex ipsis morbo aliquo cōposito laborauerit, & hic ex accidēti totius organi erit ægritudo cōposita. Quod si plures sint affectæ, sed unaquæq; uno morbo laborauerit, ut si v. g. in eodē oculo unguis & lippitudo infestet, & erosio corneæ, & procidentia uueæ, & suffusionis initiū, appellabit hæc quispiā unum compositū oculi morbū: alter vero non unum compositum morbū, sed plures dicet in in diuersis oculi partibus constitutos, & uterque probabilem afferet sententiam. Ut igitur ex simplicibus morbis, unus quidem erat primo totius organi morbus ueluti suffusio, alius vero ex accidenti uti corneæ exulceratio, ita & ex morbis cōpositis proprij quidem erunt totius organi, qui plures simul eius partes occupauerint; ex accidenti vero quicunque compositi unam solum ipsius organi obsederit partem, ueluti lippitudo, quæ adnatæ est inflammatio. At cum plures eodem tempore particulæ aliquo malo afficiuntur ipsorum organorum primo sunt compositæ ægritudines: & eo magis, si particularum unaquæque simplicium non ex accidenti, sed primo, totius organi fuerit ægritudo. uti in oculo unguis, suffusioque & rhoeada, quarum quælibet propria est oculi ægritudo. unde cū simul omnes coniungnntur, oculo propriam ægritudinem compositam faciunt. Sed si quis omnium simplicium morborum fuerit scientiam consequutus, eorumdem quoque compositura modos non ignorabit.

Compositi morbi partium organicarum.

Demum morbi omnes inuicem differunt, prout maiorem obtinent, vel minorem remissionem, & intensionem, quod etiam ipsorum causis, nec non symptomatibus proprie dictis, de quibus mox agemus, apertissime competere videtur. Qua de re sic habet Galenus. Corpora itaq; animalium, quod dici solet magis ac minus admittūt, tantaque in ipsis varietas est, ut alia quidem optimi sint habitus, alia simpliciter boni, non tamen optimi. Alia quæ & si sana dicantur, non tamen sint boni habitus, quædā vero minus valeant, quædam autem iam ægrotent. Atque horum quoque ægrotatio quandoque leuior, quandoque periculosior: & hæc ipsa quandoque vehemens, nonnunquam periculum mediocre affert. Neque enim omnia corpora vel sana, vel ægra, æqualiter affecta esse pu tare debemus. Unde nō ab re viri eruditissimi Galenū ipsum imitati omnem corporis constitutionem tum sanam tum neutram, tum ægram in tres ordines dispartiti sunt, ut sint totius humanæ vitæ constitutiones nouem. Extrema quidem maxime contraria sunt, integerrima sanitas & mors, qui ab illa sensim ad mortem deduceretur, has omnes vitæ cōstitutiones subibit, quæ hac sibi serie cohærēt. Optima sanitas, bona sanitas, sanitas leuis & parum firma: neutra constitutio ad sanitatem propensa, neutra absoluto sermone, neutra ad morbum inclinans: Morbus simplex & leuis, morbus grauis & mediocriter periculosus, morbus grauissimus & maxime periculosus. Hæc proxime mors sequitur ultima rerum linea. Quemadmodū autē symptoma generatim quidē appellatur, quidquid animali præter naturā contingit, ita ut tum morbi ipsi, tum morborū causæ quæ intra corpus subsistunt, non quæ extra habētur, symptomata sint; ita altera significatione, ac veluti magis propria, detractis tū morbis, tum eorū causis, reliqua omnia, quæ præter naturā sunt, symptomata nominantur. de quibus nunc agere nobis est propositū. Symptoma itaq; ꝓprie dictum, ut à rei natura exordiamur, est affectus præter naturā, morbum insequens. affectū vero præter naturā symptoma ita acceptum esse, tam clarum est, quā quod clarissimum, siquidē eius maxime propria finitio est mutatio à naturali statu, ut habet Gal. qui etiam inquit, quod symptomatis cuiuscunque proprium est, ut sit præter naturam. Morbum autem insequi non ita apertum est, quo fit ut Galenus in huius rei declaratione maxime laboret. Unde de symptomatibus, quæ in læsa actione consistunt, verba faciens, ita scribit, omniū vero dictorum symptomatum morbi sunt causæ. Finge. n. diminute in aliquam particulam trahi alimentum, & ideo eam non nutriri; omnino morbus aliquis diminutum hunc tractum præcedit. ubi enim particula imbecillius alimentum trahit, omnino incommoda temperie laborat; at ea morbus est. Si autem temperata sit, ob-
struc̃tio

Morborum differētiæ per remissionem & intentionem.

Omnes humanæ vitæ constitutiones sibi inuicē cohærentes.

Galen. lib. art. med. & Fernel. lib. primo path. c. 5.

De ꝓprie dictorum symptomatū natura & differentijs.

Gal. lib. de differ. sympt. c. 2.

Symptoma proprie dictū quid.

Gal. cap. 1.

Gal. cap. 4.

ſtructio autem aliqua in digeſtionis inſtrumẽtis digeſtionẽ impediat, obſtructio morbus eſt: digeſtionis impedimentum eius ſymptoma. Sed idemmet ex ipſa rerum eſſentia licet citra inductionem colligere. nam ſanitatem actionis cauſam poſuimus: morborum autem læſionis, quæ in actione eſt, cauſam. Verum aduerſus Galeni dictũ dictum dubitaret aliquis, quia licet ſemper verum ſit morbum actionem lædere, non tamen propoſitio cõuertibilis apparet, ita vt ſemper actio aliqua obleſa ex morbo pendeat, ſiquidem fieri poteſt vt exempli gratia actio nõ vitio facultatis à qua prodit, ſed vitio obiecti circa quod facultas verſatur, vitioſa euadat. Aliquis, exẽpli cauſa, habeat ventriculum optime diſpoſitum & temperatum, ſed, quia cibum vel nimis copioſum, vel coctu valde difficilem aſſumpſerit, ablata vel ſaltem tarda coctione laboret, hæc actio profecto læſa nullum penitus morbum conſequetur. ergo non valet actio læſa eſt, ergo morbo pars laborat. Hæc ambiguitas facile diluitur, ſi dicamus Galeni conſequẽtiam neceſſariam atq; veriſsimam eſſe, quia dum dicimus morbus eſt quid actionem impediens propoſitio nedum neceſſaria eſt, verum etiam in primo modo dicẽdi per ſe, & ſubinde quia prædicatum ſubiecti definitionem ingreditur, neceſſaria eſt, & per ſe & conuertibilis. ſicuti.n. naturalis conſtitutio, quæ ſanitas eſt, inculpatæ actionis, ita morbus læſæ operationis vera & principalis cauſa eſt, ita vt neque morbus ſine hac, neque hæc ſiue illo eſſe poſsit, propter maximam inter vtrunque colligantiam & affinitatem. Sed ad dubitationem & obiectionem propoſitam, dicimus actiones, quę culpa obiecti vitioſæ & ablatæ aut diminutæ, vel deprauatę, euadũt, non vere læſas dici poſſe, cum circa proportionatum & ſibi ipſis congruum obiectum verſari debeant. ſed tunc ſolummodo vere læduntur, quum facultas, à qua immediate prodeunt, læſa eſt, læſa autem facultas morbum aliquem de neceſsitate ſequitur. Sed ne quis decipiatur, animaduertat, quod dum inquit Galenus, actionem læſam, aut aliud ſymptoma proprie dictum, morbum aliquem de neceſsitate ſequi, id non ſemper immediate contingere, audiendum eſt, quia ſymptoma nonnunquam immediate, & nullo alio malo aut affectu præter naturam alterius generis intercedente, morbum conſequitur, & hoc potiſsimum de læſis actionibus verificatur: interdum vero ſymptoma morbum inſequitur, non tamen immediate, ſed alio ſymptomate mediante, quod in reliquis ſymptomatibus à læſa actione diuerſis ſæpius contingit, quæ quidem læſa actione aliqua intercedente morbum inſequuntur, quod quidem infra docebimus, vbi prius totum de ſymptomatum proprie dictorum differentijs ſermonem abſoluerimus. Has porrò Tradit Galenus ex Linacri interpretatione. ſic inquiens. De proprie vero dictis ſymptomatis in hoc opere diſputare paramus. eſt autem horum triplex differentia. Alia namque ipſius corporis noſtri ſunt affectus. Alia functionum offenſæ. Alia hæc ambo comitantia, idq; tum in excrementorum exceſſu, tum in his, qui in ipſo animali eduntur ſonitibus, tum etiam in reliquis, quæ ſenſibiles ſunt, differentijs omnibus. At vero corporis affectus primo loco proponit, tũ quia de noſtri corporis affectibus morbis.ſ. & ipſorum differentijs cauſisq; proxime diſputauerat, tũ quia, vt in principio huius capitis oſtendimus, affectus ipſius eſſentia in facto eſſe cõſiſtit. vnde ſcribebat Galenus quod ceſſante eo quod alterabat, alteratio quæ in paſſo iam remanet, affectus eius eſt. Et in eo quod manet, & in ſubiecto corpore reſeruatur, affectus conſtat, exacte.n. loquenti affectus paſsio eſt iam facta. Paſsio vero in fieri & mutari generationem habet, quod ſi paſsio talis eſt, ergo & actio, quæ ei opponitur, & in idem quod patitur ſubiectum, recidit, talis erit. ergo iure primo ponit affectus, deinde actiones læſas, quarum eſſe non in facto eſſe aut abſolutum eſt, ſed in fieri conſiſtit. Verum quoniam ſymptomata, quæ primo & immediate morbos, de quibus diſſeruerat, conſequuntur, ſunt actiones ipſæ læſæ, & eius principale intentum, poſt differentias ſyptomatum, erat declarare, quod omnia ſymptomata morbos conſequuntur, & hoc in læſis actionibus ſine inductione aliqua, & ex ſola morbi ipſius natura, apertiſsimũ erat, propterea dum triplicem ſymptomatum ſectionem & differentiam declarare aggreditur ab actionum offenſis auſpicatur, eaſq; primum in animales, & naturales diuidit. & animales deinde in ſenſibiles, motiuas, & hegemonicas ſeu rectrices ſubdiuidit. Quemadmodum ſenſibiles in viſiuas, olfactorias, guſtatorias, auditorias, & tactorias, rectricem vero in imaginatricem, ratiocinatricem, & recordatricem rurſus ſecat. Naturales vero, vt ex eodem colligere licet, in chilificatricẽ, ſanguificatricem, nutritricẽ, & generatricem deducere poſſumus, necnon in illas, quæ iam dictis operationibus famulantur, attractricem inquam, retentricem, concoctricem, ſeu alteratricem, & expultricem, ſeu ſegregatricem,

Dubitatio.

Solutio.

Animaduerſio.

Cap. 2.

Symptomatum differentiæ.

Gal. lib. de diff. ſympt. c. 1.

Cap. 3.

Læſa. actionum diuiſio.

gregatricem functionem læsam rursus secare. Quæ insuper actiones offensę, siue animales sint, siue naturales, & quæcunque omnino sint, triplicem iterum sectionem admittunt, prout vel protsus non obeuntur, & abolitæ sunt, seu ablatæ, vel vitiose fiunt, & male obeuntur, quod dupliciter contingit, quia illud cum vitio duplex est, alterum diminute, seu imbecilliter, alterum deprauate, & corrupte. Symptomatum vero, quæ in corporis consistunt affectibus, primas differentias numero quatuor esse inquit. Alia.n.sunt visibilia, alia odorabilia, alia gustu apprehensa, alia tangibilia. Ac visibilia in coloribus præter naturam consistunt, idq; vel totius corporis, vel alicuius, vel aliquarum eius partium. Totius quidem vt in arquatis. Vnius vero particulę, vt in carbunculis, & erisipelate, serpentibus vlceribus, gangrænis, & abscessibus, in quibus naturales colores immutantur, huius etiam generis sunt vitiligo, leucæ, elephantiasis. Odorabiles vero primum quidem in respiratu, ac difflatu, quę.n. ijs accidunt graueolentiæ in hoc symptomatum genere constituentur, post has vero in auribus, naribus, alis, & quæcunq; vitij cuiusquam occasione putrescunt particulis. His amplius in ructu idem symptomatum genus, licet inuenire, ipso.s. vitiosam qualitatem referente. In gustabilibus vero qualitatibus laborantes ipsi symptomata conijciant, nam & sudorem in os defluentem, & saliuæ mutatam qualitatem, & sanguinem per os excretū salsum, vel amarum, & ea quæ ex pulmone reijciuntur, & ventriculo euomuntur acida, salsa, amara, dulcia, vel austera percipiunt. Iam tangibiles differentiæ, vbi naturæ modum excesserunt, in eiusmodi symptomatis numerandæ non minus sunt, veluti cutis dura, & distenta, & præarida, & præhumida, vel rugosa, aliave simili differētia prædita. Similiter de reliquo symptomatum genere, quod prædicta prima genera consequitur, verba faciens, excretorum disconuenientiam, & ametriam diuidens, ait, quod quæ vel à corpore excernuntur, vel in eo præternaturam detinentur, ea quoq; in primas tres diducuntur differentias, quoniam aut totis substantijs, aut qualitatibus, aut quantitatibus à naturali statu egrediūtur. Sonitus vero, qui in animalibus exaudiuntur, & penes formam, & præsertim penes partes diuersas, à quibus prodeunt, differentias suscipiunt. Quos quidem Galenus in affectuum, aut mutatarum qualitatum numero non recensuit, quemadmodum perperam egit Fernelius, qui sonitus inter qualitates mutatas enumerauit, & eos audibiles qualitates appellauit. Nā sonituum essentiam non in facto esse, sed in fieri posita est, non.n. vllam permanentiam obtinēt, vti qualitates mutatæ, quæ vere affectus dici possunt, sed in quodam fieri, vt & actiones ipsę consistunt. Verum quoniam ex traditis à Galeno, de primis symptomatum differentijs maximæ, & inexplicabiles ferè contingunt ambiguitates, & dum vltimum genus subdiuidit, quid intelligat per ea symptomata, quæ in reliquis, quæ sensibiles sunt, differentijs omnibus, consistunt, non ita constat; idcirco, vt omnia dubia radicitus, si fieri potest, euellātur, operęprecium erit, si Linacri interpretatione posthabita, & gręcum Galeni textum, & propriam interpretationem apposuerimus, vt deinde tum nos, tum alij omnes suam de hac re proferre sententiam facile possint. De proprijs itaque dictis symptomatis disputare parans Galenus hæc habet. ἐστὶ δὲ τις τούτων τρίτη διαφορὰ τὰ μὲν γὰρ διαθέσεις εἰσὶν αὐτοῦ τοῦ σώματος ἡμῶν. τὰ δὲ ἐνεργειῶν βλάβαι. τὰ δὲ ἀμφοτέραις ἑπόμενα, κατὰ τὲ τὴν ἀμετρίαν τῶν ἐκκρινομένων. καὶ ἐπεχομένων, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ τῷ ζώῳ συνισταμένους ψόφους, καὶ προσέτι τὰς ἄλλας ἁπάσας αἰσθητὰς διαφοράς. Quorum veram atque germanam interpretationem hanc esse opinamur. Est autem & horum triplex differētia. Quædam.n. sunt dispositiones (quas etiam tum affectus tum affectiones apud Galenum appellari animaduertimus) ipsius corporis nostri. Quædam vero actionum offensiones. Quædam autem ambas consequuntur. & secundum ametriam eorū, quę excernuntur, & quæ retinentur. Et secundum eos, qui in ipso animanti excitantur sonitus, & præterea secundum alias omnes sensibiles differentias. Qua stante versione, non est, vt vltimum genus in tria membra diducamus, vt quidam faciunt, qui illud in excrementa, sonitus, & reliquas sensibiles differentias secant, & per has communia sensibilia numerum, s. magnitudinem, figuram, motum & quietem audiri volunt, nā præter id quod Galenus contra proprium morē esset mancus, & omnino diminutus, & obscurus, eadē quoque in diuisione bis proponeret, atque confunderet. esset quidem diminutus, quia nec dum affectus corporis, & actiones læsas, & excretiones, & sonitus declarat, & horum differentias assignat, neque dum declarat quo pacto omnia hæc symptomata morbos insequuntur, neque in sermone de sympto matum causis, de communibus sensibilibus vllum vnquam verbum facit. Esset autem superfluus membraque

Cap. citatis.

Affectuū differentiæ.

Cap. 5.

Symptomatum, quę prima genera consequuntur diuisio.

Cap. 6.

Quomodo difficultates circa diuisionem symptomatum a Galeno traditā sint eruēdæ.

braq; diuisionis confunderet, quoniam numerus, magnitudo, & figura sub affectibus, qui sunt in corpore, & ijs, quæ permanentiam habent, cõtinentur imò cum vitiosa magnitudo, aut numerus, aut figura vitiosa, & præter naturam, etiam si actionem non lædant (tunc.n.a Gal. symptomata dicuntur) sint tñ morbi quidã imperfecti, aut, vt sic loquar, semimorbi, multomagis affectus præter naturã qui permanentiã habent, censendi sunt, quã mutatæ qualitates, quæ sunt pura symptomata: ꝑsertim cũ hæ ab vnico sensu, illa a pluribus percipi possint. Insuper dum in lepra, leuce, verucis, abscessibus, carbunculis, erisipelacibus, aut numerus, aut figura, aut magnitudo naturalis vitiatur, color quinetiam naturalis ipsius partis præter naturã euadit, & ob id Gal. hæc oĩa mala superius cum eo symptomatũ genere, quod cũ affectibus, & mutata qualitate reponitur, enumerauit. Nec est, vt quis dicat, per reliquas differentias sensibiles voluisse saltem vel quietes vitiosas, vel similes motus innuere, quia licet & quies, & motus præter naturam habeat esse in fieri, nihilominus membrorum quietes præter naturã sub ablata animali, & motrice functione reposuit, motus autem præter naturales, vt tremulum, conuulsiuum, palpitatem, & vibrantem sub eadem functione motiua deprauata collocauit. Quare per reliquas sensibiles differentias eas potissimum intellexit, quæ sub sonitibus ipsis continentur, & permultæ reperiũtur, quo fit vt sicuti dum diuisionem proponit post excretionũ mentionẽ vtitur periodo, vt in Aldinis Codicibus legere est, ita post sonitus propositos non vtimur periodo, sed simplici distinctione, indicans tum hos, tum reliquas sensibiles differentias ad ipsos attinentes, sub vno tantum membro se velle complecti, & quod magis est, dum illud vltimum symptomatum genus, quod prima genera consequitur, inferius declarat, aperitq; quo nampacto morbis succedat, illud in duo solum membra subdiuidit, & inquit. Quinetiam quodcunque reliquum est symptomatum genus, siue id in vocibus sit, & sonis, qui in animalibus exaudiuntur, siue in ijs, quæ à corpore excernuntur in eoue detinentur, nihil non à morbis natum est, vel ab ipsis continenter, vel symptomate aliquo interueniente. In vocibus.n.morbi, qui in ore, faucibus, arteria aspera, pulmone, & thorace sunt, symptomatã faciunt: clangoribus. s. quibusdam tremulisq; ac raucis ędendis vocibus. In alijs vero quibusdam animalis particulis sonitus, & murmura, & trismi, idest stridores & similia, partim quidem ex instrumentorum angustia, vel indebito motu, partim ex flatuosi spiritus abundantia, aliquando etiam ex horum aliquibus omnibusve simul coeuntibus cientur, & quod de ijs dictum est, idem de borborygmo, bombo, tinnitu, sibilo, strepitu, fluctuationibusq; cum sonitu, dicendum est, quæ omnia sub vltimis illis verbis comprehendere voluit. Sed cur non dixit secundum alias audibiles differentias, sed generis nomine vtens, sensibiles assumpsit? non enim Græci carent nomine proprio, quod sensibiles in cõmuni ad audibiles differentias contrahere valeat. Non alia opinor de causa Diuinus vir sensibilium & generis nomine vsus fuit, nisi vt vitiosas quoque motiones comprehenderet, quæ a nulla prorsus animali actione læsa proficiscuntur, sed vel a solo morbo, vti sunt conuulsiui quidam palpitantesq; motus, vel a morbosa & præter naturali dispositione, & natura simul caloreve natiuo prodeunt, vti sunt spuriæ conuulsiones, prauæ & vitiosę arteriarum motiones, nec non rigidi cõcutientesq; totius corporis motus. Quorum omnium essentia in ipso fieri, vt & reliquorum symptomatum, quæ prima genera consequuntur, posita est. Verum dicet aliquis, quomodo tertium genus symptomatum duo prima genera consequitur? non enim loquitur Galenus disiunctiuè, vt scilicet tertium genus, vel qualitatem mutatã, seu affectus corporis, vel actionum offensiones consequatur, sed inquit, quod ambas .i. tum dispositiones, seu affectus corporis nostri, tum offensiones actionum consequãtur. Sciendum itaque, quod apertissimũ est tum sonitus omnes, tũ excretiones quascunque, tum quaslibet prauas motiones, actionum offensiones, & potissimum læsas expulsiones consequi, nam murmura, & trismi, & clydonæ, quæ fluctuationes cum sonitu dicuntur, ex imbecillo complexu, & ex indebito instrumentorum motu creãtur, vt ait Galenus, & ita aurium tinnitus omnes & alij sonitus, ab expulsione materiæ ad aurium meatus dependent, sicuti clangores, raucedinesq; nec non vitiosi arteriarum motus læsas actiones comitantur, & idem de conuulsiuis, & palpitantibus motibus, qui ab expulsione materiæ ad motas Particulas, aut ad illas, quæ cum illis consortium habent, excitantur, dicendum est: excretiones autem immodicæ vel a læsa retentione, vel deprauata expulsione oriuntur, sicuti quæ indebite retinentur, hanc eandem actionem, vel ablatam, vel diminutam comitantur. Pariter obscurum non est

illud

Galenus lib. de diff. morb. c. 12

Cap. 9.

Cap. 8.

Cap. 5.

Quõ sonitus & excretionis morbo sequãtur.

Dubitatio.

Solutio.

Quomodo Tertiũ symptomatũ genus prima genera consequatur.

Galenus ca. 4.

Cap. 5.

illud idem symptomatum tertium genus corporis affectus consequi. siquidem omnia quæ excernuntur & debita symmetria destituuntur, prauas de necessitate tum qualitates, & potissimum colores, & odores, tū etiā substantiā ipsam immutant. & vel crassiora, vel tenuiora euadunt, quod etiam ijs, quæ præter naturam detinentur necessario accidit. Simili modo murmura & stridores borborigmi, & similium omnium differentiæ ex partium, in quibus fiunt, diuersa constitutione, & figura, & materiæ humiditate, & crassitie vel tenuitate varia ortum ducunt. Clangores pariter, & raucedines, & stertores, & oregmones faucium siccitates, asperitates, humiditates, & ex aliquo humore pfusiones consequuntur. in auribus aūt aut sonitus, aut tinnitus, aut sibilos, aut strepitus, aut fluctuationes ex varia materię crassitię, & tenuitate creari in proprio sermone docuimus. Vitiosi demū motus omnes cum inter sensibilia cōmunia locentur, non possunt nisi proprijs sensibilibus mediantibus, persentiri, & proinde partium motiones, eorūdem colores, & durities, & mollities de necessitate commitantur. Quare nihil aliud remanet pro exacta symptomatum naturæ, & diuersitatis cognitione, ni si vt vnā cum Galeno declaremus quomodo & quæ à corpore excernantur, vel in eo præter naturam detinentur, & affectus nostri corporis morbos (quod in definitione propositum vsq; ad hunc locum declarare distulimus) consequantur. Succedunt itaque exeuntia, & præter naturā retenta omnino morbis, vel continenter, vel alijs symptomatis intercedētibus. Sanguinis.n. profusio, vel vulnerato, vel perrupto, vel oretenus recluso, vel eroso vase incidit. Porrò horum vulneratio, ruptio, & erosio similariū partium morbi sunt, reclusio, instrumentalium propria. quæ ipsa modo ex complectendi functione imbecilla, modo expultrice immodice concitata, modo ambobus simul læsis, ortum habet. Ad eundem modum & sudores immodice digeri, vel indebite retineri, aut propter cutis, aut propter aliquem dictarum virtutum affectum, aut humorum naturam necessario continget. Quod autē expultricis, ac retentricis affectus morbos sequantur, ex dictis liquet. Iam vero quod eorū, quæ præter naturā excernuntur, & colores & odores morbos necessario sequantur, clarum est, si modo nullum talium sine intemperie prouenit. Vnde manifestum quoque est primum symptomatum genus à morbis oriri. quippe colorum halituum, & saporum differentiæ omnes solidorum corporum temperamenta sequuntur, & multo magis tangibiles, quia cum actiuis qualitatibus congeneres sunt, & ad eiusdem tactus iudicium referuntur. Quare quidquid in eis alienum a naturali est, id intemperiei acceptum fertur: æquè vt quod naturale est, ex commoda temperie prouenit. at est omnis intemperies morbus. Quæ vero cognata his symptomata ex influente quopiam humore in particulis excitantur, alia obstructiones, vel compresiones sequentia, alia trahentium & segregantium virtutū functiones male obitas, necesse est hæc quoque veluti fontem suæ generationis morbos habere. Ac iecinoris quidem obstructio alieni coloris, qui in arquatis visitur, est causa. cuiusque vero similaris partis intemperies alias aliam eius facultatem impedit, vel eam quæ trahit, vel eam quæ excernit, vel aliam quampiam, quarum occasione cū parum ęqualiter tireq; humores in corpore fluunt, partes alias alię in colore, halitu, sapore, omnibusq; tangibilibus differentijs alterantur. Ex quibus patet cuiusdam moderni error, qui dixit qualitatem mutatam vocari primum symptoma, quia immediatè sequitur morbum, quæ.n. ex humoris influxu oritur nedum morbum verum etiā læsam aliquam actionem insequitur. Patet insuper omnem symptomatum naturam morbos præcedere, fieriq; nonnunquam symptomatum, quæ deinceps sibi succedant, veluti seriem quandam. A morbo quidem ipso primum, ab hoc vero secundum, post hoc tertium, & ab isto deinde quartum, & demum ex dictis constat in innumeros, & absurdissimos errores incidisse recentiores quosdam, qui Galeni dicta non assequuti, de differentijs symptomatum pertractaruut. Et hæc de affectuum præter naturam differentijs, quantum ad hunc attinet locum, satis erunt, vbi id solum addiderimus eorum quemlibet, & potissimum eos, qui proprie symptomata vocantur, & inter hæc actionum præsertim ostensiones, vt sæpissime in duobus primis libris declarauimus, vel per essentiā esse, vel per consensum. affectus autem per essentiam, quem Græci idiopathiam vocant, est ille, qui in affecta parte consistit, & ipsius proprius est. per consensum vero sympathia Græcis dictus, affectæ parti ab alterius vitio communicatur, & impartitur. quod quidem tribus modis contingit. Vel.n. pars per consensum affecta aliquid præter naturam aliunde illapsum recipit. Vel facultas aliqua in partem influere prohibetur, vel materia, quæ actioni necessaria est, ad partē accedere pariter inhi-

Quomodo exeuntia & retenta & affectus præter naturā morbos sequantur.

Gal. cap. 6.

De affectu per essentiam & per consensum.

betur. Primus modus rursus duplex est, quatenus affecta pars, vel substantiam aliquã, vel simplicem qualitatem aliunde recipit. Substantiam quidem vti dum ventriculo, vel humor, vel vapor in caput eleuatus, aut animales functiones lædit, aut inanem timorem, aut dolorem excitat, aut spurias suffusiones parit. qualitatẽ vero veluti dum capite pertuso, & fracto craneo ventriculus vomitu tentatur, aut hoc vulnerato, & potissimum eius ore, delirium subsequitur. Secundi autem modi exemplum est crurum resolutio, & paralysis propter spinalem medullam inflammatam, vel obstructam. Tertius porrò modus exoritur, dum obstructis pulmonibus, aut musculis intercostalibus resolutis, aut thorace perforato vox aere, seu spiritu deficiente, aut exilis redditur, aut supprimitur, aut omnino perit, aut dum propter ingentes iecoris obstructiones corpus atrophia contabescit, dum itaque pars per consensum afficitur, remedia parti quę ei affectionem impartitur, adhibentur, pauca vel nulla de parte per consensum affecta solicitudine habita. si.n. consensus secundo, aut tertio modo fiat, nulla ipsi remedia applicantur, Illud tamen cum Auicenna animaduertendum, quod pars quæ diutius per consensum laborat, tandem per essentiam afficitur, & quia longo tempore labefactata oblæsa; aliarum partium superfluitates facile recipit, tum quia eius cõcoctrice & expultrice virtute læsa, neque probe alimentum conficit, neque excrementa decenter expellit, quæ dum aggregantur partis functiones lædunt. & ita pars proprium affectũ, seu idiopathiam contrahit, qui tamen primarius, quem Græci protopathiam vocant, dici non debet, sed secundarius seu posterior isteropathia Græcis dictus. quo fit vt ex morbo subinde morbus oriatur, & idem sæpe morbus, & morbi causa dici possit. Omnibus aut his vitijs ita declaratis facillimum est colligere, quibus nam vniuersum corpus obnoxium sit, & de quibus in hoc libro agere debeamus, si.n. de morborum causis loquamur, vniuersum corpus ipsa potissimum plethora, seu plenitudine præmi, nec nõ pro maiori ipsius parte & cacochymia, & humorũ putredine, & corruptela vexari potest. si.n. hæc vel illę vniuersum omnino corpus prehenderẽt statim animal interiret, imò priusquam ad tantam hæ deueniant magnitudinem facile succumbit. Verum neque de plethora neque de cacochymia, neque de humorum aut putredine aut corruptela sermonem seperatum habebimus, quia sicuti de istis in vniuersali putridarum febrium, & aliarum particularium tractatibus loquemur, ita de illa in capite de synocho sine putredine disseremus. Quantum spectat ad morbos sicuti vita comite, neq; totum corpus, neque maior ipsius portio, eodem tempore soluta continuitate corripi potest, ita facillimum est, vt intemperie ipsa, quæ singulas ipsius partes facile permeat, afficiatur.. Mala aut compositione & instrumentali ægritudine non qualibet vexari potest, siquidem neque morbo in numero, neque in situ, neque in figura obnoxiu est. si enim vel omnia, vel plura ipsius organa aliquo ex his vitijs eodem tempore corriperentur, valde monstrosum esset, & à naturæ operibus quam maxime alienum, quod quidem quo pacto præcaueri possit in capite de læsa conceptione docuimus Vniuersa autem corporis superficies vitiari quidem potest, vti dum lepra, elephãtiasi, variolis, & id genus alijs affectibus vexatur, sed de variolis in sermone de febribus, & potissimum, post pestiferarum febrium tractatũ agemus, de alijs autẽ in externis vitijs examinandis disputabimus. De meatuum vero, qui ad vniuersum corpus, & potissimum ipsius ambitum omnem attinẽt, nimia laxitate, seu raritate, & densitate particularem tractatum conficiemus. Quemadmodum etiam de aucta totius corporis magnitudine separatim loquemur. huius autem imminutæ, & totius corporis atrophiæ tractationem vniuersam in siccatotius corporis intemperie complectemur. Quamuis autẽ totum corpus, quibusdam compositis morbis sit procliuẽ, vt cõpositę, intemperię leucophlegmatiæ, quæ totius corporis est oedema, & elephantiasi, quæ vniuersalis cancer est, & id genus alijs malis, quæ vniuersum corporis ambitum prehendere valent, de ijs nihilominus in hoc libro (composita intemperie excepta) non agemus, quia de leucophlegmatia in iecoris vitijs abunde disseruimus, de reliquis, dum externos affectus transigemus, sermo erit. Symptomatis quinetiam cuiuscunq; generis totum corpus exerceri potest, nam & ijs, quæ in corporis constitunt affectibus, siue visibiles, siue odorabiles, siue tangibiles sint, plerunque detinetur, vnde, Galeno teste, totius corporis præter naturam colores in arquatis, in hepatide, & splenitide vocatis morbis, ad hæc in hydropum generibus quibusdam cernuntur, quorum omnium doctrinam in hepatis, vesicæ felleæ, & lienis affectibus tradidimus: & graueolentiæ, quæ cõtineunt difflatui, siue perspiratui, qui per totum corpus exhalat, percipi solent; quæ, cum

Auic. 1. 3. tit. 2. c. de dol. per consen.

Quibus vitijs totũ corpus sit obnoxium, & de quibus in hoc libro sit agẽdum.

Gal. citatus de differ. sympt. cap. 5.

cum ab iisdem causis oriantur à quibus fœtidi sudores prodeunt, vnà cum ipso e(pli)-cabuntur; & totius corporis cutis dura, & distenta, & prearida, & simili modo præhumida, vel rugosa, vel alia quapiam differentia tali prædita sæpius rangitur, quorum affectuum doctrinam in tractatione de totius corporis intemperantijs, à quibus creātur, perquirenda erit: & vitiosæ motiones, & earum abolitiones in toto corpore consistere possunt, diuersam appellationem sortitæ, veluti emprosthoronus, & opisthotonus, & tetanus, quod si totius corporis non solum conuulsio fit, sed etiam rectricis partis actionum cohibitio, epilepsia dicitur: sicut apoplexia cum est totius corporis resolutio vnà cum rectricis partis functionibus cohibitis: de quibus vitijs, dum de capitis, & ipsius cerebri malis egimus, exactè disceptauimus: & rigores vniuersum corpus concutientes frequenter inuadunt, quorum absolutissimam tractationem post febrium putridarum differentias apponemus: & demum sudore ipso, qui plerunq; per vniuersas corporis partes promanat, detineri potest, de quo nobis separatim erit disserendum. Si quis igitur rationes accurate subduxerit, ei planum fiet, quod in hoc tertio libro de intemperie, tum simplici, tum composita, & atrophia, de huic opposita aucta magnitudine, seu nimia obesitate, & corpulentia: de nimia cutis, & totius corporis raritate & densitate: & demum de sudore ceu excretione, quæ per omnes cutis meatus diffluere solet, nobis erit separatim ac diligentissime pertractandum. Quibus peractis absolutissima quoque euadet de vniuersi corporis affectibus disciplina; quæ ipsorum & cognitionem, & prædictionem, & depulsionem, & conseruationem complectitur.

Cap. 3.

Epilogus.

De totius corporis intemperie vniuersalis tractatio, & primo de ipsius essentia, differentijs, et causis. Cap II.

PRimvm morbi genus, quod ex partium varietate depromptum fuit, intemperies est, non ab re igitur ab ipsa in totius corporis affectibus transigendis, primum atque præcipuum totius sermonis initium sumendum est; siquidem & earum partium, quæ naturæ ordine primæ sunt, morbus existit, & vniuersum corpus adeo frequenter inuadere assueuit, vt ipsum vel hac sola, vel alijs morbis & symptomatis vt plurimum & ferè semper, non sine ipsa afficiatur. Vt autem distinctè progrediamur, sciendum est, quod cum intemperies duplex sit, nempe & morbosa, à qua operationes manifeste læduntur, & non morbosa, quæ intra sanitatis terminos continetur, & operationes manifeste non offendit, nos in præsentia de intemperie morbosa principaliter disputare paramus, sed vnà ipsius quoque intemperiei non morbosæ & cognitionem, & correctionem, & conseruationem, vbi eā vtilis aut necessaria fuerit, trademus. Insuper cum intemperies & simplex & composita, & quæcunq; sit, & sine materia, vt in ephemeris hecticisq; febribus accidit, & vnà cum materia, vt in putridis cōtingit, adinueniri possit, nos de quacunque intemperie tractationem vniuersalem instituemus, in qua tamē omnes eius specificas differentias, primum breuiter, atque communiter magis, prout. s. vniuersali sermoni conuenire videbitur, deinde magis perfectè, atque distinctè, vti singulæ seorsum species requirent, examinabimus. Sic. n. decet, vt vniuersales sermones particulares præcedant, & quia doctrinæ ordo id exigit, vt à nobis notioribus qualia naturaliter & apud intellectum confusa, & magis vniuersalia sunt, exordiamur, & vt frustratorias repetitiones quo magis fieri potest, eutemus: & vt semp theorematibus, & ꝓpositionibus maximis & immediatis magis vtamur. Vt autem ex dictis in superiori capite planū est, intemperies morbosa, de qua loquimur, est ægritudo, siue morbus similarium partium totius corporis proprius, qui primarū qualitatum & substantiarum primorum corporum ipsas componentium, naturalem symmetriam manifestè peruertit. Quod si breuius loqui velimus, dicamusq; totius corporis intemperiem morbosam, ægritudinem esse omnium similarium partium naturalem temperiem peruertentem, haudquaquam errabimus. Hæc autem vel simplex est, vel composita, & quæcunq; sit, uti diximus, uel nuda est, & sine materia, cum uidelicet similares partes solis qualitatibus alterantur: uel est cum materia, cum ad easdē partes aliqua cōfluit substantia, in qua eædem sunt qualitates, ut in anasarca, & in putridis febribus accidit, quæ tamen materia quanto magis inutilis & praua, & tiosa

Nomen.

Natura.

Auerrhois in com. 1. phy. in prohemio, & com. 57.

tiosa est, tanto pauciores & ignobiliores partes corporis occupare solet. Rursus intemperies & potissimum, quæ in actiuis qualitatibus calore, s. & frigore cōsistit, vel in habitudine solum & quadam dispositione, vel in habitu posita est, diximus autem actiua tum intemperiem potissimum talem esse, quia intemperantiæ, quæ in passiuis fiunt qualitatibus, sæpius in habitu, & perpetuo permanentiam & ferè diuturniorem obtinent. Caliditas autem quæ in ephemeris, & putridis febribus cōtingit, & frigiditas in harum accessionum principijs, & in frigido ambiente exorta, solam habet habitudinem. Et demum quæcunque sit intemperies, vel remissa est, vel intensa. Totius autem corporis simplex intemperies vel calida est, vel frigida, quarum calida hoc habet peculiare, vt, cum in ipsa maior vis reperiatur, ad firmiorem habitum, maioremque permanentiam deuenire posit; frigida autē intemperies (& nunc de simplicibus intemperantijs, quæ vniuersum corpus detinent sermo est) vt plurimum in habitudine consistit, & minorem obtinet diuturnitatem, & permanentiam, cum.n. frigiditas innato calori è diametro aduersetur, in eo autem animantis vita posita sit, si vniuersum corpus, aut plures ipsius partes apprehendat, & adeo intensa sit, vt morbosa fiat, & ratione ipsius animalis actiones manifestę lædantur, fieri non potest, vt vel calor non reuocetur, vel animal citius non moriatur. Calida autem, eaque simplici intemperie, totum corpus corripitur, dum vel ephemera, vel putrida febre laborat, vti inferius, dum febris essentiam explicabimus, planum fiet. Quemadmodum.n. ex Galeno aperte colligimus, simplex totius calida intēperies morbosa febris est, ait.n. sanè vnusquispiam morborum est, quos intemperies creat, & febris, vtique cum adeo immodice auctus est calor, vt & hominem offendat, & actionem lædat, quādo, si neutrum adhuc efficiat, quantumuis sit homo nunc, quàm antea calidior, nondum tamen febricitare eum monstrauimus. Totius aūt corporis simplex frigiditas, vt plurimum ex innati caloris aut reuocatione, aut resolutione oritur, quam etiam priuatiuam frigiditatē vocant, quemadmodum in vehementissimis febrium rigoribus, & annotationibus (in quibus tamen interiora viscera calore tum innato tum extraneo non destituuntur) in syncope potissimum hysterica, nec nō in statu morti propinquo, in quo calor emoritur, & ferè extinctus est, euenire conspicemus; nonnunquam vero, licet rarius, ab externa causa ortum ducit, & hæc positiuam frigiditatem, quia propter extinctionem caloris à contrario frigore fit, vocare consueuerunt. quod quidem vel à violenta uehementię ambientis frigiditate, vel à frigido veneno, aut simili causa propotenti, & cum vehementia, & celeritate agente, originem habere consueuit. Quo fit, vt Galenus ita scriptum reliquerit, Nec minus vniuersum aliquando patitur corpus, sicut iter agentibus in valido frigore accidit. Nam plerique ex his in ipsa via commoriuntur, plerique vero antequam domum perueniant, ad hospitium algidi ac semianimes deferuntur. In morbo autem attonito, & comitiali (alterum apoplexiam, alterum epilepsiam vocant) & tremore, & distentione neruorum talis sępe accidit passio (de frigido.n. totius corporis morbo loquitur.) Nam & ij, quos in itinere vsque ad mortē frigus oppressit, talibus rigoribus corripiuntur, quales Græci emprosthotonos, opisthotonos, ac tetanos appellant. Nonnulli autem his passionibus, quas congelationes nominant, affliguntur. Alij similes quid ijs, qui morbo attonito laborant, patiuntur. Iam vero humida totius corporis intemperies, quę simplex sit, ad tantam & talem intensionem & excessum peruenire non potest, vt ab ipsa immediate actiones ad vniuersum corpus spectantes oblędantur. diximus autem immediate id ab ea fieri non posse, quoniam per mediam auctam totius corporis magnitudinem, & nimiam corpulentiā & obesitatem, fieri potest, vt corporis vniuersi motiones impediantur, vt in proprio capite declarabimus. Sed in hoc quoque casu humiditas forsitam ab eiusdem totius corporis frigiditate saltem remissa non separatur, quo fit vt nuda intēperies hæc, cum immediate actiones non lædat, non morbus, sed potius causa morbi, nimiæ scilicet molis & magnitudinis, à qua immediate actiones motiuę impediuntur, statuenda sit. quod si nuda non sit, sed à materia humida, frigidaq; ortum ducat, qualis in anaxarca conspicitur fieri potest, vt ratione quinetiam ipsius intemperiei frigidæ tamē & humidæ, totius corporis actiones labefactentur. Idem prorsus de sicca totius corporis intemperie simplici, à quo operationes manifestę læduntur, statuendum est. Siquidem nimia & morbosa totius corporis siccitas, vel frigiditatem, quam priuatiuam nominant, & innati caloris, qui in humido residet, tanquam in proprio pabulo, atque subiecto, penuriam, & indigentiam, vt in eo morbo, quem ex senio morbum, seu hecticam

Caliditas.

Gal. 1. morbo. cap. 1.

Frigidas.

Gal. lib. de diff. mor. cap. 5.

Totius humiditas simplex morbosa no datur.

Totius siccitas simplex morbosa nō datur.

ſticam ſenectutis vocant, accidere ſolet, vel extraneam caliditatem, vt in torrido fit maraſmo, annexam habet. Hanc veritatem ſub his verbis Galenus poſteritati reliquit. Nam ſiccitas (inquit) per ſe, non mutata in ipſa oppoſitione, quæ conſiſtit ex calido, & frigido, ſubſiſtere non poteſt. Quod ſi de compoſitis intemperantijs ſermo fiat, ſicuti de frigidæ & ſiccæ, frigidæ & humidæ, & calidæ & ſiccæ, totius corporis intemperiei exiſtentia, ambigere nullo pacto debemus, ita calida, & humida intemperies, quæ vniuerſum occupet corpus, & in vtraque qualitate morboſum habeat exceſſum, ita vt ab vtroque rotius operationes lædantur, aut vix, aut potius nunquam ſubſiſtere poteſt. Hę ſiquidem duæ qualitates id habent, vt ſui natura inuicem refrangantur, & vitę, quæ in calido conſiſtit & humido, functionibus minimum noceant. Quod ſi forte fortuna quis nimia corporis obeſitate, & humiditate laboret, & morbo calido febriq; ipſa corripiatur, is, vt Galenus fatetur, commodus cenſeri debet, quia humiditatem, & nimiam corpulentiam corrigendi vim habet, proinde ait in nimię obeſitatis curatione, ſi febris ſuperueniat, ea ad rem propoſitam non aliena erit, vtique ſi Medicus rectè omnia faciat. Iam vero de cauſis intemperiei ſimplicis, quæ in caliditate immoderata conſiſtit, verba faciens Galenus, & Motum ipſum, & putredinem, & calidæ rei viciniam, & adſtrictionem, ſeu effluxus calidioris retentionē, & calidæ alienius ſubſtantiæ permixtionem in mediū affert, de quibus non eſt, vt hoc in loco prolixioribus agamus, quoniam inferius in ephemerarum febrium & putredinis ipſius tractatione, tanquam in loco maxime accommodato, & opportuno, accurate de ijs omnibus tranſigemus. Ad frigidæ autem ægritudinis cauſas veniens idem Galenus, ita ſcribit. Sunt vero & huius plures numero cauſæ, ueluti refrigerantium propinquitas, & ciborum potuumq; quantitas ac qualitas, ſtipatioq; ac rarefactio, ac præterea ocium & immodicus motus, quibus etiam occaſionibus ignis extinguitur. Nam ſi paruo carboni multum niuis, aut glaciei ſuperimponas, aut plurimam aquam ſuperinfundas, continuo extinguitur. Sic vbi circunſtans aer ſit præter modum frigidus, & lucernam, & omnem exiguum ignem videbis protinus extingui. Hoc modo ignis à prægelidarum rerum contactu ſuperatur, ob eorum uero, quæ ipſum nutrire ualent, exceſſum, uel defectum, vel alienam qualitatē hoc pacto corrumpitur. Si ligna vniuerſim & multa ſupra paruam coaceruaueris flammam ob immodicæ quantitatis exceſſum ipſam extingues. Quod ſi nihil vel parum admodum adieceris, ob defectum, aut paucitatem alimenti, videbis continuo marceſcere, ſic lucernæ flamma periclitatur, vbi proprij nutrimenti modus non ſeruatur. Siue enim oleum liberaliter non adhibueris, aut multum vniuerſim ſuperinfundas, vtroque offendes modo. Quod ſi largam quidem exhibueris materiam, ſed quæ vel nullo modo apta ſit, vt ardeat, uel cum magna difficultate incendium ſuſcipiat, hanc etiam ſtatim minorem efficies, veluti ſi oleum aquæ commiſtum ſupra ignem conieceris. Si etiam qui flammæ circunfunditur aerem ſtipaueris, aut nimium rarefeceris, ſic quoque flammam decreſcere ac periclitari, ne penitus extinguatur, inſpicies. Stipatur autem ſi cucurbitam, qua Medici vtuntur, uel furnulum circumponas, quod etiam continget, ſi fornacum foramina clauſeris. Quod ſi in multo Sole, & calido & aprico loco, aut ad alteram maiorem flammam admoueris, tuc etiam minorem flammam marceſcere uidebis, quoniam exterior præpotentior elaxat, atque diſpergit minorem. Neque uero obſcurum eſt, quod ſi eas flabellans, hoc eſt mouens, ſi quidem modice hoc feceris, augebis: ſi uero immodice, diſſolues ac diſſipabis, ex quo patet, quod flamma quidem ad ſui incrementum motu eget adueniticio, non tamen immodico, ſi enim nullo modo flabellatur, elanguet: uehementiore autem motu extrinſecus vrgente, diſſoluitur, ac diſſipatur. Secundum itaque primam cauſæ ſpeciē aliquis in frigida natans, aut per gelida loca iter faciens, læſus eſt. Iuxta ſecundam cauſam aut morbum attonitum, aut comitialē, aut motus ſenſuſve læſionē ex ebrietate aliquis ſubijt, quāquam uinum modice hauſtum, ut quod maxime proprium alimentum ſit, natiuum calorem adauget. Sic & optimi cibi & plurimi nutrimenti ſupra modum aſſumpti, morbos frigidos generant. Sic quæcunque uel deuorantur, uel bibuntur natura frigidiora, morbos frigidos patiunt, ex horum numero eſt papauer, mandragora, hyoſcyamus, cicuta, quæ nimia frigiditate etiam interimunt. Iuxta tertiam cauſam. Vltima ſtipatio facit graues ſopores, & oetetnum, & morbos attonitos, & hoc eſt, quod dicit Hippocratis, uenarum interceptiones corpori officere, quod ſtatim uocem eripiant, ubi enim arteriæ ita ſanguine opplenæ ſunt, ut aerem externum, quia nullus uacuus reperitur locus, attra-

In intemperantiæ cōpoſitę.

Gal. 7. metho. Cap 7.

Gal. 14. meth. cap. 15.

Cauſæ calidæ intemperiei.

Galenus lib. de cauſ. morb. capit. 2. & 1. de diff. feb. cap. 3.

Cauſæ frigidi morbi.

Galenus lib. de cauſ. morb. c. 3.

Refrigerantium adhæſus, ſeu occurſatio.

Nimium alimentum.

Frigidæ ſubſtantiæ permiſtio ingeſtioque.

Stipatio vehemens.

here nullatenus possunt, innatus calor strangulatur: ae qui ita affecti sunt, subito sensum & motum totius corporis amittunt, refrigerium.n. arteriæ cum se attollunt, accipiunt, cum autem resident, fuliginosum expellunt. Quorum vtrunque natiuam caloris mediocritatem conseruat. Quod si fuerit stipatio modica, & mediocris non adeo calorē pati, vt stranguletur, necesse eit, sed si in animalis corpore veluti fuliginosa quædam ac fumida excrementa tunc constiterint, aut febris accendetur ob interclusam interius fulginosam euaporationē, aut strangulabitur calor insitus, vtrunque vero horum accidet pro multitudine excrementorum, aut magnitudine stipationis, si enim superfluitas pauca fuerit, & stipatio modica & parua, febris accendetur, si fumosa superfluitas multa, & stipatio vehemens, periculum imminet, ne calor naturalis strangulatus ab excrementis extinguatur. si vero è corpore solum vapor quidā suauis, atque optimus exhalarit, quod fit, dum sanguis optimus in corpore fuerit nullo inquinatus humore superfluo, tale corpus tum mediocriter stipari contigerit, breui aut erit plethoricum, aut supra modum calefiet, si enim deses vita sit, plethoricum euadet, cum intus remanserint, quæ exercitatione excerni oportebat: ijs vero, qui exercitantur, calefiet, cum motus occasione calor augeatur naturalis, non transpiret autem ob id quod densatum sit corpus. Sic & laxatio, quando plus quam sit opportunum dispergit, ac dissipat natiuum calorem, frigidius efficitur corpus. simili modo, si quam totum corpus habuit dispositionem in obstructionibus, & plenitudinibus arteriarum, & laxationibus, hanc ipsam habeat particula veluti si stipata ab ijs solū, quę in ipsa sunt arterijs affectis, necesse est, vt hæc ipsa particula similiter, vt totum corpus, ęgrotet. Et quidem quæ extrinsecus adhibentur medicamina, aut aquæ, quæ vim medicaculam habent, & frigidæ, & aer ipse circūfusus laxationem, aut stipationē immodicam, in ipsa parte committere possunt, & vincula quædam violenta ipsi aliquando particulæ, aliquando vero supraiacentibus circumposita, corrūpent ipsam, ac frigefacient, quia separant eam à communicatu membri præcipui, à quo calor emanat naturalis, & vnde vim sui motus excipiunt arteriæ. Ex nimia autem quiete & ocio immodico, tum vniuersum corpus, tum particularia membra refrigerari, & iridem ex immodico motu eorundem calorem dissipari, & inaniri adeo clarum est, vt rem hanc Galenus ignis exemplo contentus, in naturali animantium calore silentio præterierit. Qui deinde de causis sicci affectus loquens, ait, quod si quis magis quidem transpiret, minus aut nutriatur, facile in siccam ęgritudinem incidet, ac præsertim, si curis aut vigiliis immodicis occupatus fuerit. Et aeris quoque ambientis temperaturę siccæ animaliū corpora siccant, & natationes in aqua, quæ nitri, aut sulphuris, aut aluminis, aut bituminis, aut alterius huiusmodi qualitatis est particeps, & quæcunque medicamina exiccantia, siue intro assumantur, siue foris adhibeantur, siccum reddūt corpus. Humidarum autem ęgritudinum sunt omnes causæ contrariæ, veluti ciborū, qui humidiori natura constant, copia, & potuum excessus, & omnis viuendi ratio delicatior, & animi securitas, & balneorum ex aquis dulcibus plurimus vsus, præsertim post cibum, sic & tota vita ociosa, & omni labore vacans, & pluuiarum abundanria, & omnis status temporis humidus & humectantia medicamina. Liquet autem quod compositarum ægritudinum causæ omnino sunt compositæ, si enim causa calida simul ac sicca in vnum aliquando conueniant, necessario calidus & siccus sequetur morbus, & sic de reliquis, vt humida, & frigida, & sicca & frigida. illud autem addendum, quod corpus sæpius alteratur, cum causæ omnes eiusdem inter se sunt speciei: sæpè vero cū viribus contrariæ sunt: & quod nonnunquam superant, quæ ex ipsis sunt, vel numero plures vel diuturniores, vel potentiores: interim vero ab vtrisque ex æquo læditur corpus, & merito distemperantia inæqualis dicta suboritur. Sicuti autem aliquando ob solas quatuor qualitates corpora ab habitu naturali recedunt, nulla extrinsecus confluente substantia: ita aliquando replentur fluxionibus, idea quidem omnino humidis, vi autem non humidis, ex quibus omnes morbi fiunt, qui fluxionum sunt partus, qui quidem omnes fiunt subinde ad partes ignobiliores materiam inutilem deponente natura, cum enim quælibet animantis particula & attractrice, & retentrice, & alteratrice, & superfluorum excretrice virtute prædita sit, superflua autem materia duplex genere existat aut, s. quantitatis ratione, aut qualitatis: cum denique partium non æquale sit robur, principaliores enim statum ab initio natura maiori robore dotauit: nil mirum si in impuris corporibus, ad ignobiliores partes aliquid confluat, Nam superfluus humor, vt qui à partibus omnibus robustioribus expe latur, ac nullibi

Nimia rarefactio.

Ociū & immodicus motus.

Siccæ intemperiei causæ.

Cap. 4.

Cap. 5.

Humidę ęgritudinis causæ.

Cap. 6.

Compositarum intemperierum causæ.

Inęqualis intēperiei causæ.

Causæ intéperiei cū materia.

libi consistere queat: tandem ad imbecillissimam peruenit partem, quæ alia atq; alia in diuersis corporib. existit, aut quia in prima animalis formatione eidē parti aliquis error obtigerit, aut postea aliquā susceperit noxam, aut quia talis natura esse debeat, quemadmodum cutis, quæ cū nullam habeat operationē, sed vsus tm̄ gratia à natura instituta sit optima ratione partibus alijs, quæ aliquā habent operationē, imbecillior est facta, ac ꝓterea cū omniū aliarum partiū extima sit collocata non absq; ratione totius corporis excipit excremēta. Multa.n. ab initio instrumenta, expurgandæ materiȩ inutilis gratia, natura molita est: & hæc quidem sola ad tuēdam sanitatem sufficiant, cum nullam corpori labem is, qui nobis circūfunditur, aer adiecerit, aut delinquens ratio victus humorum vitiosorum redundantiam immodicam in corpore non effecerit. Nam, cum talis acciderit error, non amplius naturalia sufficiunt instrumenta, ad excrementi multitudinem expurgandam. Ideoq; tunc accidit, vt fluxiones à valentioribus impulsæ partibus ad imbecilliores irruant. Illud etiam nonnunquam vsu venit, vt, cum stipati fuerint hi, per quos expurgantur, meatus, ad alia confluant loca. Hæc quidem sunt principia gignendi omnes prædictas ȩgritudines non solum in parte aliqua, verumetiam in vniuerso corporis habitu, vti in lepra anaxarca, elephantiasi & id genus alijs morbis euenire conspicimus. Verum sicca & humida intēperie post habitis, de quarum causis & in capite de tabe, & in sermone de nimia obesitate rursus loquemur, & de quibus nunc ob id loquuti sumus, quia ex his compositæ totius corporis intemperantiæ exoriuntur, circa calidæ frigidæq; intēperiei causas permultæ eȩque pulcherrimæ nobis sese offerunt dubitationes. quas quidem explicasse longe vtilius fuerit, quā verba conterere in declarando, quid voluerit Galenus per exustionem significare. cum enim hæc sint prima veluti artis Medicæ fundamenta, atque principia, quæ artes & scientiæ habent principia causas & elementa, ex horum omniū recta cognitione nobis innotescunt. His autem ignoratis, quo magis prima sunt, eo maggis omnia, quæ ab his dependent, ignorare necesse est. In causarum itaque calidi morbi enumeratione Galenus primum diminutus apparet, quia neque antiparistasim, neque obstructionem ipsam proponit; neque tueri potest si dicamus has causas esse per accidens, quia etiam stipatio ex accidenti calfacit, pariter optimum alimentum, & moderatum in quantitate & qualitate, non aliter atque optima materia combustibilis ignem maxime auget, calorem in animanti augere valet, quemadmodum opposita habens conditiones frigidum morbum creat. Is etiam superfluus apparet, quia putredo & calidæ rei vicinia & adhæsus idem esse videntur, nam putredo vt plurimum in humoribus gignitur, & in ijs primum caliditatem accendit. Sed hi cum corporis partes non sint, nec vita præditi, morbis corripi non possunt, dum itaque per putredinem calfacti sunt, partes viuentes, quas attingut, simili caliditate afficiunt, adeo vt modus calefaciendi ad rei calidæ propinquitatem reducatur. Insuper cum calidus frigidusq; morbus omnino contrarii sint, contrariorum contrariæ causæ sunt, & ipsȩ nihilominus quasdam causas vtrunque morbum producere ait, vti sunt stipatio, & motus ipse; & per motū necesse est intelligere hunc immodicū ne dum in creando frigido morbo, verumetiā in calda ægritudine excitanda, locū habere. Nam neq; motus exiguus, neque moderatus calidi morbi causa est, & quod magis difficultatē auget illud est, quod post enumerationem causarum sicci morbi, statim subdit humidarum autem ægritudinum sunt omnes causæ contrariæ, cur itaque post causas calidi morbi propositas non statim quoque subintulit, frigidorum autem morborum causæ omnes contrariæ? Ad hæc cum vigilia animi motus quidā sit, vti & plures alij animæ affectus, vigilia tum calidi tum etiam frigidi morbi causa statui potest, siquidem & ipsam calefacere & biliosos humores procreare, & calorem innatum & vires adeo dissipare, & exhaurire, vt ipsam Galenus sensibili euacuationi comparauerit, experientia ipsa edocemur. Amplius calidi morbi quinque proponuntur causæ; frigidi autem octo, quarum vna est frigidorum propinquitas, tres ad alimentum ipsius.s. nimiā copiam, penuriam, & vitiosam qualitatem attinent, quinta & sexta sunt stipatio, & rarefactio, septima, & octaua ocium, & motus immodicus. Sed parum hoc est, nam alibi idem Galenus de frigido morbo & caloris, seu flammæ corruptione & extinctione loquens, huius rei causas non quidem octo, sed quatuor tantummodo proposuit. Cōsiderato mihi flammam (inquit ipse) extrinsecus, interim materiæ, vnde accendebatur, defectu interire: interim in Sole splendido cōtabescere ac emori: rursus ab aqua multa extingui, aut lignorum super eam comulatim iniectorum copia suffocari: quatuor

Dubitationes, quæ circa causas calidi, & frigidi morbi cōtingunt.

Prima dubitatio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Arist. 1. phys. tex. 1.

Galen. lib. de tremo. cap. 6.

tuor hęc accidentia quatuor de causis, non eodem omnia modo, flammam conficiũt. quare solum alimenti defectum, nimiam rarefactionem, extinctionem à contrario, & suffocationem ipsam reliquis omnibus prætermissis, attulisse videtur. Præterea in frigidi morbi causis recensendis diminutus satis apparet, nam & euacuationem ipsam omisit & ipsius potissimum sanguinis, quæ quidem, vt alibi testatur, corpus refrigerat, & quamuis id ex accidenti fiat, non tamen valet subterfugium, quia etiam stipatio, vt alia prætermittam, ex accidenti refrigerat, similiter ex rei calidæ adhæsu, & nimio ipso ardore morbus frigidus oriri videtur, quandoquidem, & in æstuante aere ventres frigidiores euadunt, & Lypirijs vocatis febribus exteriores omnes partes algent, & nimia iecoris caliditas sæpissime ventriculi frigidioris, & diminutæ & tardæ chilificationis causa est, & non minus frequenter ardentes febres iecoris frigiditatē, hydropes, & frigidos morbos pariunt. Demum superfluus videri potest, quoniam dũ stipationem ipsam tanquam frigidi morbi causam explicat, exemplificans inquit arterias, & vasa interdum à nimia sanguinis copia adeo repleri, vt arterię nõ possint attolli, & aer frigidus pro caloris ventilatione allici non possit, & ita insiti caloris cum externo aere commercium inhibeatur. Verum hæc sanguinis multitudo ad nimiã alimenti copiam reducitur. Vt autem hæ omnes ambiguitates sponte corruant, & radicitus euellantur, illud imprimis tanquam verissimum supponere debemus, vnius morbi & vnius effectus vnicam esse causam primam, atque per se, & immediatam, reliquę autem causę, quæ non primo & immediate id agunt, dicuntur esse per accidens, & hoc non solum Aristotelis & aliorum Philosophorum dogmatibus consonum est, verum etiam Galeni principijs arridet, vti in superiori capite, dum de morbi natura loqueremur, palam fecimus. Supponendum secundo tanquam tritissimũ & vulgatissimum apud omnes tum Philosophos tum Medicos commune principium, quod sicuti quidquid conseruatur, augetur & roboratur, à sibi simili per se, id consequitur, ita quidquid corrumpitur, atque destruitur, à sibi contrario primo & per se corrumpitur. illud tertio vti concessum ab omnibus præaccipere debemus, innatum calorem dupliciter augeri posse, videlicet & penes propriam essentiam, seu quo ad gradum & intensiue (cum enim accidens sit, eius propria essentia in quodam gradu commensurato consistit) & penes proprium subiectum, seu quo ad copiã & extensiuè, quemadmodum à pari dupliciter imminui & labefactari potest, videlicet, vel penes gradum refractus, vel penes molem & copiam imminutus. His concessis hypotesibus, si de causis calidi morbi fiat sermo, hæ ad calidam intemperiem creãdam non dupliči modo, sed vnico tantum modo concurrunt, quatenus innatum calorem penes gradũ adaugere, & intendere valent, non autem penes copiam & subiectum. Quæ enim causæ insitum calorem penes molem & copiam multiplicant, tantum abest, vt morbum calidum producant, vt potius optimarum operationum causæ sint. hinc optimum & in quantitate, & qualitate commensuratum alimentum calorem innatum fouere, & augere quidem valet, non tamen calidum morbũ producere, quia ipsum quo ad gradum præter naturalem non auget, pariter ventres hyeme, & vere, vt ait Hippocrates, natura calidissimi sunt, & optimę fiunt concoctiones, quia calor ab ambiente calore non dispergitur & euocatur, sed à sibi contrario frigore intus repellitur, & interioribus visceribus copiosus colligitur, conseruatur, & penes copiam roboratur, & incrementum suscipit. Vnde mirum non est, si Galenus neque antipatistasim, neque alimentum ipsum proposuit, obstructionem autem ipsam subticuit, quia illam sub stipatione comprehendi voluit, nam ambarum essentia in meatuum angustia posita est, & insuper obstructio per mediam putredinem, vt plurimum calidum morbum producit. Sed tum hæ, tum reliquę causę calidę ægritudinis à Galeno allatæ, habent hoc vt innatum calorem non penes molem & copiam, sed penes gradum adaugeant, efficiuntq; vt gradus caloris commensuratus & ad omnes operationes idoneus, intēdatur, & igneus euadat, quo fit, vt necesse sit, vt causæ calidi morbi sint quidem similes in qualitate cum morbo, quem producunt, & proinde calefacientes, sed in gradu innato calorum dissimiles, quia necessarium est, vt omnes gradi producant eo, quem insitus calor possidet, intensiorem, quo fit, vt non cuiuscunque rei calidæ, & substantiæ calidæ adhæsus, aut permistio calidum morbum producat, sed solum earum rerũ, & substantiarum, quæ penes gradum calore innato calidiores sunt. similiter non quilibet motus id efficit, sed is solummodo, qui vehemens & concitatus, aut diuturnus, aut quomodolibet immodicus sit, à quo mota corpora, propter vehementem attritionem

Septima.

Octaua.

Dubitationes propositæ quo pacto diluendę sint.

Gal. lib. de diff. sympt. cap. 1.

Gal. 1. aphor. com.

Ad primam.

tionem & agitationem in gradu calidiora fiunt. Stipatio pariter & obstructio sunt in causa, insitus calor penes gradum intenditur, quia earum vi tum ventilatio, & aeris frigidioris attractio prohibetur, quorum merito calor naturalis in debita symmetria continebatur, tum fuliginosorum excrementorum expulsio cohibetur, a quibus deinde natiuus calor intenditur secundu gradum & extraneus euadit, quod etiam in ipsa putredine de necessitate fit. Quare calida intemperies per se non nisi à re, quę in calorem natiuum agat, & ipsius gradum adaugeat, creari potest, vti in calidorum occursu, & permixtione, necnon in motu, atque putredine ipsa cõtingit. Quod si quę causa huiuscemodi rem vehementius calefacientem in corpore præter naturam detineat, & calorem refrigerari prohibeat, vti sunt obstructio, atque stipatio, hæc ex accidenti calidæ ægritudinis causa dici debet. Quamuis autem in adhæsu rei calidæ, & obstructione modi penes caloris intensionem & calidi morbi productionem ijdem sint, quemadmodum etiam Galenus exemplificare, & fateri videtur; nihilominus penes primam caloris & causę calefacientis originem valde differunt, cũ calidæ rei adhęsus extrinsecus principium sumat, putredo vero intrinsecus primam caloris originẽ producat. ad hæc simplex alteratio per simplicem contactũ à putredine maxime differt, & sunt modi & principia sui natura valde diuersa, & diuersos quoq; calores producunt, quia alteratio per simplicem adhæsum simplicem calorem, putredo putredinalem, & fuliginosum calorem procreat, & idem prorsus de motu, & calidæ substantiæ mistione, & reliquis dicendum, quorum modi in caloris gradu adaugendo satis diuersi sunt, & à Galeno tanquam Medico, qui in curandis morbis causarum diuersitates omnes penes proprias species & differentias perpendere debet, erant proponendi. Quamuis aũt contrariorum contrariæ sint causæ, & idem secundum idem contrariorum effectuum causa esse non possit, nihilominus non inconuenit, vt vnum & idẽ vno modo & per se, altero autem modo & ex accidenti contrariorum causa sit. Nam motus immodicus primũ & per se calorem penes gradum intendit, ex accidenti vero & secundario absumendo & dissipando caloris subiectum, & ipsum humidum rarefaciendo, calorem penes copiam imminuit. & idem prorsus de vigilia ipsa, quæ motus animi quidam est, asserere debemus. caloris.n. gradum intendit, sed copiam ipsius, eius pabulum dissoluendo, imminuit quatenus.n. motus est, & animalis facultatis nimia operatio calefacit, sed ex accidenti exiccat, & calorem exhaurire, & refrigerare conspicitur. Similiter stipatio penes modos diuersos, quos in se habet, interdum calidi, nonnunquã frigidi morbi, vt idem met Gal. explicat, causa est. si enim modica fit, & moderata calidi morbi, si vltima & immodica, vt infra declarabimus, frigidæ ægritudinis est causa. à pari immodica frigiditas, si in corpus agat, quod imbecillum calorem obtineat, ipsum potius extinguit, & frigidi morbi causa fit, sin adeo immodica non sit, sed potius moderata, aut in corpus agat, quod copiosum, & robustum innatum calorem possideat, calorem ipsum penes copiam potius adauget, quia dum calor contrarium refugit, concentratur & in visceribus copiosus colligitur & roboratur, & ob id hiberno tempore copioso alimento vtendum est, vt calor copiosus genitus contrario frigore ipsum corrumpenti resistere valeat. Quod si ambientis frigiditas stipationem promoueat, non amplius proxima, sed valde remota, vel calidi vel frigidi morbi causa fit, prout vel moderatam, vel vltimam stipationem promouet. Iam vero, licet calidorum & frigidorum morborum plurimæ causæ inuicem omnino contrariæ sint, & modos habeant oppositos (nam motui, ocium ipsum, stipationi, rarefactio, alimento calido, seu mistioni calidę substantiæ, alimentum frigidum, calidorum adhęsui, frigidorum occursus contrariatur, stipatio pariter modica, immodica & extremæ penes modum diuersum opponitur; putredo vero ad calidæ rei adhæsum reducitur.) Nihilominus non potuit Galenus post calidi morbi causas enumeratas subinferre frigidorum omnium morborum causas esse contrarias, quemadmodum in causis humidi morbi, post eas, quæ siccum morbum creant, recensendis, ita pronunciauit. Nam frigidi morbi generatio, non vt intemperiei calidæ productio (quæ ex sola caloris penes gradum intensione oritur) vnica est, & simplex, sed duplex esse potest, nam siue insitus calor penes gradum, siue penes copiam remittatur, & imminuatur, frigidus morbus gignitur, quia quodcunque horum accidat, animantis operationes maxime lęduntur, & ob id plures morbi frigidi causæ sunt, quàm calidi, & sicuti calidi morbi causæ ad vnicam, ita frigidæ ægritudinis causæ, licet à Galeno plures numero proponantur, ad duas tantummodo rediguntur, prout innatus calor, vel penes

gradum,

Ad secundũ.

Galenus lib. de caus. mor. c. 2. & 1. de diff. febr. c. 3.

Ad tertiam, & quartam.

Galenus lib. de caus. morb. c. 3.

Ad quintam & sextam.

gradum, vel penes copiam refrangi & labefactari potest. penes gradum autem refran gitur, dum à sibi contraria frigiditate extinguitur, & hic corruptionis modus est inaxime proprius, & ex Aristotele proprie caloris extinctio nuncupatur, sub quo tũ frigidorum occursus, tum ciborum, & medicamentorum refrigerantium assumptio continetur; penes copiam vero imminuitur, dum alimenti defectu, & humidi proprij seu pabuli & subiecti inopia laborat. quare causæ omnes, quæ in eius alimentum & humidum agũt, & ipsum exhauriunt caloris copiam labefactant. & ex accidenti calorem extinguunt, & sub hoc modo reliquæ omnes causę frigidæ intemperiei reducuntur. & ab Aristotele, si ab externa & violenta, aut euidenti causa, non pendeat, marcor propriè dicitur. Sed vt quæ diximus, clariora fiant, videamus primum quomodo octo modi, seu causæ frigidi morbi à Galeno in lib. de causis morborum propositæ, ad quatuor, quas in lib. de tremore proponit, reducatur, deinde quomodo quatuor ad duas nempè extinctionem à contrario, & alimenti inopiam, seu defectum redigi possint. Apertissimum est igitur refrigerantium propinquitatem & assumptorum qualitatem frigidam ad extinctionem ab aqua, aut niue, aut ab alio contrario reducendam esse. pariter ciborum & potuum nimia copia, & stipatio nec non ocium immodicum sub ipsa suffocatione complectitur, quemadmodum alimenti ipsius & ciborum & potuũ copia exigua, aut praua qualitas, non quidem frigida, sed parum nutriens, sub ipsius nutrimenti defectu continetur, vt ex dictis liquet. immodicus autem motus tum sub hoc, tum sub nimia raritate cõprehendi potest. Harum autem quatuor causarum duæ tur sus, nempe suffocatio, & nimia rarefactio, ad alimenti ipsius indigentiã redigi possunt. Prohibita namq; perspiratione & caloris motu & ventilatione & fuliginum expulsione ablata plus iusto calor penes gradum increscit: intensior autem factus, humidum illud, quod sibi idoneum est pabulum, citius absumit, quo deficiente calor ex consequenti emarcescit, & deficit, vt his verbis præclare docuit Philosophus. cum n. (inquit) spiraminis nihil quicquam habet, aut refrigerij, calor plurimus in sese collectus alimentum celerrime absumit, idque prius facit, quam vt vlla respiratio adhiberi queat. In Galeni autẽ doctrina, id addimus ex prohibita perspiratione caloris alimentum, & nutritionem aerem. s. ipsum per arterias attractum, impediri. Quod si suffocatio ex nimia sanguinis, aut excrementorum copia proficiscatur, non ineptè modus hic ad illum redigi potest, qui fit à contrario, siquidem superflua excrementa, & valde copiosus sanguis respectu caloris quoquomodo contrarij rationem habent. Similiter immodica rarefactio, vti cum minor flamma à maiore extinguitur, ad eundẽ alimenti & humidi defectum spectat, cum enim minor flamma à maiori extinguitur, id non ideo accidit, quia maior minorem flammam rarefaciat, sed quia paratum sibi pabulum citius & vehementius absumit; quo quidem absumpto, minorem flamma, quia ipso fouebatur, extingui necesse est, vt in hoc etiam rectè Aristotelis sensisse videtur. Vnde mirum non est, si maximus hic Philosophus alio in loco insiti caloris interitus duos tantum modos à nobis, s. assignatos, adduxit, vnum. s. à contrario factum alium ex alimenti inopia prouenientem. In mixtis autem inanimatis in quibus calor, vt conseruetur, alimento non eget, is vnico tantum modo penes gradum, scilicet, & à contrario interna videlicet frigiditate corrumpitur. Nam calor ambientis inanimatorum mixtorum caloris corruptionis causa est per accidẽs, quia dum calorem mixti extrinsecus allicit, est in causa, vt is penes molem comminutus, quod reliquum est caloris labefactetur, & ab interna frigiditate mixti facilius corrumpatur & extinguatur. Ex quibus patet Galenũ neq; superfluum esse, quia euacuatio immodica siue sanguinis, siue per sudorem, aut alias vias, & febres ardentes, & æstuosus aer, ad rarefactionem immodicam, & alimenti penuriam attinent: neque diminutum, quia præter id, quod datur plenitudo quo ad vires, quę calorẽ obruit, extinguit, & labefactat, etiã si stipationem non inferat, datur quinetiam stipatio sine plenitudine, & absque nimia sanguinis exuberantia, tum in toto corporis ambitu, vti dum cutis spiramenta aliqua de causa extrinseca stipantur, tum in aliqua parte, dum, vt ipse declarat, vinculo coarctatur. Eas itaque solũmodo & præcipuè causas proposuit Galenus, quæ ad morbi calidi frigidiq; perfectam cognitionem & curationem erant pernecessarij.

Arist. lib. de iuuent. & senect. cap. 3.

Arist. lib. cit.

Gal. lib. de cau. morb. cap. 3. & lib. de tremor. cap. 6.

Aristotelis loco citato.

Arist. lib. de iuuent. & senect. cap. 3.

Arist. 3. problem. probl. 25

Ad septimũ, & octauum.

De signis intemperiei totius corporis tum morbosæ, tum intra limites sanitatis consistentis. Cap. III.

QVOMODO vero corporis totius intemperies in communi, & vnaquęque ipsius differentia, siue simplex sit, siue composita, dum morbosa est, dignosci possit, non est, vt multis declaremus: quoniam ex se facile cognoscitur. Oportet itaque, vt consueuimus, tū præsentia, tum præterita, tum subsequentia sedulo cōtēplari, exēpli gratia cū viderimus totius operationes lædi, in calidiori totius intēperie in primis ad tactum ingens percipitur caliditas; totius corporis color ad rubrum, vel fuscum, aut liuidum, vel nigrum, & exustum vergit: pulsus magnus velox, & frequens est: cordis, vel iecoris, vel vtriusque caliditas, vel etiam totius corporis temperatura calida vnà cum causis calefacientibus fuere prægressa. quæ enim magis parata & disposita sunt, facilius simili dispositione corripiuntur. Et tandem sequitur, vt à frigidis iuuentur, & à contrarijs lædantur. ita calidi humores & deinde corporis siccitas, & colliquatio, & alia, quæ caliditatis soboles sunt, postea subsequuntur. Frigiditatis signa omnino contraria sunt. Vnde, vt tum reliquę intemperantiæ simplices, tum compositæ leuissimo negocio dignoscantur, oportet primo qualitatem ipsam tactu, qui in hoc iudicio principatum tenet, explorare: deinde vniuersi corporis colorem. in his tamen tū tangibilibus tum visibilibus qualitatibus dijudicandis, oportet semper ea omnia externa siue sit ambiens, siue animi, siue corporis motus, siue cibus & potus, siue medicamenta, aut aliud consimile, quod in proximum alterare corpus potuit, imprimis remouere, & expectare, vt alterationes ab his externis causis & circunstantijs productæ deferuescant, vnde dicebat Hippocrates color humorum, nisi adsit humorum reciprocatio, veluti efflorescit. Quare pręter calorem vniuersi corporis oportet etiam diuersarum materierum prouentum, & humorū dominiū ęstimare: quia exēpli gratia temperatura calida, & sicca bilem copiosam gignit, & sic de reliquis. Quomodo autem humorum dominium dignoscatur, ex alibi traditis præsertimq; in dolore capitis satis apparet. dum tamen ex diuersorum humorum prouentu diuersas intemperantias iudicamus, oportet cibos iam prægressos, & ambientem nos aerem considerare eisque semp aliquid cōdonare. Exēpli causa si bilis redundet, & cibi biliosi, ęstasque feruida sit prægressa, non debemus vniuersum corpus omnino calidū & siccum iudicare. Insuper oportet perpēdere, an vnà cum intemperie adsit aliquis alius morbus præsens, vel symptoma, quod talem intemperiem comitetur. Secundo loco necessum est considerare ea, quæ fuere progressa, veluti causas alterantes, siue calefacientes, siue refrigerantes, siue siccantes, siue humectantes, & item ętatem, naturalem temperiem, regionem, anni tempus, vitę genus rationemque, & alia, de quibus toties dictum est. & postremo tum conferentia, tum lædentia erunt expendenda. ex quibus etiam intemperies, quæ cum materia est, & adhuc facilius, cognosci potest. de cuius signis dum de vitijs externis loquemur, exactius pertractabimus. Verum quoniam dictum fuit homines in intemperies illas labi consueuisse, in quas naturaliter procliues sunt, & insuper, quia impossibile est intemperiei magnitudinem, & lapsum præter naturam, aut cognoscere, aut remouere nisi naturalis temperies nobis prius innotescat (dum enim Galenus intemperierum curationem affert, inquit curatiuas indicationes à morbo, à temperatura, & aere ambiente desumendas esse) idcirco necesse est, vt tandem vniuersi corporis naturalis temperatura, quæ intra sanitatis latitudinē continetur probe dignoscatur. Cum autem à Galeno demonstratum sit, nouem esse temperamentorum differentias, vnam quidem, quæ mediocris sit, & eucratos (quam etiam temperatam vocabimus) reliquas omnes intemperatas, quatuor simplices, vnica. s. quaq; præpollente qualitate, calore, frigore, siccitate, vel humiditate: quatuor ab his diuersas, in quibus vtriusque oppositionis altera qualitas exuperat; primo loco temperatæ signa tradenda sunt, quoniam hæc omnium prima virtute, potētia, cognitionisque ordine sit. At cū temperatū duplex inueniatur, aliud videlicet in vniuersa rerū natura; aliud in singulis generibus: & primi norma iudiciumque fit elementorum portionis æqualitas, cuius rei gratia omnium extremorum medium ad vnguem redditum eucraton, & simmetron, siue temperatum, siue mediocre dicitur; secundum vero proprijs corporum functionibus, vsibusque indicetur, monstratum est hominem non so-

Signa calidæ intemperiei.

Signa frigidæ & aliarū intēperierū.

Gal. 2. de temperamentis capit. 2.

Galenus loco citato.

Hipp. 1. de humor. t. sex.

De signis optimę temperaturę, & intemperierum sanitatis.

temperamētorum differentiæ.

Tēperatū duplex.

lum animaliũ stirpiumve, sed etiam reliquorum omnium maxime temperatum esse. Cum autem ex multis & dissidentibus conditus sit partibus, monstratum est cutẽ, atque huius eam maximè partem, quæ in manu est interna (si tamen naturaliter dispo sita sit) inter reliquas omnes esse maxime eucraton, & temperatam. quare cutis iam dicta, sed hominis maxime tẽperati, absolutè loquendo, medium est vniuersæ substantiæ. De reliquarum autem particularum, quæ nobis supersunt temperamentis in sermone de vulneribus, & vlceribus nobis erit loquendum. Cum itaque plurima sit ipsis quoque hominibus inter se differentia, eius qui temperatissimus est indicia trademus, vbi prius monuerimus, cum Gal. quod totius corporis habitus, cuius temperamenti signa nunc inquirimus, in illis maxime dicitur partibus, quæ primæ oculis subijciuntur, sunt vero hæ, musculi, qui omnia ambiunt ossa, carnes quædam compositę ex prima, & simplici carne, & præterea fibris quibus innascũtur. propria enim musculorum substantia ex his duobus constat: quæ vero ad ipsos vasa pertingunt, veluti riui quidam sunt, qui non eorum substantiam complent, sed eis subministrant, vt in vita permaneant. Quomodo autem totius corporis habitus & hępatis, & cordis naturam sequatur, ei autem magis assimiletur, quod vnam aliquam ex primis qualitatibus potẽtiorem habuit, quas & effectiuas appellant, in signis temperaturarum horum membrorum dictum fuit. Dicentur igitur & musculorum potissimum, & totius corporis habitus temperaturæ indicia in bene temperata habitatione. Quæ.n.male temperatæ sunt, cutem permutant ex se ipsis formantes, & quædam ex indicijs corrumpunt. ita & in bene temperata regione, si quis se tempore æstatis nudum soli exposuerit permutabit indicia, quæ ex colore, & duritiæ, & mollitiẽ sumuntur. Si vero præter bene temperatum locum, ita bene temperato victu vsus fuerit, vt qui neque se nudum singulis diebus in Sole plurimum torrefaciat, neque more puellarum continue in vmbra degat, hic certa, atque exquisita temperaturæ indicia præ se feret, ad hunc itaque temperatum proprijs signis dignoscendum accedamus. Quæ quidem signa, vel ad corpus, vel ad animum, vel ad ea quæ de necessitate sequuntur attinere Galenus hisce verbis testatus est. Maxime temperatus is est, qui corporis habitu medius horum extremorum apparet, gracilitatis crassitudinis, duritiei mollitiei, itemq; caloris, & frigoris. inuenias.n.cuiuslibet hominis tangendo corpus, vel mitem & halituosum calorem, vel igneum & acrem, vel horum neutrum: imò frigiditatem quandam præpollentem, frigiditatem autem præpollere, vt in animalis corpore intelligere oportet, eoq; tum sanguine prædito, tum humido. alibi autem breuioribus adhuc vtens, ait in eo a.le.de carnositatis mediocritatem in qualitate & quantitate. medium est.n.exquisitè tale corpus inter omnes excessus, vt qui ad ipsum dicantur, & intelligantur. Nam & crassum corpus ad hoc comparatum dicitur crassum, & tenue ad hoc eodem modo: & carnosum & macilentum, & pingue, & durum, & molle, & hispidum & glabrum. Nullum igitur horum est, sed qualis Polycleti regula ad summum totius peruenit mediocritatis. ac corpore quidem talis est temperatissimus homo. Idem animo quoq; medius omnino est audaciæ, & timoris, cunctationis & præcipitationis, misericordiæ, & inuidiæ: fuerit vero talis alacer, amicorum amans, humanus, & prudens. Ex his itaque primum, potissimumq; agnoscitur. His accedunt non pauca eorum, quæ ex necessitate sequuntur. Quippe edit, bibitq; in modo: & nutrimenta non solum in ventre, sed etiam in venis, & tota corporis mole, probe concoquit. omnesque tum naturales, tum animales virtutes, inculpatas habet: cum & sensuum facultatibus, & membrorũ motibus optimis sit præditus, tum viuido colore semper fit: tum ad perspiratum excrementorum bene comparatus. Idem medius inter somnolentum & peruigilem, inter glabrum, & hirtum, inter nigrum colorem, & album: vade, vt alibi ait, eius color ex rubro & albo commistus est. Et eius capilli flaui, & plerunque mediocriter crispi. Sed pilos habet, cum puer est, magis rufos, quàm nigros: cum in flore est, contra. Verum quoniam ex diuersis ipsius ętatibus diuersæ rursus spectantur temperamentorum differentiæ: idcirco sciendum, quod recens in vtero formatus homo humidissimus calidissimusq; est, prima enim eius constitutio ex semine, & sanguine est, quæ humidæ, & calidæ res sunt. Qui vero in vltimo senio est constitutus siccissimus exitit. Qui autem in medio statu senum ac nuper natorum sunt, qui vtique iam ętate processerunt, quantum à senio absunt, tãtum & ab extrema siccitate sunt remoti: qui minores sunt, atque adhuc augescunt, tãtum ij quoque ab gestati etiamnum fœtus humore absunt, quantum processerunt ætate. Florescens vero ætas omnium animalium maximè in medio

Homo absolute temperatus.

Cutis pars hominis temperatissima.

Galen. 1. art. med. cap. 50.

Prima aiaduersio.

Secunda animaduersio.

Signa corporis temperatissimi.

Gal. 2. de temper. cap. 1.

Indicia, quæ capiuntur à corpore.

Primo art. medic. cap. 51.

Signa, quæ capiũtur ab anima.

Signa ab his quę de necessitate consequuntur, depumpta.

Primo art. medic. cap. 56.

Galen cap. de temperam. c. 2.

Aetatum temperamenta.

Aetas florens in medio ex

tremorū est, quo ad passiuas qualitates. medio extremorum est, neque sicut senium ad summam perducta siccitatem, neque velut infantium ætas in humore, & multo vuido mersa. cur igitur aliqui celebriū Medicorum humidum esse senium prodiderunt? an videlicet, quod excrementorū abundantia sint decepti? ceterum nihil horum obstat, quo minus senum corpora sicca cen-

Senes siccissimi. seantur: vt quorum neruos, arterias, venas membranas omniumq; instrumentorum tunicas, multò quam prius erant,icciores inuenias: circūfundi autem illis extrinse-

Responsio ad obiectionē. cus, intrinsecusq; aut pituitosum quendam humorem aut mucosum. Verum tantum abest, vt hæc signa vniuersa senilem ætatem humidam confirment, vt etiam siccam esse prope testentur. Idcirco.n. particula quæuis siccior, quā ante videtur, quod per caloris imbecillitatem similiter non nutritur: foris siquidem copia illi humidi excrementi superfluitat: corpus autem cuiusque intrinsecus siccum est, vt quod nec trahere intro nutrimentum valeat, nec eo sufficienter frui. Est ergo humidus senex nō proprijs suis particulis, sed excrementis: rursus siccus nō excrementis, sed particulis ipsis. Quod autem senilis ætas & frigidissima sit, omnes fatentur. nam & rangenti senes frigidi apparent, & facile in frigidum statum mutantur, & nigri & liuidi fiunt, & frigidis morbis facile capiuntur apoplexia, neruorum resolutione, stupore, tremore, cōuulsione, destillatione, raucedine. Porrò perijt eorum omnis paulominus sanguis: eoq; vna perijt, & coloris rubor. iam vero concoctio his, & digestio, & sanguificatio, & appositio, & nutritio, & appetentia, & sensus, & motus; oblęsa omnia sunt, vitiosęque affecta. & quid quęso aliud est senium, quàm via ad interitum? ita si mors, naturalis caloris est extinctio: vtique senium veluti tabes quædam eius fuerit. Verū non

Vtrum pueri, vel ætate florentes calidiores sint. perinde de puerorum, & florentium ætate inter Medicos conuenit, probabiles.n. sunt vtrorumq; rationes, tum eorum qui pueros tum eorum qui florentes calidiores esse contendunt. Verum si reliquis omnibus, quæ extrinsecus adueniunt, alterationibus circuncisis, eas, quæ ex sola ætate proueniunt, differentias æstimaueris, neuter absolute loquenti videbitur tibi calidior. Quippe dissident eorum calores qualitate, quæ ex imparitate difflatus creatur. cuius rei occasione nonnulli, vel eos, qui secum versentur, vel seipsos fallentes, alij puerorum, alij iuuenum valentiorem esse calorem autumant. Est enim puerorum calor magis halituosus, & copiosus, & tangenti blandior: florentium calor subacre quiddam habet ac non suaue. Hæc igitur tangenti occursus differentia plures inducit, vt florentiū corpus calidius pronuncient. Res vero aliter se habet. Quippe qui in varia materia tactum suum ad calorem tum valentiorem, tum imbecilliorem tum parem discernendum exercuerit: huic non dubito puerorum calorem florentium calori, vel parem, vel ampliorem visum iri. Si enim sensum in multa particularium experientia exercuerit, non eò falletur, quod alter in humida alter in sicca substantia repræsentetur. Quippe lapis aliquando pari cum aqua calore esse potest, nullum eo faciente discrimen, quod lapis siccus sit, aqua humida. ita igitur mihi cum pueros, iuuenes, adolescentes millies considerassem, præterea eundem infantē puerum adolescentemq; factum, nihilo calidior visus est nec puer, nec ætate florens, sed tantum in pueris magis halituosus, & multus, & suauis: in florentibus exiguus siccus, nec similiter suauis esse caloris occursus. siquidem puerorum substantiæ, vtpotè humidæ, multum foras effluit: florentium substantiæ parum; vtpotè siccæ. itaque neuter videtur altero calidior, sed alter multitudine eius, quod difflatur, alter acrimonia. Quippe insiti caloris puer plus habet eiusq; blandioris, ex sanguine.n. & semine ortum habet; in florentibus exiguus & siccus, nec similiter suauis calor tangenti occurrit, & hæc de corporis humani temperatissimi notis, & ipsius, ratione ætatum, mutatione, sint satis. Ad signa vero intemperierum, sed sanitatis accedentes, de his accuratissime loquendum est, cum ne dum in quibuscunque profligandis morbis, verū

Quid sit intemperies sanitatis, & qd morbi. etiam in sanitate tuenda ad has respicere perpetuo debeamus. Est itaque, vt ait Galenus, alia sanitatis alia morbi intemperies: morbi quidem ea, quæ à media iam dicta temperie longissima abest sanitatis, quæ paulum. definire aurē modum nē hic quidem mensura, & pondere licet: cæterum intemperamenti, quod intra sanitatem habetur sufficiens nota est, quod nulla functio animalis manifeste sit adhuc læsa. Quan-

Gal. 2. de temperam. cap. 4.

Signum intemperiei sanitatis. tum igitur interuallum est inter id, quod perfectissimè functionem obit, & id, quod manifestè actionem aliquam habet oblæsam; tanta est profecto & sanitatis, & distemperantiæ, quæ intra sanitatem consistit, latitudo. ab hac proxima est intemperies morbosa, cum scilicet animal intemperamenti vitio ægrotat. cum itaque de signis intemperiei morbosæ dictum sit, nunc de his, quę diuersas sanitatis intēperantias indicant,

C agamus.

agamus, de quib. loquēs Gal. primo sic habet. Ergo calidi, frigidiq; corporis solus tactus est iudex: humidi autem & sicci vnà cum tactu ratio. Quippe, quod siccum est durum prorsus est, quod tactu omnino cognoscitur, non tamē si quid durum est, idem statim & siccum est. neque enim si quid cum summo frigore repræsentatur durum, vt glacies, id etiam siccum est. nec si quid cum vehementi calore est molle, idem statim est humidum, verum cum mediocriter est calidum, tum æstimare durum ne, an molle sit oportet. si enim molle sit humidum est, si durum siccum. Verum tamen partium, quæ in humano corpore sunt duræ, nulla est humida, neque enim tanta esse in eo frigiditas potest, vt aliquid in ipso concrescere in duritiem queat. potest enim quod prius fuit fluxile, aliquando concrescere, veluti adeps. Quod.n. oleosum in sanguine fluxileq; & pingue est, vbi in frigidum venit locum, cogitur: durum tamen nec sic quidem efficitur. Deinde docens Gal. quomodo ex corporis habitu intemperaturæ sanitatis dignoscantur, cum is penes crassitiem, & gracilitatem, pinguedinis copiā, atque penuriam spectari possit, & corporis temperaturam, necessario comitetur, ita scribit. Sicuti.n. naturali calore optimam seruante temperiem, humidum, quod intra sanitatis terminos est auctum, non adipem modo in homine, sed etiam corpulentiam gignit, & adipem quidem parcius adijcit, carnē vero multo liberalius auget: ita rursus si humidum & siccum mediocritatem ad vnguem inter se seruent, calor autem in homine sit minor, necesse est, huius corpus adipe, quàm carnis copia magis abundet: at vero si calor augeatur, sernetq; mediocritatem altera contrarietas, minus erit adipis, quàm carnis. sicut è diuerso, si quando pollet siccum altera contrarietate mediū modum seruante, & gracilius, & durius corpus euadet. Quibus ergo humidum abundat, & calor à mediocritate summa non longe abest, hi corpulenti, siue carnosi fiunt. corpulenti rursus fiunt, qui natura sunt temperati cæterum desides, & ociosi viuunt. Quippe dictum à veteribus commodissimè est, consuetudinem acquisititiā esse naturam. Si quidem adeps ex habitus frigiditate gignitur: corpulentia, siue carnis abundantia ex sanguinis copia nascitur. Et corpulenti quidē omnino plus adipis habent, quàm temperati, nec tamē pro carnis semper portione adeps simul augetur: sed alios habere plus carnis, alios plus adipis videas, alijs ambo pari modo sunt adaucta, & quibus ambo pari modo adaucta sunt, ijs tantum supra temperatam naturam humoris est, quantum & frigoris. Quibus vero plus est adipis in ijs plus frigidi est, quam humidi. Aeque vt quibus caro est plenior, ijs humoris plus iusto est, non tamen etiam frigoris. cum.n. calori intra debitos fines manenti boni sanguinis accedit copia, necesse est corpulentia sequatur. Verum quoniam temperamenta, vel naturalia sunt, vel adscititia & ex longa consuetudine contracta & habitus corporis iam dicti vtrunque temperamenti genus consequuntur, vnde multi, qui natura graciles fuerant pingues redduntur, & è contra qui pingues fuerant, graciles: illis quidem ex ociosa vita & delicata toto temperamento ad humidius mutato: his vero multa tolerantia, & curis, & tenui victu persiccatis: ideo vt id distinguamus, Gal. signa quædam tradit, quorum auctor mirus fuit Hippocrates, dum ait. Quibuscunque lariores venæ sunt, hi calidiores natura sunt; quibus angustiores, contra magis frigidi. caloris.n. opus est has dilatare, flatuque extendere, ideo in idem ferę recidit venarum angustia cum habitu pingui & crassiore: habitus gracilis, cum venarum laxitate, quod si quis simul pinguis crassusque est, ac venas laxas habet, is consuetudinis alicuius occasione, non natura, pinguis est redditus. Sicut è diuerso si quis angustas habet venas & gracilis est, ne hunc quidem natura talem esse necesse est. Quin cum fames vrget, mediocritatem ex laxitate venarum, & angustia, non à cętero totius corporis habitu spectandam esse ait. Quippe, qui angustas venas habent, exigui sunt sanguinis, nec longam inediā ferunt: quibus latæ, his copia sanguinis est, & citra noxam cibo abstinent. tandē reddens causam Gal. cur calidi graciles sint, & frigidi pingues, subdit. Quidquid.n. in sanguine pingue, leue & tenue est, id in calidioribus alimentum quoddam calido fit: in frigidioribus seruatur. cūque id venæ extra se transmiserint, vbi in frigidas particulas incidit, quales membranę sunt, circum eas concrescit. in partibus vero natura calidioribus, cuiusmodi carnosæ sunt, a calore ipso absumitur, ac digeritur: nisi sicubi frigiditati temperamenti etiam vita indulgentior accedens ipsis carnosis particulis adipis aliquid allinat. Qua ratione, quæ hieme delitescunt animalia, non raro inueniuntur adipe obesa. Et fœminæ viris pinguiores, quia frigidiores, & plurimum domi versantur. temperati vero, qui mediocri exercitio vtuntur, mediocri corporis habitu

Signa intemperierum sanitatis.
Tactus temperamentorum verus iudex.

Temperamēta quō ex habitu corporis cognoscātur.

Quomodo natiua ab adscititijs tēperamentis distinguantur.

Galen. 1. locorum.

bitu

bitu omnino sunt. Quod si de signis temperaturarum, quæ ex pilorum prouentu & glabritie desumuntur, sermo fiat, de his Galenus ita loquitur. Calida igitur & sicca intemperies hirsuta est in summo: mediocriter autem, calida tantum: ita sicca tantũ est modicæ hirta. Nuda pilis sunt frigida omnia temperamenta, siue ea mediocriter se habent in humiditate, siue immodice. cęterum ad summum glabra est frigida, & humida: minus hac frigida tantum. adhuc minus frigida & sicca. licet autẽ ver ipsum, quia maxime temperatum est, temperati corporis cuti assimilare, & potissimum eius temporis medium, quia terra in medio quodam humoris & siccitatis est. quod autẽ veris ęstati est proximum id iam sicciorem iusto reddidit terram, hoc etiam amplius ęstas inchoata, quam igitur dico calidam & siccam cutem, hanc maxime terrę statui assimiles, qui abeunte sit vere, vel ineunte æstate. Nã media æstate in summo est sicca, perinde vt testa ostrearum, vel cancrorum, aut similium animalium, non vt hominum, suum, ęquorum, aut alterius cuiusquam eorum, quæ pilis vestiuntur, nam siccitas terrę sine humore est, quæ vero in hominis est corpore, humoris expers non est, & maxime omnium ad pilorum generationem est idonea, præsertimq; si caliditati iuncta sit. Quippe per omnem cutem difflatur semper aliquid à calido, quod secum etiam interni humoris non parum aufert. Verum in quibus cutis humida est, & plane mollis qualis modo concrescens caseus, in ijs eorum quæ exciderunt, viæ per cutem non manẽt, partibus scilicet eius, quæ prius dissidebãt rursus inter se vnitis. at in quibus dura est, non absimilis caseo iam coacto, perforatur quidem eorum, quæ exeunt, impetu. Cum autem rursus vniri per siccitatem nequeat, meatus immutatos seruat, qui etiam perpetuo transfluentiũ ictu assiduo magis fistulantur. Si igitur quod trãsfluit, vel halitus, vel humor purus sit: halitui certe celer, minimeq; impeditus transitus est: humor in exilioribus spiramentis nonnunquam heret: aliquid etiam intro recurrere ad profundum cogitur. Sin velati fuliginosus, crassusq; & terreus vapor sit, subinde contingit, vt in angustis spiramentis impactus, nec facile rursus intro redeat, nec vacuari possit. hunc igitur alius rursum è profundo subiens ferit, prorsumq; impellit: tum hunc rursus alter: atque illum alius. tempore autem complicantur, ac eiusmodi efficitur corpus, quale est ea, quæ foris cernitur, fuligo: nisi quod hoc per transitus angustiã stipatum, in angustam prorsus redactum est formam. vbi autẽ tale corpus totum obstruxerit meatum, deinceps iam violenter ictum à similibus sui, quibus exitus non est, excrementis, totum interim propellitur adeo vt cute exire cogatur iam lori formam adeptum. Fit autem niger pilus cum deusto vi caloris vapore excrementum in exactam fuliginem mutatur, flauus cum vapor minus torretur: quippe quod tum est impactum, flauæ bilis, non nigræ fœculentum excrementum est. albus vero ex pituita nascitur, & sicuti coloris flaui, albique est medius, sic eius generatio ex pituitosæ, biliosæq; fæcis media quadam natura prouenit. Crispi autem pili fiunt, vel propter siccitatem temperamenti ad eum modum, quo corrigiæ igni plus iusto siccantur, & ita omnes Aethiopes sunt crispi: vel propter meatuum, in quo radicantur naturam, ad hunc modum: cum exhalatio sæpe imbecillior est, quam vt rectã viã sibi moliri possit, pro modo quo inflectitur, etiam meatum suum figurat: interim exhalatio satis valens est, sed duriore cutis natura, recta ferri regione prohibita in latus flectitur. interdum etiam ex vtroque exhalationis videlicet imbecillitate, & cutis duritie, obliquitas pilorum radicibus contingit. quales autem in radice finguntur tales perpetuo manent, neque enim durorum & siccorum corporum quippiam, nisi prius molliatur, fingi in rectum potest, ex quibus clarum est, cur Aegyptij, Arabes, & Indi, & omnes qui calidam & siccam regionem incolunt, nigros, & exigui incrementi, siccos, crispos, & fragiles pilos habeant. contra qui humidam frigidãq; regionem habitant, vt Illyrij, Germani, Sarmatæ, & omnis Scythica plaga, modice auctiles, & graciles, & rectos, & rufos obtineant. Qui vero inter hos temperatum colunt tractum, hi pilos plurimi incrementi, & robustissimos, & modice nigros, & mediocriter crassos, nec prorsus crispos, nec omnino rectos edant, & in ętatibus ad eundem modum: Infantium enim pili Germanis: florentium ætate Aethiopibus: ephęborũ, & puerorum ijs, qui temperatum locum incolunt. in robore, crassitudine, magnitudine, & colore ad portionem se habent, in corporum quoque naturis ad ætatum, & regionum portionem pili se habent. pueri autem admodũ parui nudi sunt pilis; quod nec meatus adhuc vllus illis in cute est, nec fuliginosum excrementũ: incipientes autẽ pubescere, paruos & imbecillos exigunt, at qui iam florent valentiores, multosq; &

Margin notes:

Tẽperamenta quomodo ex pilositate & glabritie dignoscãtur.

Gal. 2. de temper. cap. 5.

Pili quomodo generentur.

Pili quomodo generentur.

Pili cur diuersimode colorati.

Pili cur crispi fiant.

Pilorum differentiæ pro ætate, regione & corporis natura.

magnos, & nigros habent, quod & frequentes iam meatus ijs sint facti, & fuliginosis excrementis præ siccitate & calore abundent. Pili vero qui in capite supercilijs, & cilijs habentur, etiam pueris nobis innascuntur, siquidem generatio ijs est non qualis herbis, sed qualis stirpibus, prima ratione à natura conditis, non temperamentũ ex necessitate sequentibus. Verum hi quoque quod quidem sint, id naturæ arti acceptum ferunt; quod nigri, rufive, vel alio sint colore, id ætatis temperamento omnino debent. Sunt autem fere subrufi, quia humiditas multa est, & transitus facilis, & destitio imbecilla. boni incrementi, & modice crassi propter alimenti copiam. caluaria enim ossea est, eius cutis reliqua corporis cute tanto fiecior, quanto durior est: accendit tũ tum ab ijs, quæ circa cerebrum sunt, tum ex toto corpore fuliginosi excrementi non parua vis; quo fit vt quale florentibus totum est corpus, eiusmodi iam infantibus sit capitis cutis. Et ob id quidam procedente tempore calui redduntur, quibus videlicet à primo ortu siccior cutis erat, senescentium enim partes omnes siccescunt. fit autem cutis non paucis veluti testacea, vbi plus iusto fuerit siccata, hinc etiam vo læ manuum, & plantæ pedum semper glabræ, quia siccissimus, & densissimus fit tendo sub earum cute. Quibus vero ad summam siccitatem cutis capitis non peruenit, imbecilli his omnino, albique pili fiunt, quos vulgo canos appellant. imbecilli quidem propter alimenti penuriam, albi propter alimentum pituitosum. Calui autem fiunt senescentes à sincipite magis, quia illud omnium capitis partium siccissimum est: hæret enim cutis illic ossi nudo: canescunt autem magis à temporibus, quia hæc humidiora sunt propter magnos musculos eorum cuti subiectos. cum enim musculus carnosus sit, caro tum osse, tum cute humidior. Verum ne in totius corporis temperie æstimanda nosmetipsos fallamus, Galenus quasdam animaduersiones tradit. quarum prima est, quod humanum corpus interdum æquabili per totum constat temperamento: interdum inæqualiter est affectum. Vnde si totum corpus æquabiliter conditum sit, omnemque partium inter se competentiam in latitudine, longitudine, & altitudine seruet: potest vtique æqualiter attemperatum esse. Sed si cui corpori thorax, collum, & humeri maximi sunt, lumbi parui angustique, & crura gracilia, & sicca, quomodo omnibus particulis similiter erit affectum? innumeræ vero aliæ particularum corporis planè affectiones sunt: vbi id à naturali analogia protinus in vtero matris ad inæqualem intemperiem est mutatum. Minime itaque in talibus corporibus ex vnica particula de toto coniectandum est. Neque enim physionomici de omnibus simpliciter pronunciant. Sed si quis impense hirto est pectore, hunc animosum iudicant: sin cruribus est hirtis, salacem. neque cum pectus habere leoni simile dicunt, crura vero hirco, iam primam causam inuenerunt. propterea enim quod inæquali partium temperamento sunt, non leo modo, & hircus, sed etiam cæterorum pleraq; animalium, idcirco ad alias actiones aliud pronũ est. vnde si cui thorax hirsutus est, huic totum corpus calidius, & siccius non est ex necessitate, sed plurimus in corde calor est, eoque animosus. Quare vbi varia partium temperies est, ex una earum pronunciare de toto corpore non licet, sed adeundæ singulæ sunt: æstimandumque quo temperamẽto ventriculus, quo pulmo, quo cerebrum, ac reliquarum vnaqueq; seorsum sit. Atque hæc quidem ex functionibus noscenda, & simul pensitandus continentium partium affectus est, quarum omnium extrema est cutis, quæ in temperata regione subiectarum partium naturam prodit, earum nempe, quæ similem habent cum temperiem. Non autem in ijs, quæ sub Vrsa, & sub meridie sunt locis. Quoniam corporum, quæ in altero sunt, calor in altum à vincente frigore ambiẽte est fugatus: alterum in cute ab externo calore attractus prodijt. Gallis enim Germanis & omni Thracio ac Scythico generi frigida, & humida cutis est, ideo etiam alba, & mollis, & pilis nuda: omnis vero naturalis his calor in viscera vna cum sanguine confugit: vbi dum agitatur & premitur, & feruet, animosi, audaces, & percipitis consilij redduntur. Aethiopibus vero & Arabibus, & his qui ad meridiem incolunt natura cutis ex ambientis æstu, & naturali calore foras acto vsta, dura, sicca, & nigra redditur toto corpore naturalis quidem caloris exiguam obtinente portionem, sed alieno, atque adsititio incalescete. Similiter neq; propterea quod pueri nasis magis sunt resimis florentes ætate magis aduncis idcirco rationabile est resimos omnes humidos censere: aducos siccos: sed fieri potest, vt formatricis virtutis eiusmodi opus sit potius, quàm temperamenti. Quod si temperamenti est nota, at certe eius, quod in naso tantum habetur, non eius quod in toto corpore, & idem de magnitudine oculorũ dicendũ est.

quam

Capillorum natura & cur ad- o augeantur.

Caluitiei causa.

Gal. 2. de temperam. cap. 6.

Animaduersiones pro totius corporis temperie recte dijudicanda.

Ex vnica particulæ temperæ non licet totius temperamentum inferre.

quam alij humiditatis, alij caliditatis notam esse inaniter statuerunt. Quibus itaque impar temperamentum est, nec omnium particularum idem: alienum à ratione est ex vnicæ particulæ natura, de omnibus sententiam ferre. quod si per totum æquabiliter sit attemperatũ ratio est, vt qualis exẽpli gratia sit cutis, talis sit & reliquarum partium vnaquęq;. Ostrearum.n. totum corpus humidissimum est, cutis siccissima. ita nõ omnino si cutis nigrior appatet, iam totus homo calidior est. si enim alter in sole versatus diutius est, alter in vmbra: illi nigrior, huic albior cutis erit. sed hoc ad totius temperamenti alterationem nihil facit, nam cutis sub Sole siccata, in vmbra humidior euadet, nõ tamen naturalis temperies, vel iecoris, vel cordis aut alterius visceris statim mutabitur. optimum itaque fuerit, cuiusque seorsum particulæ temperamenti notas comparasse. de quibus dum de illarum affectibus pertractauimus vna cum Galeno diligentissime disseruimus. Qui etiam iure optimo antiquos carpit, qui ex natura excrementorum indefinitè de temperamentis pronunciant. putant.n. particularum temperiem similem esse cum excrementorum natura, quod vsquequaque verum non est; sed fieri interim potest, vt pituitosa excrementa colligantur, nec tamen humida sit particula: quippe cum siccam quoque esse liceat. non.n. norunt quod ex cibis, nequaquam ex ipso corpore nostro pituita fit. Quare nil miri est, si vbi ingestos cibos, qui humidi fortasse natura sint, corpus non vincit, simile his quoque excremẽtum creet. Secundam animaduersionem tradit Galenus dum ait maxime attẽdendũ & æstimandum esse in singulis corporibus, suo ne, & proprio, an adscititio calore incalcant. Quæ.n. inquit, putrescũt, omnia adscititio calore sunt calida, proprio frigẽt. Qui meridianam plagam incolunt, adscititio calore sunt calidi, proprio frigidi. iam apud nos quoque naturalis calor hieme est vberior adscititius minor: æstate contra adscititius maior, naturalis minor. Tertio & vltimo admonet Galenus ex Hippocratis quoque monumentis, spectandum esse ex quibus in quæ mutationes sunt factæ. fit enim non raro, vt præsens nota prioris temperamenti sit, non eius, quod in corpore nunc habeatur. Veluti si quis annos natus sexaginta denso pilo sit, non quod calidus & siccus nunc sit: sed quod antea talis fuerit: consistunt autem ei prius geniti pili, vt herbæ, quæ vere sunt enatæ, nonnunquam perseuerant æstate. Alijs.n. spatio, & paulatim contigit à plurima illa hirtitate mutari, labentibus. s. præ nimia siccitate pilis. alijs diutissime pili permaneut, vtiq; qui nec in processu tẽporis admodum siccãtur, & primo valentẽ habuerunt originẽ, atque radicationem. caue igitur si quem pilosum admodum videas, hunc statim melancholicum putes, sed si quidem floret adhuc ætas, nondum esse talem, sin iam declinat, melancholicum existima: at si senex est, nõ item. Tandem memoriæ gratia Galenus intemperierum sanitatis breuibus ex his, quæ dicta sunt, indicia colligens, sic ait. Quæcunque autem in caliditate à medio recedunt, non tamen in humiditate, vel siccitate, hæc quantum ad carnosum genus de quo præsens est sermo, videntur tangentibus calidiora tantum, quantum & eorum tẽperies calidior. Tanto vero magis hirsuta sunt, quanto & calidiora, & minus pinguedinis habent colorem autem rubrum, & capillos nigros habent. Frigidioris autẽ temperaturę indicia sunt, pilorũ carẽtia, pinguedo, & frigiditas tangentibus obuia. color vnà cum capillis etiam rufior, & vbi multa frigiditas adfuerit, liuidus quodam modo existit, quem quidam plumbeum vocant. Siccior vero tanto gracilior est, & durior bona temperatura, quanto maior est siccitas. in reliquis autem eodem modo se habet. Humidior etiam in reliquijs eodem modo se habet: melius autem carnosa, & mollior. compositæ vero compositam habent indiciorum formam. Calidior.n. & siccior hirsutior, ac calidior, & durior existit, & pinguedine caret, gracilisque est, & capillos nigros habet. si vero multum in caliditate excedat, color quoque niger illi adest. alibi vero eiusdem temperaturę signa describens, & vnà cordis & hepatis simili temperie affecti indicia commiscens, quoniam vt plurimum horum duorum viscerum temperaturam, totius corporis temperatura comitatur (nam iecur vniuerso corpori materiem, cor autem formam quodammodo præbet) sic ait. erit autem his statim thorax ipse vniuersus latissimus, venæ amplę, arteriæ magnæ, eędem maxime vehemẽtissimeq; pulsantes, tum plurimi per totum corpus pili. atque ij quidem in capite plurimi incrementi, nigri, & crispi vtique in prima ætate: procedente vero tempore caluities excipiet. & robustum, & exacte deliniatum, & musculosum totum corpus erit. tum cutis nigrior, durior, atque hirsutior. Calidior autem & humidior temperatura (inquit ipse) mollior & calidior, & carnosior tanto est bona temperatura, quantum &

In singulis corporib. æstimandum, an pprio vel adscititio calore incalcant.

Spectãdũ est ex quibus in quæ mutationes sint factæ.

Signa corporis calidioris

Galen. 1. art. med. cap. 52.

Signa frigidioris.

Cap. 53.

Signa siccæ tẽperaturæ.

Cap. 54.

Signa humidæ.

Cap. 55.

Signa calidæ & siccæ.

Cap. 56.

Gal. 2. de temperamentis. Cap. 6.

Signa calidæ & humidæ.

Gal. 1. art. med. [illegible] Cap. 57.

vtrisque qualitatibus aucta fuerit. Quod si plurimum augeatur, cito similiter à putredinis corripitur morbis, quoniam & humorum vitio prompte laborat. Si vero parum quidem humidior sit, multo vero calidior, molliores quidem parum huiusce-modi sunt his, qui bonam habent temperaturam, & magis carnosi, non parum vero hirsutiores, & tangentibus non parum calidiores. Nigri vero eis capilli, & caro pinguedine caret. Si vero paulo quidē calidior, multo vero humidior, mollis his caro est, & multa, & color commixtus ex albo & rubro, & tangentibus paulo calidiores. Et summatim omnibus temperiei coniugationibus semper superexcedentis qualitatis indicia eminebunt. Frigidior autem & humidior, si parum vtraque augeatur pilis nuda est, alba, mollis, crassa, & pinguis: si vero magis excesserit, reliqua quidem sunt secundum proportionem augumenti qualitatum, color autem vna cum capillis rufus: quemadmodum, si plurimum vtraque augeatur, liuidus. Si vero augumentum fuerit inęquale, eius quæ superexcesserit, indicia eminebunt. & alibi cordis & hepatis similiter affecti signa simul apponens inquit. si humidiores, & frigidiores vniuersæ corporis partes sint, thorax quidem angustus, & glaber erit, & totum corpus pilis nudum: cutis mollis & alba: capilli subrufi, potissimum in iuuentute. hi in senectute non caluescunt: timidiq; statim, & ignaui, & segnes: adde etiam paruis venis, ac minime cōspicuis, & adiposi fiunt. ijdem neruis, musculisque imbecillis, & artubus parum exactè delimatis, & blæsis. Si autem frigiditas vnà cum siccitate æqualiter augeatur, natura durum, ac tenue, & glabrum corpus habent, & tangentibus frigidum, pinguedo tamen ipsis, & si graciles sint, per carnes dispersa. capilli autem, & color frigiditatis modum, ac proportionem sequuntur: vnde alibi ad membrorum etiam principaliū iam dictorum temperiem respiciens colorem album, venas, & articulos parum expressos, animum minime audacem, & timentem, & tristem proponit. vbi igitur altera qualitas multum dominatur, altera vero parum à mediocritate recedit, superabunt eius, quæ dominatur, exilia autem erunt alterius qualitatis indicia. Vbi vero calida & sicca temperatura in tempore decrementi in frigidam, & siccam labitur, tunc harū habitus gracilis quidem similiter est, & durus: est vero etiam melancholicus, & ob id niger simul, & hirsutus. aduertendum tamen, vt tollatur apparens in Gal. dictis contradictio, duritiem in hoc esse multo maiorem, vt in huius duritiei comparatione habitus qui fuit à principio frigidus & siccus, possit dici mollis, licet absolute durus sit. vt ex ipso met Galeno colligere licet. ratione.n. frigiditatis colligitur pinguedo, quæ sui natura mollissima est, à caliditate vero omnis pinguedo absumitur, in omnibus vero iam dictis commune est temperaturæ indicium si facile frigescit, vel frigiditatis, vel raritatis, si non facile, vel caliditatis, vel densitatis: si vero à desiccantibus offendatur, & aridum & siccum, & non facile mobile fiat, siccitatis: quemadmodum, & si ab homectantibus grauiter se habeat, humiditatis. Ita animaduertere oportet, si eandē omnes musculi seruant temperaturam & subiectorum ossium quantitatem. Nonnunquam enim gracile videtur membrum, cum tamen quo ad musculos non sit, sed propter ossium tenuitatem tale videtur pauca igitur ac dura siccius: multa & mollis humidius membrum ostendit. sic & intermedia spatia similarium corporum, vt plus, vel minus humidæ substantiæ in se continent, vel crassius, vel tenuius, vel humidius, vel siccius membrū ostendunt. humidius vbi subtilior, & copiosior est humiditas, siccius vbi crassior & minor. Quæ.n. vere solidæ particulæ sunt, ac primæ, nullo modo possunt effici humidiores. At satis est si quis eas celerius siccari prohibeat, intercepta autem in ipsis spatia hac vel illa humiditate complere est possibile. Hæc vero est proprium partium similarium alimentum, quod ex appositione fit, & non per vasa attrahitur. Quemadmodum autem a quacunque intemperie morbosa remotissimum est corpus symmetrum exquisiteq; temperatum, ita, dum intemperie sanitatis tenetur, quanto magis à iam dicta, quæ prorsus media est, temperatura recedit, eo facilius in morbosam incidet intemperiem: Hanc, vel illam, prout hac, vel illa sanitatis intemperie fuerit affectum: idque celerius ac facilius, si ea intemperata victus ratione vtetur, quæ in omnibus ipsius intemperiei similis existens maiorē adhuc penes gradum excessum habuerit. Facilline autem, vt Gal. testis est, ad curādum alterationes sunt, quę ex calido, & frigido consistunt, quia maxime actiuis qualitatibus corrigitur. Aegrius curantur quæ in humido siccoq; habentur, quia imbecil is magisque materialibus qualitatibus eorum curatio perficitur. potissimumque cum humectandum esse requiritur. Ac tempus caloris frigorisque reparandi par quodammodo e... at autem (quo-

quomodo

Margin notes: Cap. 58. | Signa frigidę & humidæ. | Gal. 2. de temperamentis. cap. 6. | Gal. 1. art. med. cap. 59. | Signa frigidę & siccæ. | Gal. 2. de temperam. c. vlt. | Gal. 1. ar. med. cap. 59. | 2. de temperamentis prope finem. | Gal. 1. art. medic. cap. 59. | Gal. 1. ar. med. cap. 59. | Signa à lędētibus deſumpta. | Prognostica. | Gal. 7. metho. cap. 5.

dammodo, quia caliditas citius adhuc tollitur) securitas tamen impar. Nisi enim cun cta, quæ ei, quod curatur, circundata sunt corpora valida plane sunt, metus est ne à re frigerantibus non leuiter lædantur. In reliquis duabus qualitatibus securitas similis fere est. Tempus autem curationis in sicca intemperie multo amplius, nam humida intemperies (vt idẽ Gal. docet) siue sola consistat, siue cum calore frigoreve cõiuncta sit, in respectu ad siccam facillime, in respectu ad omnes tutissime curatur. sicuti autem inter simplices intẽperantias omniũ pessima est sicca: ita ex reliquis duabus cõ- positis, scire licet, ex eodem Gal. omnium pessimam esse frigidam & siccam. si enim in membris siccitati frigus accedat, parum absunt à mortuis. sicuti autem intemperies, quæ adhuc in quadã dispositione consistit, vel habitudine facilius sanatur (quæ enim adhuc in quodam veluti fieri est, ablata causa alterante sponte fere delitescit) ita quæ in habitu quodam etiam perfecta est, & præsertim diutius protracta, difficillime tollitur. Quælibet autem morbosa intemperies sui natura magnus est affectus ratione dignitatis, quia temperiem ipsam, à qua primum prodeunt actiones, euertit. quod si vniuersum corpus teneat, longe grauior propter subiecti, totius puta corporis, digni tatem, efficitur morbus. ob id dicebat Gal. quòd si adeo vehemens calor ventriculum occupet, vt ad cor perueniat, febricitare hominem necesse est; & talem intemperiem maius periculum insequitur. Potissimum, quia præter magnitudinem, quæ penes subiectum spectatur, quanto magis intensa fuerit intemperies, eo quinetiam maior pe- nes recessum à naturali habitu morbus euadit. maiusq; periculum imminet, & difficilius sanatur. similiter intemperies, quæ cum materia iuncta est, curatu difficilior, & grauior est, eadem nuda prorsus existente. sed intemperies omnis, vbi protrahitur, si- bi præsertim similes materias, & vitiosos succos gignere, & subinde multa mala ijsdem potissimum succis mediantibus inferre solet. Cuiuscunque verò intemperiei curationem, & ab ea præseruationem, ex Gal. colligimus, dum asseruit. Contraria sunt contrariorum medicamina. ideo calidis & siccis temperaturis humidæ & frigidæ constitutiones prosunt, quatenus ad contrarium statum perducendo temperamenti mediocri tatem efficiunt. quod in causa est, ne omnes in constitutionibus intemperatis ægrotent. quæ si quis norit, is victum contrarium instituens, bonam valetudinem in corpo ribus conseruabit. si enim aer humidus & frigidus sit, corpora præsertim humidiora, frigidioraq; sunt calfacienda. talibus igitur plures exercitationes prosunt, & modicũ vinum, quod calidiorem habeat naturam, & aquam ferat, tũ edulia calefacientia. quorum omnium quantitatem & ex corporis, & ex aeris temperie intelligemus, si quantũ vtrunque de optimo statu deflexerit, considerabimus. Nam pro eo ac deflexerit, etiam victus est mutanda quantitas. vt quod corpus longissime à temperatura ad humiditatem, & frigiditatem recesserit, hoc nos in hac constitutione plurimum exiccabimus, & calfaciemus. si in idem mediocriter declinarit, absurdum sit huic idem omnino facere, sed proportione. Multo igitur minus in siccis & calidis victus vehementer calidus & siccus adhiberi debet: cum id suapte natura habeat. hoc autem solum considerandum est quantum aer à cõuenienti temperaturæ mediocritate declinarit, qui si parum, non est omnino media victus ratio in calidis & siccis immutanda: sin amplius sa tis erit mediocris commutatio. Hæc qui norit, is causas, è quibus quisque morbus in quaque constitutione gignatur, obseruabit. Quibus hunc in modum de totius corporis intemperie vniuersaliter prælibatis, congruum est vt ad singulas species progrediamur. & ab ipsa calida intemperie, quæ primo loco fuit proposita, & proinde ab ipsa febre, tanquam omnium malorum maximo & frequentissimo, (hæc enim vt diximus à calida totius corporis intemperie non differt) exordiamur.

Gal. 7. Met. c. 5

Gale. 7. Meth. c. 9.

Indicatiões: Curatio, & præseruatio.

Gal. 2. in 1. epi. com. 7.

De febre, & primum de ipsius & innati caloris essentia. Cap. IIII.

Arist. 2. Elen. & alibi.

CVM autem ex Aristotelicis præceptis nomen multiplex prius distinguendum sit, per febrem vnà cum Aristotele, atque Galeno calorem totius corporis præter naturam intelligimus. Dicebat enim Galenus, quod febris essentia non ex Hippocrat. solum, clarissimorumq; Medicorum sententia, sed communi ẽt omnium hominum con sensu est calor præter naturam, qui potissimũ in vniuersum animal diffusus est, sin minus, vel omnino in plures aut certe in principes partes quod quidem præser-

Arist. 1. prob. 8 Galel. de diff. r. mor. c. 5. & li. de caus. mor. c. 2 & 1. de differ. febr. c. 3. & alibi.

Gal. 1. in 6. Epid. 28.

præsertim monuisse voluimus, quia Serapio, nec non etiam Heliabas inter Arabes febrem dari frigidam affirmarunt, quam Philippus, vt testis est Galenus, hecticam senectutis, seu ex senio morbum, appellabat. pariter adinuenti sunt, qui calidã vnius particularis membri dispositionẽ morbosam inter febres retulerunt, vti etiam fecit Hippocr. qui vlcus febrile, & igneum, seu febre correptum nõnunquam appellauit, vt indicaret, quemadmodum exponit Galenus, febrem, quæ πυρετὸς Græcis dicta est, ab ipso igne denominationem habere, eo quia febris, si propriè loquamur, igneæ naturæ, calidæ videlicet, cui sit iuncta siccitas, existat: Insuper per calorem hunc, non quidem calidum & calorem in concreto, vt quidam ex modernis perperam intellexere, sed caliditatem in abstracto, vt perpetuo fecit Galenus, audiri volumus. Nam Galenus de febre loquens, dictione caliditatis, non calidi, perpetuo usus est. Quod quidem caliditatis nomen solum qualitati calidæ, non autem substãtiæ calidæ, vt testatur Galenus, attribui potest. Hic autem febrilis calor, vt ex Hippocratis mente notat Galenus, alijs quoque nominibus insignitur. Nam & non naturalis, & aquisititius, & à natura alienus, & extraneus ab auctoribus vocari solet. Porrò febre, eo modo, quem diximus, acceptam, quidam definiuere dicentes, esse calidam totius corporis intemperiem, à qua primo, & per se operationes læduntur. Antonius autem ab Altomari, qui præsertim in febrium contemplatione accuratissimus fuit, Gal. fretus auctoritate ipsam intemperiem calidam & siccã esse dixit: quod quidem probat, quia cum Gal. eam dixerit esse conuersionem natiuæ caliditatis ad igneam, ignis, ait ipse, calidus est, & siccus, ergo & febris talis erit. Doctissimus autem Fernelius febrẽ calorem esse præter naturam in omne corpus effusum enunciauit. Auicena vero, vt febris naturam exactè nobis aperiret prolixa valde definitione vsus est, vti quilibet ipsam videre potest. Verum quoniam solus Galenus breuissimam, & omnibus numeris absolutissimam febris definitionem tradidit: &, vt in eius apparebit explicatione, reliquæ oẽs imperfectæ, defectuosæq; sunt, proinde ijs omissis, vt febris natura exactissimè nobis innotescat, vnicam Galeni febris definitionem examini subijciemus, cum sola inter reliquas tum verissima & perfectissima, tum breuissima, & maxima admiratione digna sit. nec immerito cum .n. Gal. in morborũ naturis aperiendis Diuinus fuerit, rationi consonum erat, vt in febre declaranda, quæ omnium morborum quodam modo regina dici potest, cæterarum omnium perfectissima definitione vteretur. præter id enim quod hominibus familiarissimus est affectus, vehementissimam quoque, cum innatum calorem afficiat, Gal. teste vim habet, & sine ipsa nemo ferè moritur. Vnde tum ipsam Gal. definitionem, tum multo magis reliquos omnes, post Gal. Medicos mirari subest, quomodo ipsa (ac si prorsus inutilis & abiecta esset) de relicta aliàs mutilas & satis ineptas definitiones composuerint. Nostrum itaque proprium munus sit ipsam proponere; & cum præsertim ab ipso Gal. toties, tanquam optima, repetita sit, diligentissimè explicare, quia ex hac, febris essentia, hucusq; fortitam ignota, luce clarior apparebit. Non semel itaque, sed pluries litteris mandauit febrem esse conuersionem, seu mutationem, (idem .n. significant) natiuę caliditatis ad igneam. Vnde vt huius definitionis vis & excellentia clara fiat, nostrũ sit primũ eius terminos explicare, secundo declarare quomodo cum ipsa re definita conuertatur, tertio quo pacto febris essentiam, & omnes ipsius causas prorsus aperiat, & postremo quomodo ex ipsa rectè percepta omnes ambiguitates circa febris naturam contingentes (id .n. optimæ definitionis munus est) leui negocio è medio tollantur. Verum quoniam ipsius terminorum cognitio, ex innati caloris cognitione potissimum dependet: Idcirco necesse est, vt primo loco huius essentiam aperiamus. Illud igitur, ne ratione æquiuocationis varijs ambagibus deludamur, imprimis notandum est, quod etiam de febrili calore superius monuimus, nempe innatum calidum, & innatum calorem nõ idem significare. nam calidum innatum insitumve substantiam quandã innato calore affectã significat. Siquidem concretum formam vnà cum subiecto connotat, vt album nedum albedinem, verum etiam ipsius subiectum significat, & de calido innato sic accepto sæpe loquitur Galenus dum asserit ipsum esse substantiam quandã seminalem, sanguineãque spiritibus & calore affectam: calor autem innatus formã, & caliditatem tantum & in abstracto significat. qua stante distinctione intentio nostra est, de calore ipso potissimum verba proferre, quamuis affinitate sermonis eodẽ tempore etiam de calido ipso disceptare cogamur. neque enim subiectum sine calore calidum, neque calor sine subiecto esse vllo pacto potest. Innatus itaque calor, qui etiã natiuus

Margin notes: 6. Ineid. ter. cap. 2. Serab. habitas tit. ar. 7. — Gal. 1. de marcore cap. 5. — Hip. 3. de fract. — Gal. in comp. — Gal. 1. de diff. febr. c. prim. & primo in 6. epidem. 28. — Galen. 1. de tëperam. 7. — Gal. 4. in 6. epidem. 25. — Aal. 1. 4 ĩprin. Alt. in primo de med. fe. c. 6. 10. par. 1. — Gal. 1. aph. 16. & 1. de rat. vic. 18. — Fernelius lib. 4. sua patholo. gia cap. 1.

Febris quid.

Optima febris definitio.

Gal. 1. aphor. com. 14. et 16. 1. de rat. vict. com. tex. 18. primo in 6. epid. 28. & primo introduct. seu medic. cap. 13. & alibi.

De innato calore.

Nomen.

Gal. in lib. contra Lycum.

Calor innatus.

Calor innatus quid. natiuus, aut naturalis, nec non etiam proprius, vt paulo infra apparebit, nuncupari potest, est calor igneus virtute cordis genitus, & frigiditate attemperatus, in humidaque substantia coniectus, vt sit primũ animæ functionũ organum. Porrò ipsum igneũ sed attemperatum esse dicentes, primam eius originem, & formam præcipuam, attigimus. ipsum enim non quidem cœlestem, vt quidam falsò arbitrati sunt, sed elementarem igneumq;, quo ad primam sui radicem, esse, ne dum Hippocr. & Plato, verũ etiam Arist. atque Gal. clarissimum testimonium reddidere. Nam Hippocr. aperte statuit, nõ modo nostræ generationis, sed omniũ, q̃ generationi, & corruptioni sunt obnoxia, quatuor primordia, seu elementa esse, quæ ab efficacissima eorum qualitate calidum, frigidum, humidum, & siccum nominauit. Aut si volumus ab essentia magis, quàm à qualitate nominasse, inquit Gal. ignem, aquã, aerem, & terrã nominabimus. Quamuis nisi calidum frigido, & siccum humido modo, & æqualitate respondeat, sed alteri alterum longe præstabit, & valentius infirmiori, nihil generabitur, inquit ipse. Verùm licet omnium natura ex his constet, attamen rursus ad aliud elementorum genus pertransit Hippocr. quòd sanguine præditorum animalium est proprium. Sunt autem hæc sanguis, pituita, & vtraque bilis, flaua, s. & atra. quæ quidem in corpore non potestate sicuti prædicta & cõmunia elementa, sed actu sunt, & propter hæc ægrotat valetque. Valet quidem cum ea inter se virtutem & copiam mediocriter habent temperatas, & potissimum si permixta sint. ægrotat vero cum eorum quicquam fuerit minus ampliusve, aut in corpore secretum fuerit, nec cum omnibus confusum. Hæc autem illis prædictis proportione respondent, quia igni flaua, terræ atra bilis, aquæ pituita respondent, & sicut aeri spiritus, ita sanguis, quia spiritibus refertissimus est eidem aeri proportionatur; qui quoniam viuentium sanguineorum naturæ conuenientissimus est. & proinde eorum alimentum familiarissimum, ideo ex æquabili quatuor elementorum temperie exquisitus generatur, & reliquorum omnium humorum particeps efficitur. vnde aliorũ humorum expertem in nostris corporibus ipsum reperire non licet, ait Gal. Vti autem ex primis elementis corpora multis interuenientibus mutationibus constituuntur, & in animalibus sanguineis, sanguis ex reliquis humoribus, & aere ipso spirituque conflatus est (ob id enim plurimus est, & solus in venis apparet, cum alia pauciora generentur) & nostræ generationis est quasi materia, quia ex quatuor humoribus constat, licet à prædominio ita appelletur: ita ex quatuor his humoribus non immediate nostra constituuntur corpora, sed medio sanguine menstruo, atque semine, tanquam proximioribus adhuc elementis. Semen autem & ipsum quo ad sui constitutionem, vt in c. de lapsa seminis generatione admonuimus ex sanguine & spiritibus, & proinde ex quatuor illis primis naturis, atque elemẽtis conflatur. quare ex Hippocr. colligimus vniuersam hominis naturam ex quatuor elementis constare, & proinde calorem ipsum, quem etiam naturam Hippocr. appellauit, elementarem & igneum, non autem Diuinum, atque cœlestem esse. idem clarius ex Platonis decretis, licet colligere. is enim inquit ex ignis excessu animal ægrotare. & rursus ait omne animal in sanguine, & venis, calorem, quasi ignis, quendam fontem habere. vnde cum non dicat ignem, sed quasi ignem male carpitur à Gal. dum 8. de placitis Hippocr. & Plat. ait, melius tamen erat non ignis, sed innati caloris fontẽ dicere in corporibus nostris esse. nam Plato cum dicat quasi ignis, igneum, sed refractum calorem innuit. Vnde illud, quòd Gal. innatum vocat calorem ex cuius excessu animal ægrotat, Plato ignem vocat, indicans calorem innatum igneum esse. Neque hac in re Plato ab Arist. dissentit, vt perperam existimauit Anto. ab Altomari. Sed ab Arist. auctoritate, quam habet in secundo de geni animal. cap. 3. deceptus fuit. cum. n. viderit Plat. ipsum ignem appellasse. inquit Arist. sententiam cum ea, quæ Platonis est, è diametro pugnare, quia Arist. loco cit. ita scribit. inest in semine omnium, quod ea fœcunda facit, quòd calor vocatur, idque non ignis, non talis facultas aliqua est, sed spiritus, qui in semine spumosoq; corpore continetur, & natura, quæ in eo spiritu est, proportione respondens elemento stellarum. ideo ignis nullum animal generat. & paulo post subdit. Cæterum calorem in animalibus contentum nec ignem esse, nec ab igne originem ducere, apertum ex his est. sed vir hic vnà cum Fernel. & multis alijs ex hac auctoritate male intellecta deceptus fuit. nam Aristot. & ipse innatum calorem alibi sæpius ignem appellat. Nam in secundo de anima concludit aduersus antiquos ignem non esse principalem causam augumenti, sed cõcausam, & animæ organum. Similiter in lib. de respiratione asserit animã operari mediante igne. & paulò infra

De innati caloris forma.

Hip. l. de nat. hum. c. 1. Ex Hip. innatũ calorem elementarem esse.

Gal. 1. de plac. c. 10.

Plato calorẽ innatũ igneũ esse voluit. Plat. in Tim.

Plato in Timæo.

Idem ex Arist. probatur.

Altom. de med. febr. c. 7.

Arist. in 2. de gener. an. c. 3.

Arist. 2. de anim. tex. 41. Arist. lib. de resp. c. 4.

infra addit, quod anima vegetatrix sine igne naturali consistere non valet. Idem quoque ex principio quarti Meteorũ apertissimè colligitur, in quo cum statuisset quatuor esse primas qualitates ex quarum complicatione quatuor consurgunt elementa, harũ deinde primarum qualitatum prout actiuę, & patsiuæ sunt, operationes colligens, inquit opera hæc sunt, generatio, corruptio, & concoctio, quæ animalibus insunt, & stirpibus, & partibus ipsorum. ergo opera hæc sunt caloris, qui est prima qualitas, & proprietas elementi, cum autem innatus calor hæc omnia efficiat, ergo hic ex Aristotelis placitis cum igneo & elementari re idem est. Aristotelis autem dicta non vt isti opinantur, sed ea ratione interpretanda sunt, vt 2. de gener. anim. voluerit calorẽ in semine contentum quo ad virtutem agendi, & quatenus generationis est auctor, & penes gradum & mensuram, qua reperitur in semine ab igne non promanare. quia sicuti comburendi vim ab igne sortitur, ita agendi vim, & vt ex semine animal generet, ab igne nõ habet, sed à generãte, cuius virtute agit, animãq; traducit. quemadmodum etiam calor innatus in viuente residens, vt nutritionis causa est, ab igne ortum non ducit, sed ab anima cuius est organum. nam esse attemperatum habet à generante, & corde ipso, quia ab igne non nisi esse immoderatum & intensum habere potest. cum enim anima neque ex semine traduci, neq; in materia conseruari possit, nisi naturali calore mediante, & eo attemperato, ideo necesse est, vt in semine calor attemperatus sit. quemadmodum etiam calor ignis cibaria concoquens quamuis essentiã suã igni acceptam referat, attamen quo ad esse temperatum, & prout concoquit non pendet ab igne, quia ex se potius comburit, sed ab ipso eo quo, & artifice, qui cum attemperat, & coquendi vires elargitur, originem ducit. Quare calor, vt igni inest ab ignis forma regulatur, & ab ipsa dependet. Et vt sic, vt inquit Arist. nullum animal generat, sed comburit. idem autem in viuentibus ab anima regulatur, à qua tum vita tum viuẽtia procreantur. Postremo idemmet Gal. testimonio comprobari potest, cum. n. statuat febrem mutationem esse innati caloris ad igneum, hæc mutatio, vt postea declarabimus, non fit secundum esse simpliciter, sed secundum graduum modum, & excessum cuius merito ad ignis qualitatem accedit, & præter naturalis euadit. quare calor natnralis ab igneo solum, secundum graduum exuberãtiam distinguitur. Insuper Gal. in lib. de format. fœtus influentis caloris vtilitatẽ apetiens ait, calorem influentẽ à corde manantem innatũ calorem fouere, & augere, vt opera vitæ probe valeat exercere. cum autem influens calor elementaris sit, & ex sanguine aereq; & cibarijs assumptis genitus, ergo & innatus talis erit, quia vnumquodque à sibi simili cõseruatur. Sed clarius adhuc veritatem hanc, & ignei caloris necessitatem, possumus eiusdem Galeni auctoritate comprobare. Quam, cum pulcherrima, tantoq; viro, atque memoria dignissima sit, & ad calidi ingeniti cognitionem apprimè faciat, ad vnguem describere decreuimus. Sanguis semenq; genitale, inquit, generationis nostræ primordia sunt, ille ceu materies quædam apta, concinnaque & opifici ad quiduis sequax, hoc, opificis rationem obtinens. constat horum vtrunque ex iisdem genere elemẽtis, humido, sicco, calido & frigido, aut si mauis ab essentia sumptis nominibus, quam à qualitate nominasse, aqua, terra, igni, & aere. dissident autem hæc inter se ipsa temperamenti mensura. Nam in semine plus est igneæ substantiæ, atque aereæ, in sanguine aqueę, & terreæ, quamquam præpollet in hoc quoque & calidum frigido, & humidum sicco, & ob eam exuperantiam sit, vt non siccus sicut ossa, pilusve, sed humidus, merito dicatur. At semen sanguine siccius quidem est: sed ipsum quoque humidum fluxileq; est, atque ita nobis vtrinque ex humida substantia geniturę origo proficiscitur. Hanc tamen humidam seruari conueniens non erat, si modo ex ea nerui, arteriæ, venæ, ossa, chartilagines, membranulæ, & alia id genus fieri deberent. ergo statim in generationis initio coniectum copiosius oportuit elementum id, quod siccandi vim haberet. est vero id natura, quidem maxime ignis, sed tamen & terra: est. n. ea quoque res sicca. Verum huius plus immisceri principijs commodum non erat, quòd hæc magis humida erant futura, ignis certe quo minus plus sit admistum, nec obstat quicquam: & sane admistum est tanto plane plus in vtroque principio, quantum nec iam torreat, vratve, & tamen abunde siccet. Quippe etiam tantus calor adhibitus agilitatem prestare ad motiones sat erat. ab hoc igitur primum cogitur, paulumq; concrescit, quod in vtero conceptum est, mox siccius redditum, veluti lineamẽta quædam, & rudimenta cuiusque membri obtinet. Vlterius vero siccescens non rudimenta modo, sed etiã exactam vniuscuiusq; speciem ostendit. Iam vero in lucẽ editũ & magnitudine proficit,

Respõsio ad Arist. auctoritatẽ, & eius interpretatio.

Calorẽ innatum, ex Gal. elementa necesse.

Gal. 1. de format. fæt.

Arist. 2 de anima tex. 45.

Gal. 1. de semine. & tuend. cap. 2.

ficit, & tum ficcius, tum valentius se ipso semper efficitur, donec ad summum incrementum sit peruentum. tum vero & incrementum omne sistitur, ossibus ipsis per siccitatem non vltra sequacibus: & sanguinis spiritusque vasa, spiritus ipsius flatu in latū aguntur: cuncta deniq; membra non solum robusta fiunt, sed et vires suas summas obtinent. in eo vero, quod sequitur tpe, oībus iā partibus supra iustum siccescentibus, non solum cuiusque officium minus probe administratur, sed etiam corpus macilentius, graciliusq; quam ante redditur, & vltra siccatum non macilentius modo, verum etiam rugosum efficitur. artus quoque ipsi inualidi, & ad motus incerti, inconstantesq; probantur. affectio hæc in animalibus senium appellatur, ei quæ in stirpibus ariditas & anansis Græcis dicitur, proportione respondens. est enim & illa stirpis senium siccitatis excessu proueniens. Ex quibus Gal. verbis apparet naturæ intentionē etiā à principio fuisse corpus humanum perfectissimum facere, si tamen id sibi fuisset concessum, est autem perfectissimum quod ad actiones optime comparatum est. tale autem est dum membra omnia actiones proprias bene edunt. Atqui ex membris quædā sunt, quæ, vt proprias operationes edere probe possint, substantia indigent sicca, duraq;, ex hac autem natura non poterat mēbra ipsa à principio efformare, quia talis materia obsequens non est, cum aliqua debeant extendi, aliqua dilatari, nonnulla perforari, vt alibi docet Gal. quare sapientissima natura humidam à principio mollemq; materiam sibi præparauit; in eaque tantum ignis intulit, vt non torreatur, sed tractu temporis probe siccescat. Quænam autem hæc natura sit, siue mens quædam Diuina per vniuersum diffusa, quæ omnium causa existat, vt cuidam Platonico placuisse testatur Gal. quam etiam sententiam vti satis probabilem. Gal. quandoque sequutus videtur: siue quid aliud sit à mente, indoctum quoddam & ineruditum, vt dicebat Hippoc. quòd tamē operationes suas omni prudentia & arte perfectiores efficiat, vt alibi Gal. colligit; siue vt alio in loco meliusque sentire videbatur. Gale. sit summus ille omnium conditor & Deus optimus, non est præsentis negocij disceptare. Sed cum iam ex optimorum Auctorum sententia, & ratione ipsa probatum sit innatum calorem in sui radice igneum & elementarem esse, nil aliud remanet, nisi vt rationibus in contrarium allatis breuiter respondeamus, potissimum cum ab ijs, qui Medicam artem profitentur, responsio fuerit neglecta: contraria autem sententia ne dum ab Altimaro, verum etiam ab ipso Fernelio, cui apud eruditos maxima est in Medicina laus & auctoritas non contemnenda, & alijs recentioribus foueatur. Primam itaque rationem Ferne. his verbis proponit. ab eo contrariorum quod suppar est, ac infirmius, alterius excellentis conspectu nihil quicquam agi potest, sed rota misti actio in id qđ exuperat tanquam in vincentem causam refertur. Atqui in serpentium, papaueris, mandragoræ, & aliarum stirpium frigidarum temperamento, immo etiam ipsorum senum, calor depressus est, & inferior quam frigus: non igitur hic vi, & operibus potest frigus superare, neque in hunc tanquam in efficientem causam possunt vitæ functiones referri, cum diminutus sit, ac mutilus. quare n ecesse est hunc vitæ calorē præstantioris cuiusdā esse originis, neq; ignei elemēti rudiorē naturā redolere. Hāc rōnē cui soli satisfacere conatus fuit vir quidā magni noīs eā diluisse credidit, dicēdo mandragorā & alia posse duob. modis cōsiderari, vel in relatione ad vniuersam naturā, vel in respectu ad humanam naturam, vnde si cum hac conferātur frigida sunt. si cum vniuersa natura participantia sunt caliditatis. Verum quoniam responsio, atque distinctio hæc satis inepta & inanis est, & virū hunc instantię Fernelij vim non intellexisse indicat, et eā ne vel minimum tollit, omnino reijcienda est. cum enim vt ait Galen. duo sint significata calidi, frigidi, humidi, & sicci, alterum absoluto sermone loquentium mistura carens, & sincerum: alterum ex contrarijs quidem mistis constans, cæterum ex præpolentis in mistura nomine appellatum. Hoc secundum significatum, vt inquit idem Gal. rursus dupliciter dicitur, quatenus calidū, aut frigidum dicimus respiciendo ad vniuersam naturam omnium, quæ sunt in mundo corporum, & tale dicimus vt ad illud cui comparamus: vel respiciendo ad medium quod in vnoquoque genere, vel specie reperitur. modo dum inquit mandragoram in relatione ad vniuersam naturam calidam esse, quærimus tunc an in vniuersa hac natura vir hic medium eligat, vt eligi debet, an potius aliquid aliud quodcunque sit, dummodo mixtum sit ex calido frigido, humido, & sicco. si medium eligat, tale medium, vt docet Gal. est ipsum humanum corpus temperatum. ergo distinctio prorsus nulla est. Si vero conferat mandragoram ad aliquid aliud quod in vniuersa natura mistum reperiri potest, tunc

Gal. l. de marcore. c. 4.

Gale. l. de for. fœt. cir. finem. *Gal. aphο 39 & 13. de vsu par. c. 20. post med. & alibi.* *Hip. in 6. epi. 2* *Gale 7. de vsu par 13. & 5. in 6. epid. cir.*

Ferne. rōnes probantes calorē innatū esse diuinū, & earū solutiones.

Prima ratio.

Fern. li. 4. Physiol. c. 1.

Respōsio cuiusdā inanis.

Confutatio.

Gal. l. de tēperamen. c. 6.

tunc mandragora non minus frigida quam calida dici poteſt & e conuerſo. ſi enim verbi gratia ad calidas ſtirpes referatur frigida, ſi ad metalla, & alia inanimata, quæ omni calore ſunt prorſus deſtituta, calida erit. quare vir hic neque Fernelij rationis vim, neque Gal. ipſum intellexit. qui etiam aperte ait, quod ſi quis in animalibus cuius ſit temperamenti nos roget, ad id quod medio eſt, inter omnia animalia temperamento, reſpicientes reſpondere ei debemus, ſi abſolute, atque ad omnem ſubſtantiam: ſic iam contraria, quæ ſunt in eo, comparate inter ſe oportet, atque æſtimare nõ ad actiones temperiem referentes, ſed ad elementorum portiones: ſin huic cuipiam membratim comparans roget, vtrique ad illud ſolum conferendo eſt reſpondendum. Nos itaque breuiter dicere debemus, quod licet in mandragora & alijs calor innatus ſecundum gradum frigore ſit depreſſior, non tamen infirmior eſt ſecundum virtutem & poteſtatem agendi. cum enim calor maioris ſit actiuitatis & potẽtiæ quam frigus in tam exigua graduum inæqualitate agendi poteſtatem non amittit, vel certe quam minimam. quemadmodum etiam idem met Fernel. in ſecunda ratione, quam proponit, aperte fateri videtur. poſſumus quoque propoſitionem illam hoc pacto interpretari, quod ab eo contrariorum, quod infirmius eſt, actio perfecta non prouenit, ſed ſubobſcura, vnde mandragora & alia non quidem perfectas functiones, ſed illas imperfectas expromunt, quæ illorum viuentium generi conueniunt. Quemadmodum & ſeniores propter caloris imbecillitatem, infirmiores obtinent actiones, hinc etiam fit quod quemadmodum ſtirpes frigidiores, & earum folia citius marceſcunt, ita calidiores (dummodo ſicciores non ſint) diutius conſeruantur, & quarundam folia hiberno quoque tempore perdurant, vt in lauro, iunipero, & ſimilibus videre eſt. Secundã porrò rationem Fernel. ſubdit his verbis. hinc præclara, & eximia quadam mẽtis agitatione videtur Ariſt. mortem definiens, vitali huic calori non frigus tanquam contrarium oppoſuiſſe, ſed extinctionem, quæ eius ipſius eſt priuatio, vt igitur lumini cõtrarium nihil eſt, ſed aduerſæ tenebræ illius ſunt priuatio, atque ſi vel minimum luminis corpus illuſtret, id ipſum illuminatum dicimus, ſic & de uitali calore ſtatuo, qui quantuluſcunque corpus poſſideat ipſum regit, calidumq; denuntiat. Quam quidem facillime ſoluimus negando calorem innatum non habere frigus ſibi contrarium. Cum.n. ex Ariſt. agens & patiens contraria ſint cum Solis calor in aquę frigiditatem agat, & calefaciat, ergo inter ſe contraria ſunt. pariter cum innatus calor in alimentum agat concoquendo & alterando, ergo in alimento aliquid reperitur contrarij ipſi calori innato. inſuper clarum eſt innatum calorem cum eſu lactucæ papaueris, & ſimilium frigidorum omnino reprimi, & nonnunquam extingui. dum vero Ariſtot. auctoritate id probat, dicimus Philoſophum ibi mortem naturalem definire, quæ in animalibus vocatur ſenectus, quæ non fit per corruptionem caloris à contrario, ſed propter impotentiam reſpirandi, quia non amplius euentari poteſt, vnde intenſior euadens, quod humidi reſiduum eſt abſumit, ad cuius abſumptionem ipſe quoque corrumpitur. ſed licet mors naturalis ad aures Ariſt. (dicimus autem ad aures Ariſtot. quia ex Gal. alia de cauſa fit, vt ſupra ex eius auctoritate in primo de tuenda ſanitate declarauimus) non fiat per caloris corruptionẽ à contrario: attamen quæ violenta eſt, hoc pacto fieri poteſt, vt ex eodem Ariſt. in lib. de iuuent. & ſenect. colligimus. vbi fatetur calorem innatum frigus à quo nonnunquam extinguitur, habere contrarium. At vero dum ſubdit Fernel. ſulphur, & arſenicum igneo elemento conſertiſſima eſſe, vt plerunque nos vrant, & tamen vitali calore deſtituta eſſe. inſtantiam facilius adhuc ſoluimus, dicendo calorem innatum non per ſe ipſum animantibus vitam tribuere, ſed in virtute animæ, qua cum iam dicta corpora deſtituta ſint, ſicuti etiam cadauer, quãuis calorem innatum habeant intra ſe, vitam nihilominus non habent. vnde Fernel. quod animæ tribuendum erat, innato calori perperam aſcribit. immo impoſſibile erat, vt horum corporum exurens calor idoneum eſſet inſtrumentum, & ad animã in his recipiẽdã, & ad ipſius operationes exercendas, cum vtraq; de cauſa calor non vrens, ſed omnino attemperatus requiratur. Cadauer autem licet calore miſti, prout miſtum eſt, præditum ſit, vitali tamen calore prorſus deſtitutum eſt. Quare concludendum calorem ignis, & animalium extrinſeca ſolum & accidentali differentia diſiungi, prout.ſ. in ſubiectis reperiuntur, quæ ſpecie diſtinguuntur. ſicuti etiam albedo niuis, & cygni ſunt eiuſdem ſpeciei, prout vero in ſubiectis ſpecie differentibus ſunt, ſpecie extrinſeca, & accidentali diſtinguuntur. At vero calorem innatum frigiditate attemperatum eſſe nobis aperuit Gal. qui quidem ſcribebat calidum ingenitum, quod Hipp. naturam inna-

Marginal notes: Vera reſpon. — Secunda Fernel. ratio. — Solutio. — Ariſt. 2. de gener. 51. — Mors naturalis ex Philo. ſententia. — Ariſt. li. de reſpiratione. &c. Cap. 2. — Ariſt. li. de iuuen. et ſen. c. 3. — Tertia Fernel. ratio. — Solutio. — Calor innatus frigiditate attemperatus. — Gal. li. de tremore rigo. eiꝗ. c. 6

membrorum appellauit ex duplici qualitate constare altera calida, altera frigida, & ab his qualitatibus duplicem quoque motum obtinere, à calida motum ad exteriora, à frigiditate motum ad interiora, qui ad sui nutrimentum fertur. Cum enim calor sursum sui natura feratur, hinc fit vt calidum in animali sursum ratione caloris moueatur, deorsum autem moueat ratione frigiditatis, quæ deorsum mouet. & hæc de caloris innati forma dicta sint. Verum quoniam huius præfinita mensura à frigiditate tanquam agente præcipuo non fit, ea siquidem eius immoderantiam refrangit, ad debitumque modum reducit, non tamen primo, sed hoc primo ab agente præcipuo fit, frigiditas autem ipsius præcipui agentis instrumentum est: idcirco efficiés precipua causa à nobis fuit allata, dum diximus calorem hunc à cordis virtute (per quã ne dum calorem, verum etiam ipsius generandi spiritus & caloris facultatem intelligimus) generari, & attemperari. Cum enim innatus calor, vt ex Galeno inferius apparebit, sit duplicis generis, videlicet vel influens, qui à corde manans per arterias in vniuersum corpus diffunditur, & post fœtus efformationem gignitur, vel qui pro priore vocabulo insitus, & à nõnullis complãtatus vocatur, qui quidem à primordiis generationis in semine potissimum, & in sanguine menstruo residebat, & post ortũ quousque animal viuit in solidis particulis, & humido primigenio radicalique commoratur: procul dubio vterque calor à cordis virtute gignitur, cum illud innati caloris ex omnium sententia fons sit & origo, & omnes spiritus in quibus calor primum residet, vt in capitulo de cordis virtutibus demonstrauimus, in eo generentur. Hoc tamen inter hos calores intercedit discrimen quia is, qui influens dicitur, post ortum, & in proprio fœtus corde, alter vero, qui insitus est, ex parentum corde genitus fuit, tum enim menstruus, tum semen vniuersam spirituosam substantiam, & proinde calorem omnem, vt in capitulo de læsa seminis procreatione ostensum est, fortiuntur. Iam vero diximus calorem hunc in humida substantia tanquam in subiecto fuisse coniectum, quæ, vt aperta reddatur, sciendum naturam pro hominis procreatione, vt notat Galenus, sanguiné ex quatuor humoribus conflatum ad genitales partes ipsorum parentum vnà cum spiritibus produxisse, qui, vt in capitulo de læsa seminis generatione ostendimus, à testium natura in albam humidam, consistentemque substantiam mutatur, & cum spiritibus exacte permiscetur. quamquam autem exprimis illis corporibus constituta sit, talis tamen à natura effecta est, vt Galeni testimonio, humidum sicco, calidum frigido præualeat, quidquid autem caloris obtinet substantia hæc id omne spirituosæ illi substantiæ, qua semen refertum est, acceptum refert, quæ spirituosa substantia, vt ex Galeno colligimus, & Auicena, ex aere potissimum constat & igne. quare semen & caliditatem omnem, & facultates vniuersas à spiritibus obtinet. Ex qbus apparet calorẽ innatũ principaliter in spiritibus residere, spiritus aũt in semine cõtinetur, à spiritu autẽ semen viuificandi vim acquirit, quia spiritus propter nobilem temperaturam & innatum ipsum calorem, animã ipsam suscipere nati sunt. ob id recte dicebat Alex. spiritum tanquam idoneum vinculum corpori, animæque interponi, quoniam aduersas naturas interiectu suo conciliat, atque continet, is enim extremo vtrique familiaris & accommodatus, cum non sit prorsus sine corpore crasso corpori inseri potest, cum vero tenuior splendidiorque sit, potest cum anima connecti. Et hoc eo magis quo intet animam & spiritum mediat calor, qui cum omnino corpus non sit, corpore tamen ad propriam subsistentiam necessario indiget, inter spiritum autem, & crassum corpus, mediant tum semen tum sanguis, quæ quamuis in relatione ad spiritus densiorem habeant substantiam, attamen si ad solidas conferantur partes fluxibilia sunt. quare anima est in calore innato, innatus calor in spiritibus, spiritus in semine, & sanguine, semen, & sanguis in solidis corporis partibus continentur. Vt autem hæc caloris innati præcipua subiecta clara fiant, & potissimum appareat inter hæc sanguinem ipsum enumerari, sciendum, quod cum semen, tot facultatibus alioquin insignitum, non posset esse, præ sui paucitate, sufficiens materia pro tot, tantisque seminalibus partibus generandis, huic quoque difficultati admirabilis natura satisfecit, prouiditque vt semen hoc ea quantitate augeretur, vt pro spermaticis membris gignẽdis sufficere posset: ob idq; ei tribuit facultatem, qua quidẽ à parentis corpore sanguinem traheret. vt eo semen nutriretur, augereturq; & ad sufficientẽ quãtitatẽ perueniret, vt nobis indicauit Gal. hinc ẽt fit vt partes aliquę, q̃ sanguineę in corporibus nostris erãt necessarię

D generentur

Innati caloris præcipuũ efficiens.

Innatus calor duplex.

Innati coloris subiectũ.

Spiritus & semen caloris innati subiectum.

Spiritus necessitas.

Sanguinẽ esse caloris subiectum.

Gal. 1. de nat. human. tex. 39.

Gal. 1. de tuen. cap. 2.

Gal. 1. de el. Auic. 1. 1. cap. de el.

Alex. I sin lib. de anima. c. 3.

Gal. 1. de nat. huma. com. 27.

Gal. 1. de nat. human. cō. 27.
Gal. 6. de placit. 8.
Gal. 1. de sem. cap. 9.

generentur. verum duplicem sanguinem semen in se trahit, alterum quidem crassiorem, & tepidiorem cuius origo parentis iecur est. alterum calidiorem & tenuiorem, tantęq; caliditatis, inquit Gal. vt veluti feruere videatur. priore autem vtitur natura vt partes sanguineę procreentur, & vt semen nutriatur, & augeatur, & vt partes in quas sanguis & semen permutatur, viuere possint ritu plantæ. altero autem vt in partes ipsas tum seminales tum carnosas delato viuere possint vita animalis vitæ cõueniente quemadmodum nobis in libro de semine Galenus aperuit, ad hoc vt membra motum aliquem suscipiant, vt in Zoophitis animalibus reperitur, palpitationi similem. Hæc est igitur duplex illa materia, seminalis scilicet & sanguinea, quam natura pro nostri corporis partibus bene formandis sibi præparat, quas insita facultas non modo extrinsecus elaborat exornatque vt artifices faciunt, sed, vt monet Galenus intus existens materiam seminalem potissimum etiam interius elaborat, vt nulla eius pars intacta, & inexornata relinquatur. Ad hoc autem præstandum, vt superius ex eodem Galeno diximus, caliditate & siccitate ipsius ignis vtitur, quem illi humidæ molliq; materiæ prius indidit. Vnde quicquid substantificæ humiditatis, quidquid caliditatis membra obtinent, quod ipsis suęq; naturę cõueniens sit, totũ id ab his materiebus habent. spirituosa vero substantia, quæ in illis materiebus semine, videlicet, & sanguine residebat, in membris spermaticis, atq; sanguineis remanet. Hic porrò spiritus, vt Hippocr. visum est, calidum ingẽitum est ipsorum membrorum, vt aperte Gal. docet, quem omnium in membris operationum principium existimauit. ob idq; nullã aliam esse membrorum naturam, & animam arbitratus est, vt ex eiusdem Hipp. verbis colligimus dum ait. Hominis anima semper ad mortem vsque producitur: sin autẽ ignescat, simul cum morbo & anima corpus depascitur, ex quibus verbis Galenus censuit Hippocratem existimasse, quod calidum innatũ anima existat. alibi tamẽ statuit Gal. nos illud quoq; dicere posse, videlicet calorẽ natiuũ in sanguinea substantia & aerea, vnà cum spiritu consistere, sed animaduertendum in scriptura errorem esse, qui etiã ab alijs, probe fuit emendatus, qui loco aereę seminalem substantiam imprimendam curarunt, vt etiam antiquus interpres legisse videtur. Qui habet calidũ innatũ in substantiam sanguineam, & spermaticam consistere vnà cum spiritu. quo fit vt alibi Galenus innati calidi substantiam in sanguine, & semine reposuerit spiritus ipsos volens subaudiri, quia sanguis & semen ex his habent esse. apparet quinetiam alterius loci vera interpretatio, quem tamen Antonius ab Altomari perperam, & suscepit, & interpretatus est. Scriptum est enim calidum innatum in sanguine & pituita residere, sed pro pituita quidam spiritum transferunt. Sed melius est, vt Galenus sibi concors reddatur, loco pituitæ, spermatis transferre. nec nobis obstat Altimarus dum ait calidum hunc consistere in pituita, quia alibi a Galeno dictum fuit in substantia calida aquea consistere. nam etiam si concedamus id apud Galenum reperiri, quod tamen non vidimus, materia calida aquea non potest pituitæ accommodari cum ipsa ex eodem Galeno frigida sit. Verum quoniam Galenus nonnunquam asseruit natiuum calorem in sanguine, & sanguineis visceribus essentiam habere, ideo intelligendum in visceribus esse tanquam in principijs quibusdam. quamuis enim in semine sit, ortum tamen habet à sanguine, ita vt principatum sanguini tribui possit, in visceribus autẽ illum reposuit, quia in eis potissimũ reperitur & in ipsis suas operationes expromit. Verum quoniam membra à sibi insita facultate genita, atque perfecta suas operationes sine alterius auxilio edere quidem possunt, sed vti reliqua generationi, & interitui obnoxia duplici transmutationi subiecta sunt dissolutioni videlicet substantiæ & euaporationi, nec non alterationi; idcirco mutuo indiguerunt auxilio non quidem ut operentur, sed vt in eo statu in quo creata sunt, perdurare possint, ob id vt substantia deperdita posset resarciri, & ab alteratione noxia vindicari natura prouidens iecur & cor generauit, vt in illo sanguis tanquam materia ad deperditam resarciendam idonea, in hoc autem spiritus pro calore restaurando, procreetur. Qui quidem spiritus, vt docet Galenus, ex vaporoso sanguine, & aere ipsi permixto in sinistro cordis ventriculo generatur. ex quo spirituoso sanguine quidquid in membris spirituosæ substantiæ deperditum est resarcitur, & dum refrigerata hæc sunt, in pristinam naturalem caliditatem rediguntur. vt autem sanguis hic spirituosus id probe, & facile præstare posset, necessarium fuit, vt tenuissimus & calidissimus crearetur, vt ad membra alioquin reremotissima, & talis

Gal. 1. de tem. san. ca. 2. & 1. de marcor. c. 4.
Gal. 5. simplic. cap 9. & 8. de Plac. cap. 7.
Hippo. 5. in 6. Epid. 5.
Gal. in com.
Gal. 8. simplic. 9.
Gal. 1. aduers. Lycum. vlt.
Gal. 8 de Placit. cap. 7.
Gal. 2. de diff. febr. cap. 6.
Gal. 4. in 6. de vulg. morb. 25.
Gal. 1. de fæt. format. 5.
Gal. 11. meth. 3.

Calidum ingenitum qd sit apud Hip.

Innatus calor quo in sãguineis visceribus esse dicatur.

Influentis caloris necessitas & subiectum.

Iecoris & cordis necessitas.

perueniret

perueniret, & quamcitissime, vt quemadmodum Galenus ex Platonis sententia docuit, & nos in capite de cordis virtutibus explicauimus, ad excitandam animam, vt irascatur, vsum præstaret, ad hoc vt ratio contra facultatem concupiscibilem ipsam irascibilem adiutricem haberet. hinc etiam cor calidissimum viscus esse oportuit, quia illius caloris principium est, inquit Plato, qui per vniuersum corpus vehementer & quamcelerrime circumfunditur, & propter huius caliditatis excessum, vt loco citato documus, & in simul propter ipsius conseruationem, spirituumque regenerationem duplicem à natura motum sortitum est, quorum vnus dilatatio est, vt aer attrahatur, à quo immoderata caliditas in eo subiecta cohercetur & ipsius dissolutio prohiberetur: alter vero constrictio est, vt fuligines ex tanta caliditate genitæ expellantur, & influens calor quoquo versum diffundatur. Vnde si caliditas hæc non moderaretur animal nec temporis momento viuere posset. At vero spiritus, & calor hic in corde genitus, & per arterias delatus, quamuis influens appellari posit cum Galeno, quidem calorem influentem à corde manantem appella bat: attamen extraneus, & adsititius dici non debet, quippe qui à principio generationis nobis à natura tributum est, nobiscunque perpetuo permanet, & cum eo vita ipsa, membrorumque caliditas insita conseruatur. quod si vehemens caliditas ipsius sit, attamen ab ipsa respiratione ad moderantiam reducitur, ideo Galenus cor fontem ac focum ingeniti calidi dixit, quare calidum hoc nō adsitirium, vt quidam moderniores perperam vocitarunt, sed natiuum, & naturale dici debet, quia licet ex Galeni senrentia acquisititius esse dicatur, quatenus ex alimento temporis cursu acquiritur, attamen calorem propriè innatum & à primordijs generationis ortum fouet, atque tuetur. Cuius etiam necessitatem declarauit Aristoteles, dum dixit, quod cū calor innatus continuè dissoluatur, & instar fluminis effluat, quamuis nos lateat, ideo ne ocissimè euanescat aliquo adueniente & influente calore opus habet vt perficiatur, & conseruetur, quamdiu enim conseruatur, tamdiu vita consistit, & eius opera probe administrantur, cum autem interit animantis natura destruitur. & eius munera penitus abolentur. Quare ex influente calore, & eo quod est in membris à generationis principio vnum resultat, quod totius corporis calidum innatum est. Et hæc est illa natura, quam tetigit Hippoct. dum ait partes paruas in magnarum actionem conspirare magnas autem in actionem totius, vt vna sit omnium communis natura. calidum autem quod in membris est, ipsa calida reddit, eis præbens qualitatem calidam, estque membrorum natura. Quod autem in uasis est, illius naturæ instrumentum est. concludendum igitur est, quod innatum calidum nil aliud prorsus est, nisi seminalis sanguineaque substantia vna cum spiritibus innata caliditate affectis: vnde alibi quoque Galenus testatus est esse mixtum ex quatuor elementis. & hæc de innati caloris forma, efficiente, & subiecta materia satis erunt. antequam vero finalem causam aperiamus. illud aduersus recentiores quosdam notandum est, videlicet neque ingenitum, neque influentem calorem extraneum, aut, vt isti dicunt, adsititium, propter ætatis mutationem, etiam si ad vltimum vsque senium perducatur, fieri vnquam posse. quamuis enim innati caloris materia, atque subiectum ab ignis siccitare procedentę ætate semper siccior euadat, atque terrestrior, & partes ipsę ficciores fiant: seruatur tamen in eis caliditas in eodem gradu & mensura, quam à principio generationis obtinuerunt, vnde eadem sane est, sed quia, vt ex Galeni mente in superiori capite declarauimus, prius in substantia humidiori posita erat, ideo suauis, & mitis apparebat. at membris terrestrioribus effectis, quamuis eadem quo ad gradum existar, attamen, quia est in materia sicca, atque terrestri, acris est & mordax, & ob id extranea dicitur, quia maxime dissimilis est naturæ generationis principijs. nec quis existimet. caliditatem meliorem euadere, eo quia in iuuenibus meliores, quam in pueris actiones fiant, quoniam id prouenit ratione siccitatis ei adiunctæ, quæ, vt ait Galenus, ad agibilitatem actionesque maxime confert. Quare in iuuenibus innata caliditas absolutè extranea non est, sed secundum quid. naturalis enim est ex se, extranea vero seu adsititia ratione subiecti siccioris, quo fit vt in vltimo quoque senio, & prope mortem vsque innatus calor reperiatur. quamuis paucissimus, quoniam quo magis membra ætatis decursu terrestria redduntur, eo magis caliditas absumpta portione humidæ substantiæ, in qua residebat, minor redditur, quo ad molem, debiliorque & ob id calor ignis in viuente existens præter id, quod repressus est & attēperatus, tēporis cursu magis atq; magis continua alimenti

Galen. in lib. de plac. & 5. in 6. Epid. 5.

Plato in Timæo.

Calor influēs nō adsititius & extraneus, sed naturalis dici debet.

Gal. 1. de for. fœt.

Gal. 6. de anat. admin. 7. 6. de vsu parti. 6. & 4. in 6. Epid. 24.

Ariſt. 1. de iuuentute, & senectute. cap. 3.

Hippocr. 1. de alim. ante medium.

Innatum calidum quid.

Gal. 1. aph. 14.

Calor innatus rōne ætatis adsititius & extraneus nullo pacto fit.

Arist. 5. de gen. an. c. 41.

appositione imminuitur, & vires amittit, vt ipse quoque Arist. nobis rem exemplo illustrauit, dum dixit. Sicut enim vinum iterum, atque iterum aqua superinfusa, vsque adeo vires amittit, vt amplius opera vini exercere non possit, ita in viuente calor ex cõtinua alimẽti appositione vsque adeo languescit, vt amplius augere non possit: quinimo diminutionis causa est, vt senescente corpore contingit. cũ.n. omne agens agendo repatiatur, dum agit in alimentum assiduo repatitur, licet quo ad sensum id non appareat. quod si cœlestis, atque diuinus esset, vt isti somniarunt, impassibilis esset, & proinde non esset inconueniens, vt perpetuo conseruaretur. Postremo dictum fuit innatum calorem à natura fuisse productum, vt animæ operationum præcipuum organum esset, quoniam calor hic non nisi ad animam ipsam suscipiendam, & in materia & corpore traducendam, & ad omnes animę operationes dirigitur. quod.n. præbet esse, præbet & operari, cũ.n. anima vt traducatur, calorem cõmensuratũ exposcat, ideo generans, quod propter ipsam tanquam propter finem agit, calorẽ ignem attemperat, & proinde naturalem efficit. Vnde sicut anima, & quælibet forma determinatæ magnitudinis in causa est in genere causæ finalis. ita in eodem genere causæ determinatæ complexionis & temperamenti causa est. & quia diuersi sunt formarum ordines & gradus, ideo in naturalibus tum magnitudinis termini, tum temperamenti gradus varij reperiuntur. Quod autem innatus calor omnium viuentium operationum primum sit instrumentum, clarum est. nam Hippocr. & Galenus ex eiusdem sententia infinities dixit calorem hunc operationum omnium in animalibus principale causam esse; nos tamen tum in hoc capite, tum in capite de cordis virtutibus docuimus non quidem agens præcipuum, sed præcipui agentis & animæ primum instrumẽtum esse. Verum ne circa animæ organa, & ipsius operationes imperiti decipiantur, cogimur cuiusdã imaginationes refellere, qui annis plusquam triginta practicę exedram tenens, ipsas Patauij tanquam summi momenti arcana singulis annis dissemina bat, dum, f. vel febris essentiam, vel læsam memoriam, vel læsam chilificationem exponeret. Dicebat igitur imprimis animam ipsam esse præcipuum agens operationum, quod quidem nemo negat. dicebat secundo in hac anima reperiri facultatem quã dã genericam, seu indifferentem ad omnes operationes, quod vnicuique alioquin imperito patere potest, cum anima, si facultate hac esset destituta, omnes operationes edere nullo pacto posset. addebat tertio facultatem hanc non esse animam ipsam & principalem causam, sed concausam operationum, & è gremio animæ emergere, quod est omnino ridiculum, quia anima ipsa, & facultas ad omnes animalis operationes exercendas neque re & subiecto, neque ratione vllo pacto distinguuntur. Ad huius autem animæ, & ipsius facultatis, quam concausam appellabat, organa descendens, aiebat organum vel esse principale, vel secundarium: principale autem subdiuidens dicebat duplex id esse, videlicet organum cum quo, & organum per quod. organum cum quo declarans, dicebat multiplex esse, quoniam vel est facultas quædam, quæ à superiori (quæ erat concausa) differt in hoc, quia sicuti superior indifferens erat, ita hæc determinata est, & vnicã habet operationẽ, vocaturq; proprietas, quæ à viuente parte procedit sicuti superior ab ipsa anima emergebat: vel est illud organum, quod in parte reperitur, & hoc rursus duplex est, nempe vel partis temperatura, vel compositio, à quibus duæ proprietates & facultates prodeunt, videlicet proprietas temperamenti, & proprietas compositionis, nam vnitatem (dicebat ipse) cum partibus similaribus, & dissimilaribus cõmunis sit, nulla proprietas consequitur. addebat deinde quod in actionibus, quæ pertinent ad organum vt similare, temperamentum est organum principale, compositio vero, sicuti etiam vnitas, organum est coadiuuans. contra vero in functionibus, quæ ad organum spectant dissimilare, compositio est organũ principale, temperamentum vero secundarium & adiuuans, sicuti & ipsa vnitas. vnde dabat exemplũ, inquiens apprehensio ad manum attinet, quæ organum est dissimilare, ideo eius compositio est organum principale, temperatura autem adiuuans. Et quod deterius est, subdebat apprehensionem labefactari ob malam compositionem, & impediri ob intemperiem. de organo vero per quod verba faciens, dicebat hoc esse spiritum ipsum, qui non est organum (inquit ille) cum quo fiat actio, sed solum viuificans facultates principales, & est præcipuum organũ deferens facultates nõ principales. Tãdem dicebat organum secundarium animæ operationum ipsum met obiectũ esse. & cum arcana hæc maximo verborum apparatu detegeret, omnes ab eius ore pendebant, & hæc auribus maxima cum admiratione bibebant. ego tamen nescio, an pul-

chriora

Innati caloris finalis causa.

Falsa cuiusdã sententiæ de animæ organis reprobatio.

chriota insomnia deliramentave excogitari possint. præsertim cum Hippo. & Galenus toties dixerint calidum ingenitum operationum omnium in membris principium esse, vt autem superius monuimus, calidum ingenitum ex Hippocr. & Gal. nil aliud est quam spiritus, qui sunt in sanguine & semine in membris spermaticis consistente. Vnde nullam aliã esse membrorum naturam, & animam quam calidum hoc corpus, existimauit Hipp. a quo vt à principio omnes operationes promanãt. Vnde apertissimũ est tot organorum discrimina distinctionesq; tum inanes esse, atque ridiculas, tum etiam Arist. Galenoque è diametro aduersantes: inanes quidem, quia cum in Hipp. & Galeni placitis spiritus, calidum innatum, natura, & anima, imò etiam temperatura re vnum sint (declarans enim Gal. in vulnerum curatione, quid nam intelligat per naturam, inquit appello autem naturam ipsius partis vulneratæ temperaturam) vniuersam hanc de animæ organis disceptationem duobus verbis absoluere potuisset dicendo calorem innatum tũ commune tum proprium animæ organum esse. commune siquidem est, & huius merito anima, quæ vnica est, sed pluribus prædita potentijs, omnes operationes indiscriminatim edere potest, quatenus absolutè attemperatus est, & supra passiuas qualitates humidum videlicet & sicum dominiũ habet, & hoc pacto naturalis etiam vocatur, si enim immoderatus efficiatur, aut supra passiuas dominium nõ habeat preter naturalis existit. est autem organum propriũ, seu partis proprietas, prout præfinitam quandam mensuram, seu determinatam temperaturam sortitur cuius merito anima, quæ ad omnes operationes ceu agens præcipuum erat indifferens, ad determinatam & propriam quandam cuiuscunque partis functionem propriã contrahitur. vt. n. exemplo res illustretur, faber prout plura habet instrumenta, in quibus absolutè ad vtendum aptitudo reperitur, vt sic plures operationes edere potest, quod si faber ad seram contrahatur, hac non potest nisi secare, si autem terebra vtatur, nõ nisi perforare valet, & proinde merito proprij organi, ad propriam functionem contrahitur, & ob id Arist. cõcoctionem ipsam à calore naturali & proprio fieri dicebat, vt & absolutè commẽsuratum, & determinatã temperie præditum calorem innueret. Quod autem suprascriptę distinctiones & enunciata auctorum dictis aduersentur liquido constat, nam Arist. statuit etiam sensationes ex attẽperatione quatuor elementorum oriri. Gal. vero loquens de eo, à quo in quibuscunque partibus actiones emergunt, ipsam temperaturam proponit; quam semper partium substantiam, atque naturam vocat, compositionem vero, & omnia quæ ad hanc rediguntur, ex numero eorũ, quæ necessario accidunt, esse dicebat, & (quod arguit virum hunc vel omnia Galeni scripta non vidisse, vel ea nõ rectè perpendisse) statim manus ipsius exemplo, quæ organum est dissimilare, rem hanc patefacit. Sic enim ait. Insunt autem primum, & maxime temperamẽta, quippe quæ propriam particularum substantiam complent. corpus. n. tale natura est, propterea quod caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, sic commixtum est. nam carnem esse carnem, & neruo neruum, & aliorum vnicuique, id esse, quod est, ob prædictarum quatuor qualitatum certam quandam temperaturam contingit. hęc igitur eis secundũ substantiæ rationem insunt. Consequuntur autem necessario odores, sapores, colores, duritiess, mollities. Alia vero necessario accidunt, positio, magnitudo, connexio, conformatio. postea vero subdit actiones magna ex parte per propriam substantiam fieri. aliquando autem etiam ob aliquod ex consequentibus, vt in oculis propter colorem, eis vero, quæ necessario accidunt, & ad cõpositionem attinent, nunquam Gal. actionẽ tribuit, sed semper solũ vsum ipsis acceptum refert. Verum objiciet quis innatum calorem animæ instrumentũ esse non posse, quia ad agendum ab anima ipsa nullo pacto mouetur, non. n. vlla ex sex speciebus motus ab anima ipsa moueri opinandum est, vt inductione in singulis facta liquido constat, cum igitur instrumentum non agat nisi ab agente præcipuo moueatur, quomodo calor hic animæ organum esse potest? huic difficultati facile occurrimus dicendo calorem innatum ab anima ad agendum moueri non quidẽ locali motu aliave motus specie, sed quatenus ab anima virtutem, & potestatem habet agendi, à quo. n. res habet esse, ab eodem habet operari, seu agendi vim: & quoniam calor hic ab anima habet esse, à qua viuentis existentia dependet: ideo ab ea habet operari, & operandi vim, & ita ab ea dicitur ad agendũ moueri. in quo etiam sensu vulgata illa propositio audienda est, videlicet calor, vt dirigitur à forma ignis exercet opera ignis, vt autem ab anima dirigitur, animæ opera exercet, quod nil aliud est, quam ab illa forma habere esse. Vnde diuersa ratio est inter organa artis & naturæ. Nam mal-

Hipp. 5. in 6. epid. 5. & 2. de alimento circa medium. Gal. 5. in 6. 5. & 5. de simpli. 9. & 8. de decretis. 7. & alibi. Gal. 3. metho.

Arist. 4. meteorolog.

Temperatura quo ad actiones eden das semp principem locum tenet, compositio vero in accidentium numero reponenda.

Arist. 2. de anima.

Galen. 1. de vsu partium. 9.

Dubitatio.

Solutio.

lens a fabro locali motu mouetur, quia ab agente principali secundum esse separatus est, atque disiunctus, quæ vero penes esse cum principali agente coniuncta sunt, vt innatus calor & anima, non locali motu, sed modo declarato ab agente ad operandū, mouentur. & hæc de calore innato satis sint. Ex cuius declaratione non arduum erit omnes particulas, in febris definitione contentas aperire. Vnde cum dixerit Galenus febrē esse conuersionem natiuę caliditatis ad igneam. Antonius ab Altomati existimauit Gal. dixisse conuersionem esse, quia calor innatus conuertitur quidē ad ignis naturam dum homo febricitat, sed quoniam nunquam peruenit ad tantum caliditatis excessum, vt fiat ignis, ideo conuersionē esse dixit in igneam naturā: licet enim proxime ad ignis naturam accedat, nondum tamen est ignis, quantumuis febris vehemens fuerit, si enim eam non per mutationem ipsam, sed per terminum motus definiuisset, omnino vtique esset ignis, quod in Hippocratis & Gal. doctrina pro falso habetur. Verum quoniam vir hic instantiam quādam oriri animaduertebat, dum scilicet non terminum motus, sed motum ipsum & mutationem proponimus vnā cum Galeno, ideo subdit, quod mox instabit quispiam asserens hoc falsum esse saltem in febre hectica, in qua æqualiter partes solidæ sunt in calefacto esse, ita vt intemperies calida & sicca, ac febris facta apud omnes dicatur. qua de re febris hæc haud quaquā conuersio dici poterit. cui respōsum sit (inquit) quod licet in hectica solideq; partes incaluerint, & propterea febris æqualis intēperies dicatur, tamen adhuc febrilis ille calor in partibus solidis susceptus ad igneum vndequaque conuersus non est, sed in via vt conuertatur. Si enim omnino conuersus esset ad igneam qualitatem, vtique homo viuere non valeret. Et tandem subdit, non itaque inconuenit partes solidas in hectica æqualiter calefactas esse, ipsam vero earum partium innatam caliditatem, adhuc conuerti ad igneam, & non omnino conuersam esse. Quæ tamen interpretatio abijcienda est. Si enim per conuersionem hanc Galenus nil aliud vellet innuere, quam calorem febrilem tendere quidem semper ad ignis naturam, non tamen ignem verum & legitimum esse, tum parum artificiosus, tum falsus omnio esset. parum quidem artificiosus, quia præter id quod et vulgares sciunt calorem febrilem nunquā ad ignem exquisitum posse in viuente peruenire, hoc etiam ex particula vltimo loco posita dum inquit (ad igneam) ab omnibus colligi potest, dicendo enim (igneam) quid ignis naturam redolens, non tamen ignem innuit, aliud enim est igneum, aliud ignem dicere. Falsus autem esset Galenus, quia non semper verum est mutationem ad ignis naturam tendere, quia in hecticis febribus caliditas febrilis sepius vniformis seruatur, in ephemeris autem & putridis, dum declinant post ipsum vigorem, conuersio, seu mutatio non quidem ad igneum, sed potius ad natiuum calorem tendit. pariter dantur synochæ homotonos, & paracmasticæ, in quibus calor, tum similis perseuerat, tum semper decrescendo procedit. Quare melius est, vt dicamus Diuinū Galenum dixisse non quidem natiuam caliditatē mutatam, sed mutationē, seu conuersionem natiuę caliditatis, vt innato relicto calore, seu gradibus ad ipsum attinentibus solam immoderantiam, & excessum, seu gradus præter naturam innato calori superadditos acciperet, in quibus solis febris essentia consistit. hi enim sunt febris forma, ac veluti causa cōtentiua, quibus positis ponitur, & ablatis febris remouetur. Quare non dixit febrē esse calorē innatū in igneum conuersum, quia naturales gradus caliditatis & cōmēsuratio, qui caloris innati essentiā complent, nō sunt de essentia febris, sed ij tātūmodo, q innato calori superadditi sunt, & ob id apertè in lib. de fracturis dixit febrē extraneā caliditatē esse. Insuper dixit esse conuersionē natiuę caliditatis, nō aūt caliditatē natiuā iam cōuersam in igneā, quia quousq; perdurat febris, & febricitans animal uiuit, semper innatus calor secūdum sui subiecti portionē aliquā in igneum conuertitur, & secundum portionem naturalis permanet, & commensuratus, vt clare demonstrabimus, dum dubitationes circa definitionē febris contingentes, dissoluemus. Si enim vniuersus innatus calor secundum se totum in igneum esset conuersus, homo vtique viuere non valeret, cū calor innatus, vt in eius definitione, & tractatu demonstrauimus, omnium operationum præcipuum instrumentum existat. Tertio dixit esse conuersionem natiuę caliditatis, vt modum, quo febris producitur, nobis aperiret. hæc enim non alio quidem pacto generatur, nisi quoniam natiuę, & commensuratę viuentis caliditati, gradus quidam præter naturalis, aut extraneæ, intensiorisve caliditatis superadduntur, ita vt caliditas natiua intensior euadat, & ad quendam excessum, qui naturæ limites transcendit, perducatur. Vnde vt febris accēdatur necesse est,

Explicatio definitionis febris. Cur Gal dixerit esse cōuersionem. Altimari interpretatio.

Altim. 1. parte de med. febr. cap. 10.

Confutatio.

Interpretatio propria.

Quomodo febris generetur.

vt causa calefaciens siue per se siue ex accidenti in natiuam caliditatem agat, & ipsam adeo intendat secundum gradum, vt in extraneam abeat, & conuertatur. quo fit, vt decepti sint illi, qui arbitrati sunt febrē perpetuo generari, eo quia caliditas extranea in corpore accendatur, & deinde vnà cum natiua caliditate commisceatur, ita vt ex ambabus vnica resultet caliditas. Sufficit enim, vt febris promoueatur, vt innata caliditas intensior penes gradum euadat. & ob id etiam non sine maxima ratione Diu. Gal. conuersionem hanc non innati calidi, sed innatæ caliditatis esse dixit, quia in febre caliditas ipsa, seu qualitas calida, non autem innatum calidum adaugetur, immo calidum innatum penes subiectum in febre potius imminuitur, & assidue absumitur. & ex hoc patet, quod febris est qualitas calida nō autem substantia calida, vt quidam perperam arbitrati sunt. decepti sunt autem eo quia viderunt Gal. dicentem febrem esse conuersionem natiuæ caliditatis, per quam (dicunt ipsi) substantiam calidam audire oportet, quia pro substantia suscipitur à Gal. sed falluntur, quia Gal. non calidū innatum in febris definitione, sed natiuam caliditatem proponit. & per hanc, non nisi naturalem, & cōmensuratam caliditatē intelligit, quæ dum postea intenditur, & incō mensurata & ignea euadit, illico febris suboritur. inquit insuper hanc conuersionem esse natiuæ caliditatis, vt febrem ipsam ab ea caliditate distingueret, quæ in calidis humoribus, vt sanguine, & bile, & alijs humoribus putrescentibus accenditur. dum enim exempli gratia in erisipelatæ, vel phlegmone sanguinis, aut bilis caliditas ignea euadit, caliditas hæc potest quidem esse causa febris productiua, non tamen febris est, quia ipsius essentia non in bilis caliditate ignea, sed in natiua caliditate in igneam cō mutata, consistit. & idem dicendum dum in putrida febre propter alicuius humoris putredinē calor accenditur. Quare ad hoc, vt febris oriatur, necesse est, vt innatæ caliditatis subiectum, & innatum calidum extranea, & ignea caliditate afficiatur. est autem ipsius subiectum potissimum spiritus: nam calor in spiritibus primū, spiritus in sanguine & semine, vt superius diximus, continētur, ex quibus partes omnes solidæ conflatæ sunt, & conseruantur. Postremo cum natiuæ caliditatis conuersionem in febris definitione loco generis proposuisset, veluti specificam & vltimam differentiam, (ad igneam) subiungit, per quam particulam non nisi exurentem caliditatem intellexit. (id enim ignis proprium est) si enim caliditas excessum notatu dignum non heat, ita vt corpus nostrum, seu humores in eo contentos non absumat, & quodammodo exurat, febris non oritur. quæ etiam hac de causa piretos, ignisve ab Hippocr. & alijs dicta fuit. Merito autem huius specificæ differentiæ febris ipsa non modo à caliditate, quæ in ira, & labore fit, verum etiam à iecoris exustione distinguitur. vnde Auicen. quia febrē non igneam, vt Gal. sed extraneam caliditatem esse dixit, cogitur deinde addere, quod calor hic extraneus accensus est, & quod calor febrilis non est sicut caliditas iræ, & laboris: cum non vltimatur: vel cum non peruenit ad hoc, vt sit accensa, & noceat opationib. Gal. vero quia ipsam igneā, subinde accensam, &, vt Auic. verbis vtar, vltimatā esse dixit. Quare dū vel æstu, vel balneis, vel vehemēti exercitatione corpus incalescit, & caliditas innata ignea nō euadit, calorē hūc nemo febrē vocabit, qa agitatione sedata, calor mox deferuescit. pariter q̄uis à iecore calidiore caliditas cū sāguine, & halitu prodiēs quoquouersū effusa oē corpus p̄hendere videatur, & palmas, atque plantas quasi exurat: attamen quia ad tantum excessum non producitur, vt ignea possit appellari, febrem non producit, nec totius corporis operationes obledit. Sola enim cordis, & proinde natiua caliditas. (huius enim focus est cor) cum sui natura intensa sit, ad febrilem (vt sic loquar) gradum peruenire potest, quia in habentibus simbolum facilis est transitus. in iecore autem & venoso sanguine remissa satis reperitur caliditas, & ob id citra mediam caliditatem, quæ in arterioso sanguine residet, ad igneam caliditatem peruenire non potest. & ex hoc apparet quinetiā quod quamprimum natiua caliditas ad igneam conuertitur, illico febris ipsa producitur, quoniam cor natiuæ caliditatis promptuarium est, & cum omnium partium calidissimum sit, omnium primum vel penes partes continentes, vel contentas, vel impetentes, igneam suscipit caliditatem, quam deinde vniuerso corpori temporis ferè momento communicat, quia illius sanguinis, vt ait Plat. origo, & fons est, qui per vniuersum corpus velocissime circunfertur. vt enim in capite de cordis virtutibus docuimus, à corde per arterias, quæ vnà cum eo assiduè mouentur, tenuissimus, & calidissimus sanguis pro manat, & tum per has, tum etiam per venas, quæ cum eis pluribus in locis per anastomosin connectitur, illico per omnia membra circunfunditur. hinc fit, vt si inflam-

Cur Gal. dixerit natiuę caliditatis.

Sola definitio febris à Gale. tradita cum definito conuertitur.

Plat. in Tim.

inflāmatio partem aliquam corripiat, quotiescūq; huius partis innatus calor igneus euadit, impossibile est, vt ignea caliditas ipso cordi quam celerrime non communicetur, quia ne dum ipsius agentis summa vis (ea est ignea caliditas) verum etiam maxima adest passi dispositio. nam calor innatus in spiritibus primo residet, hi autem propter sui tenuitatem, & caliditatem vehementem facillime ignescunt, & cum in arterijs copiosissimi sint, & hæ ad cor vsq; deducantur, ideo per partem post partem ignea spirituum caliditas velocissime cordi, quippe quod calidissimum est, & optime dispositum, impartitur. vnde id spiritibus euenire opinandum est, quod stipulæ, aut calidæ & siccæ exhalationi, fumove, extrinsecus accidere videmus. dum enim secundū partem sublimiorem hæ materiæ ignescunt, ignis ipse alioquin sui natura leuissimus per partem post partem, vsque ad exhalationis primam originem, & focum deducitur, & communicatur. Altera autem ex parte hec definitio quācunque febrem, in quocunque sui tempore sit, comprehendit, & indifferenter de ea prædicatur. Definitiones autem, quas alij tradidere, non omnes febres comprehendunt. Quæ enim ab Altomari in medium affertur, de solis hecticis prædicatur, non autem de putridis, & multò minus de ephemeris, in quibus sicca intemperies corpus non occupat. immo putridæ febres, vt in proprio sermone apparebit, corporibus sui natura humidioribus familiares sunt. vnde antequām corporis humiditas superflua ad mediocritatem ratione febrilis caloris perducatur, multum temporis spatium intercedere potest, præsertim si febris non adeo acuta & exurens sit, quo tempore sola caliditas, non autem siccitas morbosa totum corpus obsidere potest. Pariter definitio quam protulit Fernel. de singulis febribus non verificatur, dum ait febrem calorem esse præter naturam in omne corpus effusum. nam multæ febres reperiuntur in quibus exteriores, & remotiores partes frigent, quæ autem interpolatæ sunt febres, dum primum inuadunt, profectò sub hac definitione nō continentur, quia, dum accessio febrilis in principio est, extimæ partes perpetuo frigent. Nec valet Fernel. subterfugium, quē etiam iuniores quidam sequuti sunt, dum ait, quòd rigor, horrorve intermittentium febrium quamuis accessionis initium sit, nihilominus febris non est, eo quia calor nondum accēsus sit; bifariam enim hallucinatur. primo, quia ex Gal. sententia, rigor, & horror non est accessionis initium. Vt enim habet Gal. vbicunque accenditur caliditas, isthuc ab alijs partibus sanguis confluit, dum autem confluit, illas quidem sanguine destitutas refrigerari necesse est, quod vero patitur membrum necesse est grauari, ac distendi, ac sanguinem ipsum confluentem alterari. Hocq; duplici de causa, & quia alijs, quæ iam putruerunt, superfluitatibus permiscetur, & quia intrusum difflari non potest: quo fit vt instar lignorum humidorum, quæ paucam super flammam vniuersim proijciuntur, succendatur, atque hoc tempus accessionis principium nuncupatur: quibus verbis vult Gal. extremas partes corporis in accessionum principijs refrigerari, rigere, aut horrere, quia ab eisdem partibus sanguis confluit ad eas, in quibus accēditur caliditas præter naturam. Quare hæc symptomata non sunt accessionum pars, neque earum principia, sed necessario tanquam symptomata ad accessionum principia consequuntur. nam verum accessionis initium est prima natiuæ caliditatis accensio, seu in igneam conuersio in aliqua parte. Secundo labitur Fernel. dum ait, quod quamuis frigus accessionis sit initium, febris tamē censeri nequaquam debet, eo quia calor nondum sit accensus. nam falsum est, vt vnà cum Gal. explicauimus, quod horror, rigorve fiant calore nondum accenso, cum fieri non possint, nisi calor innatus in aliqua parte accensus sit & igneus redditus. nam licet febrilis caliditas non sit per vniuersum corpus effusa, attamen sufficit, vt in plurimis, vel in nobilioribus partibus accensa sit, vt in sexto de vulg. morbis docet Gal. ex quibus etiam clare cōstat Auicennæ definitionē alioquin prolixam cum definito conuertibilem haudquaq̄ esse. dum asserit febrem esse calorem extraneum accensum in corde, & ab eo per vniuersum corpus procedere. quod quidem animaduertens præstantissimus hic vir alibi ita tuit, quod ad hoc vt febris fiat oportet vt febrilis calor per vniuersum corpus procedat, sed cum hac limitatione, nisi prohibeatur, prohibetur autem pluribus modis. & primo per repulsionem, dum scilicet febricitans homo in ambiente valde frigido constitutus est, à quo calor repulsus ad interiora fertur: secūdo per retractionem, vt dū inflammatio aliqua vehemens in aliquo viscere interno reperitur, quia sanguis ibi trahitur ab ingenti calore, & vnà cum ipso calor præter naturam quemadmodum etiā, vt Gal. exēplo vtamur, cucurbitulę in virtute caloris, & flāmæ attrahere solent. Tertio prohi-

Gal. 2. de diff. febr. c. 11.

Gal. 1. in 6. epid. com. 29.

Auic. 1. 4. tract. 1. c. 50.

prohibetur calor febrilis per vniuersum corpus diffidi, dum copia humorum crudorum, & frigidorum succorum in totius corporis ambitu collecta est, ita vt nõ possint succi, & humores hi, vt ait Gal. neque à natiuo, neque ab extraneo calore calefieri. quarto prohiberi potest propter ipsius met caloris imbecillitatẽ, dũ ita debilis reperitur, vt non possit ad extremas partes deferri, vt in his, qui sunt prope interitum, cõtingere videmus. quemadmodum Hippoc. Philisco ægrotanti contigisse docuit. nam quinta die extrema refrigerata sunt, & calor non fuit reuocatus indicans quod calor natiuus extinguebatur, & vnà cum eo calor præter naturam, & sexta die mortuus est. Quibus licet quintum modum ad nectere, qui fit per spontaneã caloris retractionem ad intimas partes à putrescente, & noxia materia obscessas, cum enim expultrix, vt has materias expellat, calore, & proinde spiritibus, & sanguine indigeat, ideo in principijs accessionum, vt natura putrescentes & noxias, dolorificasq; materias expellat, vnà cum spiritibus, & sanguine ad partes intrinsecas, quæ ab hac materia læduntur, recurrit, & ob id in accessionum initijs expulsio tum per vomitum, tum etiã per secessum subsequi consueuit. Quare sola Gal. definitio conuertitur, & perpetuo vera est in quocunque tempore febris reperiatur. nam semper est conuersio natiuæ caliditatis ad igneam, etiam si respiratio frigida sit, & pulsus parui, tardi, & rari fiant, vt paulo post declarabimus, dum omnes ambiguitates dissoluemus. Quod autem definitio hæc Gal. febris naturam exactissime nobis aperiat; clarum fiet, si febris causas omnes considerabimus, & ipsam, cum ea quam tradidit Auic. quippe quæ cæterarum omnium longissima est, contulerimus. Vnde si de formali causa sermo fiat, febris forma melius profecto declarari non poterat, quam dicendo ipsam conuersionem esse natiuæ caliditatis ad igneam, vt patet ex dictis in harum particularum declaratione. nam febris essentia & forma non nisi in gradibus caliditatis igneæ, qui innatæ, & commensuratæ caliditati superadduntur, constituta est. Non erat autem, vt in hac definitione Gal. causam poneret effectricem, quia sicuti in illorũ accidentium definitione, quæ habent esse in fieri necessario requiritur, vt in cap. de dolore capitis, definitionis Ecclypsis exemplo declarauimus, ita in definitione accidentiũ quæ non in fieri, sed iam factum & absolutum habent esse, cuiusmodi febris est, non necessario requiritur. sed insuper dum ait febrem esse conuersionem natiuæ caliditatis ad igneã causam efficientem si non explicite, saltem implicite proponit, vt ea vulgaribus etiam patere possit. Natiua siquidem caliditas per se primo, & immediate, non nisi à causa calefaciente accendi potest, & ignea reddi, quia omne tale ab eo quod tale est, vel actu, vel potestate, primo, & per se producitur. nec valet si quis frigiditatem ambientis obijciat, quæ, vt in tetani curatione vna cum Hippocrat. declarauimus, corporis intima calefacere valet, nam ratione frigiditatis ambientis corpora nostra duplici modo calefieri possunt. quia ratione ipsius vel innatus calor vnitur & cõcentratur, & hoc pacto caliditas in quanto quidem augetur, quia in internis visceribus copiosior colligitur, non autem in quali, quia ignea non euadit, nos autem non de quantitatis augumento loquimur, sed de incremento qualitatis, & intẽsione caliditatis quo ad gradus loqui debemus, quia febris non est augumentatio caloris innati quo ad copiam, sed est mutatio huius caloris in igneum, & intensio quo ad gradum, & in qualitate. Secundo ratione frigiditatis ambientis corpora calefieri possunt, eo quia ratione ipsius effluxus calidiores, & acres, & fumosi detineantur, sed tunc frigiditas hæc non est causa immediata, & per se ipsius febris, sed mediata & ex accidenti, quia ratione ipsius acriores effluxus detinentur, & copiosiores colliguntur, & deinde ab his, dũ in natiuæ caliditatis subiectum, & in spiritus potissimum agunt, & natiuam caliditatẽ intendunt, & augent secundum gradum, febris accenditur. Nec minus ex hac definitione clarum est febrilis caloris subiectum, siquidem non aliud esse potest, quam illud idem quod etiam natiuæ substernitur caliditati. & proinde sunt in primis spiritus ipsi in quibus innatus calor primo residet, deinde sanguis, & aliæ humiditates alimentales, in quibus spiritus, & natiuus calor continentur. & quia ijdem spiritus, & vnà cũ ipsis calor, in corde generantur, & ab eo tanquam à fonte præcipuo promanãt, & perpetuo reguntur, & gubernantur, hinc sequitur vt febrilis calor etiam ipsum cor habeat pro subiecto præsertim cum ipsum, quippe quod calidissimum est, facillime igneam suscipiat caliditatem. & tandem quia innatus calor ab ipso corde per vniuersum corpus demãdatur, ob id necesse est, vt etiam vniuersum corpus febrilem calorem suscipiat, dummodo propter aliquam ex supra enarratis causis per vniuersum corpus distribui

non

Marginal notes:
- Gal. 4. apho. 37
- Hip. 3. in 1. Epid. 18.
- Quõ Gal. definitio febris naturã ex parte declaret.
- Febris causa formalis.
- Cã efficiens.
- Obiectio.
- Responsio.
- Febris subiectum & materia.

non prohibeatur. & hoc potissimum de calore, quem influentem vocant, audiendũ est, dum enim interiores partes vtuntur exteriores autem frigent, nõ est opinandum exteriores partes calore prorsus destitutas esse, secus enim non viuerent, cum partium vita ab ipso calore pendeat. ex hac insuper definitione, patet quod nam sit febris genus tum proximum, tum remotum: caliditas enim præter naturam corporum nostrorum, & à natura nostra aliena est genus remotum, quod exprimitur per natiuæ caliditatis conuersionem, sed quoniam extraneus hic calor & à nostra natura alienus, vt Galenus testatur, non solum in egrotantibus quibusdam, qui febre non laborãt, verum etiam in corporibus sanis reperiri potest, vnde dicebat Galenus, iuuenes pueris calore extraneo calidiores esse; idcirco vt genus proximum, atque conueniens, iuxta Philosophi præceptum fieret, addit Galenus, conuersionem hanc natiuæ caliditatis ad igneam esse, vt per hanc particulam proximum genus innotesceret, qđ quidem in calida, sed morbosa consistit intemperantia, impossibile siquidem est, vt caliditas ignea sit, non autem morbosa. vt paulò post clarius apparebit. In febre enim caliditas calidi innati non ratione materiæ & subiecti, vt in iuuenibus & senibus, sed ex sui mutatione extranea reddita est. cuius etiam particulæ merito vltima specificaq; proponitur differentia, vt superius dictum fuit. quia calor febrilis ne dum extraneus, & morbosus, verum etiam igneus exurens, & siccus exprimitur. Sed quid nam habet definitio, quam Auicenna prolixo satis sermone tradidit, quod in hac breui, & lucidissima Galeni definitione virtualiter non contineatur? inquit imprimis febrem esse calorem extraneum & accensum, quæ omnia ex particula dum Galenus ait (ad igneã) facile ab vnoquoque elici possunt. Impossibile. n. est, vt natiua caliditas ignea reddita sit, & non sit accensa. Sed hoc in loco quidam Galeni auctoritatem objiciunt secundo in primum prædictionum, & ex ea, vt Auicennã artificiosum reddant, atque declarent, nituntur colligere dari posse caliditatem igneam non tamen accensam, & inquiunt, quod si lignum iuxta ignem apponatur vtique calorem igneum suscipiet, qui poterit seruari, & tamẽ non erit accensus, vnde requiritur, inquiũt, intensior, & feruidior caliditas, non autem solummodo ignea; ad hoc vt sit accensa. Verum maxime decipiuntur; & falsum est id ex Galeni verbis colligi posse. sic enim habet. Simile quippiam in lignis ipsis contingit, quæ proxime mediocrem ignem sunt apposita: calefiũt siquidem valde, sed nondum inuruntur quæ si prius ab igne separaueris, quã accendi incipiant celeriter contractã caliditatem deponunt: si vero tantum in se exceperint, vt inuri incipiant, etiam si ab igne tollatur, nihilominus inuruntur. vnde ex his verbis potius oppositum colligimus, quia solum dum igneam caliditatem contraxere, & proinde accensa sunt, ardent, & inuruntur, quemadmodum etiam in spiritibus ipsis, & innato calore contingit. at vbi ligna non ardent, sed solum calida sunt, caliditatem quidem ignis, seu ab igne nacta sunt, non tamen vere igneam, & ob id celeriter, vt ait Galenus, contractam caliditatem deponunt. Addit Auicennas, calorem hunc in corde accensum esse. quod pariter in Galeni definitione implicite, & virtualiter continetur, quemadmodum nos clare demonstrauimus, dum definitionem hanc optime cum definito conuertibilem esse declarauimus. Quamprimum enim calor innatus igneus redditur, tam primum propter maximã & agentis vim, & passi dispositionem, ipsum cor (quippe quod innati caloris origo, & radix est) afficitur. vt exemplo stipulæ, & currentium stellarum aperuimus. Verum quoniam dum primum calor hic extraneus in corde accensus est, ex Auicennæ sententia, febris quidem principium est, & febris adhuc est in fieri, non autem iam facta atq; completa; ideo, vt hoc explicaret Auicẽnas, & febris essentiam magis aperiret, subdit calorem hunc à corde per totum corpus procedere mediantibus spiritibus & sanguine, per arterias, & venas, dummodo, vt alibi limitabat, non prohibeatur. Cũ enim febrilis calor accidens quoddam sit, quod sui natura de subiecto in subiectum migrare non potest, ob id Auicenna, mediũ proposuit, quo calor hic à corde vniuerso corpori communicatur, inquitque id fieri mediantibus spiritibus, & sanguine. tum enim spiritus tum sanguis à calore cordis incalescunt. & caliditas illa per totum corpus distribuitur. non solum autem subiectũ refert, quo mediante calor hic per totum corpus distribuitur, verum etiam vias proponit dum in definitione & arterias, & venas subdit. quod etiam ab Auer. & Haliabate factum fuit. Verum in Galeni definitione id proposuisse omnino superfluum erat. cum enim habeat febrem esse conuersionem natiuæ caliditatis ad igneam; quis est qui ignoret, natiuam caliditatem à corde mediantibus spiritibus, & sanguine, po-

tissimum

Gal. 3. in 6. Epid. 15.

Arist. 6. top.

Auic. definitio tota in Gal. definitione contine tur.

Galen. 2. in 1. præd. 17.

Gal. loco cit.

Febrilis calor quõ p totum corpus diffundatur.

Auic. 1. 4. tract. 1. c. 1.

Auer. 4. coll. 3. & Haliab. 8. theor. 2.

tissimum per arterias, nec non etiam per venas per totum corpus deferri? diximus potissimum per arterias quia cum hæ tenuiori sanguine, atque spiritibus refertissimæ sint, & ab ipso corde immediate originē ducant, potissimum per has communicatur; vnde dicebat Gal. ex Platonis mente cor illius sanguinis fontem esse, qui per omnia membra vehementer circunfunditur. addidit tamē Auic. ipsas venas, quia & in his spiritus & sanguis continetur, & vnà cum arterijs per anasto mosin innumeris in locis cōnectuntur. Spiritus autem omnes, vt alias docuimus, ab ipso corde prodeunt, & in eo generantur. Quod autem febrilis calor eodem prorsus modo per totum corpus diffundantur, quo etiam natiuus calor diffunditur, ex ipsius met Galeni auctoritate colligimus, qui in libello de pulsuum vsu non alium natiui caloris, quam Auicenna febrilis communicationis modum proposuit. docet enim Gal. naturalem calorem per vniuersum corpus non solum per spiritus, verum etiam sanguinem deferri, & non solum per arterias, verum etiam per venas, vt visus fuerit voluisse etiam per horum vasorū tunicas toto corpori aliquid caliditatis naturalis impartiri. Quod videns Auic. dum febrilis caloris diffusionem docet, quia illud idem subiectum vnà cum naturali calore sortitus est, alium circunfusionis modum neque potuit, neque voluit excogitare.

Gal. 6. de Pla. c. 8. *Pla. in Tim.* *Galen. l. de vsu pul. c. 8.*

Dubitatio. Sed dicet quis cur Auic. spiritibus ipsis & arterijs non fuit contentus, sed etiam sanguinem & venas addere voluit? non ne spiritus & arteriæ satis superq; sunt pro febrili calore per totum corpus deferendo? facilius enim & citius horum merito & per arterias communicari potest, quam per venas sanguine mediante. vnde potest fieri febris antequam mediante sanguine & venis toto corpori impartiatur. & forsitan hac de causa Auer. & Haliabas sanguinis, & venarum non meminerunt.

Solutio. Huic dicendum quod, quemadmodum testatur Gal. venæ multo pluribus communicantur partibus quam arteriæ. vnde merito arteriarum multæ sanè partes febrilem calorem poterant participare, non autem eæ, ad quas arteriæ non deducuntur, quare voluit Auic. etiam venas ipsas accipere, quia & hæ spiritus vnà cum sanguine complectuntur, quamuis in relatione ad arterias plus sanguinis contineant quam spirituum; arteriæ verò plus spirituum quàm sanguinis. Communicationem verò, quæ fit per vasorum tunicas, non proposuit Auic quamuis innata caliditas per horum conceptaculorum tunicas quoque toto corpori communicetur. quia cum per has tunicas satis lente distribuatur calor, per vasorum cauitates multo citius per vniuersum corpus febrilis calor dispergitur, & ita prius febris exoritur, quam possit per tunicas diffundi.

Gale. l. de diff. vena. & 16. de vsu par.

Febris operatiões lædit Demum, quia vidit Auic. dixisse Galenum terminum læsionum in actionibus, quo morbus à sanitate distinguitur, talem esse, vt homines à suis solitis operationibus prohibeantur, ideo subdit calorem hunc extraneum, febrilem; in vniuerso corpore inflammari inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus, per quas non eas solummodo audire debemus, quæ ab animalibus distinguuntur, sed, vt dictum est, consuetas omnes operationes accipere æquum est. neque, vt quidam iuniores perperam fecere, naturales proprie dictas operationes excludere debemus, & eas potissimum suscipere quæ ad corporis motiones attinent, & exercitia, vt verbi gratia nauigationem consuetam, vt isti nugantur, nam in febricitantibus quibuscunque etiam naturales propriæ dictæ operationes summopere læduntur, vt ex Galeni auctoritate præter experientiam ipsam, & rationem, licet colligere. Is enim de febricitantibus ita scribit. Melius tamē erat non ignis, sed insiti caloris fontem dicere in corporibus nostris esse, vt Hippocr. vbique appellauit. nam si ab igne ciborum concoctio, digestio, sanguificatio, & nutritio fieret. melius, & citius etiā in febrientibus omni hæc conspicerentur absolui: ex quibus verbis hoc colligimus, quod omnia hæc in febrientibus deterius absoluātur, quod tanquam apertissimum ommisit Gal. si enim id non esset, ratio Galeni aduersus Platonem haud ita magnum pondus haberet. ratione quoque idem probatur, quia vt statim subdit Gal. insitus calor temperatus esse debet, & qualitate congrue ex caliditate, & frigiditate attemperatus. Verum & hæc quoque consuetarum operationum læsio, ex definitione ab ipso Galeno tradita, ijs qui innatæ caliditatis naturam non ignorant, manifestissima est. qui enim fieri potest, vt in febriente, in quo natiua caliditas ad igneam conuersa est, operationes non lædantur, cum natiuus calor vt in eius essentia aperienda declarauimus, omnium operationum præcipuum organum, & ex Galeno, & Hippoc. præcipua causa sit? Verum quoniam operationū læsio duplex est, videlicet vel trāsiens, & nō permanens, vel permanentiā habens: in ira autem propter natiui caloris feruorē & expāsionē operationes quidem læduntur, ita vt pleriq;

Gal. l. de consti. art. c. 19. *Auic. lo. cit.* *Gal. 8. de plac. c. 7.* *Lib. cit.*

decidant

decidat in terram, sed læsione non permanente, quod etiam in labore immodico cōtingere solet: idcirco vt hanc læsionem operationum transeuntem remoueret Auicē. tandem subdit. non sicut caliditas iræ, & laboris: cum non vltimatur, vel cū non peruenit ad hoc, vt sit accensa, & noceat operationibus, nocumento supple permanenti. Quam quidem transeuntem operationum læsionem non permanentem clarissime seiunxit Galenus inquiens caliditatem natiuam ad igneam esse conuersam. cum enim ignea euaserit, &, vt ait Auicenna, vltimata sit, mirum non est, si operationes læsione permanenti oblædantur. Sicuti e conuerso in ira & labore læsio hæc non permanet, quia, vt ait Auicennas caliditas ad hoc non peruenit vt accensa sit, & proinde ignea reddita. Quare nil prorsus in Auicennæ definitione reperias, quod in virtute in ea, quā Galenus proponit, non contineatur, & clarissime ab vnoquoque alioquin mediocriter in arte Medica, & Philosophica exercitato, elici non possit. At vero ambiguitates, quæ circa febris essentiam ab auctoribus moueri potissimum consueuerunt sunt hæ. nam primo dubitare solent, an in corpore febricitante vnicus calor sit, an potius duo realiter distincti reperiantur. porrò qui vnicum esse calorem autumant, definitione iam proposita & explicata fuerunt adducti. Cum enim dixerit Galenus febrem esse conuersionē natiuæ caliditatis ad igneam, necessarium est fateri natiuum calorem cum febrili simul conuenire, & vnicum calorem, sed intensiorem fieri. quod vero febris calor diuersus, & separatus à natiuo sit, ex eo probatur, quia cum in corpore febricitante contrarij effectus fieri videantur, contrarij effectus teste Aristot. ab eodem prouenire non possunt. quod autem contrarij fiant apertum est, quia in febriente calor vitam fouet, atque conseruat, concoquit, digerit, apponit, agglutinat, assimilat, multa excrementa expellit. altera autem ex parte nos conspicimus febrilem calorem exurere humores, & membra corrumpere. ergo duo sunt calores distincti quorum ingenitus viuificat; febrilis autem destruit, atque corrumpit. Insuper ex Hippocratis & Galeni sententia in febrilium accessionum declinatione igneus calor fertur ad pedes & thoracem relinquit, hoc autem tempore in thorace natiuus calor relinquitur, duo itaque distincti calores reperiuntur. Præterea idem Galenus alibi apertissime inquit duplicem quandoque in nostris corporibus reperiri calorem, naturalem vnum, & alterum præter naturam, & ex somno alterum remoueri posse, alterum augeri, proindeq; ex somno corpus reddi frigidum extraneo calore, calidum verò calore natiuo. Secundo dubitari potest an febris sui natura, & communiter accepta morbus sit, nec ne, non enim videtur in quacunque febre alterationem permanentem in viuente substantia factam esse. Morbus autem in alteratione hac consistit, vt nobis Galenus scriptum reliquit. In putridis enim & ephemeris febribus cordis substātia, & solidæ partes, vt ait Galenus, in calefacto esse non ponuntur, sed tantummodo incalescunt. Ergo alteratio non est permanens & proinde morbus non est. Quod si quis dicat in dictis febribus spiritus & humores positos esse in calefacto esse. ob id non sequitur febrem esse morbum, quia vt ex Galeno dictum est, & ab ipso quoque Aristotele sancitum fuit, morbus viuentium passio est, spiritus autem, & humores non viuunt. non enim actionem aliquam habent, vt ex Galeni verbis aperte colligimus. Insuper dicebat idem Galenus in ephemeris, & putridis febribus membra in calefacto esse non esse posita, sed in calefieri, atque mutari. Subdebat autem mutationis terminum esse cuiusq; particulæ functionum læsionem. Si itaque in his febribus actiones læsæ non sunt, ergo non sunt morbi, quia morbi essentia in hoc consistit, vt ratione ipsius actiones lædantur. Tertio dato quod febris morbus sit, oritur quæstio, an simplex, & calidus tantum, & an compositus & calidus, & siccus esse dicatur. Galenus enim in libris de differen. & causis morborum febrem inter morbos calidos tantum recensere videtur. Quod etiam nos ratione comprobauimus, dum solam Galeni definitionem ipsius febris veram, & conuertibilem esse demonstrauimus. Altera autem ex parte idem Galenus in prima aphoris. parte, & plerisque alijs in locis febrem morbum calidum & siccum esse affirmauit. Et subinde refrigerantia, & humectantia remedia postulare enunciatur. Quarta circa febris essentiam oritur ambiguitas, an febris, nulla in corde accensione facta, sed in alio ex reliquis membris principalibus tantummodo, vt cerebro, iecore, vel testibus, possit oriri, potissimum cum membra hæc cuiusdam caloris principia esse videantur. Quod enim cerebrum tale sit, testatur inter Arabes Auer. similiter hepar, & testes calorē, vt docet Galenus per vniuersum corpus diffundunt, ergo in his principijs accenso calore

Auic. li. cit.

Dubitatiōes circa febris essentiā contingentes, & earū solutio.

Prima dubitatio.

Arist. 2. de gene. prope fin.

Hip. & Gal. 1. de rat. uic. 46. & 4. Epid. 39.

Gal. 1. de diff. respir. 24. & 4. in 6. Epi. 17.

Secunda dubitatio.

Prima rō probans febrem non esse morbum.

Gal. 1. de loc. aff. c. 3.

Gal. 1. de diff. feb. c. 1. & 3. de præs. expul. 2.

Ari. l. de sensu & sensili. in prin.

Gal. 2. Met. c. 6. & alibi.

Gal. l. de inæq. in emp. c. 5.

Secunda rō.

Tertia dubitatio.

Gal. 1. de diff. m. rb. c. 5. & l. de ca. mor. c. 2.

Gal. 1. aphor. 16. 1. de rat. uic. a. c. 18. 1. de tuen. et al.

Quarta dubitatio.

Auer. 2 coll. Gal. 1. de s. m. 15.

calore poterit per totum corpus expandi, & febris oriri. A iecore enim plures venæ membris impartiuntur quam à corde arteriæ. Testes pariter quamuis instrumenta non habeant per totum distributa, eorum nihilominus calor, qui, vt in primo de semine validissimis rationibus comprobat Galenus, valde veges existit, per totum corpus dimanat. Postremò quæri solet, an febris vnà cum frigida cordis distēperātia consistere possit. siquidem Gal. falsus esse videtur, in nonnullis febribus cor ptopè mortem frigidum esse, cum tamen ex febre moriantur. insuper scribit Hipp. quod in morbis acutis in quibus febres sunt continuæ quādoque accidit frigidum aerem expirari, quod signum est cor frigidam intemperiem pati. insuper in febribus syncopalibus ex crudis humoribus, quas humorosas vocant, pulsus nonnunquam parui, tardi, & rari fiunt, vt testis est Gal. ergo febris adest, & pulsus tamen hi frigidam cordis intemperiem insequuntur, vt alibi docet Gale. neque difficultatem subterfugimus si dicamus pulsus hos apparere qñ febris non adest, & vt etiam videtur Gal. dixisse in istarum febrium accessionum principijs, quoniam in marasmo illo torrido, quem Gal. syncopalem vocat, dum oritur syncope pulsus parui, tardi, & rari fiūt, vt etiam fatetur Gal. nihilominus marasmus hic est adeo stabilis & habituatus, ut nullo pacto possit amoueri, atque cessare, aut intermittere. Porrò primæ dubitationi nonnulli satisfecisse satis inepte arbitrati sunt absolute dicentes vnà cum Auerroide febrem esse calorem mixtum ex naturali & extraneo, ita tamen vt vnicus factus sit calor, vnica complexio, vnica secunda qualitas in temperatura, in qua tamen (inquiunt) & graduum naturalium, & graduum præter naturam, vis reperitur, pro discrimine autem febris interdum ex vna, nonnunquam ex altera parte victoria consurgit. quia à gradibus naturalibus conseruantes, ab ijs, qui præter naturam sunt, destruentes, prodeunt operationes, & tandem addunt id non esse inconueniens, quia febris non opponitur vitæ, sed sanitati, vnde necesse est (aiunt) si debet vita consistere, vt aliquid in hoc calore febrili secundum naturam, aliquid præter naturam reperiatur. Quod autē in hac responsione plura ferè sint errata quàm verba, viris eruditis haud obscurum est. Naturales siquidem gradus à superuenienribus gradibus præter naturam cum vnicus ex omnibus euadat calor, de necessitate corrumpuntur. ab vnico autem calore actiones contrarias promanare est impossibile, vnde si destruit, viuificare non potest. Insuper si vnica euadit caliditas, huius actio omnis ab eo gradu, quod exuperat, de necessitate prouenit, quia gradus, qui suppar est, in valentiorem & intensiorem conspirat: nam superiores gradus in virtute inferiorum agunt, & ijs proprium esse secundū partem acceptum referunt, dummodo, vt ipsi concedunt, ex ijs omnibus gradibus vnicus gradus, & vnica caliditas consurgat. impossibile enim est vnicū gradum intensum aliquam distinctionem pati. & quod magis absonum est, si victoria modo ex vna modo ex altera horum graduum parte prouenirer, sequeretur quod idem esset agens, & patiens. Non desunt aliæ huic ambiguitati responsiones, quę, cum prorsus inanes sint, libenter à nobis prætermittuntur. Sciendum itaque veram responsionem tum à rei natura, tum Hippocratis & Galeni auctoritate desumptam in hoc consistere, vt scilicet in corpore febricitanre duo calores, ne dum ratione, verum etiam re ipsa distincti reperiantur, quorum vnus natiuus est, alter verò præter naturam extraneus, siue febrilis, & igneus. ab hoc autem corruptio, ab illo verò viuificatio prouenit. Quo pacto autem distincti permaneant, & quibus in subiectis recipiantur, nemo, quod ego sciam, hucusque excogitauit, aut rectè declarauit, quia neque adinuentus fuit qui Galeni definitionem intellexerit. Quidam enim absolute dixere natiuum calorem in membrorum substantia, solidisve partibus, febrilem verò & præter naturam in humoribus, & spiritibus contineri. Verum quoniam distinctio hęc sicuti in putridis & ephemeris febribus locum habet, ita in hecticis nulla prorsus existit, quia in his calor præter naturam in solidis consistit particulis, & insuper sæpius contingit in eodem corpore ægrotante tum putridam, tum hecticam febrem eodem tempore reperiri: vnde videtur impossibile, vt calor hic præter naturam à natiuo separatus inueniatur: eapropter nonnulli hoc explicare volentes dixere vim quandam cordi à natura datam esse cuius merito ab iniurijs seipsum tuetur, & qua calori præter naturam reluctari potest. Hanc autem virtutem, inquiunt hi, ab optimo sortitur temperamento, per hanc autem facultatem calor natiuus febrili calori, & extraneo aduersatur, & iniurijs ab eo prouenientibus resistit. Sensim tamen nonnunquam vincitur, quoniam humiditas, in qua fundatus est, absumitur.

Marginal notes: Vlt. dubit. — Gal. 5. in 6. de vulg. mor. 30. Hip. 1. prog. 24 — Gale. 12. met. c. 3. — Gal. 1. de cauf. pul. c. 4. — Gal. li. de marcore. — Respō. cuinsdā ad 1. dub. — Confutatio. — Respon. vera quæ nam sit. — In quibus subiectis duo calores febrilis & natiuus reperiantur. — Sententia quorundam. — Instantia aduersus hanc opinionem. — Solutio ipsorum.

Sed quia huic sententiæ apertissimè aduersatur Galenus, dum toties statuit febrem nihil aliud esse quàm conuersionem natiui caloris in igneum, ita vt nullo modo calor febrilis & igneus ab ingenito separari possit: idcirco respondent Galenum im proprie loqui, & per natiuum calorem non illum intelligere, quem à principio nostræ generationis habemus, & semper in nobis, quoadusque viuimus, perdurat, sed illum innuere qui post ortum in dies nobis aduenit, qui etiam naturalis dici potest, quia natura comparatum est, vt procedente ætate calorem hunc acquiramus; vt voluerit febrem esse conuersionem caloris non propriè natiui sed adsititij. Huius tamen responsionis falsitas ne dum ex his deprehenditur, quæ à nobis de natiuo calore in proprio sermone dicta sunt, dum potissimum declarauimus adsititium calorem natiuum quoque dicendum esse, & ab eodem Galeno natiuum etiam iure optimo appellari: verum etiam ex eo reijcienda est, quia sequeretur quod fœtus cum primum in vtero formatus esset, febrem ipsam perpeti non posset, quia tunc temporis acquisititium calorem non habet. Insuper si Medicis quandoque dictionibus abuti licet, dum rei naturam definitionibus ipsis aperiunt, id eis nunquam permittitur, quia vt ex logicis disciplinis habemus in definitionibus, vt docet Philosophus, ambiguis dictionibus vti non debemus. Præterea Galenus libro de tremore inquit calidos morbos, in quorum numero febris est, fieri cum qualitas calida in calore natiuo augetur, & intenditur, quem quidem calorem in semine, & sanguine essentiam habere, &, quod magis est, ab Hippocrate animā existimari dicebat. Non itaque impropriè loquitur Galenus, quia id de calore naturali adsititio dici non potest. ad hæc aliquis ab ijs quærere posset, nunquid calidum innatum & uis hæc ab optimo temperamento dependens, quam cordi tribuunt, dum pugnat cum calore præter naturam sit in eadem præcise corporis parte vel in diuersa. si dicent in eadem esse, qui fieri potest, vt ex vtrisque vnicus calor non fiat? duos enim calores in eadem ~~numero~~ parte numero, & realiter distinctos esse naturæ repugnat. si autem statuant, in vna parte natiuum esse calorem in altera febrilem, & extraneum, quo nam pacto in hecticis febribus res se habeat tenentur declarare. Præsertim cum dixerit Galenus in hecticis vniuersam cordis substantiam calore præter naturam correptam esse, ergo videtur impossibile, vt in aliqua parte sit calor naturalis, in alia febrilis. Fernelius huic profecto ambiguitati facilè occurrit inquiens, quod cum partis similaris duplex sit calor, vnus elementaris, alter Diuinus, non hic quidem, sed vnus elementaris supra modum auctus, hecticæ febris est essentia: cuius tamen vi tum diuinus ille calor, tum quidquid in similari parte consistit, tandem exhauritur, sed cum eius dogma à nobis superius fuerit reprobatum, veriorem responsionem breuibus afferre debemus. Sciendum itaque, quod sicuti ex Hippocratis, & Galeni statutis colligimus, verissimum est in corpore febricitante duos esse calores, hosque inuicem, quoadusque perdurat vita, inuicē pugnare quorum vnus naturalis est, alter extraneus. vnde ex Hippocrate in puris ipsius generatione, & concoctione modo natiui caloris, modo febrilis & extranei vincentis, & dominantis apparent indicia. quod autem in particularum apostematibus euenit, idem prorsus in humorum in toto redundantium concoctione, aut cruditate contingere statuendum est. Insuper quemadmodum tum ex Auerroe, tum potissimum ex tradita ab ipso Galeno, & à nobis explicata febris definitione haurire licet, verissimum quoque est, febrem ideo oriri quia natiuus calor igneus euadit, ita vt ex ambobus vnicus numero calor consurgat. Quomodo autem duo hæc enunciata, quæ sibi aduersa & dissona videntur, verissima fiat in præsentia aperiemus. Ephemera febris proculdubio fit, vt in proprio sermone clarius apparebit, eò quia calor natiuus, qui in spiritibus in sanguine residentibus potissimum consistit, igneus euadit, vnde spirituum, qui potissimum in arterijs, nec non aliqua ex parte in ipsis venis continentur, caliditas accenditur, & ignea fit, ita vt ex naturali spirituum calore & extraneo vnicus fiat numero calor, sed solidarum partium calor innatus non omnis igneus euadit quia ut idem Galenus ait, solidæ partes incalescunt quidem, non autem ponuntur in calefacto esse, quia adhuc calor præter naturam non omnem solidarum partium substantiam permeauit. idem in putridis febribus contingit, in his enim calor natiuus humorum præter naturam euadit, & vnicus ex ambobus fit calor, in humoribusq; consistit, ingenitus uero & naturalis in solidis partibus, & membrorum substantia illæsus continetur, & ab hoc viuificatio, conseruatioque, ab illo verò

Marginal notes:

Reprobatio solutionis per aliam instantiam.

Falsa ipsorū responsio ad instantiam.

Huius responsionis cōfutatio.

Arist. 6 top.

Gal. 1. de trem. rig. & palp. c. 6.

Gal. 3. de præs. ex pul. c. 2.

Fernel. 4 c. 16.

Fern. sententiā cōfutatio

Hipp. 1. progn. 71.

Problematis dilucidatio.

Gal. 2. de diff. fe. & alibi. & 4. aphoris. com. 37.

lo verò corruptio prouenit. Tandem in hecticis ipsis febribus non est impossibile, vt ijdē oppositi calores realiter, subiectoq; distincti repiantur. Cum.n.innatus calor, vt in eius tractatu docuimus, in humida substantia de necessitate resideat, similarium vero & solidarum partium humiditas triplex sit, vt in sermone de ventriculi intemperie cum Gal. declarauimus, rorida videlicet, carnosa, & radicalis, quotiescūq; hectica oritur febris non est credendū triplicem hanc humidam substantiam & secundum omnem sui partem in solidis particulis & potissimum in corde ipso à calore præter naturam permeari, sed primo loco rorida, secūdo carnosa accenditur humiditas, vltimo loco febrilis calor radicalem vocatam hūmiditatem inuadit, & in principio quidem non omnem, sed aliquam sui partem aggreditur. vbi.n.insitus spiritus, atque calor omnis qui in hoc humido innititur radicali, vel etiam pro maiori parte igneus redditur, & præter naturam, necesse est vt omnis hinc prodiens facultas magnā faciat virium iacturam, & omnes corporis vires marcescant, & lāgueant, omnesq; cordis, & totius corporis functiones intercipiantur. & ex hoc apparet illud quod superius notauimus, cur scilicet D. Gal. toties dixerit febrē esse conuersionem natiuæ caliditatis ad igneam, quia perdurante febre semper aliqua portio natiuæ caliditatis, & eius subiecti in igneā conuertitur. quod autem in hectica febre omnis solidarum partiū humida substantia, quæ caloris ingeniti subiectum est, illico extraneo calore non corripiatur, ex eo facilè persuaderi potest, quia calor primo in partem proximiorem magis dispositam, & minus ei resistentem agit. deinde in magis remotam, minusq; paratā, & magis densam, & quæ difficilius permeatur, & magis à natura tuetur, pertransit. Quod si in putridis & alijs acutissimis febribus, quamuis per plures dies perdurent, toties videmus solidarum partium humiditatem, atque substantiā non poni in calefacto esse, sed solum aliqua ex parte calefieri, quanto minus in hecticis id euenire censendum est? quarum caliditas, si cum putridis conferantur, parum intensa imo remissa est? hecticarum.n.calor mitis tāgentibus nobis primum apparet, quod si mox acer & mordax persentiatur, id euenit nō quia intensior sit, earum caliditas secundū gradum, sed quia in sicco subiecto reposita est. (nulla.n. hectica febris post primos dies absq; siccitate consistit) quemadmodum etiam iuuenum calor intensior apparet, quā calor puerorum, quia in subiecto sicciore positus est, quamuis nullatenus secundum gradum à puerorum calore differat, vt in sermone de innato calore cum Gale. docuimus. Quod autem hecticarum calor, in relatione ad putridas & ephemeras, quæ à causa vehementius calefaciente producuntur, minor sit, id nobis manifestat pulsus, qui ēt si in hecticis febribus semper paruus, & parum saltem celer existat, nihilominus ad eā sæpius non peruenit frequentiam, ad quam puttidarum & ephemerarum pulsus perducitur. Quo fit vt non solum ab ipsis patientibus, verum etiā ab imperitis Medicis hecticus calor nō percipiatur. neq; nobis obstat Gal. auctoritas, in qua videtur asserere in febre hectica totā cordis substantiam à calore præter naturā esse correptā, qa hoc intelligēdū est in relatione ad humorosam & spirituosam substantiā, quæ solæ in alijs febribus ponuntur in calefacto esse, hocq; ad differentiā caloris solos cordis spiritus, & humores obsidentis audiendū est. imò ex hac eius auctoritate clare colligimus, ēt solidā cordis substantiā non vniuersim, sed per partē post partē inuadi. ait.n. Nam vbi corpus cordis à substantia calfiat, quam continent eius ventriculi, potest firma facultas esse. Quod si quando succubuerit, atque in eūdem delapsum sit, in quo est substantia, quam ventriculi continent, calorem: iam tum incaluit, nec posthac incalescit tantum. cuius sequitur intemperiem imbecillitas facultatis, ac si largius, & per ipsum totum calor febrilis permanauerit, febrem excitat, quam hecticam vocant. Vnde ex hoc licet inferre, quod si cordis corpus iam calefactum sit, non autem adhuc incalescat, proculdubio erit febris hectica, etiam si largius non incaluerit, & calor febrilis per ipsum totum non permanauerit, quia quotiescunque cordis corpus positum est in calefacto esse, hectica febris de necessitate dici debet, etiā si per omnes cordis humiditates calor febrilis non permeauerit. Ad secundam vero dubitationem nonnulli dixere febrem non esse accensionem quæ fit in spiritibus, aut humoribus cordis, sed esse calorem illum qui ab hac spirituum, vel humorum facta accensione promanat, cuius merito quamuis cordis substantia in calefacto esse posita non sit, sed solum in calefieri, aliæ nihilominus partes in calefacto esse ponuntur. ita vt febris non sit ratione caloris illius, qui in corde est, sed eius, qui per vniuersum corpus dimanat, à quo aliæ partes omnes in calefacto esse ponuntur. Et

Marginalia: Gal. 7. met. 5. & 6. — Respon. ad dictum Gal. — Gal. 3. de præs. ex pul. c. 2. & l. de inæq. intēp. c. 5. — Gal. 3. de præs. c. 2. — Ad secundā dubitationē.

ita volunt vt cordis accensio causa efficiens sit febris, accensio autem reliquarum partium febris formalis causa sit. Verum præter id quod responsio hæc Auicennæ definitionem, quam ipsi optimam profitentur, ambiguā reddit (inquit enim febrē esse calorem accensum in corde, vnde ratione hecticæ formalis, ratione reliquarū febriū caussalis definitio esset) Gal. quoque statutis aduersatur, qui in iam dictis febribus putridis videlicet & ephemeris non solum de cordis substantia id asseruit, quod scilicet in calefacto esse posita nō sit, verum etiam de venis, & reliquis adiacentibus partibus id enunciat. inquit enim cęterum in his febribus calefit quidē sanguis aliquando vniuersus, quicunq; calorē illum putredinalem concepit: non tamen aut arteriarum, venarumve tunicæ, aut aliud vllum circumiacentium corporum prorsus iam temperamentum suum mutauit, sed adhuc mutatur, incalescens. quare inquit apertē quod in calescunt quidem, non autem calefactæ etiam aliæ partes à corde sunt. at vero, dum Gal. deinde subdit mutationis autem terminum esse cuiusq; particulæ functionum læsionem, huic auctoritati quidam se satisfecisse putarunt dicendo Gal. non quācunque operationum læsionem, sed eam solummodo, quæ confirmata est, & difficile remouetur, proposuisse. Falluntur tamen, quia Gale. læsam actionem nunquam in confirmatam, vel non confirmatam distinxit, sed in libr. artis Medic. ęgrotantiū corpora ab his, quæ intra sanitatis latitudinem continentur, distinguens, terminum absolute statuit læsionem actionum, prout sub sensuum ipsorum cadit iudicio. Maior verò, aut minor læsio subsequitur, prout maior, vel minor est morbus. in super in plerisque putridis febribus perniciosis læsæ actiones, vel maxima cum difficultate, vel nullatenus restitui possunt. Nos itaque debemus Gal. aliter interpretari vnde, dum ait in ephemeris & putridis solidam cordis & aliarum partium substantiā adhuc mutari, & huius mutationis terminum esse functionum læsionem, non intelligit actionem læsam quomodolibet acceptam sed illam solummodo, quæ prouenit ab ipsa partium facultate labefactata propter intemperiem calidam solidarum partium iam factam, atque tēperamentum iam mutatum de quo loquitur. Verum quamuis in ephemeris & putridis actiones non ita lædantur, quia cum partes solidæ proprium temperamentū seruent, actiones suas robustas edere possunt, attamen nihil obstat, quin alia de causa possint oblædi, neque id negat Gal. siue id ratione obiecti calidioris, siue vsus aucti, & immutati præter naturam eueniat, à quo actiones, etiam si solidarum partium facultas illæsa sit, deprauari possunt. Quemadmodum ex Galeni auctoritate tum alibi proposita, tum superius citata clare colligimus. dicebat enim cordis corpus cum immodice refrigeratum fit, calefactum, humectatum, desiccatum, pulsus, pro suæ intemperiei modo, facit languidos: id quod illi est læsam facultatem esse. At vero consuetudinem cum sanguine habere in ipsius contento finibus, & cum spiritu, qui calidior longe, ac naturalis status requirit, sit; aut cum eo, qui in pericardio est, vel in pulmone, aut cum ipso etiam pericardio, & pulmone vsum est tantum variasse citra offensionem facultatis. & idem asseruit. Nam vbi corpus cordis à substantia calfiat, quā continent eius ventriculi potest firma facultas esse: quod etiam est in causa, cur plurimum celerrimē, & creberrimē illi spirent, ac maxime, celerrimē, creberrimēque pulsent, repugnante adhuc calefacienti substantiæ corde, & foris alteram, quæ refrigeret parem calori allicientē. Quod si quando succubuerit, & in eundem delapsum sit, in qua est substantia, quam ventriculi continent, calorem: iam tum incaluit, nec posthac incalescit tantum cuius sequitur intemperiem imbecillitas facultatis. Facultatis autem imbecillitatem ea actionum læsio consequitur de qua loquitur Galenus dum ait alibi terminum mutationis esse functionum læsionem, quæ licet in iam dictis febribus locum non habeat: in his tamen cordis, & arteriarum actiones læduntur alio modo, & alia de causa, quia propter vsum auctum præter naturam harum partium motiones corrumpuntur seu deprauantur, ita reliquæ solidæ partes, licet suum temperamentum seruent, attamen ratione obiecti, & sanguinis in vasis contenti calidioris tum assimilationem, tum alias functiones deprauatas non tamen labefactatas edere possunt. Quare loquitur Gal. de læsione cuiusq; particulæ, quæ sequitur temperamentum ipsius immutatum. & in quacunque febre, vt ostensum est, operationes læduntur. sed dicet quis si cordis, & aliarum partium solida substantia solum calefit in his febribus, nō aūt calefacta est, qūo dicentur morbi: inquit. n. Gal. qđ dū mutatio & alteratio fit, vocatur pathos, siue passio, nō aūt morbus, sed morbus est cū alteratio iā facta est, & pmanēs. Huic pōt responderi, qđ cū morbi sint accidentia, & al-

Marginal notes: Confutatio. — Gal. 1. de inæq. intemp. c. 5. — Resp. quorū ad Gal. auctoritate. — Reprobatio. — Gal. 1. ar. Med. c. 8. — Vera respon. — Gal. 1. de præs. ex puls. c. 4. in prin. et 3. eiusd. c. 2. — 3. de præs. c. 2. — Li. de inæq. intemp. 5. — Instantia. — Gale. 1 de loc. aff. c. 3. — Responsio.

& alterationes quædam, vt nobis significauit Gal. eãdem habent naturam, cum primũ incipiũt, quam habent dum plurimnm aucta sunt: vt autem nos docuit Auerrhoides, terminus mutationis, in quo res alterata dici potest, est vt alteratio sit tangibilis, vel aliquo modo sensibilis, priusquam verò sensibilis sit pathos est, seu passio, alteratio ve quæ adhuc est in fieri, non autem alteratio iam facta. idem quoque guttarum cauantium lapidem exemplo nobis insinuauit Galen. priusquam enim cauitas & alteratio sensibilis sit, ait ipse, passio, vbi vero sensibilis est, non passio, sed morbus dicitur, quare debet esse alteratio iam facta & permanens, & ita vt sit tangibilis, siue causa vlterius agat, siue non. si enim vlterius agat, non generatur morbus sed augetur. Hoc stante quis vnquam diceret in putridis & ephemeris solidarum partium extraneam caliditatem non esse tangibilem? cum hæc alteratio ab vnoquoque, qui stupidus non sit, tactu persentiri possit? & quod magis est, ab hac alteratione corporis operationes immediate lædantur? sed rursus instabit quis, si in his febribus alteratio iam facta est, atque sensibilis in solidis particulis, vt quid igitur Galenus manifeste asseruit in putridis & ephemeris cordis substantiam, & solidas corporis partes non poni in calefacto esse, sed calefieri? id perfecto non ob aliud, nisi vt ostenderet differentiam inter eas, q̃ sunt in habitudine & illas q̃ sunt in habitu hecticas; quẽad modũ exẽplo ligni ad solẽ, vel ad ignem appositi nobis aperuit. expositum enim soli recedente sole caliditas ligni euanescit. At si igni superponatur, et si remoueatur ab eo, vt alibi et ait, adeo calefit, vt caliditatẽ seruet, & remaneat accensum. sic in hecticis caliditas per solidarũ partiũ substantiã penetrauit, & ita calefactę iã dñr, in alijs aũt febribus, quia partium continentium superficies caliditate pter naturã corripitur, ob id à Gal. in calefieri positæ dñr. quia tamen hæc caliditas sensibilis est, & ab hac opationes læduntur: alteratio hæc non passio, sed morbus dici debet. Quare verum est in his febribus cordis substantiam partim incalescere, & calidius cor fieri, & partim calidum esse redditum & caliditatem permanentem habere. non dicitur tamen à Galeno positum esse in calefacto esse, quia caliditatem intimius non suscipit, ita vt sit simile ligno quod iam fumat, & ardet. Demum vt omnis prorsus tollatur ambiguitas animaduertendum, quod quamuis humores, vt sanguis ipse, & spiritus non viuãt: habent tamen facultatem aliquam à corde deferendi vitalem facultatem ad membra, quia horum merito innatus calor, qui vocatur influens, ab ipso corde per vniuersum corpus dimanat. ideo ex hoc calore præter naturam actio hæc, caloris videlicet influentis distributio, propter quam vitalis & insitus membrorum calor seruatur, necessario læditur. Quia tamen sanguis & spiritus non viuunt, idcirco morbus ipsis non attribuitur, sed ipsi cordi, imo sat est, vt ipsi corpori quòd viuens est attribuatur, non enim necessarium est, vt morbus in parte viuente subiectiue consistat, sed sufficit, vt in re viuente reperiatur, quemadmodum suffusio, quæ humori hęret albugineo, licet non sit in parte viuente (hæret enim cauitati quæ non viuit) est tamen in re viuẽte, & in ipso oculo, & ob id à re viuente denominatur, quia oculi suffusio, & morbus dicitur. licet enim huius albuginei humoris, & cauitatis actio aliqua non lædatur, attamen læditur vsus, ex læsione autem vsus non nisi læsa & vitiata actio prodire potest. quare, vt Gal. in lib. de differ. morb. declarat, apparet quosdam morbos fieri etiam si partes, in quibus sunt, non viuant, quia etiam vsus considerari debet. Hi autem morbi potissimum in numero excedente consistunt. Neque nos perturbet eiusdem Galeni auctoritas, dum alibi asserere videtur morbos siue partium similarium sint, siue dissimiliarium semper esse in parte viuente, eo quia omnes similares partes, ex quibus dissimilares constãt, actionem aliquam habent (saltem enim nutriuntur) tunc enim Galenus omnes morborum modos, & differentias ex professo non proponit, vti in lib. de differ. eorum fecit tanquam in loco proprio: sed solum conatur ostendere, quomodo Arist. & Theophr. ea, quæ ab Hippoc. de morbis dicta sunt, potestate compleuerint, vt autem id faceret eos morbos solummodo, qui apertiores sunt, assumpsit. Febres itaque tum putridæ, tum ephemeræ morbi sunt, & quia, licet subiectiue in humoribus & spiritibus sint, in corpore tamen viuente sunt: & quia licet humores, & spiritus non viuant, habent tamen facultatem notatu dignissimam, & cum innati influentisq; caloris sint subiectum, vt Hippoc. & Gal. existimarunt, omnia membra viuificant, & sunt in causa vt omnes eorum actiones fiant: & quia in his febribus cor & membra ita calefiunt, vt ad tactum alteratio sentiri possit, ita tamen, vt remota, vel humorum, vel spirituum caliditate, vel statim, vel paulò post cordis, & mem-

Margin notes: Gale. 1. de loc. aff. c. 2. — Aue. 8. phy. 23 — Gale. 1. de loc. c. 2. — Alia instãtia — Responsio. — Gal. 8. met. c. 2. — Gal. 2 in 1. pro re. 17. — Sãguis & spiritus licet nõ viuãt: habẽt tamen facultatem notatu dignissi. — Cap. præf. 4. — Gal. auctoritas quædam quomodo intelligenda. — Gal. 2. met. 6. — Corolarium

brorum caliditas, ad differentiam hecticarum, in quibus partium substantia iam cale facta est, remoueatur. In hoc enim febris natura, vt supra dictum est, consistit, vt caliditas non solum substãtiæ cordis, verum etiam vniuersis corporis partibus communicetur, dummodo, vt superius notauimus, non prohibeatur. Quod si, quemadmodum Gal. docuit, aliquando contingat, vt accensione in humoribus, vel spiritibus facta, cordis substantia propter frigiditatem, sensibilem caliditatem non suscipiat, erit quidem febris, (sed vt in serm. de signis dicemus,) exquisitam febrium naturam minime seruans, vt enim alibi docet Gal. dum facta accessione in spiritibus & humoribus substantia cordis incalescit, exquisita oritur febris, quod si accidat, vt cor caliditatem, quæ sentiri possit, non suscipiat, fit febris per analogiam, & secundum quid, vt enim febris exquisita sit horum caliditas cordis substantiæ communicari debet. Quod si id non fiat, erit tamen febris hæc morbus, quia reliquæ corporis partes caliditatem quæ tangibilis est, suscipiunt. Tertiam porrò ambiguitatem nonnulli se soluere posse censuerunt, si dicerent febrem formaliter consideratam, & acceptam morbum esse compositũ calidũ videlicet & siccum, materialiter autem nõ. Hi tamen Galeni dicta recte non perpenderunt. qui in lib. de differ. & caus. morborũ de febre pertractat, tanquam de specie quadam à differentijs essentialibus constituta eamque morbum calidum tantum esse inquit. Quod si, vt alij dixere, febris ratione siccitatis morbus non est, quia siccitas est in fieri, & subinde passio, non autem morbus, & alteratio permanens: vt quid igitur Gal. febrem morbum calidum & siccum appellat, & ob id refrigerantia, & humectantia requirere affirmauit? Quid plura? ex recentioribus quidã bonus vir perpendens, an febris sit simplex, vel compositus morbus, ad id deuenit ineptiæ, vt dixerit, quod sola putrida febris est causa intemperiei calidæ totius ex vsu artis, nam ephemera, inquit, est ne dum morbus simplex & calidus tantum, sed etiam logicus, quia ablato spirituum feruore statim totius caliditas sponte delitescit, cum tamẽ eadem ratione etiam putrida febris, vt ipsius verbis vtar calidus tantũ, & logicus morbus sit: ablato si quidem humorum feruore, atque putredine, statim totius caliditas euanescit, vt in febribus intermittentibus videre est. Breuibus itaque dicendum est febrem sui natura morbum simplicẽ esse, & calidum tantum, ita tamen, vt siccitatem necessario coniunctã habeat, vt ex ipsius definitione clarum est: (est enim ignea caliditas:) vnde in omnibus febribus caliditas operationes lædit, siccitas verò in solis hecticis febribus id præstat. nam in ephemeris & putridis ferè omnibus siccitas operationes non lædit, sed sola caliditas. Dum autẽ Galen. 1. de tuenda, & alibi asserit febrem morbum calidum, & siccum esse ad curationem ipsam, quæ sicco & igneo calori è diametro aduersatur, oculos direxit. quamuis enim febris ratione siccitatis operationibus non officiat, attamen, vt cito remoueatur, refrigerantia exigit, & humectantia. Non quia siccitas sit morbus, sed quia caliditas cui siccitas est annexa, refrigerantibus, & humectantibus facilius, & celerius remouetur. Ex his autem quæ à nobis superius proposita sunt, dum febris definitionẽ aperiremus, vnusquisque facilè potest colligere febrem fieri minime posse, nisi cor ipsum extraneo calore accendatur, nullum enim viscus præter cor, aut ad tantum caliditatis, vt ignea fiat, excessum, peruenire potest, aut caliditatem hanc adeo celeriter per vniuersum corpus propagare, vt etiam in capite de cordis virtutibus declarauimus. cor enim illius caloris est fons, qui per vniuersum corpus vehementer circunfunditur. Cum ergo febris totius caliditas ignea sit, & proinde necessarium sit, vt accensio hæc in aliqua præcipua corporis parte de necessitate fiat, vt ait Gal. à qua calor natiuus vniuerso corpori communicari possit, quamuis quatuor potissimæ statuãtur partes; attamen ex his omnibus nulla est, quæ possit celerrime ac copiosè superauctã, & igneam caliditatem cæteris partibus communicare, vno corde excepto, tum quia cuiuscunque caloris innati præcipuus fons est, & origo: tum quia calidissimũ, & irascibilis, pulsatilisque facultatis, & arteriarum principium est. Quæcunque autem alia pars ex præcipuis accensionem in se habeat, longo tempore indiget, vt proprium calorem vniuerso corpori communicet, interim verò cor accenditur propter maximam dispositionem, & propter communicantiam, quæ inter præcipuas partes reperitur, & illico deinde ab ipso corde extranea caliditas per totum corpus circunfunditur. Postremo vt vltima tollatur difficultas, sciendum est quod quamuis febris oriri non possit, vt testis est Gal. nisi cor ipsum caliditate extranea afficiatur, vti etiam nos superius declarauimus: attamen quia nonnunquam contingit, vt ob insignem

adu-

Gal. 3. de praes. ex puls. c. 5.
Gal. 1. de diff. feb. c. 1.
Gal. li. de diffe. & causar.
Gal. 1. de tuen. de. 7.
Gal. 1. de marcore. c. 5.
Gal. 1. de diff. feb. 3. & 4.

Aiaduersio.
Ad tertiam difficultatẽ.
Respon. quorundam.
Confutatio.
Alia respon.
Reprobatio.
Cuiusdã falsitatis reiectio
Verà respon.
Ad quartam dubitationẽ.
Ad vltimam dubitationẽ.

adurentemque calorem in corde factum tota ferè ipsius humiditas substantifica, quę caloris innati pabulum & subiectum est, absumatur, vt etiam in ligno contingere declarauit Galenus dum tota eius pinguis humiditas absumitur, & sic ex pabuli defectu ignis extinguitur; idcirco paucissima quantitas substantiæ calidi innati in corde remanet, & ita cor calido innato destituitur, & non nisi parum caliditatis suscipere potest. & ita refrigeratur cum tamen in ipso, vita & febre perdurante, accensio aliqua remaneat. Vnde in senibus cum prope mortem naturalem sunt, profecto absumpto innato calido cor frigidum redditur, fieri tamen potest, vt caliditas eius humidæ substantiæ intendatur à causis caliditatem extraneam excitantibus. tunc itaque frigidũ est, maior tamen caliditas est, quã illi humidæ substantiæ conueniat. & sic prope mortem cor frigidum & calidum dici potest. frigidum quidem non absolute, sed propter defectum calidæ substantiæ, calidum vero propter excessum qualitatis calidę in humido illo quod innati caloris subiectum est, quia in corde accensio aliqua adhuc remanet, & semper febris definitio tradita vera est. nec mirum esse debet si cor motu diastoles moueatur, quia preter id quod paucula refrigerandi adhuc necessitas remanet, quia calor aliqualis adhuc & natiuus, & febrilis permanet in corde, etiam si nulla euentandi calorem necessitas augeatur, cordis facultas pulsatilis naturales modos ipsius motus seruare potest, quemadmodum cum ipse Gal. tum experientia ipsa nos docet. cor enim alioquin resectum, & extractum, exinanitum, & in frigido aere positum dilatatur, atque constringitur, cum tamen nullus vsus remaneat. cum itaque propter innati calidi absumptionem cor ad tantum caloris defectum peruenire possit, vt proximas partes calefacere non sufficiat, vt in acutis morbis exurẽtibusq; contingit, mirum non est, si expiratio frigida reddatur. nam licet aer in corde calefiat, dum tamen ad os retrocedit ab adiacentibus cordi refrigeratis partibus frigidus redditur, non quia partes hæ, vt quidam perperam existimarunt, frigidis, & crudis humoribus sint refertę (si enim id esset non propter cordis humiditatis absumptionem, vt ait Galenus, sed propter caloris suffocationem perirent) sed quia secundum propriam substantiã refrigeratæ sunt, & à proximo foco, & caloris principio amplius calefieri nõ possunt. nec tandem mirari debemus, si in febribus quandoque frigidæ intemperiei cordis, quandoque vero febris indicia nobis appareant, quoniam, vt docuit Gal. in libro de marasmo, dum vnà cum torrido marasmo syncope connectitur mixtus euadit affectus, in quo vicissim apparent pulsus priuationes, refrigerationes, & alia syncopis signa cor frigidum indicantia; nõnunquam apparent signa febris, non quod cor ex frigida in calidam immutetur temperiem ita vt calida, vel frigida deperdatur (semper enim remanet febris) sed quia febris cum affectu frigido connexa est, & præualente frigiditate signa cordis frigiditatis apparent, præualẽte autem caliditate signa febris conspicua sunt. quare cum propter frigidam materiam in torrido marasmo cordis caliditas deprimitur, vt contingit in parua flamma cui multa ligna superponantur, cordis caliditas adeo remittitur, vt febris signa obscurentur, frigiditatis aũt indicia clara fiant; his autem, quæ cor opprimebant, superatis vicissim febris signa se pandunt.

Gal. 4. de diff. respir. 10.

Exemplum.

Mors naturalis.

Instantia, & solutio.

Gal. 1. de cau. puls. cap. 8.

Solutio quintæ dubitationis.

Gal. 3. de diff. resp. 10.

Gal. 1. de mar. prope finem.

De Febris causis, ac differentijs. *Cap. V.*

Causæ.

DE causis autem, à quibus innatus calor in igneum conuertitur, nõ est vt pluribus agamus, nisi velimus quemadmodum Gal. quoque fecit, vberioris doctrinæ, aut potius memoriæ gratia, ipsas repetere. Quas enim morbum calidum producere superius diximus, ex Galen. sententia in libro de morborum causis, easdem vnà cum eodem Galen. qui illas ad vnguem in primo de differ. febrium repetit, febrem accendere statuimus. Quemadmodum enim non vnum videmus modũ generationis, aut augmentationis caliditatis in alijs omnibus corporibus, neque etiam ipsius ignis, sed vel propter motum, vel propter putrefactionẽ, vel propter adhæsum alterius caloris, aut propter detentum calidi effluxus, aut propter admixtionem calidæ substantiæ eadem caliditas & generatur & augetur: ita in nostris corporibus non vnus erit, neque generationis, neque augmentationis caliditatis, & ipsius febris: quinimo necesse est omnino modos generationis omnium febrium ad eos, quos proxime diximus, ex Galeni auctoritate reduci, vti in sermone de calidæ intemperiei causis declarauimus. Febris autem

Gal. li. de mor. caus. cap. 2.

Differentiæ.

Galen. 1. in 6. Epid. 28. Galen. 2. met. cap. 6. in prin.

autem differentiæ, vel ab ipsius ꝓpria essentia, vt monet Gal. vel ab aliquo ipsius accidente, depromuntur. Priores vero, q̃ veræ, atq; legitimę dici debent (principiũ.n. diuisionis est, vt essentię ratio rei diuidendæ constituatur) vel ex ipso calore præter naturam, vel à subiecto, in quo calor hic residet, desumuntur. Si itaque de primis ac præcipuis differentijs, quæ ex propria essentia, & calore sumuntur, sermo fiat. Has proponit Hippocratis, quas Galenus his verbis explicauit. Itaque cum ait Hippcrates febrium aliæ sunt manuì mordaces, aliæ mites, declarat se de ijs loqui, quæ semper aut mordaces, aut mites apparent. nam febrilis calor, aut acer mordaxque aut modice molestus febricitantium corpora tangentibus apparet, nam suaue illud, ac familiare, qnod natiuo calori inest, nullo pacto in eo est. calotem vero parum molestum, facta cum eo, qui plurimum molestiæ affert, comparatione, nihil prorsus molestiæ continere dicimus. Dum autem addit Hipp. quod aliæ non mordaces sunt, sed increscentes: significat his verbis eas febres, quæ cum manus inijcitur mordaces principio non apparent, sed longo tempore detenta manu sensum mordacium afferunt, contra vero affectę sunt illæ, de quibus ait. Alię acutę, sed quæ à manu superentur, quæ acutæ in principio videntur, sed paulatim dissoluuntur. acutas autem intelligere debes de calore, qui manui tangentis statim se offert, aut velocem sui motum ostendit: vt acutos quosdam cursores appellamus, ac si celeres diceremus, & acutos morbos vocamus eos, qui celeriter cursum temporum suorum ad finem vsque conficiunt. Subinde vero differentiā, quæ ex earum magnitudine existit declarans ait, aliæ confestim ęstuosæ, aliæ perpetuo debiles. quandoque enim caloris dignotio, quæ ex qualitate est, eadem videtur esse cum ea, quæ in alio fit corpore, sed quantitate differre. Dum autem subdit Hippocr. quod aliæ sunt aridæ: aliæ salsuginosæ, aliæ pemphingodes, visu terribiles: aliæ manui humidæ: quod ait, aridæ, satis apertum est, quod addit salsuginosæ obscurum. quia quod salsum est non tactu, sed solo gustatu discernitur. Sed magis obscurum est, quod subiungit, aliæ pemphingodes, visu terribiles (hanc enim lectionem Sabinus, Metrodorus, & alij post ipsos sequuti sunt) cęterum salsas si quis ad tactum referat, dicet esse febres, quæ quasi morsum tangentibus afferant: qualis à muria, & cęteris omnibus salsis corporibus incutitur, pemphingodes vero eas, quæ flatuosæ sunt: nam sępè per febricitantis cutim aerium quendam halitum efferri sentimus, quod si non has, sed eas, quæ cum pustulis sunt, pemphingodes quis vocet, omissa erit aliqua ex differentijs necessarijs, quas potissimum ex febrium essentia duci monuimus; vt enim valde mordax, aut vehemens, aut arida, aut squalida in multis febribus esse caloris species videtur, ita etiam flatuosa: cum manus sibi afferri flatum quendam, qui modo halituosus, modo siccus est, sentiar. Verum cum in plerisque libris verbo pemphingodes adiectũ sit, visu, necesse est vt de verbo pemphingodes significationibus aliquid in medium afferamus. pemphingos itaque, vt ex Sophoclis, Aeschyli, Hibici, Callimachique dictis colligimus, nonnunquam pro flatu, aliquando pro radijs interdum gutta: aliquando pro nebula vsurpatur. de duabus autem significationibus mentionem fecimus, quia omnium præstantissimi interpretes Hppocratem in illis verbum hoc statuisse voluetunt. quibus iam declaratis licet addere tertiam, vt pemphingodes febres inelligamus eas, quæ nobis quasi scintillarum exilientium, ac manui occurrentium imaginem referant. Fuerint autem tales febres compositæ ex duabus simplicibus iam prædictis flatuosa inquam, & ignea. Sed huic explicationi aduersabitur, si nomini pemphingodes additum sit, visu: ideo vocem illam quidam meriro expunxerunt, qui vero eam non sustulerunr, vel eas quę cum pustulis sunt, vel eas, quæ animum pertingunt, intellexerunt. quoniam vero febres, quæ pustulas adiunctas habenr à symptomate nomen ducunt, probabile est, vt ipsum pestilentes febres ab hoc symptomate sic nominare voluisse accipiamus: quando hæc quoque vna febriũ species est, in ipsa autẽ pustulas excitari attestatur Thucydides. Qui autem eas quæ animum tentant acceperunt, longe à proposita febrium differentia errant, hæc enim à differentia caloris existit: ad quam etiam pestilens, quæ putrem calorem haber, referri potest: at phrenitica non potest, nam Hippocrates febris speciem phrenitim appellare non consueuit. & insuper pestilens in prædictis differentijs non est ab eo comprehensa: phreniticorũ aũt febris comprehensa est, quia reperitur mordacem habere calorem ęquabiliter in totum corpus & quocunq; tpe manum admoueas, perfusum. vnde prima omniũ ipsarũ est cõmemorata. est ergo veri simillimum pemphingodem dictam esse aut flatuosam, quæ ad tactum pertineat,

Hippo. lib. cit. 1. in 6. Epid. 28 & Gal. in com.

A febris essentia desumptæ.

A caloris qualitatẽ desumptæ.

A caloris motu.

A caloris magnitudine, & quantitate.

A qualitate tangibili, cũ febrili calore connexa.

Pemphingodes quã significet febris differẽtiam.

Corollariũ.

aut pestilentem. Cum verò adiectum sit, terribiles sola pestilens indicatur, quæ ab alijs in eo differt, vt eius calor putris sit, qualis in longissima pestilentia, quæ modo viget sentitur: quam ob rem neque calidi, neque æstuosi visi sunt tangentibus, qui peste erant infecti; quanquam intus vehementer exurerentur, vt etiam Thucydides ait. Corpus autem extrinsecus tangenti neque nimium calidū, neque viride erat, sed subrubrum, pallidum, & pustulis, & vlcusculis scatens. intrinsecus verò ita ardebant vt ne linteolis tegi paterentur, nec alind, nisi vt nudi permanerent, ferre possent. At verò differentias illas, quæ à caloris febrilis subiecto depromuntur, in hoc contextu non proponit Hippoc. vt falso putauit Anto. ab Altomari, qui ex auctoritate Galeni malè intellecta fuit deceptus. (Cur autem eas non proposuerit paulò post dicemus.) Has itaque Gal. his verbis, in medium attulit. Quæ; vero à materia differentiæ sumuntur, in qua hic calor præter naturā accenditur, maxime propriç sunt. (calor enim accidens cū sit, sui natura in subiecto est) siue quod idem calor ipsum cordis corpus occupauerit, siue quod eos, qui in eius ventriculis continentur humores. Reliqua autem ac tertia est differentia, cum sola aerea substantia sufficienter incaluit, humores autem, & solida corpora calescunt quidem adhuc, nondum autem sunt calefacta: neque enim parum refert, si calescere dicamus, aut calefacta esse. Postremò si de differentijs, seu generibus, speciebusve febris, quæ ab accidente aliquo depromūtur, habeatur sermo; hæ partim ab Hippoc. in proposito contex, partim ab ipso Galeno in eius commento proponuntur. Hippoc. itaque illas, quæ à colore febricitantis corporis sumuntur, proponit inquiens, quod aliæ perrubræ, aliæ perpallidæ, aliæ liuidæ sunt, & cætera consimilia. Vocauit autem liuidas absolute, ait Galen. ac si eas liuidissimas appellasset, quia is color semper prauus est: ruber verò, ac pallidus vsitati colores sunt. Porrò reliquas accidentales febris differentias explicat Galen. dum in commenti calce tandem subdit. Restat extrema orationis pars explicanda, vbi ait Hippoc. & cætera consimilia: hoc est prædictis similia: postremas autem differentias attulit, quæ ex colore, non quæ ex febrium essentia ducuntur, quæ tamen propius ad essentiam accederēt, q̄ quæ ex aliquo accidente proueniunt: vt cum intermittentes, aut continuas febres esse dicimus, & intermittentium aliam tertianam, aliā quotidianam, aliam quartanam appellamus. Continuarum verò aliam semitertianam, aliam ardentem, aliam gelidam, aliam succensam, aliam pestilentem, aliam oleosam, aliam hepialam. Praxagoras verò inter acutarum differentias, quasdam phreniticas, & lethargicas, & ictericas nominat. Recentiores verò non modo continuam, sed synochum febrem quandam vocauerunt: eiusque differentias esse statuunt, quam homotonum, seu acmasticam appellant, itemque epacmasticam, & paracmasticam. alia vero diuisione, quæ ad cæteros morbos etiam pertinet, quasdam acutas, quasdam diuturnas dicimus; alias verò benignas, & malignas. ordinatas, inordinatas, & alias circuitum seruantes, & erraticas. quidam ex veteribus eas, quæ in diuersis partibus accenduntur, ducto ab illis partibus nomine vocarunt, & quandam pleuriticam, & hepaticam, & spleniticā nuncuparunt. Alij à symptomate nomen imposuerunt, vt comatosam, cataphoricam, lethargicam, phreniticam, & ictericam appellari eis placuerit. Si quis autem vnà cum Gal. diuersis in locis alias iam propositis similes colliget, non quidem precipuas, principalesque, seu essentiales, sed accidentales, & non principales febris differentias vocans, non reclamabimus. veluti si quis diceret vnà cum Galeno, vel causam habere coniunctam à qua creatæ sunt, vel causam iam desijsse, vel esse exquisitas; vel spurias, simplices, compositas, siue cum alia febre, siue cum alio morbo, vel cum symptomate, aut etiam cum alia re præter naturam complicetur, vel etiā alias esse nouas, alias antiquas, incipientes, non incipientes, solubiles, insolubiles, salubres, insalubres, contagiosas, non contagiosas, facilis, vel difficilis tolerantiæ, diurnas, nocturnas, æstiuas, autumnales, hiemales, vernales, proportionatas, disproportionatas, natiuas, post ortum contractas, sporaricas, communes, & has, vel endimias, vel epidemicas. Reliquis tamen omnibus omissis, eas tantummodo contemplari licet; quæ ab ipsius febris, & rei diuidendæ essentia capiuntur. In quibus proponendis Diui. Hippoc. admirabili artificio vsus fuit. nam primo eas, quæ ab ipsius caloris essentia prodeunt, proposuit, & inter has, illas primo loco descripsit, quæ caloris qualitatem insequuntur, quia hæ ipsius caloris, quippe qui qualitas est, proprijssimæ sunt. secundo loco eas addidit, quæ caloris motum respiciunt tanquam minus propria. minus adhuc præcipuæ sunt illæ, quas tertio loco in medium attulit, & ab huius caloris

Differentiæ maximæ propriæ, quæ a febrilis caloris subiecto depromuntur.

Differentiæ accidentales

Summa Hip. præstantia.

Alti. 1. par. de medend. feb. c. 12.

Gal. 1. de diffe. febr. c. 1.

1. in 6. epid. 28 Gal. in com.

Gal. lib. cit.

Gal. l. ci. 1. aph. 16. & 24. 2. eiusdē q. & 13. 3 eiusd. l. 21. & 22 1. de differ. Feb. c. 2. & 3. & 4 2. eiusdē c. 3. 1. ad Glau. 10. & 14. 1. ne. at. uic. q. 4. eiusd. 6. & 1 epi. in pri. 1. & 3. epi. 2. & 6 12. mct. 1. . 3.

magnitudine sumuntur, nam magnitudo rebus quantis, non qualibus proprie competit: à proprijssimis adhuc remotiores sunt illæ, quas ordine quartas proposuit, & non à calore solummodo, sed ab alia tangibili qualitate cum eo complicata proficiscuntur. sola enim caliditas præter naturam febris, in quantum febris essentiam complet. Postremo ponit differentias, à colore, & visus obiecto diductas, tanquam illas, quæ febris essentiæ limites omnino pertranseunt. propius tamen (vt norat Galen.) ad essentiam accedunt, quam quæ ex aliquo alio accidente proueniunt, & ob id subdit in vltimis verbis, & cętera consimilia. quæ scilicet ab alijs accidentibus ab essentia febris remotissimis diducuntur de quibus cum Galeno egimus. Differentiæ autem à colore desumptæ propius ad essentiam febris accedunt, eo quia, vt innuit Gal. caloris febrilis subiectum aperte nobis commostrant. ob id dicebat cęterum per rubræ febres, hoc est vehementer rubræ vehementissimum calorem subesse indicant: materiã vero esse sanguinem: ita quæ perpallidæ sunt pallidam bilem restantur. huiusmodi aurẽ febres nisi prius cum rigore, sudoreque sint interdum iudicatæ tabem afferunt, per rubræ vero inter synochas numerantur, quibus remedio est sanguis ad animi defectum vsque missus: vt in methodo curandi docuimus: vbi etiam magnus vsus ex harũ differentiarum cognitione ducitur, cum singulę propriã curationem exigant. liuidæ autem febres sanguineum deficere succum indicant, & vnà cum eo natiuum calorem: proinde mortiferę sunt; & nonnullæ ex eis animi defectiones eas inducunt, quæ ex euacuationibus sequuntur. Diuinus autem Hippocr. febris differentias, quæ materiam seu subiectum caloris insequuntur, non apposuit: quoniam hæ ex reliquis differentijs à calore, & colore desumptis ab eo diligenter propositis clare manifestantur quemadmodum alibi Galenus eundem contextum explanans nobis innuit hisce verbis. Apertissime enim in hoc textu ab ipsius rei substantia simul, atque à dignotione, in proprias differentias fecit sectionem. Siquidem febris substantia in genere caloris, qui est præter naturam, consistit. caloris autem differentiæ & ex eo quod magis & minus, & ex materia in qua hic præter naturam calor accenditur, & ex modo motus caloris eiusdem accipiuntur, quas omnes vnà cum dignotionis modo, vti in precedenti sermone ostendemus, annotauit, nam infra dicet, quod calor mordax, & tactui molestus est maximum putridarum febrium indicium, & subinde indicat caloris febrilis principale subiectum ipsos esse humores, & subdit deinde quod in principijs accessionum, vt in quibus calor adhuc suffocatur, & superfluitates intus succeduntur nõ statim admota manu discernitur: at per moram prædicta caliditatis species ex penitioribus partibus effertur. contra inquit, quod in ephemeris calor mitis & moderatus manu sentitur, & proinde spirituosa substantia tanquam febrilis caloris principale subiectum indicatur. caliditatis enim suauitas proprium est & inseparabile ephemerarum indicium. ita inseparabile est æqualis, atque incompressus ascensus in caliditate, ac pulsibus simul, non tamen proprium: sicuti etiam consistente febre mediocritas. & idem Gal. dicebat, quod illæ quæ non mordaces sunt, sed increscentes & secundo loco ab Hipp. ponuntur, sunt hecticę febres. caliditas autem, cum primum manus admouetur (inquit Galenus de signis hecticę loquens) debilis est: paulo post vero acredinem, atque erosionem quandam ostendit, ac magis cum plus tangendo immorabe ris. quæ aurẽ acutæ sunt, sed à manu superantur sunt potissimum ephemeræ, quoniã spirituosa substantia concalfacta velocissime per vniuersum corpus, & ad extimã vsq; cutem dispergitur, sed paulo post à manu superatur. ita possunt etiam esse sanguineæ, & synochi præsertim sine putredine propter succi tum benignitatem tum copiam, & ad omnes partes alendas necessitaté. Rursus Gal. dicebat, quod, Commune est omnibus hecticis febribus, quod pusillæ ac semper à principio vsque ad finem sunt æquales. contra putridæ & potissimum, quæ ex succis sui natura calidis putrescentibus oriuntur, vehementes sunt, præsertim si materia in vasis magnis putrescat. Similiter ex eiusdem sententia hecticæ febres siccæ sunt & aridæ dummodo tabi coniunctæ sint. nam sine siccitate (inquit) sæpius hecticæ febres consistunt, cum non trasmutantur ad tabem, vt in magna pestilentia, quæ tunc temporis vigebat, conspexit Gal. quare ariditas ipsa calorem potius absque materia, & solidas partes calore primum affectas significat. Salsuginosæ vero significant calorem in materia humorosa putrescente, sed acri & mordente, qualis salsa potissimum piruita est, residentem. Quæ autem flatibus plenæ sunt, aspectuq; graues, vt superius cum Gal. declarauimus, possunt esse pestilentes, & ita calor hic halituosus, vnà cum igneis quibusdam vaporibus tanquã scintillis

Galen. 1. in 6. epid. 28. — *Gal. loco citato.* — *Gal. in prin. 1. de diff. feb.* — *Gal. lib. citato, c. ante med.* — *Gal. 1. de diff. febr. cap. 9.* — *Gal. loco cita.* — *Galen. loco cit.*

Quomodo ex differentijs ab Hipp. traditis caloris subiectũ iudicetur.

scintillis ei permixtis indicat insignẽ in humoribus putredinẽ, & ob innati caloris imbecillitatem (à materia enim pestilenti valde demolitur)& ob insignem caloris putredinalis vim, flatus vigent, & multa alia mala subsequuntur, quorum causa facies cadauerosa euadit. Quæ autem ad tactum humectæ sunt, indicant calorem mitem materiam, vt sanguinem, vel dulcem pituitam pro subiecto habere. Quod autem differentiæ à colore desumptæ subiectam caloris febrilis materiam clare patefaciant, vnà cum Galeno demõstrauimus. Cum itaque Diuinus Hippocrates reliquas omnes differentias conscripserit, ad hoc vt earum munere illæ, quæ ex materia, & subiecto caloris prodeunt, exactè dignoscantur, mirum non est si Gal. dixerit, quod quæ à materia differentiæ sumuntur, in qua hic calor præter naturam accenditur, maxime propriæ sunt, & si nos reliquis omnibus febris diuisionibus derelictis, huic vni soli insistere, in vniuersa febrium tractatione, vnà cum Galeno decreuerimus. cur autem has & non illas, Quæ caloris qualitatem respiciunt, maxime proprias Galenus vocauerit, nemo rationem adduxit. Nos tamen dicimus quod quamuis ab ipso calore præter naturam generalis febris indicatio, & refrigeratio in febris profligatione præscribatur, attamen huius refrigerationis quantitas, modus, locus, tempus, & alia omnia, si quæ sunt, ad rectam præsidiorum administrationem attinentia, ab ipso præsertim caloris subiecto desumuntur, vt in sermone de indicationibus clarius constabit. caloris itaque subiectum semper posthac tum in primis febrium generibus, tum in quacunq; alia subdiuisione considerabimus, quod quidem apertius adhuc, & perpulchre nobis distinxit, & explicauit Galenus his verbis. Incipit hic igitur præter naturã calor, quẽ febrem nominamus, alias ex alijs eorum, quæ nuper diximus (sunt autẽ vt ait Hippo. continentia, contenta, & impetentia) spargitur autem, atque vnà cum patiente afficit duo reliqua genera. Facillima igitur ab humoribus ad spiritum caliditatis transumptio, non æque autem prompte vnà cum spiritu accenduntur humores. corpus etiam solidum humoribus, atque aereæ substantiæ facilius calorem impartitur, quã ipsum ab eisdem suscipiat. omnis siquidẽ substantia tenuis promptius alteratur, quàm crassa. est autem tenuissima quidem aeris, crassissima vero corporum solidorum, media humorum est substantia. dispositio igitur febrilis alias ex alijs eorum, quæ ante diximus, sumit initium. At in genere primo iam læso non sistit, sed duo reliqua genera inuadit, ac nisi antea soluatur, progressu temporis illa quoq; similiter afficit. Priusq; vero ad febris indicia deueniamus, duæ non contemnendæ ambiguitates euellendæ sunt. prima est vtrum febrium diuisio à Galeno tradita, in qua inquit, quod quædam sunt hecticę, siue in habitu, quædam schecticæ, seu in habitudine, sufficiens sit nec ne, & si sufficiens sit, an ad febris essentiales, aut potius accidentales differentias attineat, & si ad essentiales ad quod nam earum genus reducatur. Ex recentioribus quidam asseruit Galenum in hac sectione ad febrilem calorem respexisse prout est secunda qualitas de prima specie qualitatis, & proinde tria prima febrium genera comprehendit, si enim caliditas sit in habitu hectica est, si in habitudine putrida vel ephemera. Sed quia dictum hoc tot erroribus implicitũ est, vt sine maxima temporis iactura, explicari vix possint: idcirco breuiter dicimus diuisionem quidem sufficientissimam esse, sed per maxime proprias differentias fuisse traditam, per eas nempe, quæ ex diuerso caloris subiecto exoriuntur. Si enim febrilis calor solidarum, viuentiumq́ue partium superficiei tãtummodo hæreat, febris schetica fit & in habitudine, & ita vel putrida est, vel ephemera, si vero calor hic per ipsã solidæ, & viuentis partis substantiam permeet, & altius figatur, febris in habitu, hecticaq; producitur. neque nostra hæc insomnia sunt, aut voluntaria distinctio: quoniam Galenus de phrenitide hectica, & in habitu verba faciens, & hanc à tumultuosa, quæ in habitudine est, distinguens, dicebat, phrenitide ex bilioso succo genita, cum is in cerebrum decubuerit principio quidem qualitate ipsius nondũ toti cerebri corpori permista tumultuosę fiunt desipientiæ: procedente vero tempore simile quippiam contrahitur lanis, quæ ab ijs, qui infectores vocantur, tincturam accipiunt. Secunda porrò dubitatio est, an aliqua febris reperiatur, quæ morbus non sit, sed symptoma, seu accidens, vt quibusdã placuisse, dicit Auicennas, qui febres secabant in eas, quæ morbi sunt, & illas, quæ sunt symptomata, vti sunt apostematum febres. Hãc itaque diuisionem Auic. omnino non reprobauit, vt quidam ex modernis falso arbitrati sunt, ex dictis enim ipsius Galeni clare colligitur, sed ait, & contradicenti, quasi indicare volens se aduersus illos non disputare, sed hoc pacto licere huic sententiæ contradicere

Marginalia: Gal. 1. de diff. febr. 1. — Corollariũ. — Gal. loco citato. — Dubitatio prima. — Gal. 8. method. cap. 1. — Respõsio cuiusdam. — Reprobatio. Respõsio propria. — Gal. 1. in prim. prædict. cõ. 33. — Secunda dubitatio. — Auic. 1. 4. c. 1. — Respõsio Auicennæ. — Gal. 4. Aphor. 65. 7. Aphor. 42. 1. ad Glau. 3. & 4. cap. & lib. de marcore.

cere

cere & probare quod nulla febris accidens sit. dum.n. aiunt febres apostematum accidentia esse, vel eas ita vocant, eo quia immediate morbum sequuntur, & sine vlla causa mediata quæ morbus non sit, vel intelligunt esse accidens apostematis, quia apostema per febrem inueniri potest, vt morbus per signa. Si primum dicant ab his quæri potest (ait Auic.) an febris sequatur apostema ratione doloris, vel caloris, vel putredinis apostematis. Si dolorem vel calorem insequatur, sequeretur magnã ephemerarũ partem esse accidentia, quia hæ maxima ex parte calorem, & dolores sequuntur. Si vero sequantur putredinem, apostema non erit causa ipsarum, sed putredo, ergo febris putrida sequens inflammationem ab alijs putridis nihil differt, nisi accidentaliter, eo quia contingit in illis putredinem esse in inflammatione, in alijs vero non. Si vero dicant esse accidentia secundo modo, neque hoc pacto ab alijs differunt. nam febris apostema non indicabit nisi per accidens. p se.n. putredinẽ indicat. Verum oẽs febres putridæ putredinẽ indicant. ergo diuisio nulla videtur esse. Ab huius tamen difficultatis discussione Auic. se ipsum expurgans inquit. Verum occupatio huius cõtradictionis est illud quod non confert aliquid in Medicina & facit Medicum procedere ad inquisitionem eorum, quæ forte impediunt illum in sua arte, & tandem subdit. dicamus itaq; febres apostematum, & opilationum esse accidentia. Sed cur hoc? vt id affirmemus? nequaquam, quoniam etiam Galenus, id reprobauit, & aperte statuit nõ dari febrem, quæ morbus non sit: sed vt alios sequamur. Sed qui nam fuerunt hi, qui statuerunt dari febrem accidens? fuerunt Hippocr. & alij antiquiores, vt ait Gale. qui etiam eis consentire videtur 6. aphor. 44. & primo ad Glauc. 3. in fine. vt quid igitur Auic. antiquis contradicit? Galeno procul dubio non contradicit, is enim in 2. de crisibus. cap. 12 declarans cur febrium inflammationum indicia, quibus dignoscuntur non retulerit, manifeste ostendit febres inflammationum easdem esse cum putridis, & ijsdẽ, signis, & caracteribus dignosci, & nullũ aliud inter eas intercedit discrimen, nisi quod in illis putredo in loco residet determinato, in his vero per totum corpus, vel per plures partes dissemin̄ata est. Quid ergo dicemus de Galeno? aduersatur ne sibi & antiquis? breuiter igitur dicendum Antiquiores apostematũ febres symptomata vocasse curationem ipsam respicientes. nam febres hę nullam curam expostulant, accidentia enim sunt, & vt alia symptomata, ad inflammationis ablationem remouentur. & ob id Auic. ad hoc respiciens dicebat non esse eis contradicendum, quod hoc perducet Medicum ad inquisitiones, quæ ipsum impediunt ab arte sua. qua de causa? quia si velimus febres inflammationum solum considerare prout morbi sunt, periculum erit ne quandoque ęgrotantes interficiamus. exempli gratia quis pleuritide laboret. Si Medicus febrem, quæ ipsam necessario comitatur, tanquã morbum, & principalem cõsideret, & ipsi intentus refrigerantia, & humectantia propinet, nihil aliud agens, materia in parte consistens inflammata densabitur, incuneabiturq; & ad concoquendum contumax reddetur. & expelli non poterit, & ita mors sequetur. vt itaque hoc euitarent sapientissimi antiqui febrem in accidens & morbum distinxerunt. quam quidã recentiores, vt antiquis sapientiores se ipsos præstarent in principalem & non principalem secarunt. Sed cur inter febres, quæ accidentia dicuntur, Auicennas etiam febres opilationum reposuit? nonne maior putridarum pars ex obstructione oritur? quemadmodum etiam plurimæ ephemeræ? Quidam vt difficultatem tollerent, dixere, quod obstructio, quæ morbus est, vel est morbus vi cuius corpus euadit ægrum, vel est morbus vi cuius redditur neutrum, tunc dicunt quod si fuerit obstructio cuius vi corpus euadat ęgrum, febris dicitur accidentalis, quoniam sunt insignes opilationes. Si vero ab obstructione corpus reddatur neutrum & fiat febris, erit morbus, & principalis non autẽ accidentalis, & de hac obstructione inquiunt, loquebatur Galenus ij. method. 9. & 13. quæ quidem responsio, ut omnes vident, multis erroribus scatet. nam dato quod obstructio parua non lædat operationes, & non sit morbus, si vnã cum hac obstructione febris accendatur erit febris morbus, vt volunt isti: sed si propter errorem in victu aut alia de causa obstructio ex parua fiat magna, & ab hac lædantur operationes, vt sanguinis distributio, vel alia, tunc sequeretur, quod febris, quæ principalis erat, increscente morbo fieret nõ principalis, & ex morbo in accidens migraret, quod absurdissimum est. qua etiam ratione eorum opinio reijcienda est, qui dicunt febres, quæ sequuntur opilationes paruas, morbos esse, quæ vero sequuntur magnas esse accidentia. Sed hi insuper Galeno aduersantur, qui asseruit, quod obstructionum magnitudo ex febris magnitudine dignoscitur, quia si febris parua est, opilationes

Marginalia: Loco citato. — Gal. 1. de diff. morb. cap. 5. — Gal. 4. aphor. 66. & 7. & 7. aphor. 42. — Respõsio difficultatis in quo cõsistat. — Quæ nam febres opilationum accidentia dicantur. — Quorũdam responsio. — Reprobatio. — Gal. 8. meth. 4.

lationes sunt paruæ, si magna magnæ, & tñ de curatione febrium, vt morbi, & principales sunt, loquitur, de ijs. n. vt accidẽtia sunt, deinde ptractat. insup ij. metho. curat febres magnas, q̃ morbi sunt, &, vt isti dñt, principales, vt curationũ varietas, quã refert, nobis ostendit, q̃ symptomatibus, minime cõuenitet, & tñ fiũt ab obstructionibus magnis. dicebat. n. has fieri ex obstructionib. & putredine in oibus vasis, vel saltẽ in maximis, q̃ sunt inter alas, & inguina. Quare dicendũ q̃d sicuti febres inflãmationũ accidẽtia sunt, eo qa sequũtur determinatã partẽ inflãmatam, ita eodẽ modo accidẽtia sunt in obstructionibus, quã aliq̃ partẽ determinatã, vt hepatis obstructionẽ, consequuntur. in febribus aũt putridis, q̃ nõ sunt accidentia, obstructiones in cõibus potius vasis subsistunt.

13. method.

Vera respon sio.

De febris indicijs, & de pulsuum differentijs, dignotione, & causis. Cap. VI.

EX febris autẽ natura à Gal. tradita facile eius notę oẽs emergũt. cum. n. natiuus calor in igneũ conuertatur, proinde febricitantiũ corpora tangentibus calidiora, quã natiui caloris cõditioni cõueniat, se se offerũt, dũmodo calor per vniuersum corpus deferri non phibeatur. sed tunc tpis quãuis ad corporis ambitũ calor nõ deferatur, nihil tamẽ obstat, quin patiens ipse calorẽ febrilẽ & igneũ in partib. intimis percipiat, & si mẽs cõstet, & caliditas nõ sit habituata, se intrinsecus vri sępius affirmet. & ob id ad hoc imprimis indiciũ tanq̃ maxime ppriũ oculi dirigendi. insuper febris ex eo cognoscitur, eo qa, vt in definitione ipsius dictũ fuit, operationes & potissimũ, q̃ ad corporis motionẽ attinent, manifeste oblędũtur. & tandẽ, qa calor natiuus intẽditur, & igneus euadit, & subinde tũ ipsius euentãdi, & refrigerandi, tum fuligines expellẽdi vsus increscit, necesse est, vt nedũ in respiratione, verũ ẽt in cordis & arteriarũ pulsatione maxima mutatio fiat, & vtraq; ad crebritatẽ dũmõ nõ deliret, &, si virtus debilis vel instrumẽtorũ durities nõ inhibeat, ad celeritatẽ, & magnitudinẽ pducatur. & ob id dicebat Gal. q̃d pulsus copioso calori peculiares sunt magnus celer, & creber. Verũ qm̃ potissima, atq; certissima febris nota ex pulsu ipso desumitur, & febris interdũ ab ijs, qui nõ parũ in praxi exercitati sũt minime deprehenditur: vnde nos scimus, q cũ interdũ tres Medici haud mediocriter eruditi, & exercitati ęgrotantẽ quendã tetigissent, & oĩa ad ipsius statũ attinẽtia diligẽter ppendissent, in horũ mutua discussione, oretenusq; habita cõsultatione, vnus ex ipsis affirmauit ipsum protsus nõ febricitare: alter febre, & ipsa cõtinua laborare dixit: tertius vero cæteris pplexior & incertior existens via quadã veluti media pgrediens, eũ qdem febri sed ea intermittente, non absq; astãtiũ scandalo, & Medicorũ dedecore, correptũ asseruit. Propterea necesse est, vt hoc in loco de ipsis pulsibus clarũ & breuẽ sermonẽ habeamus. cũ. n. febris sit principaliter morbus cordis, & innati caloris affectus, arteriæ aũt ab ipso corde oẽm suam originẽ, & pulsationẽ suscipiant, & innati caloris moderationẽ & conseruationẽ respiciãt, nullus profecto locus accõmodatior pulsuũ tractationi, vt iam iã clarius apparebit, poterat deputari. Cũ itaq; pulsus magnus, celer & creber copioso calori peculiares sint, necesse est, vt primo loco uideamus, q̃ nã sint pulsuũ oĩum differentiæ, tunc. n. exacte sciemus, qd nã pulsus magnus qd celer, & qd creber sit, & quem locũ teneãt inter reliquas differẽtias. Verũ qm̃ pulsuum differẽtiæ, vt optime dignoscantur, non paucũ artificiũ & diligentiã exquirunt, ob id secũdo loco de ijs recte dignoscẽdis breuẽ quẽdã sermonẽ habebimus. qa vero vnaquęq; pulsus differentia propriã habet causam, ppterea tertio loco breuiter, de causis pulsuũ potissimũq; de ijs loquemur, quarũ vi penes magnitudinẽ celeritatem, & crebritatem pulsus euariant, eæ siquidẽ sunt, q̃ pposito nostro, & pulsibus aucto calori, & febribus peculiaribus, inseruiũt. cũ. n. exẽpli causa pulsus magnus, velox, & freq̃ẽs euadat ne dũ pp causas pter naturã verum etiã secundũ naturã, & non naturales, nisi has oẽs exacte cognoscamus, impossibile est, vt mutationẽ pulsus pter naturã, & eius à naturali statu recessum pspectũ habeamus. Dicamus itaq; primũ vnã cũ Gal. quod cũ arteriæ corpus cauum, longũ, & teres sit & perpetuũ habeat geminum motũ ex cõtrarijs partibus constitutũ, aut. n. in seipsam vndiq; considet, aut in oẽm prtẽ distẽditur, duplex hic motus pulsus appellatur, qui quidẽ cordis, & arteriarũ motus est, natiui caloris moderator ex cõtractione & distentione, seu ex systole, & diastole cõstans. Hac. n. vt in capite de cordis virtutibus docuimus, aer, tenuisq; sanguis attrahitur pro natiui caloris attemperatione, & spiritus generatione, illa vero fuliginosum spiritum excrementũ exustione comparatum expellitur & influens calor reliquis partibus cõmunicatur. Insuper cum inter motus contrarios, de necessitate, vt docet Philosophus, media quies intercedat; ideo necesse est, vt in vtroq; motu ei gemina quies accidat, altera ab distẽtione principij à contractione

De pulsibus tractatus.

Ordo seruandus.

Pulsus quid.

Gal. 1. de diff. puls. cap. 3.

tractatur

trahatur, altera à contractione antequam distẽdatur hęc autem inferam illam vero superã vocant. His itaque cõstitutis ne aliqua oriatur cõfusio sciendum est quod pulsuum differentiæ, vel penes vnicã pulsationem, vel penes plures spectari possunt. Has autem collectiuas, seu etiam differentias in pluriũ pulsuum mutua collatione positas appellãt; illas vero differẽtias in vnum pulsum incidẽtes vocãt. De quibus tanquam tempore, & natura prioribus si primo loco sermo fiat: dicebat Gal. quod generales in vnũ pulsum incidẽtes differẽtiæ, vel ex tempore motuum desumũtur; vel ex tempore quietũ; vel ex quãtitate dimensionum motuũ, seu distentionis: vel ex qualitate actionis, & potissimũ distẽtionis; vel ex tunicæ ipsius arteriæ qualitate; vel ex eiusdem arteriæ capedinis, seu cauitatis cõditione & statu, vel tandẽ ex mutua collatione eorũ omnium, quæ sunt cognata. Horũ aũt generũ drię speciatim plures sunt, quas iã exponemus à genere ipsius motus ingressi, hoc itaq; genus efficit tres numero drias pulsuũ: videlicet celerẽ, q fit, cũ modico tpe mouet arteria; tardũ cũ multo moderatũ cũ mediocri. Drię pulsuũ in distẽtionis quãtitate nouẽ numero sunt in longitudine arteriæ lõgus, breuis, moderatus, in latitudine latus, angustus, moderatus, in ꝓfunditate altus humilis moderatus. est. n. pulsus longus, quo in longũ excurrit arteria, vt latus, quo in latũ, & altus quo in altum: horũ aũt oĩum cõcursu fit magnus, quo arteria se quoquo versũ pãdit, his cõtrarij pulsus sũt breuis, angustus humilis, & qui horũ triũ cõcursione paruus euadit. qui in extremorũ medio cõsedit moderatus appellaẽ, qui in tẽperamento exactè medio, & corpore quadrato reperitur vti ẽt reliquę moderatorũ pulsuũ driæ oẽs. & ad hunc veluti oĩum mẽsurã respiciẽdo pulsus magnus, aut paruus celer, aut tardus aut alia dria ꝓditus vocatur. Hæ aũt driæ ex distẽtionis quãtitate desumptæ, si simul diuersimode cõplicentur. septẽ & viginti cõstituunt pulsuũ drias vt ex iam dictorũ cõbinatione varia vnicuiq; perspectũ fiet. Pulsus aũt longus, si in latitudine moderatus sit, vel angustus, & in altitudine, seu ꝓfunditate moderatus, vel humilis, gracilis nuncupatur, quo ẽt noĩe insigniẽ ille q in lõgitudine moderatus, angustus, & humilis existit. Breuis aũt pulsus si latus sit, vel in latitudine moderatus, & altus, vel altitudine moderatus turgidus dr, pariter turgidus vocaẽ, q in lõgitudine moderatus latus est, & altus. A qualitate aũt actionis, seu cõtẽtione, aut occursus qualitate, idẽ. n. significãt tres sumunẽ drię, vel. n. vehemẽs est, seu validus, q validè, ac firme tactũ ferit, & à quo violẽter tactus impelliẽ; vel imbecillus, seu lãguidus, q cõtra, vel moderatus. Quartũ genus, qđ in arterię cõsistit tunica, diuidiẽ ẽt in tres drias, vel. n. mollis est, quũ tenera, laxaq; est arterię tunica: vel durus quũ durior, & rigidior est: vel moderatus. Ab arterię aũt capedine, seu infusione tres pulsuũ drię fingũtur, quorũ vnus plenus dr, q (vt ex Agathini snĩa Gal. declarat 4. de dign. pul. c. 2.) arteriã ostẽdit pleniorẽ, & occursum humide tumidũ, arteria. n. in diastole nõ modo ampla, & turgida, sed humoris ꝓfusione plena occurrit. alter uacuus appellatur, q arteriæ eleuationẽ facit bullosam, q̃ quasi flatu turgere tactu deprehenditur ꝓmẽtibusq; digitis nihil firmũ solidũve subsistit: uel mediocris q horũ est medius. A tpe aũt quietũ fit pulsus creber, seu freqũes, q breuib. quietũ interuallis arteriã mouet: & rarus, qui ex longiorib. interuallis. vt aũt sciamus in quo distẽt creber, & rarus pulsus, à celeri, & tardo, sciendũ, qđ illi qui negãt se arterię contractionẽ sentire diuidũt pulsum vnum in duo tpa & ptes duas, quarũ vna est quum tactus ab arteria distentione ipsa feritur, quã tps motus nec non ẽt ictũ, & distentionẽ appellant: secunda est totũ illud tps, qđ intercedit inter finẽ motus distentionis, & principiũ subsequẽtis motus distẽtionis, & hanc partẽ tẽpus qetis, nec non ẽt interuallũ, & cõtractionem vocãt. Vnde ex quãtitate tpis motus fit pulsus celer, & tardus & inter eos medius, ex quantitate tpis quietis seu interualli creber, & rarus, aut horũ medius. vt creber pulsus fit, qñ paruo interposito interuallo arteria distẽdi & moueri incipit: rarus, cũ interposito lõgo interuallo: medius qui fit cũ moderato tpe interposito arteria distendi incipit. celeritas aũt & tarditas solũ motionis, seu distentionis tps respiciunt. Qui vero contractionem sentire se dicunt tarditatẽ quidẽ, & celeritatẽ, seu velocitatẽ, non secus, atq; illi in tpe motus & distẽtionis ponũt, sed insup ẽt in contractionis tpe: crebritatẽ vero, & raritatẽ in vtraq; quiete externa videlicet & interna posuerunt. alij tñ huius sectæ crebritatẽ, & raritatẽ nõ solũ in amba quiete, verũ ẽt in contractione arteriæ eis cõnexa reposuere, vti ẽt illi q cõtractionẽ imperceptibilẽ affirmãt. Si vero pulsuũ differentiæ in vno pulsu ex mutua cõparatione eorũ oĩum, q̃ sunt cognata, desumãtur: Tunc vel cõparatur ictus seu distẽtionis sensibilis tẽpus cũ tpe quietis & cõtractionis & iuxta sectã, q̃ negat contractionem sentiri, gignitur rhythmus, quę proportio tpis est ictus ad tempus quietis; vel confertur tempus distentionis vnà cũ tpe insequentis eam quietis ad tẽpus contractionis simul

cum

Marginal notes: Differentiæ in vnum pulsum incidentes. Differentiæ generales ex quibus sumãtur. A tẽpore motus desumptæ. Celer. Tardus. A distentionis quantitate. Magnus. Paruus. Turgidus. A qualitate actionis, seu contẽtione, seu qualitate occursus. Ab arteriæ qualitate. Ab arteriæ capedine seu cauitatis perfusione. A tẽpore quietum frequẽs. Rarus. Gal. 1. de diff. puls. c. 4. Gal. 2 de dign. puls. cap. 1. Gal. 2. de dign. cap. 3. Gal. 1. de diff. puls. cap. 5. Cap. 6. & 2.

cum tpe excipientis eam quietis, & pariter iuxta alterã sectam eorũ, qui cõtractionẽ sentire se aiunt, generatur rythmus, qui ẽt oritur, vt alij dicũt, dum solius distentionis tẽpus, cum solius cõtractionis tpe cõparatur. Vel comparantur vniuersa genera, vel singula genera, veluti dum conferuntur ad inuicem solius motus distentionis partes, & tpa. vel alia singulatim ad inuicẽ conferuntur, quæ sunt inter se cognata, siue ad distentionis quantitatem, siue ad eius qualitatẽ, siue ad arteriæ qualitatem, aut perfusionem, aut sitũ, attineant. Si itaq; fiat prima cõparatio ex qua rhythmus oritur, sciendum est pulsum omnem modulũ quẽdam obtinere, quem rhythmum Græci vocant. huius ergo differentiæ sunt hæ, nã enrhythmus pulsus cõmune genus est eurhythmi, & arhythmi. Eurhythmus vero qui vnus & indiuisus manet, est pulsus ille, qui seruat rhythmũ propriæ ætati naturalẽ (suus.n.est cuiq; ætati naturalis pulsus) qui aũt hunc labefactat, arhythmus dicitur, nõ qđ omni rhythmo orbatus sit, sed quia vitium natiui rhythmi nõ aũt abolitionẽ significet. vti ẽt citharedus aphonos nõnunquã dicitur. qui quidem arhythmus, vel rhythmũ vicinæ ætatis mutuatur & pararhythmus vocatur, vel cuiusuis alterius ac heterorhythmus nũcupatur, vel nullius prorsus ætatis rhythmum retinet & ecrhythmus appellatur, & idem de naturis, anni tpribus, & locis & oĩbus alijs statuendũ. suus.n.est cuiq; horum certus quidã rhythmus. Iam vero inter oẽs rhythmos hi pari proportione, illi impari constant: pari vbi distentionis tempus æquet tẽpus contractionis: impari si alteruter eorũ excedat. idq; modo certis, modo incertis fit excessibus: certis bifariã aut multiplici ꝓportione, aut vt numeri ad numerũ. multiplex aũt proportio, vel dupla est, vel tripla, vel quadrupla, vel aliqua insequẽtiũ: vt numeri ad numerũ, cũ quanta sunt duo distentionis tpa, tanta sint contractionis tpa v. vel vij. vel ix. vel xj. Incertis vero in vniuersũ tripliciter. aut.n. distẽtionis est tempus incertũ, aut contractionis, aut vtrunq;. sigillatim quodq; horũ interdũ paululũ amplificata hẽt certa tpa, siue plura sint, siue primũ: interdũ plus: interdũ plurimũ. tps vero primũ sensu nõ natura ipsa accipiedũ est. Si vero fiat cõparatio in vniuersis generib. simul eorũ oĩum, q̃ sunt cognata, & ad inuicẽ conferri possunt, vel oĩa absolute æqualia sunt, & absolute æqualis oritur pulsus: vel oĩa inæqualia, & absolute inæqualis dicitur: Si vero in singulis generib⁹ seorsum cõparatio fiat, tunc oritur pulsus in eo genere æqualis, vel inæqualis, prout in eo genere, vel seruari, vel perdi æqualitatẽ cõtingit. Si itaq; generis motus differentias primo loco explicemus huius motus inæqualitatis duæ sunt primæ drĩæ, quarũ vna in vna arteriæ parte gignitur: altera in pluribus partibus. Si in vna arteriæ parte gignatur triplex esse potest, vel.n. quies partis motũ interpellat, vel motus continuus apparet, nõ paris tñ velocitatis: vel recurrit, ac bis ferit. Prima nouẽ habet differentias, vel.n. prior motus celer est, & alter vel celer, vel tardus vel moderatus: vel prior manet tardus, & alter tripliciter euariat: vel primus moderatus ꝑmanet, secundo trifariã variante. hĩ aũt pulsus omnes intercidentes, seu intercisi vocãtur, quia media quiete interrumpuntur eorũ distentiones. vnde q̃q̃ bis feriant, non tñ duo sunt, sed vnicus pulsus. qđ si motus post quietẽ celerior & vehementior primo sit, ad caprarum similitudinẽ, quæ hoc modo salire vidẽtur, caprizans pulsus dicitur. Secunda differentia pulsus, qui uocantur impares, constituit, qui uel æqualem inæqualitatẽ, uel inæqualẽ inæqualitatẽ moliuntur. Priorũ vero qui motũ æqualiter minuũt, uel augent, quidã ab extrema tarditate ad moderatum motũ perueniũt: quidam ẽ contra: alij ab ultima uelocitate usq; ad moderatum motũ; nonnulli ab hoc ad summam celeritatem. sunt præterea, qui utrinq; à moderato motu paululũ deflectunt, hiq; bifariã: modo.n. celeriores, modo tardiores fiunt, ut sex sint earum differentiæ, tametsi excogitari plures possunt. Ab extrema uero tarditate, ad extremã celeritatem, uel ẽ contra mutatio æqualiter fieri non potest: non.n. quemlibet affectum tanta põt mutatio consequi, ut tardissime initio agitata arteria, ad extremam deniq; celeritatem perueniat, uel ẽ contra, cum enim hoc fit mutatio necessario est inæqualis: eaque confertim & magnis mutationibus, & non pedetentim fit. eorum vero, qui inęqualem moliuntur mutationem & in ęqualitatem, si motus arterię duas sensibiles differentias efficit, sex fiunt formæ concursuum ex celeri, tardo, & moderato motu: si tres efficiat, quatuor & viginti erunt cõcursus. Tertia aũt in genere motus, & vnã in parte pulsuum inęqualium differentia, in qua pulsus recurrit, ac bis ferit, cõstituit pulsum, quẽ Archigenes vocabat dicrotũ, q vt supra monuimus distat ab intercisso, quia in eo destitutus motus continuitate, quiete interrumpitur media dicrotorum aũt genus simul atq; oẽm distentionem effecit, se paulũper subducit, ac mox

A collatione tẽporis distẽtionis ad tẽpus cõtractionis.

Rhythmus. & eius differentiæ.

Cap. 8.

Ex comparatione in vniuersis generibus eorũ, q̃ sunt cognata

Gal. 1. de diff. pulſ. 12.

Pulsus absolute æqualis

Absolute inæqualis.

A qualis, vel inæqualis ꝑ vnoquoq; genere.

Differentiæ generis motus.

Inæqualitas motus in vna arterię parte

Cap. 13.

Intercisus.

Gal. 1. de diff. pulſ. cap. 28.

Caprizans.

Impar pulsus

Impares æqualem habẽtes inęqualitatem.

Cap. 14.

Impares inæqualẽ habentes inæqualitatem.

Cap. 15.

Cap. 16.

Dicroti pulsus.

pulſat iterum: vt intermittentium quies media ictus intercipiat; Dicroti contractio, ſeu reditus. inſuper in intermittentibus, ſeu interciſis arteria deinferne auſpicata motum, mox, ſimulatq; deſtiterit moueri, initium iterum facit alterius motus, vbi prior deſijt. dicroti vero nõ ita pulſant, ſed manifeſte ex altiore profunditate, & interuallo maiore prior motus videtur cieri, atq; indidem continenter alter. Sed quia alij cõtractionẽ nõ ſentientes voluerunt dicrotũ eſſe inæqualem quidem pulſum, ſed non in vno, ſed in pluribus pulſibus, & differentias ei inæqualitatis, crebritatis, & paruitatis, & cõtentionis accõmodabant; ideo qui contractionem ſentiunt, differre a collectiua inæqualitate dicrotum aĩaduertunt, quia hic inſtar habet geminorum ad incudem mallei ictuũ, cum ex multo interuallo prior incutitur, validæq; pulſat: ſecundus vero quaſi reſultat ab incude malleus non ita multũ, reciditq; in eũ non ita, vt antea, valenter, & breui interuallo. ita arteria in occurſu quaſi repellitur, moxq; redit. imò Gal. interdũ non ſemel, ſed iterũ reuertiſſe vidit, & breuiter vibrari omnino motum oportet pulſus dicroti, vt in primo ictu veluti euecta ex vniuerſo loco arteria, demigrans potius efferatur, quã diſtendatur. Dicrotorum autẽ differentiæ in omnibus, quæ retulimus, generibus erunt, plenitudinis, duritiei, magnitudinis, vehementiæ, celeritatis, & contrariorũ: tam in ipſo primo motu, quàm in reditu à diſceſſu. nam magnus poteſt, & non magnus, & vehemens, & non vehemens, celer, & non celer, & aliarum quarumlibet ſpecierum altera eſſe ẽt vel æqualis, vel inæqualis, quæ cõmutationes multas ſpecies dicrotorum conſtituunt. Si vero motus inæqualitas in pluribus ſit arteriæ partibus, vt multis digitis arteriam tangentibus non ſimilis occurſatio ſentiatur: tunc motus vel eſt continuus, vel interruptus. Si continuus ſit, vel eſt æqualis, vel inæqualis. Aequalis itaq; vel remittatur celeritas, vel increſcat à primo modis ſex, neceſſe eſt, vt paulo ante declarauimus. Inæqualis ſunt plures differentiæ pro pulſus magnitudine longa, vel breui, vel moderata duobus.n. digitis ſi motus occurrat, ſex fient differentiæ, ſi tribus quatuor & viginti: ſi quatuor ſeptuaginta octo. Si ſit interruptus, huius ſunt quatuor primæ differentiæ, quarũ ſingularũ complures ſunt, aut.n. primus, & tertius digitus motum ſentiunt, nõ autem ſecundus & quartus & nouenæ in ſingulis generibus differẽtiæ fiũt pulſuum, aut primus, tertius, & quartus ſentiũt, non ſecundus, & fiunt vigenæ ſeptenæ: aut primus ſecundus & quartus ſentiunt, non aũt tertius, & totidem fiunt: aut primus & quartus ſentiũt, non ſecũdus, & tertius, & nouenæ oriuntur. Si vero quantitatis diſtentionis differentias ꝓpendamus, huius inæqualitas non vnã arteriæ partem (priuſquã.n. pulſus finem motus attingat magnitudo aut paruitas nequaquam liquet) ſed diuerſas arteriæ partes de neceſsitate occupat, & tum crebro animaduertitur, tum ꝑcipitur facillime & interrupta, & continua, æqualiter, & inæqualiter. De quo genere, qui decurtati vocantur, in vna diſtentione ſunt: & illi ẽt, qui à nonnullis innuentes, & circũnuentes appellantur. Si vero inæqualitatẽ vitalis cõtentionis conſideremus, hæc eandẽ diſtributionẽ, ac inæqualitas motus habet. aut.n. eandem partem, aut diſtinctas tenet: eandem tribus modis, aut interrupto motu, aut ꝑpetuo, aut dicroto. diſtinctas bifariã, vel continuo motu, vel interciſo. ſingulorũ præterea horũ generum totidem ſunt ſingulares differentiæ, quot motus. Quin cõmiſceri ẽt poſitas vna in parte inæqualitates neceſſe eſt, vt illas, q̃ in diuerſis fiunt. Inæqualitas aũt in arteriæ corpore in vnã quidem parte fieri nõ poteſt: in diuerſis vero duobus fit modis, non aliter ac inæqualitas motus, & contẽtionis, vt aut cõtinuus motus ſit, aut interciſus. Pariter inæqualitas, quã efficit infuſa materia in arteriæ cauitatem, eaſdem habet quæſtiones, ac ſuperius, quod diſtẽtionis quantitate cõſtabat, & diuerſas ſolũ partes arteriæ obtinere poſſe videtur. Aliud genus eſt in vno pulſu inæqualitatis à ꝓdictis diuerſum, quod ab arteriæ ſede proficiſcitur. cũ.ſ. pars eius dextrorſum pars ſiniſtrorſum deflectatur: alia ẽt pars ſurſum, alia deorſum: qđ accidit aut in duobus locis, aut pluribus. eſt autem hoc in ſpecie finitimum inæqualitati quantitatis diſtentionis. Id autẽ ſi admodum manifeſte, & perſpicue fiat, magnaque ſit arteriæ diaſtole, pulſus vibratus dicitur, in quo crebra, & inæqualis eſt, quaſi in iaculis, quæ impetu celeri vibrantur, concuſſio. Sin vero id obſcurius fiat, appareatq; arteria tenſa, & vtrinque retracta, conuulſiuus fit pulſus, in hoc enim parua ſemper diſtentio eſt, in vibrato magna frequenter. Breuiterque ſentias veluti fidem quandam intenſam in conuulſiuo, quæ illi res, cum nullo alio cõuenit. in vibratis nihil tale animaduertas. Vndoſum autem pulſum conſtituit ſola inæqualitas quãtitatis diſtentionis. vna enim hæc inæqualitas, adiuncto ſibi, vt partium motus alter anteuertat, alter cũctetur tum

vndoſum

Dicrotorum differentiæ.

Inæqualitas motus in diuerſis arteriæ partibus.

Cap. 17.

Pulſus interrupti.

Cap. 18.

Cap. 19.

Differentiæ inæqualitatis in quantitate diſtentionis.

Decurtati in vna diſtentione.

Cap. 20.

Innuẽtes, & circũnuẽtes.

Differentiæ inæqualitatis in contentione, aut diſtẽtionis qualitate.

Cap. 21.

Cap. 22.

Inæqualitates in arteriæ corpore, & ipſius perfuſione.

Cap. 24.

Inæqualitas à ſede arteriæ.

Cap. 27.

Vibratus pulſus.

Conuulſiuus pulſus.

Cap. 25.

Vndoſus pulſus.

vndosum tum vermiculantem pulsum gignit. hos ergo constituunt inæquales quantitate in diuersis partibus,& qui non habent omnes simul partes motas. differt aūt undosus ab interrupto,quia in vndoso prioris partis arteriæ distentionem,secundę consequitur,vt quamuis prope modum quieti similis sit vndarum finis: non tamen reperias vllam partē prorsus quiescere. Quibusdam vero recta fertur vnda, quibusdam in obliquum deflectit. quidam breui longitudine habent insignē altitudinem, quidā cōtra aliqui lati,nonnulli angusti alij pari celeritate prædití,alij secus,& contentionis ēt hæc vnda plus, illa habet minus. interim simul oīum est istarum differētiarum inęqualitas. Vermiculans vero ita dictus,quia vermis gressui assimilis est, vndoso imminuto succedit, & ei finitimus est, à quo non inęqualitatis specie, sed magnitudine solum,& robore dissidet. Huic vero succedit formicans: cum motibus amissis multis in vnum cumq; prorsus paruum terminet,adeo vt ratione paruitatis inęqualitas percipi non possit. est.n.mirè paruus,quo minor alius non est, iuxtaq; languidissimus plane, ac creberrimus,non tamen celer. nomen autem sibi inuenit à similitudine, quā habet cum formica tum in paruitate, tum motus specie. Quum autem oībus digitis æque tangentibus aut magnitudo,aut vehementia,aut plenitudo similis non apparet, & perinde aut magnitudine,aut vehementia,aut plenitudine inęqualis est, is, si pariter datus sit,serrinus vocatur. Postremo sciendum est pulsum vnum,tum in genere crebritatis,& raritatis,tum in genere rhythmi suas inæqualitates habere posse, hæ tamen cognosci non possunt,nisi posteaq̄ secundæ, & subsequentis distentionis principium fuerit perspectum. quemadmodum etiam nec ipse rhythmus, nec genus crebritatis, & raritatis,etiam si in vno pulsu fiant, attamen vt cognoscantur, secundum pulsum omnino desiderant, eo quia ante huius principium, prioris finis cognosci nequeat. vnde non ob id sistematica,seu collectiua inæqualitas vocitanda est. Si itaque vniuersę simul arteriæ partes cœperint in prima & secunda distentione moueri, nec habeant par tempus motus duorum generum iam dictorum inæqualitas generatur, crebritatis quidem & raritatis imparitate interuallorū: rhythmi imparitate proportionis tēporis ictus ad tempus interualli,nam crebritatis,& raritatis differentiam inæqualem impares quietes efficiunt,rhythmi vero proportionum commutatio. Aliæ harū inæqualitatum differentiæ sunt, quas longiori, & clariori sermone perpulchre proponit Galenus,sed quia,vt ipse ait,infrequentes sunt,has prætermittere, & ad differentias pulsuum,quæ penes plures pulsus spectantur, & collectiuas appellant transire decreuimus. Hæ autem in comparatione omnium differentiarum primi pulsus,cū differentijs reliquorum æstimantur. Si enim pares omnino maneant, æqualis absolutę vocatur pulsus. sin omnino impares inęqualis absolute. Si vero sint impares in vnico genere vt v.g.in magnitudine,inęqualis in eo genere videlicet in magnitudine vocatur, sin in pluribus, in pluribus inæqualis. Rursus inęqualis,si circuituum habeat paritatē Ordinatus dicitur, si horum imparitatem habeat,inordinatus. inter hos autem medius,absolute videlicet ordinatos,vt inordinatos,est ille qui per circuitum ordinatus dicitur,qui fit dum tres,v.g.inter se circuitus impares sunt, & subsequētes proportione pares fiunt, ita vt 4.1.5.2.& 6.3.vndequaque adęquetur. habet.n.aliquid ordinis, quatenus in omnibus est circuitibus ordo: & aliquid perturbationis ordinis, prout hæc in singulis illis inest. absolute.n.ordinatus pares sortitur omnes circuitus; circulatim ordinatus,non oēs æquales,sed certos. inordinatus absolute,nec habet oēs deinceps pares circuitus,neq; certos. Inæqualitates aūt collectiuæ,vel ęqualiter,vel inęqualiter fiunt. Nā quatenus plures pulsus æqualiter commutant inæquales vocantur; quatenus æquam semper mutationem assequuntur, æqualiter dicuntur mutari, prout vero nec pristino constant statu,nec parem mutationem accipiunt inæqualiter inæquales appellantur. Vnde si primo pulsu secundus paulo minor sit, & tertius tanto secundo,& pari modo quartus,tertio,& ad plures deinceps perueniat, hos pulsus,qui inæqualis æqualiter sunt, Grĕci myuros, & mutilos,& quasi decurtatos vocant à Latinis sensim imminuti,& gracilescentes dicuntur. à figuris in acutum terminātibus nomen mutuātes.quod si minui non desistant donec ad quietem prorsus recidant & motu deficiantur, deficientes decurtatos vocant. Quod si non deficiant, sed minui desinant,vel in qua primum paruitate diminui desinerunt, hanc seruant constantissime; vel de integro augentur, quos reciprocos decurtatos appellant. Inæqualiū aūt inęqualitatū, quædam nullam prorsus æqualitatem retinent: quædam retinent vsque ad 3. vel 4. aut 5. pulsus, sed postea amittunt, & in vtrisque vel ordo inest, vel ordinis perturbatio.

Vndosorum differentiæ.

Vermiculās pulsus.
Formicās pulsus.

Serrinus pulsus.

De inæqualitate crebritatis,& raritatis,& rhythmi i vno pulsu.

Exemplū huius inæqualitatis in vtroque genere.

Pulsuum differētiæ i pluribus pulsib.
Aequalis absolute.
Inęqualis absolute.
Inæqualis in vnico genere.
Inæqualis in pluribus generibus.
Ordinatus.
Inordinatus.
Ordinatus per circuitū.
Inęquales ęqualiter in collectiua.
Inęquales inęqualiter.
Pulsus decurtatus myurus
Decurtati deficientes.
Decurtati reciproci.
Inæqualiter inæqualium differentiæ.

Cap. 26.

Cap. 30.

Gal. 1. de diff. puls. cap. 9.

Cap. 10.

batio, Ordo si circuitus aliquos pares seruent, perturbatio ordinis, si & hos quoque violent. Et hi quidem & ipsi motibus frequenter deficiuntur, vt illi, qui æqualiter agitantur. sed illos de curtatos deficientes, hos inæquales deficientes vocamus. Intercurrens verò ex sola inæqualitate constat crebritatis, intermittens ex inæqualitate raritatis, & paruitatis: raritatis quidem eo quia quies fit longissime producta: paruitatis, quia distentio minimum fit dilatata. Vel potius ex pulsuum paruitatibus deficientes constant. intermittentes ex raritatibus. Intermittentibus verò affines sunt qui reciproci deficientes dicuntur: vbi duorum vel plurium pulsuum spatium arteria non cieri visa, iterum agitari incipiat. Inæqualis autem in collectiua quo ad rhythmum dicitur quotiescunque primi pulsus proportio temporis ictus ad tempus interualli in sequentibus eadem non maneat, sed variet, quemadmodum si interuallorum, quas & quietes vocant, mutentur magnitudines inæqualitas crebritatis, & raritatis exoritur. & hæc de pulsuum differentijs satis erunt. Vt autem pulsus & eorum differentiæ omnes probe, & quantum assequi licet, dignoscantur. Manus quæ tangit, vt ait Gale. non modo promptæ sentiat oportet, verum etiam mollis, temperata, & minime callosa esse debet. Digiti tres aut quatuor superne tantum carpi arteriam (quæ mediocris cum sit, & obuia, obseruationibus accommodatissima est) contrectent. Laborantis manus quæ tangitur, nec sublata sit, nec depressa, nec extenta, nec vinculo, aut decubitu, aut immodica cubiti flexione cõstricta, nec prona in uolá, nec resupina: sed molli naturalique situ æquabiliter reclinetur in latus imum, quod minimo digito clauditur. In carpo si directo ad maximum digitum obscurus sit pulsus, alio quouis loco, atque etiam in altero carpo peruestigandus quod multis ex causis euariet, ac sæpe vel vulnere, vel ex contusione, vel ex obstructione, vel ex profundiore naturali situ, alter oblitescat. Danda verò imprimis opera est, vt systole, seu arteriæ contractio sentiatur. Hanc verò percipimus, quia, vt ait Gal. sentimus ab impressione vehementium pulsuum carnem nostram vnà cum ambiente illam cute impelli: huic autem est adiuncta moti & præmentis cognitio: quia etiam recedente arteria sentimus in ipso corpore nostro motum. siquidem intro compressa, siue ea cutis sit, siue carnis pars, arteriam discedentem comitatur, pristinam sedem, qua deiecta erat, occupans: simulque fit, vt in recessus cognitionem veniamus. Oportet autem vel vehementem, vel non languidum esse pulsum, si debet contractio sentiri. Qui autem maximus simul, & vehementissimus, durusque est (quatenus coniungi cum magnitudine durities valeat) vel non mollis, atque non velox, hic apertissimam habet contractionem. ac de sanis quidem qui moderato sunt habitu, & natura temperata, in vigore ætatis, maxime vero ex anni temporibus in vere, regionemq; incolunt temperatam, robustiq; sunt, & omni mœrore, metu, saturitate, motu vacui, hi pulsum vehementem, & magnum omnes habent. Qui si moderate se exercitauerint, fotique sint modicis balneis, vel vini non permultum hauserint, vel irati sint, vel operam strenuam aliquam nauauerint ne dum magnos, & vehementes, sed quam maximos & vehementissimos pulsus habebunt. ijdem si laborent syncera tertiana, vel ardente miti & simplici, aut alia valde calida, & ueluti feruente febre, aut diariarum aliqua, quæ ex bubone proficiscitur, & ex adustionibus, modicisq; lassitudinibus, maximos etiam & vehementissimos habebunt. hi itaque apertam obtinent contractionem, ad quã percipiendam diximus facere duritiem, quia hæc ad vim ictus magnopere confert. cum autem pulsus diuersimodè contangi, & manus tangentis diuersimodè applicari possit, vt manum applicando perpetuo super arteriam, uel subter. aliquando comprimendo, nonnunquam leuiter palpando, interdum applicando tantum, in quo tertio modo manus voluntarijs motibus liberanda, & ueluti languida admouenda, & proinde superne tantum, nunquam inferne tangere licebit: proculdubio secundo modo contractio non sentitur, tertio obscure, primo autem modo, si vehementes, & magnos, nec veloces pulsus comprimamus manifestissima fiet contractio. Vehementes enim pulsus, vt ipsorum deprehendatur robur, requirunt, vt qui tangunt digitos valide infigant. Repelli enim hoc tibi tum magis uidebuntur, quo magis eos urgeas. Vbi .n. uehementibus digitos inijcimus, primus occursus parum admodum tactũ impellit, ab hoc etiam atque etiam magis comprimit ad finem usque. & ex hoc colligimus, quod pulsus uehemens non nisi pressa arteria digitisq; ualide infixis dignoscatur, hoc à magno, & à pleno dissidens, quòd suo robore reniti tactumq; repellere de prehenditur, non tamen hic adeo premendus, ut ui applicatæ manus arteriæ robur supere-

Margin notes (left): Gale. 1. de dignos. puls. c. 7. — Gale. 1. de dig. puls. c. 5. in pri. — Cap. 6. — Cap. 6. — Cap. 7. — Cap. 5. — Cap. 10.

Margin notes (right): Deficientes inæquales. Intercurrẽs. Intermittẽs. — Deficientes reciproci. — Inæqualis quo ad rhythmum. — Pulsus quõ sint tangẽdi, vt eorũ differentiæ oẽs dignoscãtur. — Contractio quomodo percipiatur. — In quib. tũ sanis, tũ ægrotantibus contractio facile percipiatur. — Diuersi tãgẽdi modi, & quã ad cõtractionẽ sentiẽdã sit opportunus. — Vehemẽs & debilis pulsus quõ tangendus sit.

superetur, languidus autem pulsus conspectior est in manu prona, atque decliui, attingiq; debet molliter, & quasi suspensis digitis: si enim arctius prematur, licet languidus hic pariter quoque magnus sit, vt in lethargo, aut nullus omnino, aut immotus videbitur, omnemq; sensum effugiet. sed ad contractionem ipsam reuertamur, circa quam illud cum Gal. animaduertendum est, hanc vniuersam sentiri non posse, quia eius finis de necessitate nos effugit, quod hac ratione demonstrat Gal. si enim, inquit, maiorem motum in contractionibus non sentimus, sed vel parem, ac in distentionibus, vel quod verum est, minorem, omnē autem in distentionibus non percipimus: planum est nec totum nos in contractionibus sentire. Totam autem distentionem nō sentiri, sed eius principium imperceptibile esse intelliges, ait idem Gale. si cum animo tuo cogitaueris motum, quem arteria orditur, impartiri necessario primum corporibus, quæ illam cingunt: deinde vniuersæ cuti, tum digitis nostris denique. Quā ob rem non potest in illa distributione motus nihil poni temporis: & si hoc verum est, necesse est, motus initium lateat. Quare tanta distentionis pars non sentitur, quanta inter arteriæ primum impetum motus, & ictus vsque ad nostrum tactum distributionem intercedit. quæ in languidis simul & magnis, quos leuiter tangimus, plurima est, minima in vehementibus, quos comprimendo dignoscimus. Vltimam verò distentionis partem, & primā contractionis, & proinde omnem externam quietem, tantum manu admouenda, maxime quanta sit, percipias, aut si premere etiam liceat in vehementibus quidem pulsibus, hactenus vrgendo, vt ne motui obsis. internam autem (vnà tamen cum partibus vtriusque motus, fine videlicet contractionis, & initio distentionis, quæ sentiri non possunt) si premas quoad tibi per præsentem vehementiam liceat, ita maxime dignosces. externam certe quietem à motibus seiunctam animaduertes. Sed cautissimum erit citra vllam vim applicare tactum. Contra internam, ni urgeas & comprimas non cognoscas. ad horum autem perfectam cognitionem, qui sese componere, & accommodare volet, primum se exerceat in systole & interna quiete cordis, quum id vehementissime pulsat, quæ pectoris contactu conspicuæ sunt. Motibus autem ambobus & vtraque quiete rectè cognitis ceu quatuor elementis ex quibus pulsus constat, pulsuum differentiæ omnes, haud difficulter dignoscuntur. Pulsibus enim qui moderati sunt, in optima constitutione prius perceptis, cum ijs reliqui omnes conferendi sunt. Exempli gratia pulsus, qui penes tempus motus moderatus dicitur, non ex interualli, nec temporum quantitate explorandus est, sed ex ipsa motus qualitate, & quo pacto discedat ex locis animaduertēdus: cuius memores, qui decedere celerius videtur, celerem; qui tardius, tardum, appellamus, & sic de cæteris statuendum. Ad longitudinem autem dignoscendam summa cautio est, vt præter omnem pressum tactum admoueamus. Tum enim ad vehementes, tum ad debiles pulsus pertinet, vt cordi viciniores arteriæ partes, si premantur, magna iniuria subiectis fiat. si verò remotiores præmantur, sæpenumero nullam, quæ animaduerti possit, si bene vehemens pulsus sit. Interim tamen manifestam in non vehementibus in reliquis partibus noxam percipimus. Similiter vt latitudo, altitudoque cognoscantur, leniter palpare debemus. Tunc enim aut in pluribus partibus occursum arteriæ necesse est sentiamus, aut in paucioribus: quo cognito ad sensum ratio adiuncta nobis magnam distentionem suggerit esse, quæ multis partibus mouet tactum; paruam, quæ paucis. At vero duri proprium est (ait Gal.) præmere tactum, seu cutem & carnem tangentem, non autem euertere. Vehementis verò proprium est non præmere, sed euertere. qui etiam paulò post dicebat quod reuisus robur vitalis contentionis, præssus verò duritiem significat. Pulsus autem plenitudo, & an in arterijs spiritus tantum sit, an simul humores aliqui, tactu percipi non potest, vt exemplo abdominis aqua, vel flatu, aut alia materia repleti, dum illud manu tangimus, declarat Galenus, Rhythmi verò, cum reliquæ proportiones, aut vix, aut minime cognosci possint, ex Galeni consilio in collatione qualitatis motus distentionis, cum qualitate motus contractionis tum constituendi, tum etiam æstimandi sunt. At vero pulsuum vt & reliquorum omnium causæ, vt tradit Gal. ad tria genera reducuntur, quorum primum, atque præcipuum continens vocatur, quia pulsuum generationis causa est; secundum verò antecedentes, sicuti tertium externas quæ etiam procatarcticæ appellantur, continet. Hæc autem duo postrema genera pulsus non gignunt, sed eos qui iam geniti sunt, alterant, & immutant. Humorum enim crassities, abundantia, lentor, acredo efficere non valent pulsus, alterare valent. ita frigidū balneum,

Neq; cōtractio tota, neque distentio vniuersa percipi potest.

Cap. 8.

Loco cit. versus finem.

Cap. 9.

Vltima distētionis pars & ambæ qetes quo pacto dignoscendæ.

Cap. 10.

Gal. 3. de dign. puls. c. 2.

Loc. cit.

Longitud. cognitio, nec non latitud. & altitud.

Gal. 4. de dign. puls. c. 1. & 3.

Gal. 3. de dign. puls. c. 3.

Gal. 4. de dign. puls. c. 3.

Gal. 4. de dig. puls. c. 1. & 3.

Gal. 3. de dig. puls. c. 3.

Gal. 1. de caus. puls. c. 1.

balneum, vel calidum, hyems, æstasque, breuiter frigus, & calor, alterandorum pulsuũ sunt, non generandorum causæ. Primum causarum genus tres numero causas continet, nempe vsum, cuius gratia pulsus fiunt; facultatem abs qua, & instrumenta per quæ distenduntur. Harum autem primam impellentem causam, secundam efficientem, tertiam verò instrumentum vocant. causæ igitur externæ intercedentibus causis antecedentibus, quia variant pulsuum vsum, quę vna ex continentibus causis est, etiam pulsus ipsos immutant. Priusquam enim continentes attingat alteratio pulsus immutari non possunt. Et ob id principes hæ, & præcipuè causæ pulsuum sunt, cæteræ sunt harum gratia. quia enim externa alteratio ad continentes penetrauit, propterea pulsuum causæ dicuntur. Efficiens porrò causa est pulsatilis facultas è corde profecta: instrumenta sunt arteriæ, quæ facultatis impetum sequantur, eique obtemperant; impellens vsus est, atque mouendi necessitas, quæ omnium causarum prima est, & validissima. Hunc autem vsum, atque mouendi necessitatem in capite ed virtutibus cordis exacte declarauimus. Cordis enim arteriarumque pulsus tum spiritus regenerandi, caloremque totius corporis moderandi, refrigerandi, & distribuendi, tum fuliginis ex succorum adustione contracti è vestigio excernendi causa creati sunt. Quo et in loco multa de pulsatilis virtutis natura, quæ non sunt inauiter repetenda, manifestauimus. Ab his ergo causis necessitate quadam stimulata cordis facultas, efficit, vt per arteriarum distentionem nouus aer extrinsecus hauriatur, necnon etiam tenuis sanguis, vt insito calori refrigerium, & spiritui pabulum suppeditet. Per contractionem verò exusta spirituum fuligo. & quidquid denique præter naturam est, tum cordi, tum arterijs infensum, vt in sermone de cordis palpitatione declarauimus, expurgetur, & reliquis corporis partibus influens calor communicetur. itaque vsus, atque necessitas cordis facultatem ad pulsandum impellit: incitata facultas arterias mouet: hæ verò illius cedunt robori. Semper autem pro necessitatis conditione pulsus eduntur, dummodo facultatis subsit robur, & obsequantur arteriæ. Duo enim hæc facultatis, s. robur, & arteriarum constitutio, vt doctiss. notat Fernel. sæpe necessitatis significationes obscurant. etenim amplæ arteriæ pulsum ferè magnum edunt, exiles, & angustæ quales insunt pinguibus, & crassis nequeunt pulsum proferre magnum, ita si facultas robusta sit, pulsus natura magnus, & validus existit, si imbecilla paruus, ac languidus. His ex causis quibusdam vel in extremo senio validus, & magnus pulsus apparet, nonnullis vel ætate virentibus obscurissimus ac propè nullus. Facultatis itaque robur necessario vehementem pulsum facit, infirmitas languidum. Instrumentorum duritia durum, mollitudo mollem. sed circa vsum immutatum pulchra quidẽ & perutilis, sed valde difficilis occurrit dubitatio, an videlicet vsus proprium aliquẽ pulsum obtineat. Huic autem Gal. hisce verbis occurrit. Non tamen incremento natiui caloris, vel imminutioni vnum semper, & idem pulsuum genus ex necessitate consequitur. Nec enim celer, nec magnus, vel creber semper incidit, vbi aduritur natura: nec cum extinguitur, tardus, vel paruus, vel rarus. Attamen peculiaris magis est celeritas quidem & magnitudo robori facultatis, & caloris abundantiæ, & instrumentorum mollitudini, tarditas verò vti etiam paruitas contrarijs. Crebritas item nulli necessario de commemoratis adhæret, magis tamen propria facultatis est imbecillitati, copiæ caloris, duritiei instrumentorum. Et raritas magis ad contraria spectat, non tamen illis annexa perpetuo est. & hæc Galeni sententia est, quam cum semper suspectam habuerimus, proinde nos in capite de cordis palpitatione statuimus, quod vbi augetur calor primum quidem pulsus fit creber, quod si crebritate vsui non satisfaciat huic celeritas adiungitur. & si duo hæc non satis sint magnitudo tandem augetur, dummodo instrumentum sit obsequens, & imbecilla facultas non sit. si enim vt idem met Gal. fatetur, dum imminuitur vsus & homo multo frigidior fit primum raritas perspicua fit, deinde tarditas, postremo paruitas: ergo dum vsus augetur & calor increscit crebritas primum assumi debet, tum quia facilior est, tũ quia ad ipsam repetitionem pulsus facultas stimulatur. Vnde rectè in hoc dicebat Galen. quòd sicuti, dum vsus vrgebat, facultatem stimulabat, & excitabat ad officium: ita ęt quietem longissimam concedit (vt. s. pulsus euadat primo rarus) vbi non vrgeat. Sed quid aliud est ad officium excitare, & stimulare quam ad nouam actionem, & integrũ pulsum, seu ipsius reiterationem impellere? & hoc iure quoniam pulsus integer principale est, quod intenditur à facultate, magnitudo verò, atque celeritas sunt accessoria. Principale verò primo loco tum intendi, tum assumi debet. Ad hæc si contra-

riorum

Marginalia:

De pulsuum causis Causæ continentes.

Cap. 2.
Cap 3.

Efficiens. Instrumẽta. Vsus.

Fer. 3. pat. log. c. 3.

Aliæ aduersiones putiles.

An vsus peculiarẽ habeat pulsum.

Gal. 1. de cause. puls. c. 4.

Gal. 1. de caus. puls c. 7. prope finem.

Gal. lib. cit.

tiorū contrariæ sunt rationes & viæ, si vbi imminuitur caliditas ex Galeni sententia pulsus primo euadit rarus, deinde tardus, postremo paruus, ergo vbi eadem caliditas intenditur, primo debet fieri frequens præsertim cum id facilius fiat, & vrgens vsus facultatem stimulet. Vbi verò frequentia non satisfaciat accedit celeritas, & tandem magnitudo tanquam omnium incommodissima. Quare sicuti vsus imminuti raritas, ita vsus aucti frequentia, siue crebritas perpetua erit. Celeritas autem vel magnitudo quamuis aucto calori peculiares sint, non tamen perpetuæ sunt, quia, vt rectè ait Gal. vt celer, vel magnus pulsus fiat, tria oportet causarum genera inter se conspirēt, videlicet vsus vrgens, facultas valida, & tunicæ arteriarum molles, vel certe non duræ. Quot vero excellentiam caloris affectus sequuntur pulsuum, tot etiam ait Gale. generandi animalis spiritus usus. Quod autem crebros, vel raros, magnos, vel paruos, celeres, uel tardos pulsus, & reliquos omnes qui in singulis generibus excessus denorant, ad moderatos pulsus in unoquoque genere referamus, tum in sermone de palpitatione cordis, tum de pulsuum differentijs monuimus. Quo fit, ut primū quidem in pulsus moderati cognitionem penitus incumbendum sit, in eumque animus defigendus, ut qui regula sit & modus cæterorum. Is autem non nisi in optima corporis natura animaduertitur quæ & temperatissima est, & constitutione prorsus media, ac uera quadrata: & hęc de continentibus, & pulsum generantibus causis sint satis. Si vero de his, quæ pulsus iam genitos alterant sermo fit, quæ non per se planè, ut ait Gal. sed quòd mutent primas causas pulsuum vocantur, hæ vel antecedentes inter næque sunt, uel procatarcticæ & externæ, quæ etiam non naturales uocantur. Antecedentes, uel sunt præter naturam, uel naturales. Adeo ut causæ omnes pulsum iam genitum uariantes, & immutantes (ut tradit Gale.) partim præter naturam sint, partim naturales, partim inter has mediæ non naturales dictæ. Par autem est, ut ab naturalibus unà cum Galeno & alijs exordiamur, quoniam has quidem tenere ante omnes debet, qui cognoscere cupit, qua de causa, ac quatenus, ne dum in febribus, uerū etiam in omni præter naturam affectu, mutari pulsus contingit. Ex his enim conijcere ualemus qualem uniuscuiuslibet laborantis naturalem pulsum esse oporteat. Verum quoniam naturalem hunc pulsum ne dum in morbis, uerum etiam integra ualetudine, cœli status, corporis, animiq; motus, & aliæ externæ, & procatarcticæ causæ iugiter immutant, propterea secundo loco de causis non naturalibus dictis loquemur, vt etiam ab ijs tanquam natura medijs, ad eas quæ prorsus præter naturam sunt, facilior fiat transitus. Porrò de naturalibus verba faciens Gale. ita scribebat. Viri mulieribus pulsum ferè habent longe tum maiorem, tum uehementiorem paulò tardiorem, satisque rariorem. Vir enim muliere, multo calidior est. Quoniam vniuersum masculinum genus fœminino ualentius, & ob id calidius est, vir autem cū in multis laboribus uiuat, & mulier in ocio, ideo uir multo calidior efficitur. pariter mares in respectu ad fœminas uehementiores pulsus creant, sed longè vehementiores viri quam mulieres: quia contentionem illis naturalem in laboribus crescere oportet: his quia ociantur ferè, remitti. Robur autem facultatis & ipsum pulsus magnitudini aliquid confert. Ad hæc viri totum corpus ad perspiratum probe compatatum habent, excrementis vacuum, non compressum. Contra in mulieribus arteriæ alioquin minores, ab adipe, molli carne, excrementis pituitosis (spissum enim est, & malè per halitum digeritur earum corpus) & crassis, crudisque humoribus comprimūtur, & coarctantur. Et ob id earum habitus ad pulsus paruitatem omnino dispositus est. Instrumentorum autem mollities in eis ad magnitudinem nihil confert. Primò, quia sunt plures paruitatis, fortioresque causæ. Secundò, quòd cum late in illis viri à mulieribus distent, minimum dissideant in mollitudine instrumentorum. Tertiò, quia vbi nihil est quod grauat, vel coarctet, illic accommodatius ad magnam distentionē est mollius instrumentum: at ubi pondera, & coarctationes multæ, insttumentū quo mollius eò facilius cedit, & ad distentionem ineprius fit. Est aūt uirorum pulsus paulò tardior quia licet infirmior facultas, & calor parcior mulierum debebat tardiorem pulsum efficere: attamen quia harum pulsus multo minor est, eoque minus usui satis fit, auget, quantum potest, celeritatem: sed quoniam multum usui cedit functio ob distentionis paruitatem, aliquatenus uerò adiuuatur in celeritate, oportet etiam ut iam satis pulsus fit creber. Calidi natura multo habent maiorem, celeriorem, crebriorē, uehementiorem non ita multo. His enim refrigerij, & expurgandæ fuliginis magna necessitas adest, nec deest uirium robur, & insuper pulsus celer & magnus primo aspe-

Cap. 5.
Cap. 7.
Causæ antecedentes. & procatarcticæ.
Gal. 3. de caus. puls. c. 3.
Gal. li. de puls. ad tyr. c. 9.
Causæ naturales. Sexus.
Gal. li. de puls. ad tyr. c. 9 & 3. de caus. puls. c. 2.
Tēperaturā.
Gal. li. de puls. ad tyr. c. 9 & 3. de caus. puls. c. 3.

ctu ty-

ctu tyronibus vehementior videtur. Frigidi contra. Graciliores maiorem, rarioréque multo, uehementiorem paulò, dummodo gracilitas absque vllo alio affectu ei complicato accipiatur. Quia enim gracilitas sua sponte sola magis regiones arteriarum dilatat, & leuiora imposita corpora reddit, magnitudinem pulsibus non cōtemnendam conciliat. Vbi autem hæc crescit pari relicto vsu, tanto rariores fiunt, quanto fiunt maiores. Vehementiores autem apparent (licet non sint) quia rangentibus per subtiliora occurrunt corpora. Ascititiæ pariter habitudines corporis proinde pulsus, vt naturales, immutant. nam gracilis natura si quadratus euaserit, huic, qui talis natura est, similem pulsum habet: sin quadratus factus gracilis sit, assimilem gracilibus natura. Constat autem gracilitatis, & quadrati corporis citra facultatis immutationem, æstimandam differentiam esse. Iam etiam temperamenta corporis ascititia pulsus ea proportione mutant, qua naturalia. Calida calidis, frigida frigidis assimiles pulsus creant. Temperamentorum verò in humiditate & siccitate differentia in habitudinibus corporis continebatur. Nam siccis gracilitas, corpulentia est humidis familiaris. & corporis duritiam temperamenta sicca, mollitudinem humida comitantur. Itaque pulsus his mollis est, illis durus. Porrò pro ætatibus hoc pacto immutantur. Infantis puerique pulsus creberrimus est, rarissimus senis; omnes, qui inter hos intercedunt, proportionem seruant, prout ut ad puerum, vel ad senem propius accedunt. celerrimus item pueri iuuenisque pulsus, senis tardior. Reliquarum ætatum pulsus inter hos ambigunt. At senex à puero longè magis raritate, quàm celeritate, distat. In vehementiæ & magnitudinis differentia maximus est, vt in ætatibus pulsus iuuenum, minimus senum, medius & paulò maior puerorum. Iam vehementissimus iuuenum, languidissimus senum, medius inter hos puerorum. Nam pueri calore non pauco præditi sunt, ideo magnis egent distentionibus arteriarum: & quia crescunt, humores quamplurimos exhauriunt, & proinde vaporosorum & fuliginosorum excrementorum aceruum contrahunt, & ob id maximas arteriarum cōtractiones, desiderāt. Et quia animalis spiritus non solum nutriri substantiâ oportet, sicut in adultis, sed vnà etiam cum instrumentis augeri, ideò hoc etiam nomine maiores distentiones flagitant. Quo enim iuuenibus cedunt exuperantibus aduentitio calore, hoc vsu, quem imponit spiritus, resarcitur. Quare maximum, & celerrimum vtrunque motum requirunt. Sed licet quam maxime celeres sint, & magni (si, cum magnitudine tamen eos arteriarum compares) attamen vsui non satisfaciunt. & ob id crebris opus est motibus. In senibus planè contra habet: calor paucus cui par est generatio fuliginosorum excrementorum, & spiritus aialis nutritio. Verū pueri licet magnos habeant pulsus non tamen maximos habent etiam si eos ad arteriarū referas magnitudinem, quia eorum facultas ad summum robur non peruenit; & molles arteriarum tunicæ coarctantur. Sicuti autem pueri celeritatem habent parem in distentione & contractione. ita senes contractionem distentione tardiorem habēt, quia parum aut nihil ex adustis humoribus excrementi prouenit. est enim imbecillus calor, & parum nutriuntur, & non augentur. Distentionis verò vsus mediocris est, quia innatus calor ventilari, & spiritus animalis nutriri debet. quia verò nedum vsus à functione vndequaque completur, sed ēt per se est omnino exolutus, longè magis in raritatem immutant pulsus senes, quàm in tarditatem. ex quibus patet qua de causa differentiæ rhythmorum pro ætatibus oriantur. Cum enim vtriusque motus plurimus infantibus vsus sit, minimus senibus, & omne interpositum tēpus ætatum vtrunque vsum exoluat magis tamen contractionis: rationi consonum est, ut, quantum à pueris recedant ad senes, tanto semper vtrunque motum habeant tardiorem magis autem contractionis. Iuuenum autem pulsus est vehementissimus, quia eis validissima facultas. Senum contra. De causis verò non naturalibus hunc in modum loquitur Gal. Pro anni temporibus. Medio verè pulsus maximi sunt, & vehementissimi, vt in temporibus: nā calor temperatissimus est, facultas robustissima, & instrumēta in summa mediocritate sunt, neque enim humiditate madent, neque siccitate squallent, neque gelu rigent, ac congelascunt, neque calore quasi remittuntur, & languescunt: celeritate autem, & crebritate moderati, quia in temperie vsus est moderatus: pari modo medio autumno fiunt: progrediens autem ver non nihil de magnitudine, & uehementia detrahit, sed auget celeritatem, & crebritatem: tandemque ineunte iā æstate languidi, paruiq; qa lāguescit facultas, sed celeres, crebrique fiunt, quia crescit vsus. Autumni progressus cuncta imminuit magnitudinem, vehementiam, celeritatem, cre-

Corporis habitus.

Gal. li. de puls. ad tyr. c. ii. & 3. de ca. puls. c. 4. 11. & 12.

Aetas.

Rhythmorū pro ætatibus mutatio.

Gal. li. de puls. ad tyro. c. 9. & 3. de caus. puls. c. 6.

Causæ nō naturales.

Anni tēpus.

tem, crebritatem: ita ineunte hyeme in paruitatem conuertuntur,& remissionem,& tarditatem,& raritatem. Sicuti enim æstate crescebat vsus, & facultas languida reddebatur, ita hyeme contra ac æstate validior est facultas, non æque tamen, ac verè: sed vsus remittitur. Quare languidiores pulsus hyeme, quàm verè sunt,& vehementiores quam æstate. Respondet autem initium veris fini autumni, illius finis initio huius: Aestatis item principium suo,& principium hyemis suo fini. Proinde, quæ pari spatio à media æstate,& media hyeme in vtranque partem deflexerunt, similiter variant. in medio autem tum æstatis, tum hyemis languidi, & parui sunt, sed æstate minus parui, hyeme minus languidi. E regionibus verò & cœli constitutionibus, quæcunque vehementer calida fuerit, & æstuosa, æstati mediæ, quæ valde frigida hyemi, quæ temperata veri medio simillima est. Prægnantium maiores, crebriores,& celeriores pulsus sunt. Solus enim vsus mutatur ratione fœtus, quòd mulier non sibi iam soli respiret, & pulset, sed fœtui etiam cogatur. Somni initio minores, languidiores, tardiores, rarioresque reddunt: postea tarditatem pedetentim augent, & raritatem præsertim à cibo: at maiores fiunt & vehementiores: tandem ad remissionem & paruitatem redeunt, tarditatem, & raritatem retinent. Cum enim facultas concoctrix calorque se intro per somnum recipiat magis, & in altum, imminuitur, ac velut suffocatur vbi in aceruum subito incurrat ingestæ materiæ: quomodo ignem quoq; cũ in lignorum ingentem struem incidat. Et vt idem ignis, vbi superior euasit materia, roboratur, ac in magnitudinem eleuatur: sic innatus calor, cum fruatur alimento, confectis iam succis, in quos inuaserat, copiosior, quam ante sit, & validior.& ob id initio pulsus minores & languidiores, deinde maiores,& vehementiores fiunt. Verum quoniam dormientibus motus caloris, qui foras tendit, est imminutus, viget autem qui intro: contractionem oportet celeriorem fieri, (plurima enim in concoctione fuliginosa excrementa vigent) distentionem verò tardiorem. Iam verò & altera sui parte paruus est dormientium pulsus, cum enim motus, qui intro pergit, præpolleat, atque prorsus considat, plurimum contrahitur, distẽditur autem non plurimũ, sed quantum contrarius motus necesse habet reddere contractioni. Quam ob rem qui solam distentionem sentiunt, his pulsus necesse est in somnis paruus, & tardus videatur. Quod si internos motuum terminos ne exercitatissimi quidem attendunt; eò magis imperitos immensam partem motus præterire par est, totam propè contractionem,& partem non mediocrem distentionis. Dum autem partem motus latentem ad tempus quietum adiungunt, species fit pulsus rari, quamuis dormientium pulsus nihilo rarior sit, vt nec respiratio: sed aperte etiam in hac expiratio, quæ cum exufflatione fiat, maior est. At vbi absolutè succi confecti sunt, si in somno homo permaneat, immoderatus erit vtique talis somnus. Motus autem vterque fit merito minor, tardus, imbecillus, rarus, quia somnus,(quod vel ex Poetis audias) mortis est frater. Vna enim illi hæc cõuenit cum viuentibus, confectio alimenti, reliqua mortuis sunt similia. vbi igitur calor amplius in nutrimento non detineatur, neque propriũ suum motum, quo fertur foras, repetat, sed ociosus sit vtrinque exoluitur eius contentio,& fit languidus pulsus. & quia eius motus dissoluitur, paruus, tardus, & rarus fit. Quæ vbi increscant adhuc etiam atque etiam propemodum nihil mouebitur, at hæc mors est. Qui autem expergiscuntur, è vestigio pulsus magnos, vehementes, celeres, crebros, & cum quadam vibratione habent: quasi mox mediocritatem assequũtur. in somnum enim pedetentim incidimus, ex somnò verò ferè subito euigilamur, quãuis nec turbulenta insomnia, nec vociferatio, nec strepitus, aut tactus, aut similis causa nos excitet, sed motu innati caloris foras progrediente id fiat. Cum enim indigeat, simulq; desideret naturalis calor copiosam humiditatem, ideo in niscera conuenit, & uentrem,& fit somnus. Qui simulatq; ea satis fruitus est, ut naturalem iam qualitatem recuperauerit, expergiscũtur, quo tempore nõ citra uim aliquam conuersiones caloris fiunt. In alimento enim concoquendo succrescit humiditas uaporosa in poris, corporibusq; omnibus ad externam superficiem usque impositis. Vt ergo hanc discutiat,& meatus purget, & corpus sibi undequaq; penetrabile reddat, postulat primos uehementes, uiolentosq; motus. Quod ubi perspirabile, purumq; reddidit, mediocritatis naturalis reminiscitur, & ob id experrectis illico, pulsus magni, & uehementes,& celeres eduntur, & ob uim motus non nihil uibrantur, deinde ad mediocritatem natiuam redeunt. Exercitationes primò, quæ moderatæ sunt, uehementes (in exercitationibus enim facultas uniuersam adhibet contentionem) magnos, celeres, cre-

Regio, cœlique status. — Prægnans. — Somnus. — Expergiscentes. — Exercitatio.

Cap. 7. — Cap. 8. — Cap. 9. — Cap. 10. — Gal. li. de puls. ad tyr. c. 10. & 3. de san. puls. 13.

res, crebros pulsus efficiunt, vsus enim binis accessionibus increscit spiritu;s. exhauriendo,& caloris incremento. si multæ sint,& vires excedant,paruos,languidos, celeres,& crebros in summo. Nimium immodicæ, vt ægre iam laborans se possit mouere, aut non possit, sed vires exolutæ impensè sint,pulsus mire paruos,& languidos,tardosque,& raros. ob imbecillam verò facultatem languidi sunt, & parui, & quia refrigeratur vniuersum corpus,nec celeres, nec crebri. Balneæ calidæ sed moderatæ pulsus creant magnos, celeres, crebros, vehementes, corpus enim ex eis commoditatem aliquam percipit:immoderatè paruos & languidos,adhuc tamen celeres, ac crebros, quia facultatem dissoluunt, & vsum intendunt. Quod si hic non relinquantur, paruos languidos, tardos,& raros. Frigidæ balneæ illico paruos,ac languidiores quadãtenus,& tardos, rarosq; pulsus efficiunt. Postea, prout id fit,quod induxerunt:omnino vel torporem inducent,vel robur. Quæ torporem intulerunt, & refrigerarunt paruos,& languidiores,& tardos,rarosq; efficiunt. Quæ excalfecerunt,& robur cõciliarunt, magnos, vehementes, celeritate, & crebritate moderatos, in frigida enim lotione arteriarum motus plus intro,quàm foras fertur,quòd & calor illuc illico magis feratur. Quod si intus arterias possemus contingere, omnia quæ alias in distentionibus animaduertimus,hæc in contractionibus hic apparerent magnitudo, celeritas, vehementia. Sed quia id non licet, ab ijs quæ in distentionibus apparent totos pulsus sic appellamus. Cibus largus, vt etiam grauet facultatem pulsus inæquales, & inordinatos concitat. Modicus magnos, celeres,crebros,vehementes. Parcior quã qui satis nutriat,non æquæ,ac moderatus,cæterum minus mutat,neque id diu. Non enim in cibo tantum, sed & in alijs affectibus omnibus, in quibus oneratur facultas inæquales pulsus fiunt. Hoc enim imbecillam facultatem ab onerata distinguit, & simul cum eò proditur noxæ magnitudo. Si enim inter multos magnos, & vehementes pauci offendantur parui, languidique pusilla est noxa facultatis, sin contra appareant, ingenti onere opprimitur facultas. Parui verò, & languidi perpetuo fiunt nullo interpellante contrariorũ non in onetatis, sed ijs quæ dissoluuntur facultatibus. Dum verò per se validæ sint, sed abs qnopiam grauentur, & præmantur, contrarij commiscentur etiam si summè offensæ sint. Vinum, cætera quidem, pulsus, vt cibus variat: hoc verò interest, quod illico immutet, & citius mutatio à vino profecta recedat, quam illa, quæ à cibo: quod item celeritatem amplius & magnitudinem, quàm vehementiam, & crebritatem augeat. Quanto enim uehementius moderatus cibus constantiusque robur conciliar, tantum ferè vinum extollit magnitudinem. Quorum causa aperta est. nam appositio, quam facit,celeris est, quia humidũ est & calidum. Quicũque enim celerem requirunt appositionem, his humidum medetur, & multo iam magis quando calor dux est humiditatis. Quæ autem affatim, subitoque nutriunt, hæc celeriter deijciuntur. Ideo facile vinum per halitum digeritur, quia uerò amplius quam cibus calefacit, insigniorem adijciet magnitudinem, & celeritatem. Aqua minimam omnium ciborum & potuum mutationem inducit, quanquã perinde, vt cibi, & hæc mutet. Reliqua omnia, quatenus nutrire valent, uel calefacere, uel refrigerare hactenus arteriarum motum uariant. Iræ altus est pulsus, magnus, vehemens,celer,creber. Magnos enim pulsus natura creat iratis, & iudicandis: non tamen, quanto quidquid maius euadit, tantum etiam animaduertitur. Motus enim in altum & distentio arteriæ, quousque progrediatur, vniuersa conspicua est; motus obliquus ferè occultatur, eodem scilicet modo quo inculpata valetudine præditis semper ostendimus præpollere motum in altum. Itaque memores illius status pulsuum, quos moderatos appellamus, si iam comperiamus bene auctam altitudinem, nec multum latitudinem, sed omnino parum, vel nihil, rectè vocamus altos. Quod si manifestum accedat incrementum latitudini, magnos simul & altos vocamus: sin omnino obscurum, altos tantum. Si ambo increuerint altitudo, & latitudo, sed non multum latitudinem vincat altitudo, magnos tantum vocamus. Iratis ergo licet corpore sint optime comparato, fit pulsus altus. Distentionis enim summum excessum ne is quidem commodè ferat habitus, sed iam ex imo præmitur, & ex obliquo arteria, & pars dumtaxat superna tanquam soluta, & libera cæteris motu præstat. Hinc etiam fit, quod multis, qui gracili sunt corpore, nec facultate admodum firma, pulsus, si irascantur, magni, & non alti uidentur esse. Iratis itaque & iudicandis alti pulsus, & vehementes verè fiunt, quia facultas, ut, quæ molestiam exhibent, repellat, excitat seipsam. Quod etiam in animali cernas fa-

cultate,

Cap. 14. — Balneum.

Cap. 15.

Cibus.

Cap. 16.

Cap. 17. — Potus.

Gal. li. de puls. ad tyr. c. 10.

Gal. 4. de caus. puls. c. 2. & li. de puls. ad tyr. c. 11. & 2. de caus. puls. c. 13. — Animi accidentia. Ira.

Gal. 4. de caus. puls. c. 2.

cultate, non tantum vitali, seu pulsatili. Exoluti enim quidam extremæ per senectutem, vel morbum si latrones subito conspiciant ingruere, concitato cursu periculum aufugiunt. Cur autem celeres fiant & crebri clarum est. Lætitiæ magnus, rarus, & tardus est pulsus, at vehementia nihil differt. Lætis enim diffunditur per vniuersum corpus calor, & plus foras eius motus fertur: at in tristibus intro. Quare maior fit lætis, at non vehementior, neque enim ascititius ex affectu comparatur, nec validioris actionis vsus. Quod si nimia sit lætitia vt facultatem dissoluat, pulsus sæpe per accidens contrarij fiunt. At tunc pulsus fient, qui dum virtus dissoluitur, fieri solent, vehementiores enim affectus totam alterationem pulsuum per seipsos moliuntur. Tristitiæ paruus, languidus, tardus, & rarus est. Refrigerat enim & calorem intro concitat. ideo contrarios lætitiæ pulsibus efficit. Timoris recentis & vehementis celer, & vibratus, & inordinatus est, inæqualisque. Inueteratus iam similem habet tristitiæ. Hæc omnia, si valde diuturna sint, multumque vehementia, pulsus vt dissoluta facultate, consequuntur. Etenim dissoluunt etiam facultatem hæc omnia, statim si valida sint, diuturnitate, si non sint valida. Causæ demum quæ pulsus immutant, & præter naturam sunt, vel tales sunt quantitate tantum, vt monet Galenus, vel etiam genere. Quæ tales sunt quantitate sunt iam propositæ, nam excessus in quantitate naturalium causarum, & non naturalium descīscunt ad statum præter naturam. Eorum verò, quæ non quantitate solum, sed & genere sunt præter naturam immensus est numerus, vt itaque generibus & speciebus, quoad fieri potest, earum numerus complectatur, sciendum eas, vel pulsuum moderationem, vel æqualitatem, vel ordinem, vel rhythmum peruertere posse. Quemadmodum enim inter velocem & tardum, magnum & paruum, vehementem, & languidum, durum & mollem, crebrum & rarum, moderatum licet assignare: ita inter æqualem & inæqualem, vt ait Galenus, pulsum medium adinuenire non valemus, quod etiam de ordine, & eius perturbatione. Rhythmoque statuendum est. Causæ itaque quæ moderationem corrumpunt, ad excessum aliquem pulsus perducunt, eò quia vel vsum alterant, & permutant, vel facultatem, vel instrumenta. At verò quæ solum vsum mutant solam pulsuum moderationem peruertunt & interdum rhythmum, vt apparebit suo loco, æqualitatem autem aut ordinem nullo pacto lædunt. Et insuper non omnem moderationem auferunt, sed eam tantummodo, quæ vel penes tempus motus, vel tempus quietis, vel quantitatem distentionis spectatur. Quæ autem in facultatem agunt vel in instrumenta principaliter quidem proprias moderationes, quæ in actionis, & corporis arteriæ qualitate consistunt, secundario verò tum reliquas moderationes, tum æqualitatem, & ordinem immutare valent. Caussæ itaque vsum alterantes, vel ipsum remittunt, & imminuunt, & sunt causæ calorem natiuum imminuentes, & refrigerantes, vnde pulsus primo fiunt rari, increscente malo tardi, postremò parui, vt superius diximus: vel intendunt & augent, & tunc ex affectione præter naturam necessitas oritur, quæ cum cordi infensa sit, eam protinus excutere contendit. Vt autem in cap. de cordis palpit. diximus, triplex est talis affectio, videlicet spiritus defectus, quem cor pulsu resarcire contendit, caliditas extranea, quam refrigerare postulat, & aliena substantia, cuius expulsionem molitur, vt quum fuligo, vapor, aut humor, aliena, vitiosaque qualitate cor ferit, aut mole, copiaque premit, vt ibi vberrimè explanauimus. Hinc fit, vt per febres omnes frequens & celer pulsus edatur, &, si virtus non langueat, etiam magnus. Si enim languescat cum crebro paruus ac languidus existit. Iam verò pulsus differentiæ in longum, latum, & altum non ex rei necessitate proficiscuntur, nec vllius affectus essentiam, sed, vt docet Galenus, impedimenta solum representant, quæ circum arteriam incidunt. Etenim quam maxime potest distenditur, at distentionis magnitudo alias obtegitur, alias interpellatur, vel numero, vel crassitie, vel duritie circumiacentium corporum, vt membranæ, cutis, adipis, aut carnis, quorum gratia pulsus varius apparet, & alius sæpe quam necessitas exposcit. Sic corpulentis breuis, ac paruus, gracilibus longus & magnus, quadratis moderatus apparet. Causæ verò, quæ facultatem vitalem dictam lædunt, vel ipsam dissoluunt ac dissipant, vel grauant, & quasi deprimunt. Dissoluitur autem facultas alimenti penuria, morborum malignitate, animi affectuum vi, atque vehementia dolorum, vel diuturnitate, & immodicis euacuationibus & his quæ cordis, & arteriarū creant intemperiem siue in corpore

Lætitia. — Cap. 3.

Tristitia. Timor. — Cap. 4. — Cap. 5. & li. de pul. ad tyr. c. 11.

causæ præter naturā. — Gal. li. de puls. ad tyr. c. 11.

Gal. 1. de præs. ex pul. c. 4. post princ. & 3. de præs. ex puls. c. 3.

causæ moderationē corrumpentes.

Quæ vsum alterantes.

cur longus latus, & altus fiat pulsus. — Gal. 2. de caus. puls. c. 13. & 2. de præs. ex pul. c. 3. post med.

causæ facultatem lædentes. — Gal. li. de pul. ad tyr. c. 11. Gal. lo. cit. & 2. de præs. ex puls. c. 8.

Gal. 1. de praes. ex puls. c. 4.

contineatur, vt in succis, vel solidis partibus: siue foris accedant. Eius. n. robur in optima cordis temperie consistit. Degrauatur à materiæ copia, & ab instrumentorũ affectibus, vt inflammationibus, scirrhis, tumoribus, abscessibus, varijsq; corruptionibus. itaq; fatiscens & dissoluta facultas pulsum paruum languidum, & crebrum admodum reddit. vnde quibus ēt sine febre imbecillæ vt in animi defectione sunt vires, & quibus hę copia vel impuritate prēmũtur, vt in leucophlegmatia pulsus frequens, vt celer (nõ enim ex frequentia perpetuo febris iudicanda, vt post dicemus) at non illico magnus deprehenditur, sed verè paruus, ac languidus. sed vbi depressa solum, & degrauata facultas est, vertit in inæqualitatem pulsus, & ordinem perturbatum cum omnem alium, tum verò vehementiæ, & magnitudinis, de quibus infra suo loco dicemus. Quod si de causis, quæ instrumenta afficiunt, sermo fiat, dum corpus humore multo, eoque pituitoso perfunditur pulsus euadit mollis, vt in œdemate quod partem diutius tenuerit, in hydrope, lethargo, comate, siue ab humidiori cibo, siue balneis immodicis, siue à somno, siue à molliore vita voluptatibusq; succreuit. Hic tandem ingrauescente morbo, & uiribus languentibus, vndosus, & vermiculans euadit, ut post dicemus. Arterię autem durities pulsum efficit durum, uixque ullus est durus, qui non etiam paruus sit, licet non statim languidus, paruitatem uerò crebritas sæpius comitatur, & dũ urget usus, & uittus languida nõ sit, ēt celeritas. Durior aũt fit arteria uel siccitate, uel constrictione & congelatione, uel tensione. siccitas fit ab immoderato uini meracioris usu, à febrib. ardentissimis, ab hectica, rabe, & marcore, à quartana febre, à diuturnis euacuationibus, quę uel ex uentris profluuio uel intestinorũ leuitate, aut dysenteria, aut diuturnis uomitibus, uel simili cã proueniũt, à lõgi tpis fame, à melancholia, ab aquis sulfureis, & aluminosis. Constrictio interdũ à frigore fit, quod aëris, balnei, aut frigidę potionis uis intulit: interdũ à uitiosis fructibus ut pomis, & alijs qui uitteã crassamq; pituitã gignũt. Tensio ab ingenti inflãmatione à conuulsione, à scirrho iecoris, & etiam lienis, quia hic innumeris scatet arterijs illud uerò proprias noxas cordi facilè communicat, & arterias tendit. Causæ uerò pulsuum æqualitatem euertentes, uel eam quæ in uno pulsu est, uel eam, quæ in pluribus reperitur, corrumpunt. Si itaque in uno pulsu inæqualitatem inducant, huius prima differenia, quæ penes distentionis motum à quiete interpellatum spectabatur, intercisorum erat. Quæ cum rursus in plures differentias secetur. Si primũ celeriter concitata arteria, deinde parua interposita requiete, residuum denique addat distentionis tardè mota. Hoc accidit cum usus urget, & facultas, quantum in ea est, obsequitur, sed uel ab instrumentorum uitio interrumpitur, uel ab humorum insigni abundantia. Facultatis enim robur prioris motus demonstrat celeritas, & usum urgere motus indicat ille post quietem. si. n. non urgeret, inceptum motum non absolueret, sed ubi inhibitus primus motus esset, ibi distentionẽ desineret, unũq; faceret primũ pulsum, deinde, ut in collectina inęqualitate millies cernimus, seipsã ueluti colligens, uiresq; recuperãs, & omnẽ contentionẽ & uim aduocãs, unũ maximũ efficeret pulsum. quia ergo id ēt hic non fecit, usum declarauit urgere. immodici autẽ humores, uel instrumentorũ cõpressio, aut oppilatio motũ impediunt. primũ, quia ualet facultas, & usus urget: deinde qa siue copia sit humorũ, quæ degrauet, nihil obstabit, quo minus in media distentione subsistat facultas, & quasi respiret, & inde residuũ apponat: siue sit ualida instrumentorũ obstructio, siue cõpressio uiolenta, retineri hactenus uerisimile est motũ, quatenus spiritu deficitur locũ distentionis impleturo. At, quia omnino cõsistere, & retineri, oĩno significat obstructas esse semitas spiritus, ideo ēt cõpressionẽ, & obstructionẽ ualidã esse dicimus. in hac aũt prima differentia admodũ oneratur facultas à copia humorũ, ubi ex eorũ abũdantia gignitur is pulsus. cõtra est in ea in qua motus utrinq; celer est. qđ si prior motus tardus sit, ultimo tripliciter uariante, pessimus est status, qui utrũq; motũ tardũ habet, lõgè hoc cõmodior, in quo celer alter: medius inter utrũq;, ubi fit moderatus. ita tẽpus qetis quo lõgius eo deterius. cõtra diuturnius motũ tẽpus meliorẽ statũ declarat. ita utriusq; distẽtionis magnitudo optima. Paruitas pessima. ita vehemẽtia optima, remissio pessima, q̃ oĩa si in vno pulsu conueniãt, pessimus erit, si omnia commoda, optimus. Ille. n. si copia humorum oneret facultatem, valde declarat naturam superatam esse: si oppilatio arteriarum, cum præcipuarum esse harum, nec longè à principio remotarum, tum oppilationem indicat insignem: si compressio sit, & constrictio, innuit arteriarum locum

Gal. loc. cit.

causæ lędentes instrumẽta.

Gal. 1. de praes. ex puls. c. 9. & 3. de praes. c. vl.

causæ pulsus mollis.

Gal. 2. de caus. puls. c. 6. & 1. de praes. ex puls. c. 4. ante med. & 3. de praes. ex puls. c. vlt & 1. de diff. febr. c. 7. in fin.

causæ pulsus duri.

Gal. 2. de caus. puls. c. 4.

causæ æqualitatem corrumpentes. causæq; inæqualitatis in vno pulsu. Intercisorũ causæ.

occupa-

occupatum penè omnem. In eo in quo contraria reperiuntur, contraria iudicantur, id est facultas superior, oppilationes, & compressiones vel paruæ, vel non in nobilioribus partibus, vel procul à principio. Imparium pulsuum causæ à causis intercisorum secundum magis & minus differunt. intercisi enim causas habent validiores. Est autem proprium, dicebat Galenus, ijs, qui in contraria affatim mutantur, non solum grauari facultatem, sed etiam obstrui, & premi instrumenta, vt dum ex celeritate subito fiunt tardi, aut ex tardo primo motu euadunt celeres. Oriuntur enim hi cum ex obstructionibus, & constrictionibus minus difficilibus, quàm in intermittentibus, tum ex facultate copiosis humoribus onerata, minus tamen quàm in intermittentibus. Fit autem vibratus pulsus vbi valida sit facultas, instrumentum durum, vrgeatque vsus; quorum vnum si absit, non fiet vibratus. fit enim à violenta duræ arteriæ distentione, & eosdem, quos & pulsus durus, morbos denuntiat. Vsus autem vrgere dicitur cum vsum functio non implet. Non implet autem vel quòd imbecilla sit facultas, quæ in vibrato locum non habet, vel quia instrumenta contumacia, vel quia maior est vsus, fit autem maior, aut caloris abundantia, vel exhausto animali spiritu. Contumacia fiunt instrumenta per oppilationes, compressiones, & duritiem. Cuius causæ paulò superius fuere propositæ. Dicrotus autem fit vbi parte arteriæ, quam attingimus, partes vtrinque quas non attingemus, duriores sint, & frigidiores, & ob id etiam difficilius moueantur: ac deinde partem mediam præ ipsis in distentione concitatam retrahant intro, & iterum secum attollant. Tunc enim bis ferit, sed tamen perspicue vibratus non est. Alter qui satis vibratus est & dicrotus fit, vbi cum vibratione sublatæ arteriæ pars ea, quæ sola cute tecta est, facilè attollatur: aliæ autem vtrinque partes crassitudine, numeroque onerentur incumbentium corporum, adeò vt earum motus non sentiatur: necesse est ergo parte, quæ aperta est, omni iam sublata, partes non manifestas, quæ vtrinque sunt, adhuc attolli, & mediam, quæ delato iamdudum est, de integro, vnà cum illis, quæ vtrinque sunt, attolli & rursus ferire. planum est igitur dicrotum interim ex magna intemperie oriundum esse, paruaque duritie arteriæ in eum modum motæ: interim ex ingenti duritie coniuncta cum quadam imbecilli intemperie, vel crassitudine, vel abundantia humorum, & carnis. sed insuper pulsus bis feriés nec ab vlla quiete interpellatus, vt declarauit Galenus, interdum oritur propter inæqualem ipsius corporis cordis intemperiem. Quando videlicet inter se adeò contendant calidæ partes cum frigidis, vt subsistere interim necesse habeant calidæ retentæ à frigidis: interim celerius frigidæ moueri à calidis attractæ. Plures itaque in vnà distentione motuum differentiæ prodibunt, partim illam ad celeritatem concitantium, partim sustinentium, & morari cogentium, adeò vt etiam in medio interim ascensu subsistat. Vnde inæqualem cordis intemperiem, quæ ipsum corpus teneat visceris, ne dum pulsus bis feriens comitatur, (qui à dicroto mollitie distat) verumetiam ille, qui perdidit externam quietem, & etiam ille cuius impeditur distentio. Præsertimque si vnà contingat, vt quædam cordis particulæ sint percalidæ omnino, aliæ fumosa fuligine præfocentur, ad contrarios enim prosilient motus, vt alteræ distentionem moliantur, alteræ considant. Vnde tres numero differentiæ fieri possunt in distentione, & contractione: primo cum distentionem priusquam mensuram impleuit, contractio excipiat: altera cum prorsus completæ succedat externa quiete perdita: tertia, cum distentionem motus contrarius non solum absolutæ retrahat, qui debilior redditus reliquum sinat compleri. eadem prorsus in contractione eodem modo fiunt. Vndosi verò & vermiculantes pulsus fiunt, cum singuli motus semper terminentur quiete, seriem veluti vndarum, vel vermis perrepentis speciem contingit repræsentari. quod fit, vel quia facultas à copia humorum oneratur, & moratur contentionem, ac interpellat, atque diffindit illic, quò plurima confluxit. itaque existunt multæ distentiones in modum vndarum sese mutuo excipientes: atque quo loci diuisa contentio est, illic terminat undam quies. Vel id accidit, quia ipsa facultas etiam citra humorem langueſcat sola, nec uniuersam possit arteriam distendere, sed hoc particulatim faciat. Porrò, quòd inter hos pulsus interest, & illos, quos copia humorum constituit, magnitudo est. Vnde hi ob paruitatem uermiculantes, ob magnitudinem illi vndosi vocati sunt. Et causam habent illi facultatis imbecillitatem, hi humorum abundantiam. Tertiò consequuntur etiam extremam mollitiem instrumento-

Imparium cau sæ.

Vibratorum & bis ferientium, seu dicrotorum causæ.

Vndosorum, & vermiculantium causæ.

Cap. 5.

Cap. 6.

Gal. 2. de præs. ex puls. c. 7. & 8 & 3. eiusdē c. 4.

Cap 8.

rum, cum multa humiditate arteriæ imbutæ sunt. Vnde id eis accidit, quod in tenellis virgis apparet, quæ cum ex vertice apprehenduntur partes vicinæ parti præhensæ vnà attolluntur, remoræ verò flectuntur, ac demissæ manent. Et si valida sit facultas vndosus fit, quia magnas arteriarum partes poterit attollere. Si imbecillior vermiculans, quòd paruis interuallis tum contentio vincatur. Cæterum statim hunc necesse est etiam intermittentem fieri. Vermiculans itaque fit languente iam facultate, sed non nihil tamen renitente adhuc: & in hoc differt à formicante, quod non ita in extremam contractus est remissionem, & paruitatem, & apertè in vno ictu inæqualis est. Ideo quas, exitiales febres & acutæ, concitant syncopas hæ vermiculantem non habent. Reliquas facultatis dissolutiones ferè comitantur vermiculantes, potissimum si febres non sint coniunctæ, aut quàm minutæ. Quare cardiacas syncopas formicantes: omnes vehementer vacuantes affectus, vt sanguinis profluuia, alui fluores, choleras, validas purgationes, vomitus vehementes, vrinas copiosas; mensiũ immodica profluuia, & hemorrhoidum, fluorem muliebrem, & prauos sudores plurimũ comitantur vermiculantes; extremos formicãtes. & si his absint febres tũ multo magis vermiculantẽ inuenies, cũ clarũ, tũ admodũ diuturnũ. Illa autẽ inæqualitas ob quã in superiore, seu priore arteriæ parte prius apparet motus, quod Erasistratus perpetuum falso confirmabat, fit propter insigniter debilitatam facultatem, & duram arteriam, vt in hecticis & marcidis contingit. Decurtati verò imbecillitatem consequuntur facultatis à qua pulsus creantur. Cum enim à corde permeans in singulas arterias contentio magis ac magis in partibus remotioribus dissoluatur minores, & languidiores earum motus fiunt. Decurtati igitur, vt ait Galenus, facultatis imbecillitatem vnà cum corporis gracilitate arguunt, quod si eleuato primo digito sub secundo motus fiat quam antea validior & maior declarat quidem facultatis arteriæ debilitatem, sed minorem quam prior, qui non propter iniectorum digitorum grauitatem, sed ex se decurtatus erat. Quod si etiam partibus principio propinquioribus id accidat, quòd Galenus admittere non videtur, aut propter arteriarum inæqualem situm ea species oblata est, aut intemperiei inæqualitati accepta referenda est. Ita vt facultas partibus temperatis melius vtatur, intemperatis deterius. Nam siccum, aut nimium humidum, aut frigidum lentius, minusque mouetur. Melius tamen est, vt vnà cum Galeno dicamus eos ex natiua conformatione, non autem ex insalubri affectione proficisci. Pari modo innuentes, & circunnuentes fieri possunt, sæpius tamen fiunt, vbi inualida sit facultas, corpora autem arterias ambientia marcescant. Qua enim parte illorum maxime marcida, & ob id leuiore, emicare motus possit, ibi etiam maxime elucescit eius magnitudo. Ex situ autem arteriæ fit pulsuũ inæqualitas, dum ea propter tensionem distorquetur. Tensionem autem facere, & vicinas partes ad se trahere valent omnes præter naturam tumores, siccitas, frigus, immodicum, conuulsiua intentio, & inæqualis intemperies. Conuulsiuus autem pulsus, aut neruorum propaginem conuulsione teneri prodit, aut aluũ immoderatius, quasi poto elleboro fluxisse. Vniuersum enim neruosum genus cum arterijs coniunctum est, & principio inter se coniuncta. Arterias enim magnas cor cerebro vinculum societatis transmittit, cerebrum neruos cordi. Tremulus autem pulsus, vt ait Galenus, infrequens est, & apparet id temporis tantum, cum nec facultas semel prostrata sit, atque arteriæ tunica sit mollis, & corporis habitudo gracilis. At verò collectiuæ inæqualitates inæqualem cordis temperiem, & vitia instrumentorum, uel facultatis consequuntur. Nam aut oppilationes, aut compressiones, aut duritias, aut nimios humores subsequuntur: vt nimios humores accipias, qui ad facultatem æstimantur. Ex vsus autem alteratione non fit collectiua inæqualitas quæ aperta sit, quia nec repente, nec cumulate adeo vnquam immutari vsus possit, vt pulsus verbi gratia, prior sit magnus, vel celer, vel creber: alter tardus, vel paruus, vel rarus. Quæ tamen de vsu legitimo, qui ad innatum calorem conseruandum, & animales spiritus reparandos spectat, intelligenda sunt. Si enim calidus, aut teter, molestusque vapor, aut frigidus in cor statim irrepat, potest fieri, vt pulsus in crebrum, celerem, & magnum, vel in contrarium statum illico permutetur, vt in sermone de cordis palpitatione demonstrauimus, sed tamen collectiua inæqualitas q̃ pduret, & sæpius reuertatur, & alicuius momẽti sit nõ pducitur Ita aũt q̃ caloris innati fetuor qdã est ex se inæquales pulsus nõ pducit, sed solũ vbi adiũctus ad ea

Marginal notes: Gal. li. de puls. ad tyr. c. 11. & 2. de præs. ex puls. c. 9. — Causæ formicantis. — Gal. 2. de præs. ex puls. c. 9. Gal. 2. de caus. puls. c. 9 & 2. de præs. ex puls. c. 10. — Decurtatorum causæ. — Cap. 10. 2. de præs. ex puls. c. 10. — Cap. 11. — Innuentium & circunnuẽtium causæ. — Causæ inæqualitatis in situ arteriæ. — conuulsiui pulsus causæ — Cap. 12. Gal. 2. de præs. ex puls. c. 12. — causæ collectiuæ inæqualitatis. — Gal. 2. de præs. ex puls. c. 12. — Cap. 1. — Gal. li. cit.

ad ea aliquis timor fit. Quia tunc pulsus à causis natura cōtrarijs alterantur. nam propter vindictæ cupiditatem alti, magni, celeres, vehementes: quia vero timor est maior accipiendi mali, quam spes dandi cōtrarij fiunt. Quinimo ipse timor si ingens adeo sit, vt lędatur facultas & alteretur vsus pulsus reddit inæquales. Sciēdum autem quod vbi facultas in insigne imbecillitatē delapsa sit, pulsus semper languidi, parui, & tardi eduntur. Sed si ex se valida sit, sed à copia humorum degrauetur aut contumacia habeat instrumenta varios tum inæqualesq; efficit. Plurimos cum graui onere oppressa sit, languidos, & tardos & paruos, cum leui plerosq; vehementes, celeres, magnos. cum nec admodum grauis, nec admodum leuis offensio est, ferè, vt in copia contrarios. Et ita pulsus inæquales noxæ facultatis efficiunt. Instrumentorum autem vitia id agunt. quia vbi circumiectas arteriarū regiones aliud corpus insederit, coarctatæ nō possunt satis distendi, & ita singularum actionum defectio summam interim magnam coaceruat, vt longe ab vsu abiit officium. ibi iam facultas violenter cogitur propellere quæ sua instrumenta motu prohibuerunt. & ita maiorem, vehementiorē, & celeriorē pulsum molitur, crebrior enim à principio statim erat. sed cum nihil ferè proficiat, ne incassum defatigetur, hunc impetum nō seruat, sed refert se ad pristinum statum. Quod si humor arterijs offusus vehementibus motibus propulsus de loco in locum cogatur defluere, donec emanet ex corpore, vel tempore tenuatus, aut resolutus in halitum digeratur: diuersa ēt, & continens inæqualitas necessario fit: quòd nec pari copia humores perpetuo deinceps maneant, nec easdem coarctent arterias, sed ex partibus sępe ignobilioribus in nobiliores, & ex ijs rursus migrēt in ignobiliores. Quod si qua inflammatio, aut abscessus, aut scirrhus arterijs circumfusa corpora affiiciat, longioribus coguntur interuallis inæquales pulsus interpolare æquales. accidit ēt interim inæqualitas ex copia sanguinis in venas, aut arterias infusi, quæ sanguinis missione facillime sedatur. si enim sanguis qui in arterijs est, crassus sit, vel lentus, vel extremis earum finibus impactus, nec allicere spiritum, nec reddere valēt, ideo diuersas simul, & difficillimas faciunt inæqualitates. præcipuè si vel prope cor, vel procul quidem, sed in nobiles partes impingāt, obstruantq; illi succi. At si facultas vnà sit affecta cum eo affectu instrumentorum magis varia inæqualitas necessario fit. Et itē si cor infestet inæqualis intemperies. vbi enim aliæ calidiores, aliæ frigidiores sunt eius partes, ac hæ omnino mundæ, illæ abundantia excrementorum confusæ, non eodem impetu omnes ad munus feruntur, sed hæ anteuertunt, illæ cunctantur. vt aurē plures & maiori vi ad actionē properantes vniuersum cor excitant: ita cōtra vbi pauciores sint, quæ ad motum properant, q̄ cōsistunt plures, vniuersum in longiore quiete continent. ita motus qualitatem ex præpollentibus in se partibus cōparat totum viscus. Nam calidiores, si motui præsint, maturior simul, & celerior, maiorq; fit distentio: sin frigidæ serior, tardior, atque minor: ac subinde motus principatus maiori numero partium defertur: sæpe ēt magnitudini vsus. Quæ enim mire quipiam desiderant, hæ expeditiores ad opus, & intentiores sunt, ēt si numerum æquent non requirentium. Quum igitur longe alteræ plures sint alteris, pro illarum ratione mouetur perpetuo viscus, & agit. at si paulo plures sint, vel plane pares vicissim vincunt, atque vincuntur, & varios efficiunt & inæquales totius visceris motus. At si instrumentorum illæsus status sit, sed magnopere facultas infirma, inæqualitas iam dicta non fiet, sed mutila, & decurtata quam vocant, inæqualitas. ab admotis enim digitis victa facultas, minores semper, imbecilliores q; pulsus creat. In facultatis autē imbecillitate per magnus est excessus, & defectus. parua enim imbecillitas minores, & languidiores non autem decurtatos facit, quæ verò tanto hac maior est, vt iam facultati sint oneri applicati digiti, hæc decurtatorum auctor est. quod si reciproci sint, minorem annunciant imbecillitatem, quam si illic alicubi permaneant, adhuc enim facultas resistit, ac veluti colligens seipsam magnitudinem & contentionem auget. at qui permanent in extrema paruitate languidiorem facultatem ostendunt. sic, si semel deficiant, significabunt vltimam quandam imbecillitatem. verum hæc explorari applicandis digitis, nequaquam suspensis, apertissimum est, si enim eleuatis ijs, & mox applicatis inueniamus in singulis applicationibus motum deficiētem, veram abolitionem pulsus vocamus, non deficientem pulsum. ergo vbi admouenti digitos videatur motus exolutus, & tenenti applicatos paulatim prorsus desinat, eos vocamus deficientes, quorum status medius est inter decurtatos, & perfectam abolitionem. & hi tres status quantitate noxæ differunt. Quartus reciprocorum est decurtatorum, qui est omnium leuissimus.

Facultatis noxæ.

Instrumentorum vitia.

Causa continentis sed diuersæ inæqualitatis.

Causæ æqualis inæqualitatis.

Causa decurtatæ inæqualitatis.

Causæ reciprocorū pulsuum. & permanentium.

Causæ deficientium.

Cap. 2.

Gal. 2. de præsag. ex pulsi. c. 7

Cap. 3.

pissimus. Quintus est intermittentiū, qui præcedit deficientiū statū. Quod enim in vno aut altero erat, aut certè in numero pulsuum certo, id status deficientium in omnibus efficit. grauius autem facultas offensa est, vbi plures; leuius, vbi pauciores motus deficiunt. In his autem decurtatis, & deficientibus pulsibus, nec non in omnibus obscuris arteriæ motibus percipiendis æstimandisq; debemus, vt nos monet Gal. ita membrum componere, vt subter arteriam noster tactus sit. intercurrentium verò affectio intermittentium affectioni contraria est, incidunrq; vbi facultas valens copia humorum, vel instrumentorū oppilatione impeditur. vt enim ad repellēda quæ molestant, maiores sæpe & vehementiores & celeriores edit, ita plures, & alti pulsus fiūt. & ita decretoriam portendunt excretionem. Non solum autem facultatis infirmitas intermittentem inducit, sed & valida instrumentorum obstructio, aut compressio, & constrictio: vbi in se nil prorsus arteriæ allicere possunt. At verò quæcumq; causa inæqualitatem efficiat, semper firma & fixa est in ordinaris: in inordinatis aūt nō fixa. Insuper ordo, vt æqualitas naturæ, si quid aliud, familiaris est. Quare si alterū eorum sit conturbatum, minorem designat offensam: sin vtrumque maiorem. Concurrunt autem in inordinatis ambo: alterum in ordinatis, sed inæqualibus. Quare videtur quisque ordo perturbationi eiusdem generis præstare. sed oportet hanc adhibere distinctionem. quod cum ordo fixam, & perpetuam causam videatur indicare, perturbatio ordinis variantem, nec in vna manentem vel magnitudine, vel specie, vel regione, talis causa non perniciosior, sed incertior censenda est. potest enim hæc commigrando nunc in regionem ignobiliorem, nunc nobiliorem se conferre, & perinde vel mortem repentinam, vel salutem afferre. Ordo uero non inexpectatum, sed certum habet euentum in incommoda enim inæqualitate, vt verbi gratia in intermittente, certo cum exitio coniunctus est. in moderata vt inæqualitate magnitudinis & paruitatis constanter est lenis. Quod si cum pulsus vehementia ordinis perturbatio fiat, siue æqualis, siue inæqualis vehementia sit, cum signa adsunt concoctionis, expectanda aliqua iudicatio est, præsertim si alia signa iudicationis accesserint. Porrò quibus ætatibus multi humores insumuntur, quæ sunt vsque ad iuue itutem, in his parum distentio cedit contractioni, in his enim excrementa magis affluunt, & plurima opus est euacuatione. in cōtractionibus autem arteriæ per externam superficiem insensibiliter vacuantur. vnde cum contractionis vsus instet maior & celerior, fit contractio. in quibus verò paucissimi humores insumuntur, quod in senibus fit, contractionis vsus non ita instat, & perinde accidit oppositum. celeritas itaq; systoles (hæc enim sola dignosci potest) magnam prodit vstorum excrementorum copiam, quam natura contractione nititur expurgare, & ob id systole quam diastole celerior, putridę febris perpetuum est indicium. Et hæc celeritas non modo illius quam in uenis, sed etiam eorum est, quas vel in pulmone, vel iecore, vel liene, vel alia quauis particula putrescens humor accendit. Contractionis tarditas fit quum non multum excrementi putridi & exusti in corpore inest. vti etiam crebritas impuri excrementi copiā augeri testatur, quæ ideo efficit, vt externa quies minima fit. si enim longa fit excrementa arguit pauca inesse fumosa. De pulsibus autem, qui à diuersis præter naturam particularibus affectibus producuntur, & de quibus in 4. de causis pulsuum loquutus est Galenus, non est vt aliquid dicamus, quia hi in proprijs eorum tractatibus, & indicijs fuere descripti. Pariter ea quæ ex pulsibus fit præsagitio ex his, quæ de causis ipsorum scripsimus, facile colligitur. Sicuti etiam ex ijs, quæ nunc de febris in genere, & eius differētiarum signis conscribemus, & potissimum ex generali putridarum febriū præsagio, multa ad præsagia ex pulsibus attinentia, & ea quidē potiora cōspicua erūt.

Causę intercurrentium. Intermittētium causæ.

Gal. lib. citato & etiam 2. de præsag. ex puls. cap. 4. Cap. 14.

Causæ ordinem peruertentes.

Gal. 2. de præs. ex puls. c. 13.

Causę naturalē rhythmum immutantes.

Gal. 2. de præsag. ex puls. cap. 1.

Galen. 2. de præsag. ex pul. cap. 2.

De Febre per pulsus dignoscenda. Cap. VII.

Gal. lib. de pul. compend. c. 15.

QVAE igitur de pulsibus dicta sunt iam ad artis vsum, & exercitationē, & imprimis ad febrem ipsam per pulsus dignoscendam apertius sunt referenda. cum ad quempiam ægrotum (ait Gal.) quem antea non viderimus, euocati accedamus, spectandum imprimis est, mas ne fit, an fœmina: deinde ætatem considerabimus: tum qualis nos ambiens aer fit, siquidem ad eum quod ad anni tempus, regionem, cœlique constitutionem pertinet, refertur. postremo propria illius natura intuenda est: hæcque omnia in vnam summam colligenda, & facta coniectura qualem habere, eum bene valeret

leret, pulſum debuiſſet: quanta ſit migrationis ad ſtatum præter naturam magnitudo cognoſcemus,omnium autem alterationum,quæ corpori accidunt,certiſſimam aſſequimur in illis corporibus cognitionem, quorum noſcimus naturam. Quantum .n. à natura diſceſſerint ob cauſas præter naturam, & non naturales dictas,nulla poterimus exacte inuenire alia ratione, ſed quia non cognoſcimus hanc ſemper, quare nec in exactam vbique cognitionem veniemus, ſed à cognitione abſoluta tantùm aberimus, quantum ab naturalis ſtatus diſtemus cognitione. His ita conſtitutis, ne decipiamur, in febre dignoſcenda adhuc ſciendum eſt,ipſam, vel propriã ſuã naturã ſeruare, vel ab exquiſita, & propria ſui natura deflectere. Propriam verò ſui naturam ſeruat,vbi ne dum cor, verum etiam,quæ ei vicina ſunt, & quæ in eo continentur materiæ ad caliditatem vergunt,quod vt plurimum fit:& tunc dicitur propriã ſeruare naturã,quia,vt ait Gal.febris eſſentia cum in cordis nimio calore ponenda ſit, tunc propriam naturam ſeruat,vbi omnia vicina ei conſentiunt. Quod ſi in corde & reliquis tẽperamentorum pugnantia reperiatur,ita vt modo frigidius,vt ait Gal. cordis corpus æquo ſit, & in ventriculis ipſius contenta ſubſtantia calidior: vel è diuerſo ſubſtantia contenta,aut etiam pulmo,vel alia pars vicina frigidior,cor autem calidius,tunc oritur quidem febris,ſed non exactam naturam retinẽs,quia,vt inquit Gal. medius quodammodo ſtatus hic efficitur,ex duobus contrarijs conflatus,qui ſanè affectus,vel optimos Medicos fallere ſolet. Si itaque propriam naturam febris ſeruet,ea ex pulſu facilè deprehenditur,quia ratione febris creber,celer,& magnus pulſus euadit, nam aucto & copioſo calori, ait Gal.qualis febrilis exiſtit,peculiares pulſus ſunt magnus,celer,& frequens.& vt idem poſtea ſcriptum reliquit,cum tria febrium ſint genera. oẽs diariæ in magnitudinem,celeritatem,crebritatemq; pulſus quantum in ipſis eſt, mutant. Nam ſi concurrat alius affectus,miſtam oportebit eſſe mutationẽ ex illo, & hoc qui comitatur febrem. Pari modo febres hecticæ pulſus in eaſdem differentias conuertunt,quantum in ijs eſt,(cur autem in ijs paruus euadat parum poſt apparebit)amplius q; in his mutatur celeritas,quia,vt idem Gal notat,procliuius ad motum eſt calidius corpus,ſi reliqua ſint paria. At quæ ortæ ſunt ex humorum putredine ſimiles iã dictis habent pulſus,ſed in vigoribus vtrunque habent motum celerem & diſtentionis,& contractionis;prætereà crebritatem ex æquo mutant cum externæ quietis, tũ internæ: in initio acceſſionis non perinde,ſed magis augent contractionis celeritatẽ. In incrementis cum hanc,tum etiam externam quietem plurimum concitant, vt pulſus in illa creberrimus videatur. Et hi ſunt pulſus,qui ſoli febrium per ſe proprij ſunt, inquit Gal.reliqui omnes,qui febricitantibus accidunt alios potius affectus, quàm febres,ſequuntur,quorum affectuum,vt in cauſis pulſuum declarandis diximus, duo ſunt genera,aut facultatis.ſ.aut inſtrumentorum vitium. Quo fit,vt quamuis febrium hi proprij ex Gal.ſententia pulſus ſint,non ſint tamen inſeparabiles. vt.n. idem clarè affirmat,& ex propria ſententia profert, magnus pulſus non tantum calorem excellẽtem,ſed & inſtrumenta requirit mollia,atque facultatem validam,quæ duo vltima in hecticis vt plurimum deſiderantur:itaque magnus non erit calidæ intemperiei, & febris perpetuus. Et celer item poſtulat firmam facultatem, ſubdit ipſe,ac inſtrumenta, quæ promptè diſtendantur:& ita ne hic quidem perpetuus eſt. quia verò creber,ait,ſi largè vſui à magnitudine & celeritate ſatisfactum ſit,nulla fit ratione: ſi quidem hoc etiam oſtendimus,ſi non impleatur uſus,fiat:proinde perpetuus ne hic quidem erit. Verũ quoniam penes ordinem harum differentiarum pulſui, dum calor augetur, aduenientium à Gal.diſcrepamus,& dum loqueremur de cauſis pulſuum continentibus demonſtrauimus crebritatem,dum calor augetur,imprimis accerſiri, & quia nunc de febre propriam naturam ſeruante uerba facimus,cuius natura in calore igneo & proinde ſatis ualido conſiſtit,qui quidem à uicinarum partium, uel humorum frigiditate non refrangitur;ea propter abſolutè dicimus febricitantium omniũ ſolam crebritatem pulſus eſſe perpetuam, & inſeparabilem. poſt hanc uerò celeritas ipſa frequentiſſima,& familiariſſima adeo eſt, ut dixerit Gal. quod iure ſanè cenſuerunt plurimi Medici,atque præſtantiſſimi celeritatem febricitantium pulſibus eſſe perpetuam. Verum dubitaret quis an crebritas ſit perpetua, quoniam in acceſſionum febrium putridarum principijs pulſus manifeſte rarior ſecundum internam quietem fieri uidetur.cui breuiter dicimus quod quamuis in collatione ad externam quietem (quæ tũc temporis breuior omnino ſit, ut infra declarabimus, dum de temporibus putridarum dignoſcendis loquemur) quies interna uerè longior ſit; attamen ſi abſolutè conſi-

Febris vel exquiſitam naturam ſeruat vel non.

Dum febris propriã ſeruet naturã quo pacto ex pulſu & alijs inditijs deprehẽdatur.

Quæ pulſus differẽtia febricitãtib. ſit perpetua.

Celeritas febricitãtib. familiariſſima. Dubitatio. Solutio.

Gal. 1. de præſ. ex pulſ. c. 1. ante medium.

Gal. 3. de præſ. ex pulſ. c. 5.

Gal. li. cit. c. 3.

Gal. li. cit.

Gal. 3. de præſ. ex pulſ. c. 2.

Cap. 7. in prin.

Cap. 4. poſt medium.

Cap. 7. in prin.

Cap. 2. in prin.

Gal. 3. de præſ. ex pulſ. c. 3.

consideretur nullo pacto producitur, dummodo febris initium iam inceperit, tūc autem uerè statuitur accessionis principium ubi præter putridas fuligines calor materiæ putrescentis ipsi cordi sensibiliter & sufficienter fuerit impartitus. Apparet autem penes internam quietem valde rarus, quia cum in accessionum initijs calor & sanguis de tota superficie externa in uiscera confluat, & pulsatilis facultas intro, & in altum se recipiat, quemadmodum etiam in somni principio contingit, & hoc eo magis, quia cum putrida fuligo tunc temporis maxime vigeat, necesse est, vt arteriæ motus, qui intro pergit, præpolleat, & plurimum contrahatur arteria, hinc fit, vt pulsus etiā minor appareat, & quia internos motuum terminos, ne exercitatissimi quidem attendunt, eo magis imperitos, præsertim tunc temporis, cum pulsus contractus valde sit, immensam partem motus præterire par est, videlicet totam propè contractionem, & partem non mediocrem distentionis. dum autem partem motus latentem ad tempus quietum adiungunt, species pulsus fit rarioris, quamuis è contra se habeat. At verò ne in errorem rursus labamur, animaduertendum est, quod quamuis pulsus crebritas sit febris indicium inseparabile, non est tamen omnino proprium, quamuis id affirmare visus fuerit Gal. nedum enim aucto calori, verum etiam spirituum defectui, & alienæ substantię cor molestanti pulsus crebritas peculiaris extitit, vti ex eiusdem Galeni sententia licet colligere, & nos in sermone de cordis palpitatione apertè demonstrauimus. ne dum enim propter extraneam caliditatem, verum etiam propter spiritus animalis defectū, & propter alienam materiam cor ferientem & potissimum propter melancholicos adustosque vapores pulsus crebri, celeres, & magni etiam fiunt. Insuper quibus sine febre imbecillæ, vt in animi defectione, sunt vires, & quibus hæc copia, vel imputitate præmuntur, vt in leucophlegmatia pulsus frequens, vt celer est, sed paruus ac languidus. & ideo non est perpetuo ex frequentia febris iudicāda. Quare vt hos affectus à febre secernamus oportet & horum signa & cętera febris indicia diligenter perpendere, ac potissimum in inuasionibus ipsis, cum primum inuisimus quempiam, ambiguitatem cæteris signis distinguere: quorum vnū primumque est, ut manum, quæ modice calida sit, thoraci imponamus: tum qualis calor sit, perpendamus. si enim mordacem comperiamus, ęgrotum febricitare pronunciabimus, quamuis id ex pulsu nondum certo cognouerimus. sin thorax quodammodo refrigeratus videatur (solet enim interdum vnà cum toto corpore in quibusdam refrigerari inuasionibus) non erit tollenda ilico manus, atque hominem naturali in statu esse pronunciandum: sed diutius thoraci admota continenda est, interimq; animaduertendum, vtrum acer aliquis calor è profundo se efferat. hoc autem solum satis magnum argumentum Themisoni fuit ad cognoscendum, febri iactari hominem, si calor è profundo se extulisset. Itemque tussicula quædam exigua, quæ cum refrigeratione inuaderet: & oscitatio, & pandiculatio, & aliquis dolor, & in somnum propēsio, non absolutè quidem, sed quę esse insultum inuasionis declaret. Atque hæc quidem extrinsecus: in pulsibus vero non modo signa antedicta, notæ sunt, quibus febrium insultum cognoscamus, sed etiam si intermittant, aut aliam quampiam inæqualitatē, ordinisque perturbationem habeant. ex humorum enim ad intimas partes confluxu facultas grauatur. Et hunc in modum febris ipsius etiam prima germina, etiam si ad instar herbarum dum primum pullulant, difficile cognoscantur, nobis elucescunt. Cognoscimus autem ex Gal. monimentis hominem prorsus non febricitare, si neque calidum expiret, neq; thorax ipsius calidus sit, nec partes pectoris, neque aliæ, nec partes, quæ sub alis sunt, nec vbi costæ curuantur, nec quæ ad spinam vsque pertinent, quasi voluerit Galenus, quod si vnum ex his præsto sit indicium, hominem febris suspicione non carere. Si vero febris exactam naturam non retineat, ita vt inquit Galenus aliam ipsum cordis corpus temperiem habeat, aliam sanguis, & spiritus, qui sunt in eius finibus, inæquales pulsus nunquam fiunt, sicuti tales euadunt, dum corpus cordis inæqualis occupat intemperies, sed ex affectuum confusione pulsus medium quendam statum sortiuntur. cōfusiones autem affectuum modo protsus inter se contrariæ sunt, vbi .s. quo calidior moderato alter sit, hoc sit frigidior alter: modo non protsus, vbi alter plus altero deflexerit. Si itaque cordis corpus præter modum calidum sit materiæ autem frigidiores, aut tāto illud calidius est, quanto hæ frigidiores: aut multo illud calidius, quam hæ frigidiores; aut minus illud calidius, quam hæ frigidiores. prima differentia pulsum teptesentat ad vnguem moderatum magnitudine, celeritate, & crebritate ad remissionem autem tantum permutatur, quanto spatio naturalem

Margin notes:

Cor pulsus in accessionū initijs rarior appareat.

Gal 3. de caus. puls. lib. 9.

Crebritas quamuis à febre exquisitam naturā seruante inseparabilis sit, ipsius tamen propria non est.

Gal. loc. cit. 3. de præsag. ex puls. 2. & 7. Gal. 3. de caus. puls. cap. 10. & 12.

Febriū inuasiones quomodo cognoscantur.

Gal. li. de puls. compend. c. 15.

Gal. lib. de marcor. cap. 5.

Si febris exactam non seruet naturam q pulsus fiāt.

Gal. 3. de præsag. ex puls. c. 4 prope medium

Si corpus cordis calidum sit & vicina frigidiora.

ralem temperaturam viscus reliquit. robur.n.facultatis in optimo temperamẽto cor poris cordis consistit, & in casu proposito non ponitur in calefieri, sed iam calefactũ est, in hisce autem affectibus subinde obseruauit Galenus insigne etiam incrementum celeritati accessisse, non tamen hoc conspicuum perpetuo est, quantum.n.corpus ipsum arteriæ desciuerit à moderato temperamento, coniicere est ex celeritate, nã procliuius ad motum est calidius corpus, si reliqua sint paria. Vnde cum pulsus manifestum incremẽtum celeritatis percipiamus, subdit Gal. magnitudinis vero, atq; crebritatis nullam alterationem, magnopere in hoc corpore desciuisse ad calorem cor censemus, vicinaq; ei (siue sint materiæ contentæ, siue pulmo, aut pericardion, vt alia pars vicina) ad frigiditatem. iam simul pulsuum insignis remissio, & conspicua in eiuscemodi corporibus animaduertitur. Quod si nec celeritas clara, nec remissio sit, exiguo calore corpus visceris puta auctum. Hæ febres compluribus Medicis imponunt: nimirum, quod febre ipsi se liberos esse ęgroti affirmẽt: neq; febrem quia parua est, & viscus incaluit, aduertunt. Breuiter non est magna febris vlla hetica, maxime si paucum calorem viscus habeat. Qui igitur calor in totum corpus deriuatur ex corde, hic sensum solus inducit ipsius inæqualitatis fastidiosæ: quamobrem balneas desiderãt, vt alij fastidiosi omnes, & inæquales ex lassitudine, vel adustione, lotione intermissa, vel exercitatione: & pleriq; lætantur balneo, recreariq; se dicunt depulsam.n. inæqualitatem esse totius corporis, nec magnopere quicquam se offendi, balneo acceptum referunt. Sed de his in hecticarum, & præsertim pestilentium signis diligentius disseremus. Si vero cor calidius sit quã vicina ei frigidiora pulsus celeriores, maiores, crebriores, & languidiores iusto erunt. longius tamen ad remissionem, & celeritatem à natura diuertent. Quod si non ita longe viscus à natura deficiscat ad calorem, ei vero vicina longius ad frigiditatem, minores pulsus, & rariores erunt: celeritate vel similes erunt naturalibus si non multo frigidiora vicina sint; vel tardiores vbi multo. Remissio vero caloris quantitati respondebit. Si vero frigidius iusto sit ipsum cordis corpus, materia porrò, reliquaq; vicina calidiora, febricitabit quidem homo non hecticã quidem, vt in superiori affectuum confusione, sed vel diaria, uel putrida. & cũ non multum de natura est discessum in vtranq; partem, difficillime exploratur discrimẽ, præsertim in his corporibus, quorum naturalem statum ignoramus. Si itaq; sit diaria & ex æquo de natura discessum sit, pulsus in reliquis nihil à naturali differt (nisi vtraque insignis sit mutatio) sed languidior tanto erit, quanto viscus frigidius. Si putrida sit, par est perpetuo huius magnitudo non tamen ut naturalium, neque aliorum generum: verum, cum de natura aliquantulum desciuit, nihil fere: sin maiore interuallo, apertè in contractione celerior fit, sicut superior in distentione. iam etiã clare in externa quiete crebrior, & languidior apparet tanto, quantũ refrigeratum est cor. Si vero cor magis refrigeratũ sit, quàm vicina incaluerint, ac febris sit diaria, pulsus apertè languidiores erunt & minores tardi non perinde apertè, sed quanto frigidius sibi vicinis sit corpus cordis, ita rari ac parui pro portione erunt. si sit putrida languidus erit vt superior, sed illo minor in distentione, tardiorque. at contractio naturali celerior erit potissimum in accessionis initio, & augumento. Si vero cor minus ad frigiditatem declinauerit, quam ei uicina ad calorem, & diaria fuerit, pulsus tanto quàm par est imbecilliores erunt, quanto corpus cordis intemperantius, & maiores, & celeriores naturali, sed maiores, quam celeriores; ad hæc crebriores erunt. Quæ oĩa sunt accipienda pulsibus nec in duritiem, nec mollitiem apertè mutatis. nam mollitudo magnitudinem, raritatem, & tarditatem etiam augebit: durities vero paruitatem & crebritatem, & interdum celeritatem addet. Verum si cor calidius sit, & arteriæ frigidiores, quæ nã febris orietur? seruabit ne propriam naturam? seruabit profecto dũmodo ei vicina ad frigiditatem non deflectant, sed ei consentiant, vel saltem non aduersentur, nam febris natura in corde potissimum sui radicem, & propriam essentiam sortitur, ut in eius sermone aperuimus. Sed qui nam pulsus sequentur? ad hoc respondet Galenus inquiens, quod si cor calidius iusto sit. arteriæ autem frigidiores quia uel humores contineant frigidos nondum putrescentes, aut polleat alia frigiditas, his necesse est proprio affectu refrigeratas esse, ac calefieri à corde, quia uero facultatem, quæ ipsas moueat, ab eo influentem habent, unaque est contentio, quæ vnà cum corde distendat, atque contrahat arterias, ideo motuum prima exordia in idem incident tempus, siquidem ab illo facultatem citra omnem offensionem recipiant. (& ex hoc adhuc magis apparet pulsus crebritatẽ febris propriã naturã seruantis esse perpetuam)

Gal. loco citato

Gal. 3. de præsag. ex puls. cap. 5.

Si cor frigidius, & vicina calidiora.

Si cor calidius sit, & arteriæ frigidiores, qui pulsus fiant.

Gal. 3. de præsag. ex puls. cap. 3.

perpetuam) & magnitudinem, & celeritatem, & vehementiã non ex æquo vtraq; obtinebunt: sed cor tunc singulis atterijs maiorem celeriorem, vehementioremq; pulsum habebit. motus. n. illę principium à corde habent, rationem vero sui singulæ motus, prout cordi consentiant. consentiunt autem quæ simili sunt temperamento quocunque modo cor agat: quæ contrario, quatenus ex illo immutatæ fuerint. Quocirca contingit aliquando vt arteriæ, quæ frigida est, sed à corde calefit, nec paruum pulsum, qui frigidæ est edat, nec magnum, qui calidæ, sed moderatum. ita celeritas, & vehementia moderata erunt. quod percipiemus, si eodem tempore altera manu cor, altera aliquam arteriam tangamus. Si vero accidat, vt eodẽ tempore arteriæ sint frigidiores & cor imbecillius, non eodem tempore accipient ex corde influentem facultatem, sed cordi propiores primæ remotiores posteriores, vt etiam, dum de causis inę qualitatis in vno pulsu loqueremur, & potissimum decurtatę, declarauimus. Pariter si arteriarum frigidiores sint partes, quæ longius à principio distant, quod in accessionibus quibusdam, & in febribus liparijs accidit, non solũ partes cordi propinquiores maturius incipient, verum etiam motum reddent celeriorem, atque maiorẽ, contentio autem per eos status in omnibus imbecilla videtur, sed in remotioribus magis. Et hæc de signis febris tum exquisitam, tum non exquisitam naturam seruãtis, dicta sufficiant. Si enim cor frigidius, arteriæ autem calidiores æquo sint, cordis pulsum tantum alterabunt, quantum de natura desciuerint. vnde interdum etiam similis erit moderato pulsus arteriarum quo ad magnitudinem, & celeritatem, cum cordis pulsus minor & tardior sit; sed clarum est, ait Galenus, hosce affectus febre vacare, refrigerato duntaxat ipso corde à succis frigidis iisdemq; lentis, & crassis. sane infrequens est hic affectus, tamen incidit interim, præsertim cum contineantur in pulmone tales humores. & tunc contingit pulsus esse inæquales fere, propter oppilationes, quas illi succi secundum oscilla vasorum ex corde enatorum moliuntur.

Si cor frigidius, & arteriæ sint calidiores.

Gal. 3. de præsag. ex puls. 4.

De signis differentiarum febris, & eius prognosticis, et curatione. Cap. VIII.

QVONIAM non sat est febrem in genere, & vniuersaliter cognoscere, verũ pro ipsius prædictione & curatione, cum febris differentias essentiales, tum etiam vniuersalia, & particularia eius tempora explorare oportet: neque enim quam quis victus rationẽ instituet, dicebat Gal. inuenire poterit: neque vnquam nutrire sine certa temporũ distinctione. Siquidem conijcere signis oportet statim ab initio, quando morbi vigor futurus sit, & quantæ laborantis vires existant. Si nãq; vigoris tempori etiã sine alimenti exhibitione sufficere queat, optimum fuerit, donec morbus inclinare cœperit, à cibo abstinere. Quod si vero sufficere citra cibum non poteit, protinus ab initio in quolibet tempore, quod alimentum admittit, alendus æger est, porro tẽpus hoc est remisionis, similiter morbi longitudinẽ, & breuitatem, nec non curandi facilitatem, & difficultatem sine temporum, & futuri potissimum vigoris propinqui, vel remoti cognitione, præscire est impossibile: idcirco cõgruus hic locus videretur, vt nedum de febris differentijs verum etiam temporibus unà cum Auicenna distinguendis, loqueremur. Verum quoniam ipsorum temporum contemplatio, atq; cognitio non quidem ad morbos immateriales, qualis ephemera, & hectica febris existit, sed ad materiales in quorum numero putrida ipsa febris est, principaliter & potissimum spectat: si quidem ex antiquorum decretis, quibus etiam Gal. fauere visus fuit, tempus motio quædam principaliter causarum est, inter causas autẽ materia ipsa in ægrotantis corpore contenta, vt in proprio sermone apparebit, potissimum locũ tenet, ex cuius deinde motione, tum ipsius morbi, tum omnium symptomatum motiones dependent; propterea de temporibus tractationem in vniuersalem de putridis febribus sermonem, tanquam in proprijssimum locum differre decreuimus. tum. n. vniuersalia, tum particularia tempora euidentissima, & typos, vt scribit Galenus, omnium morborum maxime febres habent. Similiter de signis quibus principales essentialesq; febris differentiæ distinguũtur, non est vt hoc in loco plura scribamus, cũ enim hæ vel à calore præter naturam, vel ab huius caloris subiecto, vt superius declarauimus, eliciantur. de huius subiecti signis in proprijs febrium tractatibus, ne imperfecti

Gal. lib. de totius morbi temp. cap. 8. et c. 7. & libro de morb. tempor. cap. 8. in fine.

Auic. lib. 4. de prima tract. Fen. ca. 3. & 4.

Gal. lib. de opt. sect. cap. 35.

Gal. lib. de typis cap. 2.

perfecti aliqua ex parte remaneant, diligentisſimè pertractabimus, & in diarijs declarandis ſigna indicantia caloris febrilis ſubiectum præcipuum eſſe ſpiritus, in putridis humores, in hecticis ſolidas partes, conſcribemus. Quæ vero à præter naturam calore deſumuntur, facile ex tactu ipſo & ex his, quæ in ipſarum explicatione propoſuimus, cognoſcuntur. Verum circa caloris febrilis magnitudinem, & exuperantiā dijudicandam illud nos docuit Galenus, quod nedum qualis calor tactui occurrit obſeruandum, verum etiam animaduertendus eſt etiam, atq; etiam in vnoquoq; pulſuum genere, quod copioſo calori peculiaris exiſtit, exceſſus defectusq;. ſi enim ſolus vſus & calor increuerit, & in naturali ſtatu maneat facultas, inſtrumētaq; & pulſus ad crebritatem declinent plus, quàm ad celeritatem, & magnitudinem, vt in principijs & declinationibus paroximorum contingere videmus, non ita copioſum puta eſſe calorē cordis. Si vero ad tres illas iuxta, cōtinuo, tum maiorē in modū immutabuntur, tum largum prodent calorem. Quod ſi crebritatem ſuperauerit celeritas, multo iam magis: ſi itē magnitudo, adhuc magis. ſi vero maximus pulſus idemq; celerrimus ſit, & creberrimus ſummum incrementū ſignificabit caloris, ſin celerrimus atq; creberrimus ſit, non aūt maximus, hoc niſi facultas ſit imbecillior, vel arteria durior, nulla alia rōne accidat: nihilominus cordis hic etiā calorem monſtrat. Iam quoq; vbi ingens ſit crebritas, nec ſimul celeritatis, & magnitudinis par incrementum, calorem quidem etiā tunc oportet eſſe copioſum, ſed vel facultatis imbecillitatē, vel inſtrumentorum duritiem. imbecillitati autem adiunctus erit languidus, duritiei durus pariter, & vibratus. ſi durus citra vibrationē ſit, atq; ſummè creber, imbecillem facultatē coniunctā multo calori nunciabit. oīno vero hic languidus etiam erit, & ſyncopę oſtentabit periculū. Verum ſi robur temperiem, imbecillitas intemperiem conſequitur, quomodo pulſus, qui pariter & maximus, & celerrimus, & creber ſit, nō modo calorem in corde amplū, verū etiam facultatis firmitatē poterit demonſtrare, & vehemens eſſe? ad hoc reſpondet Gal. quod aliud eſt incaleſcere, aliud incaluiſſe. nā vbi corpus cordis à ſubſtantia calfiat, quā continent eius ventriculi, poteſt firma facultas eſſe: quod etiā eſt in cauſa, cur plurimū celerrimè, & creberrimè inſpirent, & ſimiliter pulſent repugnante adhuc calfacienti ſubſtantiæ corde, & foris alterā, q̄ refrigeret parem calori allicienter. Quod ſi quando ſuccubuerit, atq; in eundem delapſum ſit, in quo eſt ſubſtātia, quam ventriculi continent, calorem: iam tum incaluit, nec poſthac incaleſcit tantū. cuius ſequitur intemperiem imbecillitas facultatis. Quantū attinet ad præſagia febris in vniuerſali conſideratæ, hæc, vt alia omnia, ex tradita febris natura deſumūtur. Cū itaq; vel febrē futuram, ex faciliq; accenſam iri prædicere poſſimus, vel facilitatē, difficultatemq; curandi, vel ſalutē, & mortē, vel aliqua mala, in quæ febris ſolet abire: Tunc febrē certiſſimè oriundam præſagimus, cum quis corpus febri maximè obnoxiū ſortitus (ſiue ab ipſa natura, ſiue poſt ortum & per habitus acquiſitos) in cauſas incidat vehementer calefacientes, quæ quidem ſuperius enumeratæ fuere. ad hoc.n. vt morbi fiant, ne dum agentium cauſarum vis, ſed potiſsimum paſsi diſpoſitio requiritur. Quæ autem corpora febri obnoxia magis, vel minus, aut minimum ſint, declarat Gal. dum inquit, qđ cum octo intemperies in vniuerſum ſint. opportuniſsima ad febres calida & ſicca eſt, neq; credendum eſt Gal. tunc temporis de febribus ephemeris ſolum loqui, vt moderni quidam ſomniātur, qui Gal. verba non aſſequuntur. ſi enim de diarijs, vt iſti arbitrantur, loqueretur, in breui oīno linearum, imò verborum interuallo, ſibi manifeſtiſſimè aduerſaretur. in proximo.n. ſuperiori capitę de diarijs, & de tēperaturis, quæ ad eas procliues ſunt, ſermonem habens, poſteaquā calidę & ſiccæ in qua amara bilis redundat, mentionem habuit, de calidis & humidis temperaturis ita ſcribit. ſanè diarię omnes promptiſsimè in iam dictis temperamentis accenduntur, idq; ex qualibet earū cauſarū quas modo in amara bili vitiatis naturis retuli, curationeq; perſimilē illis habent, ac in paucis omnino diſsimilem. nā cum hæ humidiores naturæ ſint, magis ferunt, quàm illę, famem ſitimq;. paulo autem ſupra earūdē ephemerarū cauſas proponens, & de ijſdē calidis & humidis naturis loquēs dicebat, etenim qualis eſt hircorū, talis eſt, & taliū naturarum tēperies. ideoq; prompta eſt ex qualibet occaſione tū alijs morbis, tum vero febribus corripi, ephemerarūq; occaſiones tandem enumerās ſtatim ſubdit, Nam qui hac intemperiē ſunt, cum ſtipata cutis eorum eſt, effugere febrē non poſſunt. Sed nec cum valentem cruditatē contrax ere, aut peruſti in ſole fuerunt, aut tale quippiā aliud paſsi. Quare dum primo loco Gal. calidā & ſiccā intēperiē proponit non q̄dē ad diarias ſolumodo, ſed ad febrē in genere cōſideratā reſpexit, & hoc maximo

Signa differentiarum à calore dſumptarum.

Gal.3.de præs. ſig. ex pul.c.2.

Inſtantia.

Solutio.

Gal. loco citato.

Prognoſtica.

Febribus obnoxia corpora.

Gal. lib. de cau. mor. cap.2.

Gal.8.method. cap.8.

Gal.8.method. cap.7.

maximo iure (neque .n. aliter loqui poterat) quoniã cũ febris sui natura & in genere (vt suo loco declarauimus) morbus calidus sit, cui tamen necessario siccitas iuncta est (est enim ignea caliditas) ea corpora huic siccæ, et igneæ caliditati obnoxia, & à calefaciẽtibus causis, de quibus superius loquutus fuerat Galenus accendi apta atque disposita sunt, quæ calida sunt, & sicca. quemadmodum enim humiditas caliditatem obruit, & obtundit, ita siccitas acuit, & adauget, & est in causa vt facilius ignescat. quare ad febrem, prout febris est, opportuuissima est calida & sicca natura. Ac nisi quis hanc (inquit Galenus) cibauerit, sed diatritariorum more trium dierum inedia afflixerit, ocyssime mutatur quæ in ea fit diaria febris in acutam. propter causam assignatam, in habentibus enim simbolum facilis fit transitus. Propinqua huic est, præsertim quod ad febrem attinet, quamuis ad alia sit deterior, calida intemperies & humida. Tertia ab his intemperies est simplex illa, sed in qua calidum exuperat. quippe opportunior est hæc quàm ceteræ, quæ sequuntur, tum vt omnibus supradictis occasionibus lædatur, tum ex diarijs in plurium dierum febres transeat. Huic proxima est in actiuis temperata, sed in qua siccum elementum humido præualet. semper enim respexit Galenus ad febris communem naturam igneumque calorem. ab hac deinceps media omnium est, quæ scilicet mediocritatem in vtraque oppositione seruat. Quatuor quæ reliquæ sunt intemperies neque facile febribus occasione iam dictarum causarum patent: neque diaria tentatæ, si inediam tolerant in plurium dierum febres transeunt. ex his autem, vt rectè inquit in hoc Auicenna, longinquiores à febribus sunt & potissimum ephemeris frigida & humida, & frigida & sicca. Verum non inutiliter dubitaret qs (ex cognitione enim præparatorum ad febrem præseruatio potissimum desumitur) cur Auicenna primo loco de calida & humida intemperie, non autem calida & sicca verba fecerit, & insuper, cur in sequentibus intemperantiis ordinandis, dum de præparatis ad febres naturis, & ab eis remotis loqueretur, semper humidam intemperantiã siccæ præposuerit, cum tamen à Galeno semper oppositum factum fuerit. huic possumus respondere Auicennam secundum locum calidæ & siccæ minime dedisse, sed tũ hanc tum calidam & humidam in prima sede vnã proposuisse, & hoc quia & ipse Gal. in cap. 7 octaui de metho. medendi idem facere visus fuit, & ob id in cap. sequenti cum calidam & siccam primo proposuisset, subiunxit huic propinquam esse calidam & humidam, vt per hanc propinquitatem significaret minimam inter eas differentiam esse. Auicenna tamen, quia summa prudentia præditus erat, de calida & humida primo sermonem habuit, & semper humidam siccæ præposuit intemperiei, quatuor potissimum dẽ causis. cum enim (si de febribus quæ non alijs subsequuntur, sed incipiendo fiunt, habeatur sermo) sicca intemperies diarijs, humida verò putridis febribus sit magis obnoxia, iure optimo calidam & humidam primo descripsit, quia, vt inquit Galenus, maxime omnium putredinis morbis hæc intemperies exposita est, propterea quod per ipsam sanitatem proximè putredinem accendit, veluti tum e x sudoribus conijcere est, qui grauiter his olent, tum verò ex vrinis, deiectione, atque etiam ipsa expiratione. Febres autem putridæ si cum cæteris conferantur, sunt longe omnium frequentiores, vnde, cum de præparatis ad febrem absolutè, & in vniuersali loqueretur, eam imtemperiẽ primo debebat proponere, quæ febri, quæ frequentius cõtingit, exposita erat. secundo sicuti diaria omni prorsus periculo vacat, & Medici auxilium ex se fere non exposcit, sed solùmodo id Medicus præstare debet, vt in febrem pluriũ dierum & putridam non abeat, ita puttida vtplurimum periculo non vacat, & non paucã sed summã Medici diligẽtiã requirit. qa verò ad febres præparata corpora ob id potissimũ proponuntur, vt ab eis præseruare ea Medicus sciat, proculdubio à vitijs periculosis corpora principaliter præseruãda sunt. Et iõ vt cautius ageret Auicenna primo de ijs, quæ putridis, & periculosis febribus sunt exposita, mẽtionẽ habuit. Tertiò præstantissimus hic vir calida & humida & putridis obnoxia corpora siccioribus ꝓposuit, qa cũ præparatorũ ad febres corporũ doctrinã profiteatur, ea potissimũ præparatiora dici merentur, q̃ ẽt sine occasione, & citra externã aliquã & præincipientẽ causam, in febrẽ incidũt. talia aũt sunt humidiora & putridis febrib. ꝓcliuia corpora nã putridæ febres ab interna causa oriũtur, ẽt si nulla causa externa præcedat, diariæ verò ab externa de necessitate originẽ ducunt. hecticæ vero vt plurimũ putridis succedunt, & raro admodum incipientes fiunt. & dum fiũt, ẽt ipsæ à causa ꝓcatarctica vt ab ira, mœrore, & alijs externis occasionibus accẽduntur. Postremò siccioribus humidiora prætulit, quia corpora humidiora molliora sunt, & data in actiuis qualitatibus paritate, sũt ra-
riotis

Gal 8 method. cap. 7.

Gal. 3. de præsag. ex puls. c. 4. versus finem.

rioris texturę & cōpagis, quā ficciora. in rarioris autē texturæ corporibus febrilis calor ēt ipsa solida corpora facilius pmanat. & ob id hecticę ante 35. vel 37. annū potissimū fiunt, vt suo loco dicetur, qa tūc tpis corpora molliora sunt. post id tēpus vero ficciora euadūt, & caliditas extranea p solidiores particulas vix pmeare pōt. neq;. n. credendū est hecticas post 35. annū pſertim & solū non oriri, qa corpora frigidiora sint, nā pter id qđ oēs hecticæ, vt ait Gal. paucū habent calorē, post cōsistentē ętatē febres ardētes nō raro pcreantur. Simili modo febris longitudinē, atq; breuitatē, quēadmodū & facilitatē, difficultatēq; curādi facile pūidemus, vbi caloris pter naturā cōditiones, & potissimū subiectū in quo primū residet, rectè cognoscimus. Si. n. calor hic absolutè cōsideretur quāto mitior erit, & minus mordax, tāto breuius, & facilius, posita subiecti paritate, eradicabitur. si fuerit intēsior, valde acris, & mordax lōgiori tpe, & maiori cū difficultate, & non nisi validiorib. auxilijs tolletur. si vero febrilis calor non absolutè, sed in respectu ad naturā ipsam, & ad mēbra, q̄ ab ipsa afficiūtur, & stimulantur, ppendatur, vt sic quanto magis acutus erit, & intēsus, eo citius extremos labores, velocioreq; motū habebit, febrisq; breuior euadet, vel. n. natura succūbet, vel citius, sed magna cū difficultate, atq; certamine periculoq; superabitur. Quantū attinet ad caloris subiectū quo magis tenuius fuerit, eo minus calor in eo residens pdurabit, facilius, q; dissipabitur. Vnde si sit in spiritibus tenuissimaq; substātia ēt citra Medici auxilium per se ipsum dissoluet. Si in humoribus fixus sit, difficilius discutitur; difficillimè vero vbi altius radices iecerit, & ad vsq; solidas ptes pmeauerit, & ipsū cordis corpus penetrauerit. vt exemplo aeris, vel aquæ, aut ligni, uel lebetis calidioris liquido constat. quod si causa, q̄ febrem ipsam creauit adhuc pmaneat, & ipsam adhuc foueat, cęteris paribus difficilius longioriq; tpe curatur, quàm vbi causa, à qua febris pcreata est, iam desijt. ex quibus ēt clarū est, qñ vel salutē, vel mortem prognosticari possimus. Quamuis. n. dixerit Gal. maximam esse vim febris, qa cum innati caloris, qui omniū operationum primū organū est, affectus existat, grauissimum sui natura vitiū censeri debet: attamen si eius subiectū tenuissmū sit, & spirituosa substātia, omni protsus vacat periculo. si subiectū sint humores periculo non caret. si sint calidæ ipsę partes in maximo discrimine, mortisq; periculo uersanē. potissimū nisi Medicus mira prudentia pditus remedijs ex arte, & quā citissimē ei obuiā fiat. similiter vbi calor adeo ingens, & exurēs fuerit, vt perferri vix possit, maximum imminet mortis periculū. Cum aūt febris calor igneus, & exurens sit, & subinde humiditates oēs depascat, propterea ex se quidē tum morbos frigidos & humidos, vt cōuulsionē ex repletione, & id genus alios profligare valet, tum calidam intēperiem in mēbris & potissimum sui natura calidioribus, uti est cor, & iecur, excitare: tum potissimū attrophias & totius corporis siccitates, & vbi valde exurens fuerit, siccas conuulsiones inducere solet. ex accidenti vero morbos frigidos (qm̄ ex humidi consumptione calor innatus in eo residens absumitur) & hydropas accersire potest. Illud autē in febris curatione ante oīa prospiciendum est, an causa adhuc adsit & permaneat febrim creans, uel febri excitata iam desijt, itaq; si iam febris pſens sit, sed causa, quæ eam excitauit, iam desijt, huc tantum sanandæ eius consiliū dirigetur, vt refrigeret, quęrēdaq; talis materia est, quæ cū redundante calore paria refrigerando faciat, est. n. febrilis intēperantiæ excessus in caloris abundātia, cui ad tēperamentum via est per id, quod refrigeret. At si in generatione adhuc febris est, causa, quæ eam accēdit, submouenda est. sin pars eius iam genita est, pars in gignendo adhuc est, vtriq; consulendū est: Primū quidem submouendo, q̄ eā accendit, causā, deinde extinguendo, q̄ ab hac accēsa est, febrem. cū aūt febris igneus siccusq; calor sui natura sit optimū est ex Gal. & oium sententia (quāuis siccitas morbosa non sit) p ipsius curatione auxiliū illud refrigerans adhibere, qđ ēt vim aliquā humectādi hēat, sed rectā huius pſidij administrationē potissimūq; refrigerij mēsurā & gradū, pauci sciūt. Quare vt tuto, & cito extraneus calor tollaē, oportet vna cū Gal. ad plures scopos respicere, q vel ad res pter naturā, vel secundū naturā, vel non naturales reducunē. inter res pter naturā est ipsa febris, seu igneus calor cuius potissimū tum qualitatē, & gradū, tum subiectū extimare debemus. quantū attinet ad gradū, & qualitatē, quāto magis erit intēsus, & exurēs, tanto validiori refrigerāte pſidio opus erit, quāto mitior atq; debilior, tāto mitiori vtendū erit, remediū. n. refrigerās recessum à naturali calore ad febrilē secūdū gradū, vt diximus, adęquare dēt, vel aliquātisper, si tutius, & nō adeo cito curationē peragere velimus, mitius esse dēt. si caloris subiectū ppendamus, id q̄to tenuius erit tāto ex se mitius auxiliū requirit, qa minor in eo reperitur resistētia insup quēadmodū refrigerātia remedia, q̄ intrinsecus, [illegible] a[illegible]

Gal. 3. de pr[illegible] sag. cap. 1. 4. post medium.

Gal. 1. de diff. febr. cap. 1. Cap. 10.

Indicationes

Gal. 8. method. cap. 1.

A rebus præter naturam desumptę.

ad vasa spiritus & sãguinis, & aliorũ humorũ facile deducunt, ita ad solidas ipsas particulas egrius pmeant pſertim, cũ frigida sui natura difficile penetrẽt, & in lungo trãſitu secũdũ uires refrãgant. Nec qs nobis hecticas objiciat febres in qb. mitiſſimis vtimur refrigerãtib. qa in his, vt superius ex Gal. ſnia notauimus, paucus caloris adest recessus, vt vix ex tactu, & pulsu pcipiatur, & insup qa hecticæ ſiccã intẽperiẽ annexã habent, paucus innatus calor in eis reperit, dum aut exiguus est, vt iã iã dicemus, valida phibet refrigerãtia, quia extinctionis periculũ imminet, & ex hoc obiter colligimus, cur hecticę difficulter pfligari poſsint, & cur vt remedia facilius ad solidas ptes, & ad loca ipsa male affecta deducant, tũ extrinsecus administratis, & balneis, & totius inunctionib. febrilẽ calorẽ mitigãtibus, tũ potiſsimũ alimẽtis ipsis refrigerantib. vtamur tanquã ijs, q̃ vsq; ad solidarum partium intima facilius deducuntur, quia à partiũ attractrice virtute, tanq̃ familiaria, attrahuntur. ex ijs autẽ, quæ sunt secundum naturã, tẽperaturã pſertim natiuumq; calorẽ diligenter ppendere debemus. Vnde si de caloris innati qualitate, & tẽperatura sermo fiat, calidiora corpora, dũ febricitant, mitiora postulant refrigerantia, frigidiora vero validiora. in his.n. ingens, in illis exiguus à naturali statu recessus indicatur, & sicuti, quæ pter naturã sunt cõtrarijs profligantur, ita naturalia similibus conseruari debent, vnde tpe morbi temperatura, etiã si ab ipsa mediocritate valde recedat, dũmodo in sanitatis latitudine constituta sit, semper sui similibus tueri postulat. Si vero calidi innati quantitatẽ cõsideremus, quo magis exiguum fuerit, eo mitiori refrigerante pſidio, ne labefactetur, erit vtendum. Si autẽ copiosum fuerit, validius refrigerans admittit. oportet.n. sempet calorẽ febrilẽ, seu gradũ illum, & recessum à natiuo calore ita remouere, vt natiuus qui remanet calor nulla ex parte penes proprium gradũ, atq; vires refrãgatur, & morbus frigidus febri contrarius promoueatur. hac de causa sicuti in hecticis in qbus tum natiuus, tum febrilis calor exiguus est mitiſſimis vtimur refrigerantibus, ita in putridis ardentibusque febribus, dum ætas florens, & corpus bene carnosum, aut minime squallidum existit, pp causas oppositas, vehementer refrigerantibus, & frigida ipsa vti sæpius consueuimus. Insuper quia calidũ hoc innatum ex Hippocr. sententia est ipsa met natura, natura autem, vt idẽ scriptum reliquit, est morborũ medicatrix, quia ne dum noxias materias ad expulsionẽ præparat & concoquit & tandẽ expellit, verum ẽt in morbis immaterialibus oĩa remedia, regit, & dirigit, idcirco vt curatio rectẽ succedat, oportet calorem innatũ in debita symmetria, atq; mensura conseruare, & subinde quia id non nisi aere, atq; sanguine congruo potest pſtari, oportet febricitãtẽ tum in optimo puriſsimoq; aere ambiente locare, ita tñ ut etiam febrili calori reluctetur, & acriores, & febriles effluxus non inhibeat, (quod quidem præstabit, si os ipsum ingrediens aer ad frigiditatem, at ambiens quod reliquum est corporis ad caliditatem vergat) tum eo optimo, alimẽto, qđ tum spiritibus, tum carnoso generi, tũ solidis ipsis partibus, (ex quib. virium substantia cõpletur) & eorũ quantitatibus, & qualitatibus sit opportunum, & febrem ipsam non adaugeat, sed potius remittat, alere conueniens erit. sed de his in generali putridarum febrium sermone diligẽtius differemus. reliqua vero quæ secundum naturã sunt vt ætas, corporis habitus, & alia temperaturæ proportione respondent. Tandem q̃ non naturalia sunt ad ipsum ambientẽ aerem potiſſimum reducuntur. qui, quidem si frigidior sit, quia tunc tpis curantis rationẽ obtinet, mitiora indicat refrigerantia, validiora uero ubi fuerit calidior, quia tunc morbũ fouendi uim habet. ex ijsdem humectãdi mensura depromenda erit, eodem prorsus modo uti de refrigerantiũ mensura dictũ fuit, hoc uno tñ discrimine, quia si calor febrilis unã cum morbosa siccitate fuerit coniunctus, ut in hecticis euenit, uberius humectare oportebit, sin aũt siccitas morbosa non fuerit, parcius moderateq; humectare conueniet. Vt autẽ humana corpora à febre pſeruentur, oportet ad duos scopos potiſsimũ oculos dirigere, nẽpe ad causas ipsas calefaciẽtes, & ad patiẽtis aptitudinẽ, siue dispositionẽ. oportet.n. inqt Gal. hoc in toto sermone memoria repetere, ꝙ nulla causarum sine patiẽtis aptitudine agere pôt. causæ itaq; oẽs calefacientes arcẽdæ sunt, in externis quomodo id fiat, ẽt uulgares sciunt, ubi q̃ nã ipsæ sint, prius pceperint. internas autẽ causas, & putredinẽ ipsam pcauere soli artifices norũt. oportet.n. ut docet Gal. si corpora ab ipsa putredine pſernari debent, ut pura, & ab oĩbus supfluitatib. oĩno libera cõseruentur, ita vt neq; plethorica sint, neq; vitiosis, & prauis humoribus referta & insuper libera sit in oĩbus meatibus eorum spiratio, & subinde obstructionibus, & adstrictionibus careãt. Quid autem ex parte patientis corporis efficiendũ sit, ex sermone de febri obnoxijs corporibus elici potest, oportet.n. temperaturam febribus & potiſsimũ putridis

Obiectio. — *Responsio.* — *Gal. 3. de præsag. ex pulsu c. 4.* — *A rebus secundum naturam.* — *Gal. 8. method. ...is.* — *Præseruatio.* — *Gal. 1. de diff. febr. cap. 4.* — *Gal. 1. de diff. febr. cap. cit.*

putridis obnoxiā(nam hecticę raro admodū incipientes fiunt)& ſubinde calidā,& humidā, contrarijs auxilijs remouere,non ita tn̄ ad tēperiē à febribus longinquam, & proinde frigidā,corpora ſunt deducenda, vt morbos calidos arcere nimium ſtudentes,ad frigidos morbos præparata reddamus, ſed ſatis erit ſi ea ad mediocrem in vtraque oppoſitione temperaturam deducantur,ita vt eucrata, ſeu tēperata abſolutè fiāt. & hæc de febre in vniuerſum dicta ſufficient, materias.n.medicinales in ſubſequentibus particularium febrium tractatibus diligentiſsimè conſcribemus.

De febre ephemera. Cap. IX.

Continuatio

DVM de febribus dignoſcendis, depellendiſq; ſpeciatim diſſeruit Gal. ab ephemeris perpetuo ſumpſit initium, tum quia omnium ſimpliciſſimę ſunt, vt ipſe ait, tum quia breuiſsimæ, curatuq; facillimæ.cum.n. ipſorum tantummodo ſpirituum affectiones ſint,& ſubinde ephemera febris calor igneus ſit in ſpiritibus primo reſidens, & potiſsimū in illis,qui per venas & arterias diffunduntur, & influenti quem vocant,calori ſubijciuntur,ijq; huius febris materia pcipuumq; ſubiectū exiſtant, neceſſe eſt,ut febris in ipſis conſiſtens omnium leuiſsima breuiſsimaq; , ac facile diſſipabilis ſit:nō qdē conſtans,ſed quemadmodū ſpirituum ſubſtantia leuiſsima calidiſsima, & tenuiſſima eſt,ita febris hæc veluti cito tranſiens, ac pręrfluens euadat. Qua qnidē de cauſa Græci conuenienti nōie deſtituti,clarioris doctrinæ gratia diariæ, ſeu etiā ephemeræ ei nomen indiderunt,quia ſæpius diei naturalis, vt monet Gal. interſtitium non excedit.cum aūt huic origo ferè à cauſis euidentibus ſit,ac præincipientibus,ſeu procatarcticis,quarum vi tenuis, feruiduſq; ſpiritus oīum quæ in corpore reperiuntur, promptiſſimè incenditur,& à nulla antecedentiū cauſarum ſui natura foueatur, ſed ipſis ēt ſemotis pſiſtat,& ab euidentibus cauſis,dum abſunt,& iam delituerunt,nullum curatoriū pſcribatur auxilium, iure optimo Gal. eam ſimpliciſſimā eſſe dixit. Putridæ vero quia ab humoribus putreſcentibus tum originē tum conſeruationē habent ſicuti abſq; propria cauſa conſiſtere nō ualent, ita ea nō ablata pfligari non poſſunt,qđ aūt hectica febris ſimplex calida intemperies morboſa non ſit, ſed ſiccam ferè annexā habeat,ex dictis de febris in vniuerſum natura,& dicendis in proprio hecticarum tractatu,planū erit. Porrò inter cauſas ephemerarum à Gal. proponuntur meatuum qui in totius corporis ambitu reperiuntur conſtipatio, vſtio,ira,refrigeratio,vigilię,triſtitia cura,laſſitudo,obſtructio,cruditas,bubo.His aūt Auic. ex Gal.monitis ſomnū, tranquillitatē,timorem,gaudiū,euacuationē,dolorem,ſyncopim,ſitim, crapulā, ſeu nauſeatiuā ſatietatē,cutis aſperitatem,& ſiccitatem adiunxit. Verū qm̄ neceſſe eſt,vt oēs iam enumeratę cauſæ ad quinq; illas calidi morbi cauſas, de quibus cū Gal.in ſecundo huius libri capite dictum eſt,reducātur, quamuis nemo ex modernis id aliquo pacto declarauerit,& quia inſuper ſine methodo propoſitæ difficulter memoriæ cōmitti oēs poſſunt, proinde ſciendū eſt cauſas iam allatas ephemeram febrem accendere, vel per mediū motū,vel rei calidæ viciniā adhæſiuve,vel mordacis, ſeu calidioris effluxus detentionem,& aceruationem,vel calidæ alicuius materiæ permixtionē,putredinē uero non eſt ut proponamus cum hæc non diarias, ſed putridas febres gignat, qđ ſi quis dicat ex putredine nō qdem humorū,ſed alterius rei,vt v.g.ciborū in vētriculo,ephemeras oriri poſſe,id nō negabimus,ſed hęc putredo febrē hanc per ſe primo nō accēdit,ſed qa ab ipſa putreſcēte materia,vel aliquis vapor calidus,vel caliditas p ptem poſt partē ſpiritibus cōicatur, in præſentia vero de cauſis immediatis & quę per ſe primo febrē accendūt,ſermo eſt. At vero motus ipſe rōne cuius diaria febris creatur,vel eſt ipſius aīæ, vel corporis: porro motus aīæ, vel fit ad intra, vel ad extra, uel eſt ex his mixtus,vel indiffereter cietur. Fit aūt ad intra in timore,nec nō ēt in ſyncope ipſa,in qua,vt ait Auic.pp agitationē motus ſpirituū calefactio ſubſequitur,ad extra aūt fit in vigilijs,gaudio,curis immodicis,& ſolicitudinibus, mixtus eſt in ira, atque triſtitia,ita tamen vt in hac motus ad intra, in illa vero motus ad exteriora pręualeat,quēadmodum in cap.de cordis uirtutibus ex mente Ariſt.in 1.lib,abunde declarauimus.Inſuper notat Gal.quod in ira nō oritur ſimplex animæ motus, quoniam eſt feruor quidam, ac vehemens motus potentiæ iraſcibilis in ipſo cordis corpore ſita,quo fit,inquit ipſe,vt febris à motu,atq; feruore natiuæ caliditatis originē habeat. Quæ aūt ex triſtitia fit ex ſolo motu,non aūt ex feruote generatur.indifferens autem aīæ motus fit ad quācūq; corporis partem in ipſo dolore,in quo natura, Gal.teſte,ad

Natura. — Cauſa cōtinua. — Nomen. — Cauſæ in vniuerſum. — Ephemerarū cauſæ diuiſiua methodo propoſitæ. — Quæ nō cauſæ diarias accendunt mediāte motu. — Motus animæ. — Ira quid.

Gal.1.ad Glau. cap.2. — Gal.9.metho. — Gal.8.method. cap.2.vſque ad 6.incluſ. — Auic.1.4.tra.1.cap.10. & Gal.2.de criſ. vlt. — Gal.1.de diff. febr.cap.3. — Auic.1.4.tra.1.cap.29. — Gal.1.de diff. febr.cap 3. — Gal 6.in 6.epidem com.7.& 5.4.bor.com.53.& 7.in 6.epid.4.

partem dolentē, vt ei opem ferat, & doloris causam procul expellat, vnà cum spiritib. & sanguine currit, quemadmodum in sermone de vitijs cordis aperuimus, quo fit, vt in dolore maxima spirituum agitatio, nec non etiam humorū suboriatur. Motus porrò corporis tum in nimio exercitio, & lassitudinibus, tum in euacuationibus immodicis locum habet, vnde de lassitudinibus loquens Gal. sic ait. Febris autē, quæ lassitudines sequitur, principium est, musculorum, neruorū, copularum, & atticulorum multa motio, quæ quidē primo quendā calorē concipiunt. hinc vero cōtinuatim calor ascendit ad cor, atq; inde homo necessario febricitat. de euacuatione aūt verba faciens Auicenna ita scriptum reliquit. Quandoq; accidit ex cōmotione humorum post ventris solutionē motus spirituum superfluus, & inflāmans in ipso febrem propter multitudinem lassitudinis, quæ sequitur ipsam. Porrò si de causis, quæ alterius caloris adhęsu mediante, diarias creant sermo fiat, hæ vel externæ sunt vel internæ. de his autē, quæ extrinsecus existentes calorem spiritibus cordiq; cōmunicant, hunc in modum Gal. scribit. omne quidem huiusmodi causæ genus fieri constat ex rei calidæ adhæsu, siue Sol, siue ignis (vnde vstio vocata proficiscitur) siue medicamen calidum cōtingat extrinsecus, aut proximum fiat, aut adhęreat, quæ autem intrinsecus, in corporeq; consistentes id efficiunt, vel sunt præter naturam, vel potius non naturales. præter naturā sunt potissimum bubones à quibus per partem post partem solus calor spiritibus, & cordi solet impartiri, semp. n. ait Gal. calefactæ proxima pars simul calescit, donec ad cor dispositio pertingat, non peruenit autē ad ipsum putrida fuligo, sed ibidē ꝑmanet in loco bubonis circūscripta sola alteratione per continuum facta, vsq; ad cor perueniente calore, vt in his qui solis calore deuruntur à primis partibus calefactis vsq; ad cor caliditas permeat. si vero præter calorem & qualitatē, materia aliqua calida ipsis communicetur, vt putrida fuligo, tunc febris non ephemera, sed putrida potius exoritur, vel si quis statuat ephemeram esse posse, tunc non quidem alterius caloris adhæsu mediante, sed calidæ substantiæ mistione febris generatur. & idem de cruditate, quæ fit in ventre dicendum est. si vero sint potius non naturales, vel inter eas, quæ secundum naturam, & omnino præter naturā sunt mediæ, ad has tum nimia fames, & inedia, tum nimia sitis, tum valida inanitio quocunque modo fiat, reduci possunt. Tunc enim ꝑp nimiā siccitatē, & humidi alimenti penuriam humores bilescunt, quia eorū caliditas exacuitur, qua mediante spiritus accēdūtur, qđ potissimū in calidis & siccis corporibus, & his, q̄ amara redundant bili, ut monet Gal. contingere solet. Calidi autem effluxus detentionē, & eius causas hisce verbis proponit Gal. Quæ aūt ex densitate cutis accenditur febris, qualis maximè frigefactis, atq; adstrictis corporibus solet accidere, mordaci effluxu in corpore aceruato cōtingit, semp. n. animaliū corpora difflātur, idq; duplici modo, effusis ad exteriora vaporosis, atq; fuliginosis superfluitatib. ac rursus attracto refrigerante, ac uentilante natiuum calorem aerea substantia. Cum igitur aliqua causa potentior cutim densans eos de qbus diximus meatus angustiores effecerit, ignius qdē in plethoricam dispositionē incidit corpus, qn̄ & vaporosum, & optimū quod effluit extiterit. Nonnunquam uero in febrē cum nimirū acre, mordaxque fuerit, quo tpe maxime, qm̄ intra corpus, quod refrigerandi vim habet non attrahitur, calor augetur. Acris autē & mordax effluit superfluitas his, qui aut natura uitiosos habent humores, aut prauis cibarijs (qualia sunt allia, cępæ, nasturcia, porri, brasicæ, ocyma, vrticę, & quęcunq; alia agrestia) vescuntur, aut sæpius cruditatē patiuntur. ꝑcertimq; vbi post tales cibos assumptos corruptā, ac putridam biberint aquam. Idē his quoq; accidit, qui supra modū laborant, aut vigilant, aut cogitant, aut medicamina acuta iugiter sumunt. Quū igitur plenum fuerit corpus hisce humoribus, nulla vero obstructio aliquod ex uisceribus obsideat, liberè autē totum aial per cutim difflētur ac refrigeretur: sanitate quidē fruitur animal, sed dubia, ac momētanea. cū aūt cōstringi terminū exteriorem, aut obstrui penitiorū partiū meatus cōtigerit: in constrictionibus quidē, quod nuper diximus, febrium genus consequitur, hoc est ephemerarū: in obstructionibus aūt, qđ paulo infra dicemus putridarū videlicet genus, & hæc Galenus., ex cuius verbis elicimus, quod ut alibi etiam testatur à causis euidentibus putrida febris ferè non generatur, nisi ephemera ipsa febre intercedente, cum ab ijs non prius humores, quàm spiritus inflammari possint. spiritus. n. propter maximam dispositionem promptissimè omnium, quæ in corpore sunt, incenditur. diximus autē ferè, quia interdum propter maximam humorum ad putrescendum dispositionē fieri potest, vt ab his ephemera nō mediante putrida febris accendatur, vt inferius in proprio

Gal. 1. de diff. febr. cap. 3. — *Auic. 1. 4. tra. 1. cap. 15.* — *Gal. 1. de diff. febr. cap. 3.* — *Gal. loc. cit. Gal. 1. de diff. febr. cap. 5.* — *Gal. 8. method. passim. Gal. 1. de diff. fe. r. cap. 3.* — *Gal. lib. citato. cap. 7.*

Motus corporis.

Causæ quę ꝑ mediū alterius caloris adhęsum diarias creant.

Causæ quarum vi calidi detinētur effluxus.

prio

prio sermone declarabimus. Sed ad cutis meatuum constrictionē, angustiamve reuertamur, quæ quidē vel propter eorū subsidentiam, vel obstructionem oriri potest fit autem subsidentia, vel pp cutis ariditatem, asperitatemve, vel propter adstringentiū vsum, siue sint medicamenta, ut olea adstringentia, siue eiusdem facultatis aquæ, uti ei cōtigit, qui in aquis aluminosis (quæ albula uocant) lauabatur uel propter refrigerationem ex tali aere, vel aqua perpessam. cutis autem ariditas, tum pp causas violenter calefacientes & siccantes, vt est solis adustio, vsus nitri, salis, exercitatio multa, frictio dura, frictio sicca, calida fomenta, puluis tum propter consueti balnei intermissionē exoritur. Obstructio vero vel ab humorum & sanguinis potissimum multitudine, uel ipsorum crassitie, uel uiscíditate & lentore promouetur monet tamē Gal. quod si obstructio adeo magna sit, ut multi, & crassi, & glutinosi impacti succi sint, quæ hos exci pit febris, fieri nō potest, ut intra fines diariarū consistat, quando ex necessitate huic, in mali succi naturis, putrida succedet. insuper calidi effluxus citra cutis meatus.n. an gustiam detinentur, & in corpore nonnunquam multiplicantur, & subinde diarias fe bres gignunt, ut notat Auicen. in nimio longiorìq; somno, & in immodica tranquillitate, & otio, cū.n. merito vigiliarū, & motus calidi vapores resoluantur, si somnus, vel quies diutius protrahantur ipsorum resolutio prohibetur, à quibus detentis spiritus deinde calefiunt. Postremo de calidæ substantiæ mixtione loquens Gal. hæc habuit. Quinta vero species auctę supra modum caliditatis, sunt esculentorū acres ac calidæ qualitates, vt alliorum, porrorum, cęparū & similium. nā & horum vsus immoderatus febrem aliquando suscitauit. & quidem calidæ potationes immodicæ, veluti vini vete ris, & acris, imbecillo corpori liberalius ingesti, & medicamenta acria, siue alexiteria, idest amuleta fuerint, siue venena, vt febricitarēt homines, causam attulerunt. Ad hāc quoq; causam cruditas ipsa, quæ ex nimia satietate, & repletione potissimū oritur, reduci potest, dūmodo eius generis cruditas sit, in qua, vt monet Gal. cibi in nidorulentam, & fumosam qualitatem corrumpuntur, quod in biliosis corporibus potissimū cōtingit, & in illis, qui poros amplos non habent, ex fumido siquidē vapore à cruditatibus eleuato, & vnà cū spiritibus permixto febris accenditur, potissimum si aluum adstrictam habeant, & si neglecto consilio domi, & in lectulo manēdi, ad solita opera cō uertantur, & adhuc magis si post nauseatiuā satietatem, exercitio, & motu, & deambu latione sub sole, aut balneo vtantur. Quod si etiam rosio, aut dolor, aut calor immodicus in ventriculo, & intestinis sit, hinc vtiq; uel longè magis affectio febrilis increscit. Mutationes vero, inquit Gal. crudi alimenti in acidā qualitatem, nec incidere in biliosis iam dictis naturis cernuntur, nisi admodū raro, idq; ex cibis, qui promptè ace scunt; nec febrē accendere diariam, æquè vt nec tarditas concoctionis: quando, sicubi pp talem cruditatem febricitant, quibus amara bilis in tēperamento abundat, obstru ctionis & humorum putredinis su picio est. Ephemerarū aūt dīæ non modo ab enar ratis causis desumuntur, non solū put ad inuicem differunt, verum etiā quatenus vel absunt, vel adhuc febrem gignūt & fouent, præsentesq; sunt, & dīæ hæ potissimæ cen sendæ sunt; verum etiā ab ipiarū ephemerarū duratione, seu breuitate, longitudineq; capiuntur. quamuis.n. vt plurimum vltra naturalē diem non protrahātur propter cau sam superius allatam; attamen nonnunquā, vt ait Gal. in multos porriguntur dies, & synochus sine putredine uocata febris exoritur, de quo post loquemur. cū.n. inquit, Gal. huius febriū generis vnica accessio fit, vno plurimū die ex ipsius saltē natura accessio hæc circūscribitur. Quippe, quęcunq; vel p Medicorum ignorantiā, vel ęgrorū intemperantiā, vel ministrātiū errorē, in eiusmodi febribus cōmissa, in aliud ipsas genus transferunt, hæc suæ naturæ spōtæ nō incidūt. Ergo ex adustione, cruditate, lassitudine, vigilia, animi pturbatione, vel bubone, q ex euidenti aliqua sit causa, nunquā ad tertiū vsq; diē progreditur febris accessio, nisi quid delictū circa laborantē sit. At qbus stipatio febris occasio est, ijs et vltra hos porrigi accessio pōt, potissimū dum sti patio, seu cutis densatio, ex valēti obstructione creatur. Sed de tali febriū ephemerarū genere postea loquemur. Ephemeræ autem cōiter, & in genere cognoscuntur, quēadmodum & cęteri morbi ex symptomatibus præsentibus ex prægressis causis, & ijs, qui subsequuntur effectibus. porro præsentia symptomata, uel ipsius corporis sunt affectus; vel functionū offensæ, uel ambo hæc comitantia, & potissimū, ut ad psentē locū attinet, excremēta. inter corporis affectus tāquam pprium & inseparabile harū febriū signum à Gal. caliditatis suauitas proponitur, in omnibus.n. calor vaporosus est, sed quibusdā statim quidem in primo contactu, quibusdam vero posterius. [illegible]

Margin notes: Subsidentia. — Obstructio. — Calidæ substantiæ permixtio à quibus fiat. — Calida cibaria & medicamenta. — Cruditas fumosa. — Differentiæ. — Sinochus sine putredine. — Signa. — Qualitas mutata.

Gal. 8 method. cap. 2. — Auic. 1.4. tra. 1. cap. 19. — Gal lib. de cau. morb. cap. 2. — Gal 8. method. cap. 5. — Auic. 1.4. tra. 1. cap. 34. — Gal. loco citato. — Gal. loco citato — Gal. 9. meth. 2. & 1. — Gal 9. meth. 1. — Gal. 1. de diff. fe. [illegible]

Gal. 1. ad Glau. cap. 2. offensæ ad pulsatilem functionē potissimum attinet, vnde dicebat Gal. quod maxima, & efficacissima in oībus febricitantibus signa in pulsibus, & vrinis consistunt. cum.n. febres oēs tum cordis, tum arteriarum, & venarum affectiones sint, cordis functio peculiaris primariaque pulsus est, venosi autem generis excrementū vrinæ sunt. Vnde si de pulsibus sermo fiat, oēs diariæ ait Gal. in magnitudinem, celeritatem, crebritatēq; pulsus, quantū in ipsis est, immutant. inquit autem quantum in ipsis est, quia ratione quarundam causarū, vt in signis differentiarū apparebit, fieri potest, vt pulsus magni non appareant. Vnde alibi magis distinctè loquens, scribit, quod cōmuniter pulsus ad celeritatem, & frequentiā promonetur, & nonnunquā ad magnitudinem. exquisitè autem seruat eam, quæ secundum naturā est, & æqualitatem, & mollitiem, & ordinē. admonet autem idem Gal. quod quamuis pulsus ad magnitudinē, ac celeritatē effatu dignam accedant: frequentia nihilominus à proportione deficit secundum exteriorē quietē, externa siquidē quies diuturnior euadit, & proinde pulsus in ea rarior fit, cū enim diariæ putredine vacent, contractionis vsus non augetur, quia fuliginosa excrementa expellenda non sunt, sed sola febrilis caliditas euentāda velocius est, & proinde sola interna, seu inferior quies breuior euadit, & ob id subdit etiā Gal. quod est magis inseparabile, ac proprium, quod nullo modo ad celeritatem ea pars pulsus, quæ systole dicitur, tendit. & si aliquando contingat hoc, minimū ac vix perceptibile existit, parumq; à naturali tenore mutatū. eadē de causa inspiratio expiratione maior, & celerior est. Inseparabile quoq; est æqualis, atq; incompressus ascensus in caliditate, ac pulsibus simul, non tamen proprium, cum & alijs quibusdam adsit: sicuti etiā consistente febre mediocritas: neque.n. hoc etiam est proprium, quāquam his maximè inest. Si vero de ipsis excrementis & vrinis imprimis loquamur. hę inquit Gal. neq; crudę, neque concoctę debiliter apparent, quia, vt alibi scribebat, nonnullæ quidē suspensiones, nonnullæ vero subsidentias bonas habent, quædam vero nebulas: omnes vero bene colorate sunt, & summatim omnino similes sunt ijs, quæ secundū naturam se habent, aut non multū à naturali statu recedunt inquit idem Gal. vnde vrinæ cōcoctæ inseperabile ephemerarum indicium est, non tñ proprium vt falso moderni quidam scripserūt, quia, vt rectè monet Gal. nōnunquam putridæ ex ephemerarū permutatione oriuntur, & in his vrinę in principio concoctionē aliquam præferre possunt. pariter proprium simul, & inseparabile signum est, si cum sudore, aut rore, aut omnino cum aliquo optimo vapore accessionis declinatio fiat. omnibus autem diarijs ait Gal. absunt maligna accidentia, de quibus docuit Hippocr. in prognosticis. Prægressas autem causas Gal. hisce verbis proponit. Vnum vero hoc est præcipuum febriū ephemerarum indicium, ab aliqua incipere causa recenti, ac manifesta, quæ ante præcesserit, quam omnes Medici iuniores vsitato vocabulo procatarcticā, siue præincipientē appellant, non est tamen proprium quia & aliarum quædam ex causa manifesta fiunt, quæ ante præcessit, in quarū numero, vt in proprio tractatu apparebit, hectica febris est. de putrida vero, vt superius quoq; notauimus id nō verificatur. ait.n. Gal. illud vero nonnunquā vsu venit, quod aliqua ex præincipiētibus causis sui rōne febrē accendat ephemerā, subsequitur autem altera ex putredine humorū, qñ quod afficitur corpus, ad id habile fuerit, hoc est impurū extiterit, ac superflua materia redundans, hęc enim cum in ephemeris immoderatū calorem contraxerit, & hinc putrescendi principium acceperit, alteram speciem febrium succendit, priori desinente. quare solū per mediam ephemerā aut aliam causam, vt obstructionē aliquam putridæ febres ex causis his procatarcticis manifestisq; gignuntur, non autē immediatè. Postremo hic potissimum in ephemeris effectus consequitur, qui ēt proprium & inseparabile earū signum existit, quod in his integra febris cessatio subsequitur, vt inquit Gal. quo fit, vt ea desinente arteriarū motus oīo assimiletur illi, qui in sanis percipitur: in nulla autē alia febre ad naturalē reuertitur habitum, quāuis multū tpis inter primæ accessionis finem, & secūdę principium intercidat. vnde in tertianis ēt & quartanis febris signum remanet, ut ait Gal. in ephemeris uero in totū aboletur eadē accessione cessante. At vero differentiarū quæ à causis desumuntur, signa bis tradidit Gal. his eisdē verbis. Nos aūt solemus eis causam, q̄ antecesserit, dicere, nō expectantes, vt illā ęgrotus anticipet enarrare. Si igitur remanētib. adhuc aīæ affectibus cōsideratio habeatur, tunc ex pulsibus maximè tētāda d'gnotio, ut in libris de pulsib. scripsimus. post has vero & ab alijs dignotio petenda. quos aūt pulsus efficiāt animi affectus, sigillatim, in sermone de pulsibus dū de signis febris in genere loqueremur, enarrauimus. Qd si illi iā cessauerint

Marginalia (left): Gal. 1. ad Glau. cap. 2. — Gal. 3. de præsag. ex puls. cap. 7. — Gal. 2. de crisibus. cap. vlt. — Gal. 1. de diff. febr. c. 7. — Gal. loco citato. — Gal. loco citato. — Gal. 2. de cris. vlt. — Gal. 1. ad Glau. cap. 2. — Gal. 1. de diff. febr. c. 7. — Gal. loco citato. — Gal. 2. de cris. cap. 13. — Gal. loco citato. — Gal. loco citato. — Gal. loco citato. — Gal. 1. ad Glau. cap. 20. — Gal. 2. de cris. ca. 13. & 1. ad Glauc. cap. 2.

Marginalia (right): Actio læsa. — Pulsus. — Vrinæ. — Sudores. — Causæ prægressæ. — Effectus subsequentes. — Signa differentiarum. — Signa motus animi.

fauerint, remaneat aũt diſpoſitio: paruũ quidẽ ex pulſibus habebis indiciũ. ſufficient autẽ tibi & ſine pulſibus reliqua. Cõiter quidẽ oĩbus vrinæ rufiores. Adiungitur verò his, qui pp triſtitiã febricitant acritudo potius, quã abundãtia caloris (hæc autẽ acritudo in collatione ad naturalem caloris ſtatum intelligenda, in relatione enim ad putridarum calorem potius ſuauis exiſtit) ſicuti ijs qui ob irã contrario modo. Et alibi dicebat, quod pulſus magnitudo, quam ira concitat, adiunctam habet vehementiã, quæ alioquin prudentem non lateat, ſi oculos reſpiciat vniuerſumque uultum. Quod ſi quis exprimere & tegere iram velit, fit inæqualis pulſus, magis que inæqualis his qui anguntur, & verentur. Sed & extenuatio corporis in his quos triſtitia, quam in his, quos cura vexauit, conſpectior exiſtit, & oculorum concauitas, & quædam inſolita decoloratio, & hęc quidem communia omnium etiam aliorum qui quouis modo cogitationibus impliciti fuerint, indicia ſunt. Sed præcipuè ex oculis diſcernendi licet. n. ex his etiam in ſanis animi affectum conijcere, vt paulò ſupra de iratis diximus, at in ægris ſigna certiora ſunt. Si quidem eos, qui propter diſciplinas, aut contemplationem aliquam diu cogitarunt, ab his, quos triſtitia corripuit, diſcernere oportet.

Gal. 1. de præſ. ex pulſ. c. 1.

Gal. 1. ad Gla. cap. 2. & 2. de criſ. 13.

Signa vigilię At eos, qui vigilarint, diſtinguit forma palloris: nam in ipſis facies eſt ſubtumens, & oculorum motus manifeſtus, vix enim palpebras attollunt: ineſt etiam palpebris humiditas. Nam his qui triſtantur, aut cogitationibus detinentur, ſicciores ſunt. Cõcauitas verò commune omniũ accidens eſt triſtitiæ, vigiliæ curarum, nõ tamen & iræ. huic enim neque oculorum concauitas, neque decoloratio manifeſta, & plus caloris, atque celerius ex imo prorumpit, neque pulſuum magnitudo deſtruitur, vt in vigilijs, triſtitia, & cogitationibus. Eorum verò, qui ex laſſitudine febricitant, cutis eſt ſiccior, pluſquam in aliqua alia ephemera. ſed hoc omnibus ex laſſitudine febricitantibus commune eſt in eo acceſſionis tempore, quod vſque ad ſtatum protenditur: poſt hoc verò pluribus, modo non ſint ſupra modum fatigati, quidam humidi vapores, aut calidus vapor ex intimo corpore effertur: quibuſdam verò etiam poſt ſtatum ſiccitas perſeuerat: quod maxime accidit his, quos ſuperfluus labor oppreſſit, aut refrigeratis, aut à ſole exuſtis ſimul cum laſſitudine. Et quidem pulſus non eodem in vtriſque modo ſe habent. quia parui quidem his ſunt, quos ſuperfluus labor vexauit. In alijs verò magni.

Signa motus corporis, & laſſitudinis.

Signa detenti caliditoris effluxus. Quæ verò cute denſata accidunt febres (condenſatur autem hęc aut ex frigore, aut qualitate aliqua, quæ adſtringendi vim habet, ſubitò ei adueniente vt illi qui aqua aluminoſa ſe lauit, accidit) hæ quidem ex omnibus febribus ſolæ ſunt adſtricta paſſio.

Signa denſitatis cutis. Has verò tactu cognoſcere licet: quemadmodum & aridas febres, & quæ ex laſſitudinibus, & exuſtionibus fiunt. Neque enim vel harum denſitas tactum lateat exercitatum. Sed & caliditatis motus in ijs quodammodo inaugeſcit, qui mitis in primo tactu ſentitur: acris autem ſi pluſculum tardemus. Non tamen & his vrinæ ſunt rufæ, neque corporis moles concidit, neque etiam oculi caui atque aridi ſiunt: quoniam etiam quibuſdam humecti magis, atque prominentes apparent, quam hi qui ſecundum naturam ſe habent. Pulſus verò non ſicut in triſtitia, curis, & vigilijs, & immoderatis exercitijs apparent minores.

Signa adhæſus calidę rei **Signa bubonis.** Quæ autem ex bubonibus fiunt, pulſus habent maximos, veloces, atque frequentes, multusque illis calor ineſt, ac poſt quam febris conſtiterit, ſtatim ex profundo quidam emergit humidus vapor calidus quidem, ſed mitis: acrimonia enim & mordacitas minimè omnium febrium, huic generi adeſt: atque vt plurimum facies rubicunda illis, & magis tumens, vt inæque ſubalbidæ.

Signa cruditatis. Quæ verò ex nimia repletione, & cruditate fiunt ephemeræ habent ſymptomata, his quæ concluſam febrem concitantur ſimilia, eorum enim oculi, & potiſſimum facies rubicunda fiunt, inflammatioque vehemens ſuboritur. pulſus autem magnus fit & velox, & vrina rubicunda. & dum perſeuerat tertium diem non excedit. & quandoque cum periodis quatuor, vel ſeptem accedit, vt ait Auicen. cum tamen ſit ephemera, & pulſus quietis tempore ad naturalem ſtatum exquiſite redeat. In nimia autem ſatietate vrina cruda eſt & aquoſa. & ſi huius nauſeatiuæ ſatietatis vigilia in cauſa ſit, in facie, & faucibus ipſorum inflatio conſpicitur, & in eorum palpebris grauitas apparet.

Auic. 1. 4. tract. 1. c. 34.

Signa obſtructionis. Quod ſi cauſa aliqua ex procatarcticis & manifeſtis non præceſſerit, & diaria febris diuturna & non ſimilem declinationem habeat, hancque ſine torida aliqua vel non ſatis magna p poros cutis euacuatione, eam ex obſtructione oriri ſuſpicio erit, potiſſimum ſi plurimi ſanguinis redundãtis, aut craſſorum, vel viſcidorum humorum indicia appareant. Et hæc inter ephemeras, quia cauſam fixam habet, quandoque in modum nouarum acceſſionum reuertitur. Et quoniam ſæpius cum frigore, eſt hor-

Auic. loco cit. c. 33. & Gal. 8. Met. c. 4. prope medium.

est horrore homines inuadit adhuc magis putridæ febris speciē, & similitudinem exhibet. Quemadmodum enim diariæ non sensim præcedente cibi fastidio, aut spontanea corporis lassitudine, aut grauiore somno, & frequenti oscitatione, vt putridæ febres faciunt, sed vniuersim repente inuadere solent, ita in ipsis aut nullus, aut admodum leuis horror initio fatigat, idque dumtaxat quum cacochymum corpus expirationem multam, eamque calidam & acrem diffundir, quæ ob cutem à frigore densatā, aut ob exilium meatuum constipationem suppressa, ferit partes neruosas. Sunt autem in has febres maxime propensi qui calido siccoq; sunt corpore, & qui humu acri plurimo conferti sunt, & quibus sudor, vrina, aut egestio supra modum graueolet. &, vt dictum est, diariæ omnes sui natura breues sunt, & ut plurimum breuissimæ, adeò vt naturalem diem, qui ex vigintiquatuor horarum spatio constat, non excedant, & ex se omni prorsus periculo vacant, prout autem à diuersa causa producuntur ita facilius, vel difficilius tollūtur, & si cum difficultate tollātur periculum est ne in putridas febres abeant. Quare causæ potissimum, nec non etiam patientis dispositio de qua in generali febrium sermone dictum fuit perpendenda erunt. Sicuti itaq; animi motus sponte delitescere vt plurimum solent, ita corporis lassitudines, & adustiones diutius perdurant. Omnium autem grauissimæ sunt cruditates, (siue ex nimia cibi copia, siue vino meraciore, siue fructuum, corruptorumque ciborum esu contractā sit) & cutis densitates, seu angustiæ, & potissimum obstructiones; & ab his atroces cruciatus, qui corpus inflammant, & humores exagitant. Hæ enim causæ non solum qualitatem, sed etiam vitiosam materiam vel in corpore retinent, vel aliunde suggerunt, & proinde febrem sæpius excitant ab horrore, & in periculum adducunt putridæ febris. Nam cæteræ causæ solam ferè qualitatem, & intemperiem conferunt. Vnde de cruditate loquens Gal. dicebat. Ergo pessima in biliosis naturis cruditas est, citissimeque febrem accendit, in qua cibi in nidorulentam, & fumosam qualitatem corrumpuntur; quando ea, quæ in acidam vertit, vt tatò talibus naturis contingit, ita minus nocet. Quod si aluus lubrica sit, cruditas hæc fumosa minus nocet: sin astringitur, grauis est. Obstructio autem, si parua sit, si quis rectè detersferit, secundam fore accessionem, vetabit: sin momentanea, non possis ita permittere. Quod si & multi, & crassi, & glutinosi impacti succi sint, quæ hos excipit febris, fieri non potest vt intra fines diariarum consistat. Quando ex necessitate huic in mali succi naturis ea, quæ ex putredine humorum accenditur, succedet. nam in alijs saltem temperamentis, excitari ex tali causa potest citra humorum putredinem aliqua continentis febris species. qui autem ex bubone febricitant, ait Galenus, ne Medicos, quid sibi sit agendum cōsulunt. sed vbi buboni prospexerint, in accessionis remissione lauantur. Quemadmodum autem cutis stipationem Gal. rarenter vidit febrem accendere, ita vstionem, & lassitudinem aliaque singula ab eo superius proposita planè sæpe vidit. Cum autem vt sæpius diximus ephemeræ febres in putridas sæpius permutentur, vt id prædicere possimus, permutationis signa iam tradenda sunt. Quare ubi diaria nulla inclinatione, nullo sudore, aut etiam finito sudore, statu pari diem unum excesserit, uel in synochum, vel in putridam metuenda permutatio est, præsertim si diaria ex obstructione oriatur, quæ momentanea sit. Ait enim Gal. Nam, ubi obstructio quapiam mediocris est, ob quam febricitant, quibus uitiosus est succus, in primo die, atque etiam secundi aliqua partenullum est in pulsu putredinis signum, æque ut nec cruditatis in urinis. Protracta tamen inclinatione nec amplius pro ratione, sicut post summum uigorem inceperat cedente, suspectus affectus est: sicuti contra in quibus ad solutionem festinat, uel halitus aliqui, uel sudores exierunt, uel multa bona urina, cum signis in pulsu bonis, in ijs procuidubio diaria febris est. Sed quæ ex parua oritur obstructione ea saltem inter initia similis diarijs est. Protracta tamen inclinatione suspecta redditur, quamuis putredinis indicia in pulsu adhuc non appareant. Quippe nisi uitiosus succus penitus transpiret, necesse est, putrefiat. Pariter, si diariam dolor capitis comitetur, solet perseuerare, ubi ea uel in putridam, uel synocha abit. Quod si causæ sint uehementes, ait Auic. aut prolongetur ipsius mora, ad hecticam permutabitur. Tuncque arteriarum tactus calidus ualde obseruatur, & febris similis, uel fixa, & in omnibus membris augetur calor post cibum, & dum assumitur cibus. Et pulsus æqualitatem seruat cum duritie, & paruitate. Cum reliquis hecticæ febris indicijs. & idem dicendum de reliquarum febrium signis, dum ad ipsas permutatio fit. In quibus, si in urina rei præcedentis concoctio non remaneat, in ea concoctio non apparet. Iam uerò

Prognostica.

Causarū vis.

Gal. 8. met. c. 5

Cap. 4.

Cap. 3.

Signa permutationis ephemerarū in alias febres.

Cap. 4.

Auic. 1. 4. tra. 1. c. 8.

uerò ut diaria febris recta methodo tollatur, oportet respicere unà cum Galeno, tum ad febrem ipsam, tum ad eius causam. siquidem, diariarum febrium, inquit ipse, indicationes ex his generibus primo capiuntur, raroque accidit, si alicubi à laborantis virium modo. Licet quoque dicas, eam etiam, quæ à virtute sumitur indicationem, tū in reliquis omnibus morbis, tum in diarijs febribus semper adhiberi, nobis tamen in præsenti disputatione ea opus non esse, quia ex prima quidem ratione non indicet, ex accidenti verò indicet, vt in sequentibus apparebit. Nunc igitur ea quæ per se indicāt solummodo considerantes, vel febrem, vel eius causam respiciemus. Quantum attinet ad febrem, ad ipsam solummodo respicimus, ait Gal. vbi iam genita, & præsens est, sed causa, quæ eam excitauit, iam desijt, hucque tantum sanandæ eius consilium dirigetur, vt refrigeretur. Quare quærenda nobis talis materia est, quæ cum redundante calore paria refrigerando faciat. At si in generatione adhuc febris est, causa, quæ eam accendit submouenda est. Quippe, quæ adhuc in generatione febris est, dū aufertur causa, ipsa vnà interit. Est autem merito, hoc præceptum tum valentium, tum eorum, qui de valetudine queruntur, commune. Non enim ei, quæ iam facta est, febri consulit; sed ei quæ adhuc in generatione est, prospicit, tollendis, s. ijs, quæ illam excitant causis. Si quidem sanamus id febris, quod iam inuasit, etiam si exiguum est: Prospicimus ne quid amplius proueniat, adimentes causam. Si verò pars eius iam genita sit, pars in gignendo adhuc sit, vtrique consulendum est: primum quidem submouendo, quæ eam accendit, causam. (Cum enim morbum foueat habet rationem antecedentis ceu causa sine cuius ablatione morbus tolli non potest): deinde extinguendo, quæ ab hac accensa est febrem. Vt autem causæ submoueantur, necesse est pro ipsarum varietate diuersos scopos haurire. Nam præter id quod causæ omnes tum arcendæ, tum submouendæ contrarijs sunt, pro ratione particularis ipsarum naturæ diuersas proferunt indicationes. Vnde si acrioris effluxus detentio propter cutis meatuum angustiam febris causa sit, oportet perpetuo meatus hos adaperire, sed interdū laxantibus, aut humectantibus, nonnunquam calefacientibus, aliquando exobstruentibus, aut alijs auxilijs, prout angustia vel ab astringentibus, vel siccantibus, aut refrigerantibus, vel alijs causis fuerit procreata. De ijs autem quæ exobstruunt auxilijs, in sermone de hepatis obstructione loquuti fuimus. Sunt enim minuentia, attenuantia, & detergentia. Si verò causa febris fuerit cruditas, oportet concoquentibus vti præsidijs. Si fames alimentis, si bubo, ei prospiciendum, & sic de reliquis, quæ semper contrarijs præsidijs submonentur. Quas autem indicationes febris de se promat, tum paulò supra, tum in vniuersali febrium sermone dictum fuit. Refrigerantia enim & humectantia exigit præsidia, horum autem mensuram & gradum, & subinde quantum refrigerare, & humectare debemus, non solum ex febris caloris excessu, & magnitudine, verum etiam ex temperatura ætate, consuetudine, & ambiente nos aere, elicere debemus, quemadmodum tum in cit. loco diximus, tum unà cum Galeno, dum de victus ratione in calce huius capitis agemus, amplius demonstrabimus. Quare ad propositorum præsidiorum materias iam descendamus quas quidem proponēs Gal. supponit febrem partim iam genitam, partim in gignendo adhuc esse, & proinde auxiliorū materias ea methodo proponit, vt principaliter causas submoueant, & dein de febrem ipsam, quia spernenda nullo pacto est, extinguant. Materiam autem medicamentorum, quæ seorsum febrem ipsam, in qua causa iam desijt, respiciat, non proponit, tum quia ex proponendis in febre unà cum causa complicata clara fier, tum quia febris ephemera morbus est citissime pertransiens, &, vt ait ipse, in leui quodam affectu consistit, in tenuissima siquidem substantia posita est, cuius calor sponte citra Medici auxilium, euanescit, tum quia ad id potissimum respicit, ut in febrem plurīū dierum non abeat, & proinde ab ijs potissimum putridis febribus præseruatio sibi curæ fuit, quam quidem præseruationem consequimur, dum ephemerarū causas, quæ præsertim pertinaciores sunt, eradicamus: tū demum, quia si diaria febris iam genita sit, & causa cessauit, sola victus ratione refrigerante, & humectante, sufficiētissime discuti potest, hanc autem victus rationem, vt suo loco apparebit, vniuersaliter, & omni cū diligentia, tum in vltimo libri capite, tum in præcedentibus proposuit. Itaque si primo de chirurgicis præsidijs loquamur, Diu. hic vir in ea solum ephemera quæ ab obstructione generatur in calidis & siccis alioquin corporibus venæ sectionē proponit. Non quidem vt solummodo ephemeram eradicet, quia magnus affectus, quales sunt ij, qui venæ sectionem requirunt, non est, sed vt patientes à putrida febre, quę magnus est affe-

Marginalia (left): Indicationes — Si febris genita sit, & cā iam desijt. — Si febris in generatione sit, quia causa præsens sit. — Si febris partim genita sit, partim generetur. — Indicationes à causis desumptæ. — Indicationes à febre. — Præsidiorum materiæ. — Chirurgica præsidia. Venæ sectio.

Marginalia (right): Gal. 8. me. c. 1. — Gal. 8. met. c. ult. — Gal. 8. met. 1. — Cap. 2. — Cap. 1. — Gal. 8. met. c. 1. — Gal. 8. met. 3 fi. — Gal. 8. met. c. 4

est affectus, præseruet. & proinde non in parua & leui obstructione sanguinem mittit (cognoscitur autem leuis obstructio quia dum febris ad solutionem festinat, vel halitus, vel sudores, vel multa bona vrina exeunt, cum signis in pulsu bonis) sed solum dũ suspicio est ne obstructio alicuius sit momenti, quod cognoscitur, vt inquit ipse, quia inclinatio febris protrahitur, quod dum fit, diaria suspecta redditur, quamuis putredinis signa in pulsu non appareat. Quippe (air) nisi vitiosus succus penitus transpiret, necesse est, putrefiat. Ergo, vt transpiret, maiore iam auxilio est opus. Ac si quidem vel puer, vel senex sit, sanguinem detrahere non licet. Inter has ætates vbi robur ægro non deest, secanda vena est, etiam si plenitudinis signa non adsint, ex quibus verbis obiter colligimus plenitudinem inter indicantia venæ sectionem non enumerari. Subdit deinde. Præstat enim vitiosi succi maiori parte emissa ad detergendas obstructiones accedere: cum alioqui metus sit, si obstructionibus liberandis prius quàm vacuaueris, studeas, ne ipsas magis impingas. At soluunt quidem obstructiones detersoria, seu foris cuti sint admota, seu intro in corpus accepta. Periculum verò est etiã ne quæ foras trahunt, vnà cum ijs, quæ obstruunt, etiam aliud quippiam attrahant: & quæ ab interno sursum feruntur, aliquid secum in ijs, quæ in vasis continentur, rapiãt. Quod ipsum si tenax sit, & crassum obstructiones geminabit: sin aliter multitudine certe sua non parum omnino nocebit. Cernimus enim aliquando, etiam quod multum est, cum simul totum confluit, obstruendo hærere, infigique non minus, quàm ea, quæ glutinosa sunt & crassa: quod si per meatus angustos est transitus, multo profecto magis retineri. Quo igitur & his iter liberum, & ijs quæ foris admouentur, attractio tuta sit, vtilissimum est corpus inanisse. quinetiam fumosa, fuliginosaque succorum excrementa, quæ transpirant, succis ipsis imminutis pauciora restabunt. Et inde etiam minor reddetur febrilis calor, sic vt foras transpirare, si exiguæ obstructiones sint, queat. Ergo cũ suspicio erit cutim esse ex obstructione occlusam: haudquaquam differendum est sanguinẽ mittere, scilicet, tum ad virtutis, tum ad obstructionis modi portionem. Discernetur autem obstructionis magnitudo ex ipsa magnitudine febris, vt quæ ex maiore obstructione maior, ex minore minor inciderit. De frictionibus autem vnà cum reliquis remedijs loquemur. In eadem itaque ex obstructione diaria & in biliosis iam dictis naturis reliquam remediorum filuam proponens subdit. Vbi verò modicè vacuaueris non multo post, aut nutrimentũ aliquod, aut pharmacum detergens exhibebis. Inquit autem (modicè euacuaueris) quia in biliosis naturis vires non ita constantes sunt, quia cacochymia potius, quàm sanguinis adest redundantia. Sunt porrò (addit Gal.) non multa, quæ in febribus id præstent, sed in alimentorum ratione sunt ptissana, & mulsa: in pharmacorum oxymeli, & quæcunque in coquere in mulsa licet, ceu calaminrham, hyssopum, origanum, serpillum, irim, & apiũ. Verum hæc omnia calidiora sunt, & ideo febres accendunt, vti etiam vinum. Oxymeli verò solum nec febres accendit, & strenuè detergit sic vt glutinosa, & crassa dissoluat, & meatus obstructos liberet. Porrò inter mulsam & oximeli medium locum habet apomeli, cuius plurimus in Peloponneso est vsus. ita saccharum arbitror, inter hæc numerandum. Ex hoc victu seruabis quantum de febrili calore minuitur. Si.n. tertio die manè videbis minimum esse, nec putredinis humorum notam in pulsu adesse, neque in vrina cruditatis: suspecta verò hora, qua primo die febris occupauit extra meridiem sit, audacter hominem quàm ocyssime lauabis, longè ante sextam horam. Abundè tamen sit, si intra tertiam horam lauationem compleueris. Ad eundem modum, & si decimam horam suspectam habueris, vsque ad septimam laues, licet: cũ tres æquinoctiales horas quatuorve inter balneum, accessionisq; tempus interponi, abundè satis sit. Debet autem in balneo corpus prius vnctum, ac moderatissimè frictum, mox drtergeri extrinsecus, abluiq;. Deligenda autem sunt ad rem propositam accõmoda detergentia. Moderatissimè verò detergent tum erui farina, tum hordei, tum fabarum, & mulsa aquosa: magis verò quàm hæc iris, & panacis radix, & aristolochia, & mulsa, quæ mediocri est mistura: vt hac etiam magis quæ meracissima est; Fit hæc, vbi mista melli exigua est aqua, sic vt liquatum mel exiguos cutis meatus facilè ingrediatur. Hac magis detergunt spuma nitri, nitrum, & aphronitrum. Sit autem nitrũ ex tenuibus partibus constans, vt Berenicium est: sin lapidosum sit, vri & leuigari debet. Mel autem purissimum sit acerrimumq; vt est Hymmetium. Est autem & sapo ex ijs, quæ maximè detergunt. Sed ad ea, quæ post balneum adhibeantur, accedamus, quæ pauca sunt. Nam præter aquam, quæ parum apij incoctum in se habuerit, nil cis offeren-

[Margin notes: Venæ sectionis vtilitates. — Tempus, & Quãtitas sanguinis mittẽdi. — Frictiones. — Pharmacia. — Ad ephemerã ex obstructione in calidis & siccis naturis. — Exobstruentia intus exhibita. — Oxymelis vtilitas. — Extrinsecus adhibita. Balneum. — Detergentia extrinsecus administrata. Mulsæ diuersa cõpositio. — Quę post balneum adhibenda sint. — Gal. loco cit.]

offerendum, licet quod inter balneum & suspectas horas spatium erit, trium fore horarum conijciamus. Si verò circa vesperam, aut duabus horis citius, quàm primo die, accessio inuadet, tum lauisse manè liceat, tum cibasse, sed tantum ptissanæ cremore. Deinde si suspectæ horæ nihil prorsus afferant, & lauare rursus, si velit, licet, & cibare ad eas quas diximus, considerationes intento. Sin aliquid eueniat, & conferendum id est cum accessione, quæ primo die inciderat, & tum vrinæ considerandę, tum pulsus. Quæ omnia profectò mediocria apparebunt, vbi exigua relinquitur obstructio, quare ipsum & lauabis quarto die, & cibabis, ad iam dictas considerationes spectans. Sperabisq; nihil quinto die superuenturum. Quod si in eisdem biliosis naturis febris ex cutis densitate, aut stipatione oriatur. His corporibus, inquit Gale. saluberrima est ex aqua dulci & temperata lauatio, tum frictio quę rarefaciat, & exercitationes mediocres, & victus, qui dulces efficiat succos. Aduersissima verò sunt lauatio frigida, & aluminosa, & lauationis abstinentia, & exercitatio acuta, & frictio planè nulla, vel dura, & victus mali succi, & vigiliæ, & ira, & tristitia, & cura, vstioq; in sole, & fatigatio, & à cibo abstinentia inediaq;. Vnde quendam propter lauationem in aquis aluminosis febre correptum non permisimus, ait ipse, vt quidam Methodici iusserant à cibo continere, sed statim in balneum perductum, & tepenti oleo largissimè perfusum, tū blandissime perfrictum, quàm plurimum temporis in calidi solij aqua versari iussimus. Mox egresso, ac frigida ex consuetudine vso, tum sindone cohoperto considere paulū lum ad vires recreandas præcepimus. Posteà denuò in balneum perducto, ac rursus similiter tum vncto, tum perfricto, ac in calida morari iusso, dein rursus educto, ac frigida merso detersoq; exhibuimus cibum protinus quidem, vt egressus est, atque aquam bibit, ptissanæ cremorem, dein paruo interuallo lactucam, ac post hanc ex simplici albo iure piscium aliquid eorum, qui molli sunt carne, cuiusmodi saxatiles sunt omnes, & aselli quos vocant. Tempus anni erat paululum post caniculares dies. Homo circiter quinque & triginta annorum. Colore nigello, & habitu gracili & hirto, tum qui tangentibus, etiam cum valeret, manifestè calorem exhiberet mordentē, vrinas habebat abundè flauas, ac si plusculum à cibo abstineret, etiam mordentes. Aluus assiduè sicca erat, tum, quæ excernebat, exigua acriaq; & sicca. Mores animi ad iram, & cogitationem propensi. Ipsæq; pauci omnino somni, & qui perpetuo de vigilijs quæreretur. Tales itaque naturæ ex longiore inedia acerrimis, acutissimisq; febribus corripiuntur: à quibus promptus est in hecticas transitus, atque ab his rursus in torridum marasmum, aut si os ventriculi debile sit & facilè iniurijs patet, in syncopem. Tales itaque naturæ, vt præcepit Hippoc. refrigerationem postulant, quæ cum ex alijs quibusdam, tum non minimè ex cibi exhibitione. Qui enim originalem temperaturam parum moderatam habent, horum insitum calorem, si squalens, acerq; est, cibi mitiorem, minusq; mordentem reddūt. Expedit igitur tales homines & boni succi & exquisitis cibis nutrire, qui nec medicamentosam vllam sensu perceptibilem vim habeant, sed nec ipsum quod nutrit, plurimum: quando hoc etiam si exuperat vitio non caret. Principio enim eorum in ventriculo concoctio non est exacta, nec, si ventriculus ea superet, quæ in venis obitur est absoluta. Quod si hic quoque haud magnus sit error saltem tertiam, quæ in singulis fit partibus, difficilè fuerit in omnibus illis rite perfici. Conueniet itaque huic frigidum, & humidum quodammodo nutrimentum, vbi corpus tum calidius, tum siccius solito redditum est. Quare ei commodissimus est ptisanæ cremor ad vnguem coctus, in quo nullum fit superfluum condimē tum: quia refrigerare, & humectare, & sine siti seruare hominem potest: cum eo quod nec halituosum quod per cutim, nec humidum, quod per vesicam, nec siccum, quod p aluum exit, excrementum detinet. Quia nec exiguos cutis meatus obturandi, nec adstringendi vim habet vllam. Quod enim cutis meatibus lentitia, crassitudine ve sua non inhæreat, ex eo patet præsertim, quod siue sordidum corpus extrinsecus eo detrices, vtique, sicut aphronitrum, & mel detergit. Siue ex ventriculo educere mediocrē pituitam per vomitum velis, nihilo minus mulsa vtilem experieris. Est sanè & mulsa ad omnes antedictas expulsiones idonea, verū nec sitim restinguit, vt ptisana, & in amara bili abundantibus naturis facilè vertitur in bilem. Optima igitur est ptisana: Proximum nutrimentum ab ea est alica cui paululum aceti sit adiectum. Tertiū, quæ sine aceto liquida est, non crassa: qualem nonnulli præparant assimilem pulti. Iniecisse verò huic, dum coquitur, aliquid porri satis est. Nam quod tum anethi, tum salis aliquid necessario habebit, neminem latet. Quinetiam in furno coctus panis

vtilis

Marginalia: Ad ephemerā ex cutis dēsitate in eisdem biliosis naturis. — Balneum. — Gal. 8. met. c. 3 — Biliosi hominis descriptio. — Hip. 6. Epid. — Gal. loco cit. — Alimenta picrocholis accommodata. — Ptisanę cremor, & eius laudes. — Mulsa picrocholis aduersa. — Alica, & eius condimenta, & pparatio.

vtilis est cibus. Sicuti etiam è piscibus saxatiles omnes. Nec ipsis minus aselli, nisi si propè lacum, aut magnum flumen, quod in mare decidat depasti, humidam magis, & glutinosam habeant carnem: proximè asellos sunt solea, & torpedo, itemq; lupus, & mulus, post mugil è pelago. Omnis autem piscis deterior est, qui prope lacum, qui mari coniungitur, aut magni fluminis ostium pascit. Ex volatilibus verò optimi sunt perdices, ac montani omnes passeres. Ab his gallinacei, & phasiani, & iuuenes columbæ. Sed nec hæ tamen intus claudendæ, cum excrementosa sint omnia, quæ exercitatione carent. Excrementosa verò non minus sunt, tum lacustria, tu palustria omnia. Quo fit vt ex suillis ipsis carnibus optima sit montana. Ab his deinceps hœdi sunt. In omnibusq; iam dictis fugienda, tum vetula, tum recens edita. illa enim duriora concoctuq; difficiliora sunt: hæc immodicè humida, & excrementosa, & præsertim quæ naturaliter humida sunt, vt oues suesq;. Si autem diariæ febres ex vigilijs, aut ira, aut tristitia, aut cura, aut vstione, aut frigore, aut lassitudine oriantur, sanare calida & sicca corpora oportet quoties ex aliqua dictarum occasionum febricitauerint, partim similiter ijs, quos ex stipata, seu densata cute laborare diximus, partim dissimiliter. Quippe in prima accessione inclinante ducendi in balneum omnes sunt. tum pinguiter simul ac molliter fricādi, ij quidem, qui ex aliquo, quod cutim adstrinxit laborant, sicut dictum est: qui verò ex siccitate, fricādi quidem & ipsi, sed parcius: lauandi autem vberius. Respiciendum verò semper ad virtutis modum est in omnibus eiusmodi auxilijs. Atque itæ quidem, & tristitiæ, & vigiliæ, ac curæ nec frictionibus, nec lauationibus multis egent. Sed omnibus, qui ex eiusmodi occasione febricitarint, oleum infundendum tepidum largè est, cui minimè adstringens vis insit: tū paulum fricandi, atque ex consuetudine lauandi. Vstio verò protinus ab initio refrigerationem desiderat, tum crebriorem lauationem: minimè verò aut oleum largū, aut crebram frictionem. Sint autem, quæ refrigerent, & rosaceum, & omphacinum. Vtiliora verò ex his sunt, quæ nihil in se salis omnino habent: efficies hæc magis frigida si vas in quo continentur in puteo suspendas, vt aquam tangat, aut defluxus frigidę aquæ vasi se illidat. quod si largius refrigerare cupis vas niue circundabis. Infundere autem sincipiti, sublata in altum manu, per mediocrem lanæ modum oportet. Hæc vsque ad inclinationem faciens, in balneum duces. Si verò, qui memorato est temperamento ex frigore febricitet, etiam ducendus ad balneum in remissione is est. Si verò cum grauedine & destillatione febricitet, prius, quàm hæc concocta sint, lauandus non est. At, qui ex vstione febricitant, ij, vel cum hæc adsint, lauari debebunt. Post lauacrum verò ijsdem, quibus ante, madefacienda amborum capita sunt. Eorū quidem qui ex vstione febricitarunt refrigerantibus; qui ex frigore calefacientibus. Sunto autem & hæc post balneum mediocria, vt irinum est, & nardinum vnguentum. quod autem in remissione accessionis lauandi sint clarum est. Omnium verò communis victus species esto, quæ & boni sit succi, & concoctu facilis, & quæ nusquam exiguis cutis meatibus inhæreat: sed ijs, qui exusti sunt, cum eo quod refrigeret, & humectet: pari modo ijs, quos ira malè habuit: ijs verò qui refrigerati fuerunt, cum eo, qđ calfaciat modicè: ijs qui peruigilia, & tristitia, & nimia cura sunt affecti, quod humectet, ac somnum conciliet. Eodem modo ijs, qui fatigati sunt, magis nutriens, ijs qui refrigerati, minus nutriens: reliquis, quod mediū sit amborum. Vinum verò omnibus his naturis concedendum, sed tum aspectu, tum viribus aquosum. Ad omnia enim vtilius, quàm aqua est, quia concoctionem iuuat, vrinas ac sudores prouocat. Quantum verò ad frigidæ potionem spectat, ego censeo eius generis naturas, & dum valent, eiusmodi potione magnopere iuuari: nec in diaria ijs, quibus in vsu fuit, eam circuncido. Si quis verò non assueuit, huic per febrem dare non inceperim, nisi pristina planè sanitate prius reddita. Quod si in propositis temperaturis diaria febris, vt sæpe euenit, ciborum cruditatibus succedat, si aluus clausa sit, non est eadem sanatio sicuti dum fluit (quosdam enim diarrhœa ex cruditate malè habet) quare etiā seorsum de vtrisque agendum. Si igitur ea tantum, quæ corrupta fuere, vacuata esse videntur, tum lauandum, tum nutriendum in remissione febris est, sed ijs, quæ circa ventriculum sunt, prius consulto. Sin ita multa inanitio aut prius facta sit, aut nunc etiā in homine duret, vt vittus iam defessa sit, satius est omissa lauatione cibare. Sed consulto prius ijs, quæ circa ventrem sunt. Consuletur autem, si modo euacuatio amplius non duret, fomento ex oleo & absinthio feruenti aqua tincto, ne nidore offendat. Quod si quis morsus, aut doloris sensus in ventriculo adhuc supersit, incingi illi

Pisciū genera accommodata.

Volatilia.

Ad ephemerā ex vstiōe, refrigeratione, & animi, & corporis motibus.

Balneū omnibus proficuum.

Quę post balneum sint peragenda.

Victus ratio omnibus communis, & cuiusq; propria

Vinum.

Frigidæ potus.

Gal. 8. met. c. 5

Ad ephemeram ex cruditate.

Si vnà cum cruditate aluus fluat.

Ventriculum robora ntia. Extrinsecus applicita.

illi peniculus post fomētū debet, q vel ſiccus, & calidus ſit, vel ex oleo in quo abſinthiū incoctu fuit, madēs, ac plurimū expreſſus. Satius aūt fuerit nardino vnguento curioſe facto peniculū imbuere, & vētri incingere. ita ſatius ſit, ſi purpura marina is ſit, & optī mū, ſi optima ſit tyria. Quæ tenuiorē adſtringendi vim hēt, vt ēt optima nardus, ita vt vis earū ſiccādo, calefaciēdo, ac robur indēdo, in corpora q̄ circa vētriculum ſunt, altē penetrare poſſit. Qđ ſi os vētriculi imbecillius ſit, tāta portio chiæ maſtiches in nardi no tū a addatur, vt ſordiū craſſitudo exiſtat, quæ cū primū imponuntur calida ſint, q̄a tepida oīa vētriculi robur diſſoluūt. vnguēta verò hæc in duplici vaſe calefaciēda, ſi.n. aliter calefiāt, vitiatur eorū facultas. Verū fluēte adhuc aluo, vtilius eſt optimo recenteq; melino, eo mō quo nardino vti. Vtile verò ad oīa talia eſt maſtichinū, nec non ſpi cata, & foliata Rom. dicta vnguēta. qđ ſi patiēs cingi recuſet, vtendū cerato qđ recip. ceræ tyrrhenicæ, nardini vnguēti an. partes pares, aloes, maſtiches an. partē octauā. cera in nardino liquetur, & poſtq̄ refrigerata ſunt, aliorū molliſſimus puluis addatur. ſi verò vētriculus intus uratur vtilius eſt ceratū, qđ ex melino cōficitur. Sūt & alia ex œnanthe, alia ex hypociſtide, & balauſtijs, & palmularū carne cōfecta, vētriculo refrigerādo & firmādo idonea. Cibādi verò fluēte ētnū vētre polēta, & pane, q vtiq; minimū aceti hēat. inſpgēdo polētā aliās aqua calida vbertim: alias, vbi. ſ. vēter adhuc plus iuſto excernit, vel mali punici, vel pirorū, vel malorū ſucco pſertim cotoneorū, vel ēt ſi magis delectētur, decocto ex piris, aut malis, aut myrtis parato polētā inſpges. ſin vēter non amplius excernit, ſuffecerit tū alica, eo mō quo ptiſana, pparata, hoc ē aceti hn̄s pauxil lū: tū ex ea ſine aceto ſorbitio, tū gallinaceorū teſticuli, & ſaxatiles ex albo iure piſces, & fructuū aliqs ex ijs q adſtringūt ſolus, vel cū pane. quos magis, ſi adhuc aluus fluat, dabis. Qđ ſi cibos auerſentur de medicamēto, q ex ſucco fit cotoneorū, vnū, aut duo cochlearia dāda his ſūt, vel ſi huius copia nō ē, eius qđ ex eorū carne cōponitur, quorū cōpoſitio in li. de ſan. tuē. tradita fuit. & ita in prima remiſſione q ex cruditate febri citāt vētre excernēte tractādi ſūt. Si verò oīno vēter adſtringitur ptractatis hypochōdrijs cōſiderandū nū cibus in gracile inteſtinū, aut in colon deſcēderit. deinde interrogādū qua in parte vel morſū, uel grauitatē ſētiat, qualesve hēat ructus. vñ ſi cibus in ſupiorib. partib. pēdet, aliqđ diatriō pepeō dabis, nō medicamētoſi illius, ſed eius qđ in opere de ſanit. tuē. ceu & ſimpliciſſimū, & cruditatib. aptiſſimū laudauimus. deinde pcordia, omnēq; vētrē perfundes. q ēt ſi inferius deſcēderint, q̄ uitioſa ſūt, facies. Sed plus tpis, & pfuſionis exigūt ad pparationē eorū q̄ deinceps ſūt agēda, qb. ī ſupiorib. corruptū nutrimētū adhuc manet. Sin motū notabiliter ad inferiora ſit, adiuuādū vel glāde, aut leui clyſtere, utiq;, ſi morſus ſimul adſit, hūc mitigā tibus, ſi flatus, hūc cōprimētibus: ſi neutrū fuerit, ex melle, aqua, & paululo olei cōpoſitis. Si uehemētior morſus urget, utilius eſt oleū ſabinū ī quo liquatū ſit aliqd ſeui anſerini, uel gallinacei, uel ſi hæc nō adſint, caprini, & ſi huius quoq; penuria ſit, parū ceræ elotæ oleo inijciēdū. Flatus uerò ſanādi oleo, in quo ruta, & ſemina diſcutiētia ſint incocta: ut apij, cumini, marathri, ſinonis. Vacnata uerò aluo protinus nutriēdi ut diximus, amotis adſtringē tibus. ita ſecūdo die ſimilē adhibebis puidētiā. in quo ēt ſi planè deſijt febris, lauari hoīem ſines. ac ubi in ſequēti nocte qetus dormierit citra offenſā ſanū pſus exiſtimabis. Si uerò, qui cruditati ſucceſſit, dies cū ſequēte nocte febrē attulerit, veluti in ſecū do die, itā tūc accurādus, & nutriēdus. Si nox tertiæ diei febrile quidā paululū afferat poſtridie lauabis, nutriesq; ad portionē, ut dictū eſt. At uerò diariæ febres nō ſolū in calidis & ſiccis tēpaturis, uerū ēt in calidis, & humidis prōptiſſime ex qualibet iā dictarū cārū in amara bili uitiatis naturis iā relatis, accēdūtur, imò calidæ & humidæ naturæ ab nidoroſis cruditatib. prōptius lædūtur. Quacūq; uerò de cā diaria corripiantur, curationē illis pſimilē hn̄t, ac in paucis oīno diſſidēt. Nā, cū hæ humidiores natu ræ ſint, magis ferūt, q̄ illæ, famē, ſitimq́;. itaq; minus lædētur hæ, ſi qñ fame p diatritarios cruciētur, ſi mō libera ipſis trāſpiratio uō deſit. & ideo balneū hic, ceu qđ cutim eorū laxet uel magis, uel certè nō minus, q̄ hi, qui amara bili abūdāt, requirūt: ceu qđ humectet nō requirūt. Quæcūq; uerò de tali natura ſūt dicta, eadē de acquiſito habi tu dicta eſſe cēſendū. Ex quib. pariter aptū ē q̄uo curāda ſint ea corpora dū ephemera corripiūtur. q̄ ſūt uel calida tm̄, uel ſicca tm̄, uel oīno ī utraq: oppōne tpata. Quatuor q̄ reliq ſūt intēpies, neq, facilè febrib. occaſione iā dictarū cārum patent: neq; diaria tentatæ, ſi inediam tolerant. in plurium dierum febres tranſeunt. Imò aliquæ ſaltem earum, vbi redundantiam humorum citra corruptelam contraxerunt vtilitatē ex inedia ſentiunt, potiſſimum frigida & humida: ab hac, quæ humida eſt: tertio lo. o quæ frigida: quarto ſicca & frigida. At quæ ſicca eſt, in lōgioribus inedijs gracile ſ t n. [illegible]

Cerati compoſitio.

Si ventriculus intus vratur.

Cibandi modus.

Alvū cū cruditate aluus ſit adſtricta.

Cibandi norma.

Ephemerarū curatio in calidis & humidis naturis, ſiue tales ab ortu, ſiue acquiſitæ ſint.

Gal. 8. met. c. 7

Gal. l. c. cit. c. 8

sicca & frigida, reficitur tamen facilius,cũ idoneum nacta est victũ. Vt aũt victus tõ in oĩbus iam dictis tpaturis rectè instituatur,oportet ad indicãtia ipsa recurrere. quę vel præter naturam sunt,vel secundũ naturam,vel non naturalia.Inter ea quæ sunt p̃-ter naturam est ipsa febris,quæ, vt ait Gal. perpetuo refrigerandum & humectandum esse indicat. Quod enim præter naturam est,sui ablationem indicat,& subinde cõtra-ria postulat.Inter naturalia verò primum locum tenet tpatura.Hæc itaq; vel vitio ca-ret,& perpetuo similia indicat,quia his conseruanda est,vel vitium habet,&tunc alias similia,alias contraria postulat. Similia quidem desiderat tum in alijs omnibus mor-bis de quibus mox dicetur,tum in vlceribus omnibus.Satius.n.est cum planè valẽt,nõ cum ęgrotant,vel de se quæruntur,victus illis rationem mutare. Contraria verò expe tunt in eo victu,qui pet sanitatem adhibetur,non quidem perpetuo,sed dum corrige-re intemperiem studemus.In sanis.n.duplex est finis. Videlicet vel corpus sanũ in pri stina temperie tueri,vel ẽt hanc meliorem reddere. Consuetudo verò,quia altera ve luti natura aduentitia est,ideo,si ab ea indicationẽ aliquã sumi conueniet, si quidem multo iam tpe intemperatas naturas contrario victu ei,quæ vicit,intemperiei cibaui-mus,ita ẽt,& cum parum ex sententia se habent,faciemus. Sin minus,eam,quæ simi-lia temperamento suadet faciemus. Recens.n.consuetudo nondum habituata,& natu ralis effecta est.A consuetudine itaq; dũmodo habituata, vel diuturna sit, semper est indicatio similium,quoad.s.ægrotant hoĩes.Si.n.in tpe sanitatis simus,& praua sit,ita vt intemperaturam potius foueat, vti de temperatura diximus, si corrigere ipsam stu-deamus,contraria postulabit. Aetas & ipsa cum ex ijs sit, quæ natura nobis insunt, si-milia indicat,similemq; sibi victum postulat,non absolutè tamen,vt notat Gal. sed ab ætate & tpatura similia indicantur,sed cum consuetudine.Gaudent.n naturæ consue-tis semper.Ita verò & Hip.sentire videtur dum ait. Humidus omnis victus febricit an-tibus idoneus. Potissimum verò pueris & alijs,qui ita cibari sunt assueti.Febricitanti-bus .n. inquantum febricitant ex ipsa contrariorum indicatione humidus victus con-ducit;pueris ex similium.eodem modo eam quæ à consuetudine præbetur, quo eam, quæ ab ætate datur,accepit.Non naturalia autem sunt anni tempus,cœli status, & re-gio quæ ambientẽ aerem constituunt, quæ, vbi tẽperata sunt, semper similia indicãt, siue valeant homines,siue ægrotent. Si autem intemperata sint.Ab his contrariorum est indicatio.si.n.quis febricitet vel febrem souendi,vel ipsam submouẽdi vim habet. Si fouendi,vt dum quis æstatis tempore febricitat,magis refrigerantia,& humectãtia indicat anni tempus,vt eius etiam fomento resistamus. Si curantis rationem habet, vt dum hiberno tempore febris inuadit,minus refrigerantia & humectantia, quia re-medij non paruam vicem gerit expostulat. Sanitatis autem tempore,si homo tem-peratus sit,ambientis excessus semper contraria victus ratione refrangendi, vt homo in exacta sui temperie conseruetur. Sin intemperatus, vt v.g.calidus,vel frigidus,vel studemus in meliorem temperaturam reducere, & aer ambiens eodem modo con-currit ad indicandum vti de morbo dictum est: vel cupimus intemperiem in suo statu conseruare(non.n.limites sanitatis excedit)&proinde,si calida sit tpatura,æstatis tpe minus calida victus ratione vtimur q̃ p̃ conseruandæ tẽpaturæ ratione requiratur', tũ quia aer conseruantis rationẽ hẽt;tũ ẽt ne ratione vtriusq; calfacientis limites sanita tis egrediatur, & intemperies morbosa fiat.Hiberno aũt tpe calidiorẽ uictũ instituimus,ut frigiditatis excessus,qui calidã destruit tẽpiẽ,tollatur. Verũ,ut ĩ febre de qua. nunc loquimur,&,uti diximus, refrigetãtia, & humectãtia indicante horũ auxiliorũ mensurã & gradũ melius inueniamus.Sciendum ꝙ si natura exactè temperata sit,& in medio temperamento posita,ab ipsa febre contraria indicatione accepta,eatenus hu-midũ, frigidũq; uictũ adhibebimus,quatenus siccius, calidiusq;, q̃ ante, iã redditum corpus apparet,&idẽ de reliquis dicendũ est.quod si tẽperatura,consuetudo,ætas,an ni tẽpus & alia à mediocri recedãt tẽperatura uidendũ an omniũ,q̃ circa ægrũ sunt in dicationes cõsentiant,an potius inter se dissentiãt. Oibus enim consentientibus,unà prorsus uictus speciẽ constituemus:dissidentibus uerò inter se,q̃ ualẽtiores,ac plures sunt pferemus ita,ut uictus spẽs,q̃ hę pscribãt,pferãtur,sic tñ,ut ne cõtraria sint negle cta.Porrò platio hæc alias utrisq; in unius auxilij materiã mistis perficitur,alias seor-sum,sumptis. Cum itaque febris refrigerandum,& humectandum perpetuo indicet,si ætas, & temperatura unà cum consuetudine,tum ambiens aer refrigerantia,& hume-ctantia quoq; indicent,non solũ restigerandũ,& humectandũ erit,sed ẽt magnopere, acuehementer,ait Gal.omnibus.s.indicationibus idẽ dictantibus.Cuius uerò reliqua oĩa refrigerantẽ quidẽ & humectantẽ uictũ,uti & febris,nõ indicãt,sed cõtrariũ calefacien-

Gal.de sit.c.9

Gal.de.cit.

De r̃one vi ctus in quantũ que natura dũ febre laborat adminiſtranda.

Febris quid indicet.

Tpatura qd nam indicet.

Consuetudo qd postulet.

Aetas quid indicet.

Aer ambiẽs quid indicet.

Methodus in ueniendi re-frigerãtium, & humectan tiũ gradum.

Si indicationes inter se dissentiant q̃ virtus species instituẽda sit

facien-

facientem, s. & siccantem, vtique ambiguitas, pugnaq; indicationum inter se oritur: quo casu magnopere opus est tum numerum indicationum, tum magnitudinem simu conferre. Nihil autem in contrarijs indicationibus magis conuenit expendere, quàm indicantium ipsorum magnitudinem. Quàm vtique in li. de sanit. tuen. duplicem esse ostendimus. Alteram, quæ ex ipsorum, quæ indicant dignitatibus, seu viribus censeatur. Alteram, quæ ex ipsorum (vt sic dicam) proprijs substantijs, seu essentijs spectetur. Quas ex conferendo cum mediocri, & quod secundum naturam est, accipiendas esse testati sumus, prout. s. magis vel minus affectus indicâtes à naturali statu recedunt, vt alibi inquit Gal. nisi enim quis ita potestates indicationum examinet, nequeat sanè victus, & refrigerantium, & humectantium mensuram inuenire. Quæ autem à febri sumitur indicatio, ea reliquis, quando omnes contrarium faciendum præscribũt, numero quidem inferior est, magnitudine tamen, quæ ex dignitate, aut potestate, aut quomodocunque appellasse libet, spectatur, vtique superior est: potissimum si longè à natura recessit. Duplex enim magnitudo illi accedit, & quæ ex febris genere prouenit: q̃ omnibus est communis: & quæ propria, suaq; ipsius est. si quidem & quia febris plus cæteris omnibus solicitos nos habet, & quia, præterquam, quod febris est, etiam magnitudo illi notabilis accessit, idcirco contrarias indicationes inducit, atque obumbrat. Sin parua fuerit, fas est reliquas omnes vnà coniunctas cum ea conferri, atq; expendi. ac si pares videantur neque febris indicatio præferetur sic, vt humectandum, & refrigerandũ sit: neq; ẽt reliquorũ sic, vt calefaciendũ, & siccandũ sit, imò media victus rõ eligenda erit. Sin altera indicatio exuperet tm̃ recessisse à tẽpato & medio victu par ẽ, quantũ ea q̃ pollent sua contraria superant. & hoc nõ solũ in victus rõne indagãda, verũ ẽt ĩ iueniẽdis, & adhibẽdis medicamẽtis ppetuo Gal. seruari iussit. sed tẽpus ẽ vt ad aliã ephemerarũ differẽtiã, in qua vnica accessio in plures porrigitur dies, accedamus.

Gal. 3. de tuen. sanit. c. 9.

Febris ad indicandũ maxima vis.

Gal. 7. meth. c. 12. & 9. met. 13. & 10. c. 1.

De Synocho absque putredine. Cap. X.

IN quibus febribus vna accessio ab initio ad finem perpetuo manens, in multos porrigitur dies, eas, vt Gal. scriptum reliquit, febres synochos, idest continentes, appellant, non illi quidem Græco nomine vsi. Cæterum solæcismum committendum potius rati, quàm ipsarũ formã sine nomine linquendum. Verum non sicuti idea vna eiusmodi febrium est, à qua quidem idea continentes eas nominant, ita & earum natura simplex, vnaq; est. Quędam enim ipsarum manifestam habent putredinis notam, de quibus suo loco loquemur: quædam putredinis notam prorsus non habent, quas nimirum ex ephemerarum febrium genere esse superius diximus: & de quibus nunc disserere proposuimus. Verum circa harum febrium genericum nomen dubitat Gal. inquiens. Quomodo febris hæc continens alioquin absque putredine dici vltra diaria febris potest, quæ in tertium vsque diem extenditur, quando ex ipsa nominis ratione in secundo die eam desistere par erat? dictum enim supra est vigintiquatuor horas esse sic appellatæ diei spatium: vtique vt cum nomine diei, nox quoq; vnà comprehẽdatur. Atqui, si neq; humor putrescens subsit, nec corpus ipsum febrilẽ calorẽ, vt habitũ susceperit, proindeq; neq; putrida sit, neq; hectica ergo necesse est vt febris hęc à duobus his generibus diuersa sit. Aut ergo aliud, præter tria iã dicta, genus esse in prima febrium diuisione dicendũ est: aut appellatione pro nihilo habita diariã ipsam nominare oportebit; vt oĩs prorsus dubitatio tollatur. Neq; .n. profecto de substantia ipsa talium febrium est diariæ vocabulum. sed conuenienti noĩe destituti, clarioris simul, breuiorisq; doctrinæ gratia, ab eo, quod sæpius eis accidit, nomen inditũ est. Ac natura quidem eadem his est, quæ diarijs, nomen aũt non idem. Cũ. n. diariæ in putridas, & hecticas, nisi quis eas commode tractet, sæpius pertranseãt: vti in cæteris rebus omnibus, quęcunq; vno genere comprehensæ societatem in naturis habent, ac propterea mutuo in se transire valent, tertia quædam formula in transitu ipsarum existit, q̃ neutrius extremitatũ formã planè exhibet, ita nimirũ, & in diariarũ febriũ transitu imagineris, licet, alterũ quoddã genus in trãsitu exoriri, qđ neutri extremitatũ sit idẽ. Quo fit vt antequã ad putridas, & hecticas accedamus. Primũ qdẽ de hoc febriũ gñe disserendũ fuerit: quo sicuti reliqua, ẽt ipsũ tũ ptinus noscatur, cũ incidit, tũ sic inhibeat in primo ortu, ne aut ægrè sanabile, aut insanabile, postquam auctum est, euadat. At verò synochus omnis sine putredine easdem atque diaria febris causas habet, quæ

Gal. 9 met. c. 2.

Nomen.

Synochus duplex.

Gal. 9. met. c. 1

Natura.

Continuationis causa.

Causæ.

leuiores cum fuerint, diariam: quum vehementiores, synochum proferunt absque putredine. Inter eas tamen frequentissimæ sunt, & efficacissimæ magna adstrictio, ob structio, constipatiove cutis, & sanguinis redundantia, siue ex suppressa consueta euacuatione hemorrhoidum, mensium, aut narium, siue ex boni succi ciborum & calidorum vsu immodico ea succreuerit. A nimia enim sanguinis copia cutis meatus facillimè propter maximam angustiam, obstruuntur. Et propterea de huius mali causis loquens Galenus, ita scribit. Ergo ex adustione, cruditate, lassitudine, vigilia, animi perturbatione, vel bubone, qui ex euidenti aliqua sit causa, nunquam ad tertium vsque diem progreditur diariæ febris accessio, nisi quid delictum circa laborantem sit. Quinetiam febres, quascunque vel conniuentia meatuum, vel recens corporum densatio excitant, has & desistere post primam accessionem, si quis rectè eas tractet, & verè diarias tum esse, tum appellari contingit: at quæ ex obstructione creantur, si hæc pusilla sit, solui ipsas quoque similiter, vt alias diarias, si quis eas legitimè sanet: sin autem valenter impacti humores sint sic, vt valentius aliquid, quod eos eximat, desiderent, eas febres extendi vltra vnum diem necesse est, ac diariarum febrium genus videri egressas. Cum enim accessionis remissio ex feruentium humorum transpiratu contingere soleat, non transpirant autem in vehementi stipatione, necesse est multorum dierum fieri accessionem. Igitur, vbi in tali febri nulla subest occasio, quę alterius accessionis principium excitet, vltra hoc quod multorum dierum febris est, nec inuasionem alicuius febrium significationis facit, sed permanet ab initio ad finem vnâ febris, quæ nec quotidianæ, nec tertianæ, nec quartanæ notam præferat. Cæterum dum dicimus, vbi vehementer stipata corpora sunt, cohiberi intra corpus febrilem calorem, non ita factam prorsus densitudinem putandum est, vt nullum ex ijs humoribus, qui tenuati admodum sint, effluere foras sinat: Cum nec, si de ossibus ita dixeris, id verum sit, nedum carne & cute. Sed cum à feruentibus humoribus vapor attollatur plurimus, exfluat autem foras exiguus, hunc, qui relictus est, febrem seruare est necesse, neque id modo propterea quod ipse manet, sed etiā propterea, quod quæ proxima sunt, adurit. A propositis enim causis spiritus primum inflammatur, deinde sanguis febrim incalescit. Quoniam igitur ex duobus his seruari febris potest, & quod totus vapor non transpiret, & quod idem vapor ea, quæ contingit, etiā excalfaciat, necesse est tres esse in synochis febribus differentias; nempe vel pari permanente magnitudine ea, quam in prima accessione summam habuit: vel adijciente semper exiguum aliquid, diminuenteve: atque hæc vel æqualiter faciente, vel inæqualiter. At, si quidem, quod accenditur, ei quod transpirat, par fuerit, nec augeri, nec minui febrilis calor cernitur, sed toto febris decursu, perinde sibi similis permanebit, ac si nihil illi adijceretur, aut demeretur. Quippe ad æqualitatis custodiam, nihil interest, seruetur ne eadem assiduè substantia, an ei, quæ uacuatur, par sit ea, quæ adijciatur. Et hanc differentiam synochum homotonon Græci uocant, uel etiā Acmasticam. Verum, si altera earum uicerit, utique si quæ uacuatur, minui febrem necesse est, nam calor statim à summo vigore incipiens, sensim minuitur, dum desinat, & synochus fit paracmastica Græcis dicta: sin autem quæ adijcitur uincat, omnino increscere est necessarium, tumque calor continuo incremento inualescit, & synochus epacmastica, hoc est increscens, uocata, generatur. Sed nec illud quenquam latet, quod, cum ex febribus altera magis minusve, quàm altera, tum augetur, tum minuitur, id ob exuperantiæ imparitatem necessario accidat. Nam, ubi alias ampliore mensura, aliàs minore, calor, uel febrium generatio, uel transpiratio exuperat, nec ijs, quæ augentur, omnibus par esse auctio; nec ijs, quæ minuuntur, demptio omnino potest, immo plurimam esse tum excessus, tum defectus differentiam est necesse. Porrò huius febris notæ ferè sunt, quæ & ephemeræ, apertiores tamen. febris enim est admodū calida caloris tamē qualitatem exhibet, quæ tactum minimè mordet, sed propriè corpus omne, maximeq; facies inflammatione, ruboreq; suffunditur, uenæ copia distētæ multū turgent; cutis non squalida, sed mollis, non acri, sed blando calore, madoreq; ut dictū est, perfusa. Sōnus sæpe profundus, ut ēt obseruauit Gal. ac ueternosus p̄mit; distendens lassitudo artus oēs occupat, magna iactatio fatigat, caput dolet uel ingrauescit, respiratio difficilis est. Pulsus æquales sunt, & magni, uel ēt maximi, & celeres, & frequentes, & uehementes, plenią; & tēpora potissimū uehemēter pulsant. vrinæ tū consistentia, tū colore à naturali habitu nō multū alienę apparent. Consueti exercitij satis diuturna intermissio p̄cessit, nec nō ea q̄ sanguinē ipsū, & oēs humores ęquabiliter mul-

Gal. 9. met. c. 1
Gal. 9. met. c. 2
Gal. 9. met. c. 3 & 5.
Differentiæ.
Homotonos seu Acmastica.
Paracmastica.
Epacmastica
Cur incrementum, vel decrementū inęquale sit.
Signa.
Gal. 9. met. c. 4
Mutatæ qualitates.
Gal. loc. cit.
Actiões lęsę.
Excreta.
Causæ prægressę.

ter multiplicare valent fuere prægressa, de quibus in causis enarrandis dictũ fuit. Verũ circa somnum animaduertendũ, quod vbi æstus laboranti subsequitur intolerabilis, & totius corporis repleti tensio, nec non capitis pulsatio vrget, ob hæc tum in diuersas figuras iactatio, tum etiam grauis vigilia exercere homines solet. Appellat autem Gale. grauem, quia propter nimiam sanguinis redundantiam tum grauis & molesta est, tum præsertim propensionem in somnum, seu cataphoram non somnolentam sociã habere potest. Huic autem febri ij obnoxij sunt, qui, cum temperati sint, intemperãter viuunt, & cum bene habito sint corpore, multo tamen se vino, multaq; carne implent: ijs enim sanguis multus, atque calidus inest, qui nõ facilè corrumpitur. & ob id febris huiusmodi in gracili, & frigido corpore consistere non solet, inquit Gal. sed plurimũ in ijs qui sanguine abundant, & corpulentis gigni cernitur, quando nec obstructio citra putredinem excitare febrem valet, nisi id, quod transpirat, & copiosum sit, & calidum. Eoq; fit, vt nec in frigida ætate, nec in frigido corporis temperamento, siue id ab initio consistit, siue modo frigidum sit factum, continens excitetur febris: sed nec in gracilibus, vel qui raro sunt corporis habitu: imò tum ætate, tum natura, tum acquisititio temperamento, quæ calida sint, ac præcipuè si & carnosus, & bono, ac multo sanguine affluens, & denso corpore æger sit. Aut etiam calidis excrementis refertus. In his itaque corporibus vbi febris diaria citra putredinis notas diem vnum, alterũve excesserit, synochum fieri suspicandum erit. At verò inter synochos ipsas febres nulla citius, atque facilius submoueri potest, ea qua de agimus, quę citra putredinem existit. Cum enim propter sanguinis copiam, & ad cutis meatus attinentes obstructiones fiat, illa euacuantibus facillimè cedit, hæ verò ne dum intrinsecus, verũ etiã extrinsecus adhibitis præsidijs tolluntur, vt in ephemerarum ex obstructione genitarum, curatione traditum fuit. Insuper cum huius mali causa contentiua spiritus sit feruens, & sanguis incalescens, & proinde benignissima sit, & altera ex parte virtus valida, necesse est, vt, dum rectè pertractatur, morbus facilè superetur. etiam si calor febrilis, à principio ad finem vsque semper augeatur. Si enim similis permaneat, adhuc facilius tollitur. Facillimè verò dum sensim imminuitur, quia tunc maior materiæ copia est quæ resoluitur, quàm ea quæ adijcitur, & regeneratur. Et proinde obstructio minor tum est, tum sensim superatur. Altera tamen ex parte quamuis sui natura talis sit, fieri potest, vt propter Medicorum imperitiam, aut ægrotantium errores, & inobedientiam lethalis fiat. Et in synochum putridam abeat, ab hacq; in malignam, & perniciosam transeat. Nam synochus non putrida, putridam synochum potissimum minatur. Ideo de his synochis in genere loquens Gal. ita scribit. Aliæ in primo die putredine caruerunt, aliæ in eodem die putredinis notas habuerunt: alię in tertio, aut certe ad summum quarto, idq; alias medicorum ipsorum inscitia, qui sanguinem non miserant; aliàs laborantium ipsorum timiditate. Si quidem eorum, qui ex sola obstructione, febricitarunt, nemo in putredinis febrem incidit, qui prius sanguinem miserat. Porrò indicationes, quæ in hac cõueniunt febre, duobus verbis perstrinxit Gale. dum dixit, ijs auxilijs vtendum esse, quibus obstructio eximatur, abũdantia vacuetur, & febris feruor deferbeat. Respexit enim ad morbum ipsum, ad morbi causam, quæ quidem obstructio est, nec non etiam ad causam obstructionem ipsam fouentẽ, quæ cũ sanguinis abundantia sit, euacuationem exigit, & hoc non immerito, quia obstructio, cum morbus sit, qui quidem sui natura, nihil, quod vtile sit, commonstret. Non enim propriam habet permanentiam, sed posita eius causa ponitur, & ablata statim remouetur: idcirco necesse erat, vt ad specificã, vtilemq; indicationem, quã obstructionis causa exhibet, descenderet. Nec quis nobis obijciat Galenum dixisse in diarijs nullam à causa desumi indicationem, quia de veris tũc diarijs loquitur, in quibus, vt ipse ait, nullus subest affectus, qui eas vel gignat, vel augeat. Veræ autem diariæ sunt & exquisitæ, quætum essentia, tum nomine ipso tales vocari possunt, & proinde naturalem diem non pertranseunt. At synochus de quo loquimur, neque talis est, neque fouente causa, (ea est obstructio calidorum effluxuum transpirationẽ prohibens) destituitur. Ab ipsa autem virtute nullum scopum desumpsit, quia in synocho citra putredinem virtus valida est, vnde dicebat, quòd vires in diarijs febribus egregiam nullam prouidentiam requirunt, quia validæ omnino sunt. Et in subsequentibus idem asserebat, quod virtus, vbi ex ijs, quæ affectum submouent, nec commodum illi accedit vllum, nec incommodum, ibi velut inutilis prætermittitur. Quod autem virtus in hac febre valida sit, ex his, quæ de eius signis & prognosticis dicta sunt, apertum est,

Margin notes: Gal. 9. met. c. 4. — Prognostica. — Gal. 9. met. c. 3. — Gal. 9. met. c. 4. — Indicatiões. — Gal. 9. met. c. 5. — Obiectio. Solutio. — Gal. 9. met. c. 9. — A virib. cur indicationes non desumantur. — Gal. 9. met. c. 5.

tum est, si quidem pulsum maximum æqualem vehementemq; ac plenum eam comitari diximus, & in carnosis, & bono multoq; sanguine affluentibus, densisq; corporibus eam generari. Maxima verò continentium febrium remedia, dicebat Gal. Hæc duo sunt, detractio sanguinis, & potio frigida. Et alibi de continente sine putredine speciatim verba faciens, ait. Quod autem & bis, & ter, & sæpius iterumq; dicendum est, qui ita laborant, si rectè curabuntur, ijs sanguinis missio est adhibenda. Quando quibus corpus ex succorum abundantia inhabile ad transpirationem iam redditum, tantum caloris congessit vt iam febriciter, ijs tantum sanguinis est detrahēdum, quātum vires tolerant. Pro certo quoque habendum, nisi ijs qui hoc per naturam sunt habitu, id adhibeatur præsidium, forè, vt vel suffocentur, vel certè syncope præhendi omnino periclitētur, nisi eos vel virium robur, vel plurimus sudor, vel largum sanguinis profluuium à morte vindicet. Non enim loquimur nunc de plenitudine quo ad vires, quæ nec sic obstruit venarum ora vt refrigerationem prohibeat, nec tunicas earum distendit, nec ruborem, nec tumorem inuehit, & multò minus carnis, vel cutis trāspirationem moratur, sed sermo est de plenitudine quo ad vasa, quæ tum symptomata iam dicta efficere, tum vasa sæpe rumpere, tum recludere solet. Hæc enim copia dum bonitatem suam seruat, vt pariter augeri cum robore virium est nata, ita, si quando has grauat, nec de cætero augebitur, & bonitatem naturæ amittet, quam, si semel amiserit, fieri nequit, vt non putrescat: quandoquidem nec aliud vllum ex ijs, quæ foris sunt, humidum calidumq; corpus manere imputrescibile cernimus. Quare festinandum in sanguine detrahendo, vt venarum natura ex transpirando, ventilandoq; naturalem temperiem seruans, humoribus eo, quo inter initia, modo dominetur: quando si ad intemperiem versa laborabit, metuendum est, ne hi putrescant. Excitatur autem intemperies in ea ex febris calore. Quem si quando rudis quispiam Medicus auxit, non vacuata stipationis causa, in incerto reliquum omne remedium est. Vbi enim emitti abundantia postulat, calor autem refrigerari, pugna inter remedia oritur. quæ enim refrigerant, quamuis temperiem naturæ concilient, abundantiam intra corpus detinent: quæ uerò rarefaciendo cutem hanc educunt calefaciendo febrem augent. In hanc consilij inopiam deueniunt, qui statim à principio non vacuarunt. Aduertendum tamen circa tempus ipsum, quod si præcedat ciborum cruditas, tanto tempore differre venæ sectionem oportebit, quantum satisfacere tum ad eorum concoctionem, tum vt excrementa descendant, videbitur. Et ob id Gal. in libero illo adolescēte prima die venæ sectionem distulit, tum vt certius sciret cuius generis febris esset (& hoc memoriæ teneant qui praxim exercent) tum propter eam, quæ præcesserat, cōcoctionis tarditatem. Secunda autem die in eodem vena non fuit secta, propter discordiam inter Medicos de tempore ortam, vincentibus ijs, qui in sequentem diem differendum suaderent. Et ex hoc patet quantum aberrarint recentiores quidam cum dixerint, quod si synochus febris remissior sit, & non adsit periculum, vt in putridam migret, nisi in tertia die, possumus venæ sectionem differre. Si enim cruditas cibalis non adsit in ventre: eorum nugis post habitis tutissimum est festinare, & venæ sectionem quam primum administrare potissimum cum clarè dixerit Gal. illam nullo non tempore in continentibus febribus, dummodo vires sustineant, maximum remedium esse. Iam verò Gal. de industria sanguinem, quoad animo linquerentur, euacuabat, asserens maximum hoc esse planè vbi vires valentes sunt, continentis febris remedium, id quod tum ratione, tum experientia didicit. Primum enim in contrariū statum agitur corpus, celerrimè ex animi defectu refrigeratum, quod tum ægris, tum naturæ, quæ animantes gubernat, vtilissimum, iucundissimumque est. Postmodum eiusmodi corporibus necessariò superuenit alui deiectio, nonnunquam etiam bilis vomitio: quas res statim à toto corpore madores, sudoresve excipiunt. Quæ omnia cum cuidam, vt refert Gal. contigissent, protinus febrem extinxerunt sic, vt quidam ex ijs, qui aderant, eum iugulasse febrem per iocum dicerent. Verum vt tum occasio, tum quantitas mittendi sanguinis rectius inueniatur, vnà cum Galeno tum ea quæ cōsequuntur, tum alia quædam attendenda sunt. Si enim sequetur necessario vacuatio quæpiam, inquit ipse, tantum illi de eo, quod superfluum est, relinquendum, quantum est, per eam vacuandum. ideo si tempore mittendi sanguinis menses moueri contigerit, siue etiam hæmorrhois sit reclusa: si inspectus fluentis impetus satis fore videbitur, qui solus, quod requiris, vacuet, naturæ rem omnem permittes: sin minus, tantū ipse detrahes, quò ex coniunctis ambobus perficiatur, quod postulas. Veluti autem in his

Marginal notes: Gal. 9. met. c. 5 — Gal. 9. met. c. 5 in prin. — Curatio. Chirurgia. Venæ sectio. — Gal. & Hip. 1. aphor. 3. & loco cit. — Tempus mittendi sanguinem. — Gal. 9. met. c. 4 — Cuiusdā sēt. sæ opinionis reprobatio. — Gal. 9. met. c. 5 — Gal. loc. cit. c. 4 — Quātitas sanguinis extrahendi. — Gal. 9. met. c. 5. versus fin.

in his ad ipsam naturalem vacuationem, quę sensu vsurpetur, non leuiter attentum esse oportet: ita alibi vel ad naturam ipsam, vel ætatem, vel cœli statum. Sunt enim nónulli ad exhalandos, digerendosq; corporis succos natura propensi. Pueri certè propter ætatem perpetuo. Cœli verò status vbi calidus nimium est, & siccus: voco autē cœli statum ambiētis temperiem ipsam, sub qua & anni tempus, & regio comprehenditur. Propensi autem ad digerendos succos sunt natura humidi, magisq; si accedat caliditas: & qui raro corporis sunt textu: & quibus os ventris aut amara bili abundat, aut imbecillum est, aut supra modum sensile. Atque hæ quidem indicationes sunt, quæ sanguinem detrahendum dehortantur. Contra postulant vnà cum affectu, cuius causa primum requirebatur, habitus durus, densusq;, &, vno verbo, qui haud facilè digeritur: tum ambiens humidus, frigidusq;. Sanè meritò quædam sanguinē mittendum adhortātur, quædam dehortantur. Siquidem id pro vacuatione omnino suscipitur. At eorum, quæ comprehensa sunt, quædam transpirationes morantur, quædam promouent: & quædam ad vacuandum prompta sunt, quædam secus. Sanè transpirationem prohibent tum meatuum stipatio, tum ambientis humiditas, & frigiditas. Contra promouent ea, quæ his sunt contraria. Eorum autem, quæ vacuantur, quæ calida, humidaq; ac tenuia sunt, ea celerrimè digeruntur. Contra, quæ crassa, glutinosa, & frigida sunt, ægre transpirant. Et hæc ad rem propositam de missione sanguinis non ignorasse expedit, vt iusta. s. mittendi sanguinis ratio, atque mensura inueniatur. Sed in febre de qua loquimur, vbi valida virtus subest, & ætas permittit, vsque ad animi deliquium (non tamen vsque ad syncopim) mittere expedit. Vbi horum alterum non satis respondet, tutius est quantum satis visum fuerit, tantū principio detrahere: quod defuit, iteratione supplere. Quod etiam faciundum arbitror dum virium statum non satis compertum habemus. Potissimū cum nostro hoc sæculo homines non adeo robusti sint, vt immodicas, atque largas omnino euacuationes ferant, vt in cap. de melancholia dum de elleboro propinando loqueremur, vnà cum Galeno significauimus. Medicamenta verò, vel cibalem cruditatem respiciunt, cæterisq; morbis communia sunt, vel febrem, vel ipsius causam, ipsam videlicet obstructionem. Primò autem loco propositis vtimur statim in prima visitatione, & priusquam vena aperiatur, sed solummodo vbi in ventriculo, aut intestinis cruditas, aliquave superfluitas reperitur. Quare vbi in ventriculo & superioribus partibus constiterit, vel vomitorio ex aqua hordeacea potissimum, vel leniente aliquo refrigerante, & putredini resistente (ne. s. synochus in putridam pertranseat) vti conuenier: quod quidē optimū erit, si recipiat floris cassiæ nouiter extractæ vnc. 1. & pulpæ electæ tamarindorum vnc. sem. ex quibus vel bolli, vel cum endiuiæ decocto potio paretur. Si verò in inferioribus magis partibus existat, vel glande aliqua, vel clysmate parato ex hordei furfurum, & maluarum decocto, cui sacchari rubei, & olei violacei ana vnc. 2. adijciantur, educetur. Inter ea verò, quæ febrilem calorem extinguere possunt, ea potissimum probantur, quæ præter id quod refrigerant, & humectant, etiam obstructiones aperiendi vim habent, qualia sunt potissimum cichoracea, oxalida, borago, & similia, ex quibus nōn dulces syrupi, sed potius decocta parari debent. Quod si hæc non sufficiant, & potissimum dum venam secare propter ægrotantis, aut propinquorum timiditatem non liceat, ad frigidam exhibendam vnà cum Gal. accedendum est. Is enim ita scriptum reliquit. Optimum igitur factu est (id quod nos semper in re quaque facere vidisti) statim non numero dierum, sed vni virium robori, in febribus eius generis attentum esse: quippè quod si seruatum est, non solum sexto, septimove, sed etiam sequentibus diebus sanguis est mittendus. Quod si curare aliquando in firmum cogeris, cui non solum antea secandæ venæ remedium prætermissum est, sed nūc quoque vel per Medicorum ignorantiam, vel laborantis, propinquorumve timiditatē procedente tempore mittere sanguinem prohiberis (vti etiam Gal. fuit ab imperitis prohibitus) ad frigidam exhibendam accedes, sed diligenter ante discernens, quantum ex ea nocumentum contingere possit. Nam si id aut exiguum erit, aut nullum, offerenda potui est, quæ prorsus sit gelida, quantum bibere ægro libet: quinimo magis id audebis, si frigidæ potioni insueuerit. Sin magnum timetur incommodum, ab hac quidem abstinendum, atque alijs auxilijs, quibus obstructio extimatur, & abundantia vacuetur, & febris feruor deferbeat, vtendum. Porrò incommoda, quæ frigidam potionem intempestiuè, immodicèque exhibitam sequuntur, in his consistunt, quod lentos, crassosque humores, siue hi obstructiones

Scopi a qb. detrahēdi sāguinis quāti tas sumitur

Gal. 9. met. c. 4.

Lib. 1. c. 3.

Medicamēta communia. Lenientia.

Quę febrem respiciunt.

Frigidæ exhibitio.

Gal. 9. met. c. 5

Incōmoda q ex frig. dā petenire pōt.

siue

siue putredinem, siue phlegmonem, siue, qualis erysipelas, aut scirrhus, aut oedema est, affectum creauerint, attenuari, digerique prohibent. Ergo quoties ex his febris accenditur, atque ad eos vacuandos frigida data non conducit, ad præsens quidem non paruum affert leuamen, quia iam accensam febrem extinguit, verum, cum causa eius adhuc perstet, aliam denuo accendi est necesse, ea quæ præcessit nonnunquam difficiliorem, quia densatum ex frigida corpus est. & hæc vna est noxa non contēnēda. Altera talis est, Multæ laborantis imbecillæ particulæ, siue ita se ex naturali intēperiē habeant, siue ex vitio adscititio, à frigida læduntur. Alij namque gula adeo est affecta, vt vix deglutiret: Alij ventriculus sic, vt vix concoqueret: Alij ventriculi os, aut iecur, aut colon, aut pulmo, aut septum transuersum, aut renes, aut vesica, aut tale quippiā aliud à frigida percussum ad proprium opus infirmum est redditum. alij illico difficultate spirandi, & conuulsione, & tremore corripiuntur. ac toto neruoso genere læduntur. Nec ignoro, quod formidolosum te ad frigidam offerendam ex memoratis redderem, subdit Galenus, nisi ea me vsum subinde vidisses, semperque cum successu, nec ęgrum in vllo manifestè læsisse. Quibus enim in principe particula tumor aliquis è phlegmones, oedematos, aut scirrhi genere consistit, ijs frigidam offerre nō oportet: sed nec ijs, quibus obstructio, putridusve humor nō concoctus incommodat. Quod si euidentes percipis absq; iam dictis tumoribus concoctionis notas, illud solum extimabis, sit ne pars aliqua temperamento adeo frigido, vt in hanc noxa procumbat. porrò verum erysipelas non aliter sanaueris: At si mistū cum phlegmone sit, in hoc cōcoctionis expectandæ sunt notæ. cum ergo in continentibus febribus concoctionis humorum notas videris de quibus in sermone de crisi dictum est, audacter frigidam dabis. Quippe solidarum partium natura roborata prętenuatos humores aggreditur ita, vt qui vtiles sunt, & ad nutriendum habiles, hos ad se trahat: inutiles, vel per ventrem, vel per cutim eijciat. Quod si etiam frigidæ assuetus æger fuerit, magna cum fiducia exhibebis. nulla. n. per sanitatē particula quicquam ab hac læsa, nec etiam inter febricitandū quicquam lædetur. nam quasi pro munimento maximo accedit ipsa caloris copia. Hic. n. cum in vasorum finibus plurimus cōtineatur, vtpotè tum aerea in his substantia, tum etiam succis omnibus inflammatis, quantum ab frigido patitur refrigeratus, tantum rursus, calefaciendo in ipsum agit. Ideoq; minus tuta ijs, qui exiguum sanguinem carnemque obtinent, frigidæ potio est. celeriter. n. ad solidas peruenit partes, nulli, quod eius vim frangat, occurrens. Eo etiam fit, vt hecticæ febres nec perinde, eam, quæ prorsus sit gelida, nec multam desiderent, quia extenuati exiguique sanguinis corporibus incidunt. hæc ergo cum & in pulsu, & vrinis concoctionis euidentes cernuntur notæ, febris autem est maxima, in synochis exhilenda, ueluti maximum presidium erit. Medicamenta vero quę obstructiones, seu etiam cutis densitates, & constipationes auferunt, in superiori capite, in cura ephemerarum ex propositis causis prouenientium diligentissimè fuere proposita. fieri siquidem potest, ut non solum à sanguinis multitudine, verum etiam à crassis & uiscidis succis, aut etiam ab alijs causis densantibus cutis constipatio fuerit suborta, & subinde febris synochus sine putredine subsequuta. dum enim halitus non quidem fumosi, & fuliginosi, sed uaporosi, & optimi propter cutis angustiam detinentur, in plethoricam, ut ait Gal. incidunt dispositionem, quo fit, ut interdū fieri possit, ut sanguinis multitudine per venæ sectionem euacuata, cutis meatus reserantibus deinde nobis sit opus. de quibus in cura ephemerarum, quantū opus erat, pertractauimus. Quod autem synocho correpti pauco nutrimento, tenuique admodum uictu, alendi sint, ex Galeno colligimus, & id non ab re, cum & virtus adeo ualida sit, ut contemnatur, & succorum alimentalium maxima redundantia præsto sit, & febrilis calor valde uehemens. Quo fit vt Galenum imitantes solo ptisanæ cremore ipsos nutrire debeamus, refrigerat. n. humectat, & abstergit. q̄ omnia & ratione morbi, & morbi causæ maximè conueniunt. Huic porrò synocharum generi alterum finitimum sæpe fieri animaduertit Fernelius ex bilis, calidorumque humorum nimia agitatione. Causæ siquidem euidentes (inquit) quum vehemētiores in biliosum corpus alioqui sanum irruerint, non modo spiritus concalfaciunt, sed & acres humores exagitant, quorum æstu febris accenditur sine putredine. Quæ diariæ limites egreditur, nec tamen synochos est nunc exposita: illa quippe sanguinis efferuescentia est hæc bilis concitatio sine putredine. illa in corpus incidit temperatum, beneque habitum, hæc uero in calidum siccumque ac planè biliosum, Huius causæ euidentes

Primum nocumentum.

Secūdum nocumentum.

Frigidæ vtilitates, & qū in synochis sit offerēda.

In exiguum sanguinē, & carnē habentibus frigida minus tuta.

Medicamenta, quæ cutis constipationem.

Gal. 1. de diff. feb. cap. 8.

Gal. 9. meth. 4.

Victus ratio.

Fernel. 4. pathol. lib. c. 4.

De quadam alia synocho citra putredinē ex Fernel. sententia.

non

non aliæ sunt, quàm quæ ephemeram mouent maximè vero cruciatus summus, qualis nephritici, aut parturientis est: exercitatio, laborq; immodicus, æstus, balneum, animi excandescentia, & quæ his pares sunt viribus. In hac nullæ putredinis notæ in pulsu, aut in vrinis cernuntur, verùtamen os amarescit, deijcitur appetentia, sitis excruciat, capitis dolor, ac vigiliæ vrgent: in cute arida calor acer ferit. sublata euidente causa paucis post diebus febris eiusq; symptomata, quiete sola, nullo artis subsidio sedantur, ac sponte desinunt. Quum febris diaria citra putredinis notas diem vnum alterumve excesserit, harum alterutra suspecta esse debet. Hæc Fern. Cuius tamen sententia satis suspecta est, cum.n. bilis ad maiorem, sui natura, feruorē deueniat, quàm sanguis ipse, & cum hic alimentum sit, illa vero excrementum, & subinde longè minus, quàm ille à natura tueatur, atq; regatur, qui fieri potest, vt tāto temporis tractu, à tantaq; extranea caliditate, non facilius, ac citius quàm sanguis, computrescat. qđ si vt ait ipse, ad intensam adeo caliditatem non perueniat, sed agitationem tantùmodo suscipiat, tunc suborta febris ab ephemeris, quæ in calidis & siccis naturis propter euidentes causas accenduntur, planè non differt, quo fit, vt & Fernelius fateri cogatur, ipsam sublata euidenti causa nullo artis subsidio, ac sponte sedari, quod quidem earum ephemerarum, quæ tales esquisitè sunt, proprium existit. Quod si vera dixisse Fernelium, cuius auctoritas minimè contemnenda est, concedamus, eius curationem eo dirigi oportebit, vt euidens causa, & potissimum dolor vehemens submoueatur. & ea ephemerarum curatio, quæ in biliosis naturis competit, ei adhibeatur.

Fernelij sententia cur suspecta sit.

Curatio.

De febre putrida, & primo de ipsius, et potissimum putredinis natura. Cap. XI.

Putrida febris quid.

QVONIAM febris putrida igneus calor est ex humore putrescente succensus: ita vt humorum putredo continens ipsius causa sit: ideo necessarium est, vt primo, quid nam putredo & quotuplex ipsa sit, videamus: vt deinde quo nā pacto humores, qui in animaliū corporibus cōtinentur, putrescant, & corrumpantur, facile percipiamus. his.n. rectè perspectis haud difficile erit humorū putredinis & subinde putridarum febrium causas omnes exactè cognoscere. cum itaq; humores, qui in nostro sunt corpore, mixta quædam sint & inanimata, de putredine, quæ competit mixtis, quatenus mixta sunt, & inanimata, sermonē habens Philosophus, scribebat quod putredo interitus quidam, seu corruptio est propriȩ, & secundum naturam caliditatis in vnoquoque humido, ab aliena caliditate, quæ est ambientis, & à propria (vt statim subinfert) rei putrescentis frigiditate. Asseruit porrò interitum esse, quia cum putredo, vt paulo ante dixerat, communissimum contrarium sit generationi, non nisi interitus esse potest. cum enim generatio fiat per terminationem humidi cum sicco calore supra humidum dominante putredo ei opposita opposito modo, vt fiat, necesse ēst: nō amplius, s. calore ipso, sed contra humido supra calorem dominante. & ob id colligebat Philosophus, quod putrescentia humida primum, deinde sicca tandem fiunt. Cum.n. mixtum genitum sit per vnionem, & mixtionem humidi cum sicco, ex calidi supra humidum & siccum prædominio: ita opposito modo corrumpi aptum natum est, per humidi videlicet & sicci dissolutionem, ex caloris defectu. Nec est, vt ideo arbitretur quis putredinem mixtioni opponi, non autem generationi mixtorum, quoniam putredo formaliter omnium elementorum dissolutio non est, vti mixtio vnio est omniū elementorum alteratorum, ex qua complexio in omnibus primis qualitatibus secundum primas earum operationes oritur: sed putredo formaliter est passiuarum dissolutio, & proinde mixtorum generationi formaliter opponitur. Verum obijciet quis contraria illa esse, quæ vti docuit Philosophus, sub eodem genere continentur, modo generationem, quæ mixtis competit, definiens transmutationem esse dicebat, putredinem autem interitum esse statuit. Huic dicendum, sat esse si contraria ad idem genus, vel proximum, vel remotum redigantur. quemadmodum tum generatio tum putredo mixtorum ad idem genus, transmutationem. s. ipsam, reducūtur. quia vero mixtorum generatio proprium nomen non habet, communeq; ne nomen, quod est generatio, accipere coactus fuit, ideo genus remotum de necessitate suscepit. at quia ipsa putredo interitus mixtorum & ipsius speciei nomen est proprium, ideo genere proximo

Putredo qđ ex Arist.

Aristo. 4. meteorolog. c. 2.

Putredo est interitus.

Putredo mixtioni non opponitur.

Mixtio quid.

Arist. in post prædicam. c. de oppositis.

Obiectio.

Responsio.

Aristo. 4. meteorolog. cap. 8.

ximo vti potuit,& debuit. Est autē putredo interitus quidā caloris,quia non est corruptio simpliciter,& absolutè ipsius caliditatis. Si enim absolutè & omnino corrumperetur,in his quæ putrescunt animalia illa ex putredine suborta,non crearentur. ipse tamen inferius ait, quod caliditas segregata, naturalis cum sit,consistere facit segregata. Quare interitus hic caliditatis est transmutatio quædā ipsius à naturali statu ad statum præter naturam. Cum autem caliditas bifariam transmutari possit, vel per intensionem videlicet & excessum, vel per remissionem defectumq; procul dubio (dicant quid quid velint recētiores) penes excessum non mutatur in mixto, vt paulo infra clarius appatebit,sed penes remissionem,atq; defectū, qui cum & in quanto,& in quali seu in gradu,vt in secundo huius lib.cap.notauimus, consistere valeat,hic defectus,& imminutio in vtroque consistit. A calore siquidem externo cum eiusdem sit speciei cum interno,quo ad gradū imminui non potest præsertim cum externus intensior sit, sed solum quo ad quantitatem imminuitur, quia cum internus putrescentis rei calor ab externo calore tum substātiæ similitudine tum pp maius robur ad circūferentiā trahatur, vti etiam ex Hipp. sentētia æstiuo tempore naturalis animantiū calor ad corporis ambitum attrahitur,per hunc egressum non secundū gradum,sed secundum quantitatem interit, & imminuitur, ab interna vero rei putrescentis frigiditate caliditas hæc secundum gradum refrangitur. At vero per calorem, non debemus, vt quidam dixere,substantiam calidam,& vaporosam qualis est,quæ ex tenuiore sanguine procreatur, intelligere, sed solam qualitatem calidam, elementaremq;.nam in putredine ille met calor interit,qui in mixti generatione dominabatur, humidumq; terminabat: sed in generarione mixti calor hic elemētatis erat(generatio.n.ait Aristoteles,actiuarum qualitatum,quæ sunt causæ elementorum,opus est)ergo sola qualitas,vt etiam in sermone de innato calore superius notauimus, andienda est. inquit aūt propriè, & naturalis caliditatis, quia dū fit putredo, primo interit calor, vt prius rei putrescentis,& ut talis rei, quia in primis determinatus ille gradus,qui pro rei putrescentis natura & substantia conseruanda idoneus est, & temperamenti proprietas existit,deperditur;deinde corrūpitur vt naturalis,& quatenus est calor mixti, quia non amplius supra passiuas qualitates dominiū habet,quāuis pauciores, quàm in rei propria substantia conseruanda, gradus requirantur. In generatione autem,& concoctione res opposito modo se se habet, quia fit hæc à calore naturali primum, deinde proprio, vti dicebat Arist. nā primo calor passiuis dominari debet, & postca fieri proprius,& ita attemperatus & proportionatus, vt rei genitæ functiones omnes possit obire. Et hæ omnes, quæ hucusque positæ sunt particulæ ipsius formæ vim exprimūt. in passionum.n.definitionibus, genus formam exprimit, quia forma ponitur loco generis, ideo interitus est forma & genus: sed quia forma est nimis communis, ideo ad magis determinatam per reliquas particulas contrahitur. subdit deinde tanquam huius passionis materiam,atq; subiectū (in vnoquoq; humido) siue illud aereū sit,siue aqueum, siue temperamenti humidum sit, siue aduenritium. ita vt caliditas neutrum terminare amplius queat. Cum enim semper caliditas,dum est in aliena materia, & in mixto (ignis.n. caliditas in propria reperitur materia) in humido tanquam in subiecto reperiatur, in mixto semper calor se tenet ex parte formæ, humor vero ex parte materiæ. Vnde si in mixto calor solummodo, qui in humido aduentitio est,interiret,putredo non sequeretur: quia oportet,vt etiā in humido,quod temperamenti proprium & primigenium est, percat. quia tunc omnino dissoluitur mixtum, adeo vt vnūquodq; humidum effluat,& mixtum primo humidum, deinde siccū omnino fiat. Subdit autem interitum hunc ab aliena fieri caliditate, quæ quidem in ambiente reperirur, vt primam putredinis efficientem causam subnecteret. cuius merito putredo à naturali animatorum corruptione potissimum distinguitur. Quā quidem in aniniātibus propter internum calorem complexionale humidum absumentē oriri aliàs vnā cum Galeno declarauimus,qui quidem dicebat,quod natura à nostræ generationis primordijs tantum ignis nobis indidit,vt quęcunque procreationis munia obire,& quācunque functionem exercere posset. ab igneo autem calore tractu temporis humidum ipsum absumitur, atque siccessit. similiter stirpium,ariditas fit propter eiusdem humidi resolutionem, & indigentiam, ad huius autem defectum calor intimus citra externi agentis concursum dissoluitur,atque marcescit. & hac de causa dicebat Philosophus, quod omnis secūdum naturam corruptio, vt senectus seu mors in animalibus,& ariditas in plantis, quæ obitus ipsarum est, non est putredo, sed via

Putredo corruptio quædam est.

Hipp.1.aph.5.

Falsæ cuiusdam opinionis reprobatio.

Arist. loco cit. 4. meteorolog. tex.1.

Putredo interitus est propriæ & naturalis caliditatis.

Arist.lib. cit. cap.3.

Putredinis forma.

Putredinis materia.

Putredinis causa efficiens primaria.

Gal.lib.de marcore, & primo de tuenda valet.cap.2.

Aristo.4. meteorolog.cap.2.

ad putredinem quia horum omnium finis est marcedo. cum enim contraria circa idē fieri nata sint, ficuti generatio mixtorū competit mixtis non quatenus viuentia sunt, sed prout sunt mixta: ita putredo circa omnia mixta vt mixta, nō autem quatenus viuentia, fieri nata est. Ponit tandem secundam ipsius efficientem causam, dum inquit ipsam non solum alienæ caliditatis, verum etiam propriæ internæque frigiditatis passionem esse, per quam etiam particulam animatorum omniū corruptio naturalis seiungitur. tum.n. animantia, tū stirpes citra contrariæ, quæ interna sit, qualitatis actionem corrumpuntur. At vero per alienam ambientis caliditatem, vt infra se ipsum explicat, aeris, & aquæ (quæ ex accidenti calida fieri potest) calorem intelligit. dicebat enim in hyeme enim paucum est in ambiente aere, & aqua calidum, terræ autem non meminit, quia cum frigida sit & sicca sui natura putredini maximè aduersatur. ex quibus verbis eorum error deprehenditur, qui volunt non solum aeris & aquæ calorem, sed etiam cuiuscunque rei corpus ambientis calorem, siue vapores sint, siue fuligines, subaudiri. hoc enim concesso, causa, quam assignat Philosophus cur ęstate res facilius putrescant, non erit adæquata. potissimum, cum à fuliginoso vapore mixta non secundum naturam, sed potius præter naturam, & citra propēsionem ipsorum, computrescant. insuper à fuliginibus calidisq; vaporibus in putrescente corpore detentis, vt aiunt isti calor rei putrescentis neque secundum quantitatem, neque secundum qualitatem imminuitur, sed potius adaugetur vt in putridis febribus, de quib. sermo est, contingit: in quibus ratione putredinis natiuus calor igneus efficitur. ad hæc humorum putredo, quæ à fuliginosis excremētis accenditur, propter inhibitā oritur transpirationem: cum enim perspiratum non habeant, naturalem humorum caliditatem accendunt, ipsosq; corrumpunt. Putredo vero quam Arist. definit per exitum fit caloris naturalis. Quod autem aliena ambientis caliditas respectu internæ naturalisq; dominantis rationem habeat, ex eodem Philosopho colligimus, dum reddit rationē cur hyeme mixta minus putrescant. Pariter quod potissimum humida sit, ex eo colligi potest, quod cum internam caliditatem euocare debeat, humiditas est illa, quæ corpora laxat, rarefacit, & aperit, quo fit, vt deinde caliditas facilius exeat, & proinde flante Austro, qui calidus & humidus est, & in austrina aeris cōstitutione putredo potissimum viget. subdit autem quod eo quia mixtum patitur secundum indigentiā calidi, & subinde quatenus indigens est tali virtute videlicet caliditate, redditur frigidū, ea propter putrefactio communis passio est vtriusque causæ. s. frigiditatis ppriæ, & caliditatis alienæ. neq; credendum est, vt quidam artis Medicæ praxim profitentes perperam arbitrati sunt, externam caliditatem per se, internam vero frigiditatem ex accidenti concurrere. quid enim absurdius excogitari potest? cum enim ex Aristotele natiuus calor ambientis calori similis sit, ab eo non nisi per accidens corrumpi potest, atque dissolui. cum autem contrarium per se in contrarium agat, & interna frigiditas natiuo calori contraria sit, ergo non nisi per se ipsum corrumpere valet. Quod si supponant caloris naturalis interitū in putredine non imminutionē esse, sed intensionem (quod tamen, vt ex superius dictis liquet, falsum est) nihilominus excusationē adhuc tanti absurdi non habent. nam dato, quod caloris interitus sit eius intensio, fieri non potest, vt ab interno frigore per accidens augeatur. ab externa.n. frigiditate ex accidenti calor augeri profecto potest, quia propter contrarij fugam, calor intro propellitur. Vnde vt in sermone de diarijs diximus, febris sępè ab externa frigiditate producitur. sed interna frigiditas non intro, sed extra potius calorem naturalem impellit, & subinde ipsum in putrescente mixto potius imminuit. Quare dicamus nos, quod externa caliditas est causa defectus caloris per accidēs; prout scilicet ipsum euaporare facit. interna vero frigiditas per se prout in ipsum agit, & secundum gradum corrumpit. Insuper externa caliditas origine prior est, ac præcipua magis, interna frigiditas secundaria, posteriorq;. imminutionē enim caloris interni ab externo calore supponit. Fit enim putredo, inquit Arist. propter indigentiam caloris, ad quam sequitur intensio frigiditatis. ergo putredo vtriusque passio est. Finalem vero causam Arist. non apposuit, quia tametsi putredo, cum mutatio quædam sit, habeat pro fine terminum ad quem, quia interitus vnius alterius est generatio; attamen fine propriè dicto, qui gratia cuius vocatur, destituta prorsus est. cū.n. malū quoddā sit, malum finem non habet, vti etiam priuatio fine caret. & ob id Philosophus in eclypsis, quæ priuatio quædam est, definitione, dicebat finem non esse ponendū. Porrò ex declarata definitione facillimum est videre quomodo, tum in rei veritate, tum in Arist.

Putredinis causa efficiēs secundaria.

Per alienam ambientis caliditatē quid audiendū sit.

Alienæ caliditatis conditiones.

Quō caliditas & frigiditas ad putredinem cōcurrant.

Cur finalem causam Arist. nō posuerit.

Putredo quō fiat.

Aristo. lib. de respir.

Aristo. 8. metaph. tex. 13.

infra pag. 56.

In Arist. doctrina, putredo fiat. nam primo aliena caliditas ambientis mixtum per se calefacit, calefaciendo relaxat, & aperit, quo facto internus calor à simili tractus egreditur, & subinde in mixto quantitatiuè & penes copiā diminuitur, exeunte vero proprio calido, vt apertissimè tradit Arist. coeuaporat, & simul egreditur quod secundū naturam est humidum, præsertim eo, quia cum prius virtute caloris redditū crassum sicci partes terminabat, ita nūc propter caloris imbecillitatem tenuè & aqueum redditum, facilius effluit: quod quidem amplius non resarcitur, quia, vt ait ipse, inducēs humiditatem non est amplius. inducit enim trahens propria caliditas, proprio autē calore vnà cum proprio subiecto egrediente, interna frigiditas augeri, supraq; calorē dominari incipit: & subinde in calorē naturalem pro viribus agit, & ipsum adeo refrāgit, vt amplius humidum cum sicco retinere non possit. humidum autem solutum effluit, à siccoque omnino separatur. ad quam separationem, passiuarumq; secretionē, corruptio, sola terra puluereq; remanente, consequitur. Quo quidem putredinis modo rectè percepto quædam falsæ opiniones facile refelluntur. Quidam enim opinati sunt putredinem fieri propter actionem caloris ambientis in humidum, cuius merito humidum attenuatur, & rarefit, quo facto euaporat, & secum natiuus calor reducitur atque dissoluitur; ad cuius dissolutionem mixti corruptio sequitur, quod tamen falsum est: quia aliena caliditas non est proximum, & immediatum dissoluens & corrumpens humidum: sed est immediatum dissoluens naturalem calorem, vt ait Philosophus in definitione. est enim putredo corruptio naturalis caloris ab ambientis caliditate. Dum autem alibi Arist. inquit calorem innatum duplici modo dissolui vno quidem à contrario, altero ob alimenti defectum, non de mixtorum simpliciter, sed animatorum corruptione loquitur. Alij vero putarunt, quod putredo fiat propterea quod externus calor primo mixtū calefaciat, calefaciēdo rarefaciat, & laxet, & deinde intus permeet, caloremque intrinsecum adaugeat: qui vltra modum adauctus deinde in humidum agit, & ipsum absumit, ita vt nihil ipsius ad alendum calorē idonei relinquatur, quo quidem consumpto calor naturalis deficiat, & euanescat, mixtumq; corrumpatur. Quæ tamen opinio falsa est, quia iam demonstratum est putredinem non per intensionem, sed diminutionem caloris ad mentē Arist. fieri. qui quidem sicuti dixit, quod ea quæ putrescunt, principio fiunt humida deinde sicca, ita nō dixit principio calida fieri, quamuis calor quoque, vti & humidum, exeat. nam potius frigidiora fiunt. Et hac de causa cum mixtum incipit putrescere prauum odorē emittit, quia cum humor euaporet, odor autem in euaporatione consistat, euaporatio illa nobis insuauis est, quia non est nostro odoratus organo consentanea, sed disproportionata, & hoc quia in re putrescente humor, non autē calor dominatur. in principio autem combustionis, & assationis, quia calor exiens adhuc dominatur, & ab eo superfluum humidum potius absumitur, ideo nobis familiaris, amicusq; euaporat. Et ob id, qui praxim exercent, quo magis prauum excrementorum fœtorem percipiunt, eo maiorem putredinem, & caloris extinctionem arguunt. Ex his autem, quæ de putredinis natura & modo tradita fuere, facillimum est, vnà cum Philosopho, quarundam passionum causam & propter quid colligere (id enim rectè traditæ definitionis munus est) ex quibus deinde tanquam per effectus & signa, & per demonstrationē, quia adhuc magis putredinis efficiens causa, atque natura probatur. vnde inquit imprimis, in frigoribus res minus putrescere, quàm in æstu, in hoc enim calor ambiens potens est, in illis imbecillis, proindeq; tardè producit effectum, & ex hoc etiam colligimus, cur flante borea, qui frigidus est, & siccus difficilius, Austro vero spirante, qui calidus est, & humidus, facilius mixta computrescant, quod etiam in regionibus locum habet, in montibus enim in quibus aer purior est, & frigidior, diutius mixta seruantur: in conuallibus, humilibusque locis, atque maritimis, in quibus aer iungitur calido, & humido, cito putrescunt. Quod si nonnunquam fructus, vt melius à putredine immunes seruentur, radijs solaribus exponimus, & ad putredinem arcendam in habitationibus ignem accendimus, id non ob aliud agimus, nisi vt superflua humiditas absumatur. Et ita Sol per accidens à putredine præseruat. Humiditas enim scribente Gal. putredinis mater est. ideo dicebat siccata non putrescere. Humiditas enim quo magis abūdat, eo magis calori facilius dominatur, & effluit, & internum calorem magis hebetem reddit, mixtum laxat, & rarefacit, & alienæ caliditatis actionem, & externas omnes impressiones facilius recipit. humidū enim, vt testis est Philosophus difficile quidem proprio, sed facile alieno terminatur termino. siccum autem contra-

Ariſt. 8. meteorolog. cap. 2. — *Ariſt. loco cit.* — *Gal. 1. de temperam. cap. 4.*

Quarundam opinionū reprobatio.

Cur putrescētia fœtidum odorem exhalent.

Causa quarundam passionum circa putredinem contingētiū.

In frigore res difficile putrescunt.

rio modo sese habet, internũ.n.calorem acuit (est.n.vt dixit quidã Philosophus caloris lima) humiditatem, ne effluat, coercet: alienisq; actionibus magis resistit, quia facile ꝓprio, difficile alieno termino terminatur. Insuper cõgelata, cuiusmodi sunt metalla, lapides, cristallum, similiaq; minimè putrescunt, & longissimo temporis tractu. Cum.n.congelatio ex Arist. frigiditatis excessus quidã sit, excessus superari non possunt. Animaduertendũ tñ quod si frigiditas non adeo excedat, vt congelet, quãuis intra mixtum recipiatur, & veluti propria fiat ipsius mixti, attamen non ꝓseruat à putredine, sed potius innatũ calorẽ extinguit: vt ẽt interna frigiditas, q̃ naturalis est, facit. Pariter neq; feruens, aut calidum putrescit, minor.n.inquit, quæ in aere caliditas ea, quæ in re, quare non dominatur, neq; facit vllam transmutationem. Loquitur autem Arist. non de calidis simpliciter, sed de feruentibus, & hoc monuisse voluimus, qa, vt scribit Gal. calidæ tẽperaturæ facilius putredine corripiuntur, quàm frigidæ. Quare de feruentibus intelligendus Philosophus, quæ congelatis, de quibus sermonẽ habuerat, potissimum opponuntur. cum autẽ feruentia duplicia sint, quia vel actu, vt carbones, vel potestate talia sunt, ut calx, piper, & id genus alia: de vtrisque Philosophi sententia verificatur. Neq; inconuenit eundẽ effectum, eandẽq; à putredine præseruationem à contrarijs causis non quidẽ primo, sed secundario ꝓuenire. ꝓsertim cũ ferues, & congelatum ad vnum (quod nimia exuberantia est) in quo conueniunt, redigi possint. Similiter & quod mouetur, & fluit, minus putrescit, quàm quod non mouetur. debilior.n.fit motus caloris ambiẽtis, quàm eius, q in re quæ mouetur præexistit. qđ aũt quiescit, magis recipit actionẽ agentis, quia non ita cito recedit ab agente, quod putredinẽ inducit, & ob id fluentes aquæ viuę vocantur, qa non putrescunt, stagnãtes vero quia facile calefiunt à sole, & facile computrescunt, mortuæ appellantur. In animantibus vero aliam rationem assignare possumus, quia virtute motionum naturalis calor roboratur, ut ambientis calori magis resistat. & insuper merito motus multa exunt excrementa & præsertim per sudorem, & insensibilem transpirationem, quæ putredini maximè obnoxia sunt. Pariter aer in conuallibus, quia non ita facile agitatur, facile putrescit. in montibus, & collibus, quia vẽtillatur, purior est, diutiusq; à putredine arcetur. ita ociosi homines facilius ex putredine morbis corripiuntur. laborantes vero ab ijs diutius ꝓseruantur. & Philosophus scriptum reliquit, quod qui degunt in montibus tardius senescunt. senectus autem, vt superius diximus, ad putredinem uia est. Tandem eadem de causa, quod multum est minus, quàm paucum putrescit, in maiori.n. quãto maior virtus, & ignis proprius, per diuisionem vero res debiliores redduntur. Quapropter & mare secundum partem quidem diuisum cito putrescit, totum autem non. & aliæ aquæ eodem modo. hoc autem de toto aliquo mixto & indiuiso, & quod transpiratione non indigeat intelligendum est, nam magnus tritici aceruus citius, quàm paruus putrescit. quod etiam animalium cadaueribus cumulatis accidit, sed hæc sunt corpora separata, & triticum propter spirituosam, quam continet substantiam transpiratione opus habet. Ex his autem colligimus, quæ nam ab ipsa putredine mixta præseruare valeant. & cũ quinque fuerint ab Arist. enumerata, primo ea proposita sunt, quæ putredinem arcendi maiorẽ vim habent, deinde quę minorem. quorum vnum extrinsecus aduenit, & est ambientis frigiditas: quatuor autem intrinsecus sunt, vt congelatio, feruor, motus, & vnio, seu magnitudo. Et hæc de putredine, quæ perfectorum mixtorum propria est, & eorum corruptio secundum naturam, & putredo dicitur secundum totum, & maximè propria, dicta sufficiant. Verum quoniam etiam in ijs, quæ mixta non sunt, sed simplicia corpora, datur quidam recessus, seu separatio à propria natura, ut ait Philosophus, quem quidem recessum, nomine, uulgarique loquendi modo abutentes, putredinem nuncupamus, & insuper quia mixtorum, quatenus mixta sunt, corruptio potest etiam esse violenta, vti dum vel comburuntur, vel ita etiam contunduntur, & leuigantur, vt in puluerem redigantur: Idcirco vt quemcunque putredinis, mixtorumque corruptionis modum, speciemque vnà cum Aristotele declaremus, & vt appareat ad quod nam genus ex his, humorum in animalibus putredo reducatur; necesse est, vt tum de simplicium corporum elementorumque putredine, quæ secundum partem ab Aristotele nuncupatur, tum de combustione, quæ pro exemplo violentæ mixtorum corruptionis ab Aristotele in medium adducitur, paucis pertractemus. Quemadmodum etiam Diuinus Aristoteles paucissimis planè verbis hæc omnia, vt nihil eorum, quæ ad putredinem, mixtorumq; corruptionem attinent, desideraretur, com-

Congelata vix putrescunt.

Arist. 2. de vitu & inter.

Feruẽtia nõ putrescunt.

Galen. 1. artis Medici, & 8. method.

Quæ moueantur difficilius putrescũt.

Arist. 14. problem. probl. 9.

Totum difficilius putrescit quã pars.

particeps fit. sicut et ignis alienos vapores aliquatenus resoluit, cum tñ non ita efficax sit sicut ignis, nõ põt interdũ illos vndequaq; cõsumere. insup aer duplex est videlicet vel vaporosus nobis proximus, vel ꝓximus igni arido & siccorepletus. modo nobis ꝓximus putrescere qdẽ põt, nõ aũt ille, qui ꝓximus igni, plurimo igne refertus est. pariter pinguedo difficulter qdẽ putrescit, nõ tñ à putredine oĩo immunis est. nã secus Arist. sibi ipsi aduersaretur. cũ .n. pinguedo mixtũ quoddã sit, dicebat ipse qđ oĩa mixta suę naturæ derelicta tandẽ putrescunt. quid igitur putredo & corruptio secũdum partem esse dicatur & qb. cõpetere posit, clarum est. à qua quidẽ ꝑseruare ea oĩa apta sunt, q̃ ēt putredinẽ perfectorũ mixtorũ arcere valent. nã vtraq; ab actione, & aliena caliditate extrinsecus adueniente, procreatur. Qđ aũt cõbustio violentus ipsius mixti sit interitus, seu corruptio ab igne vniuersum mixtũ in sui naturã pro virib. trãsmutante, vnicuiq; cõpertũ est. quomodo aũt ab ipsa putredine differat, nõ ita cõstat, cũ putredinis definitio ēt cõbustioni cõpetere videatur. vnus .n. tum cõbustionis tum putredinis finis est: nã vtraq; ad cinerem, puluerem'q; terminatur. & vtraq; ab externo principio, atq; calore ꝓducit. ꝑsertim cũ dixerit Philosophus naturalẽ à violẽta corruptione distinguens, qđ naturalis ab interno, violenta ab externo oritur principio. vnde ēt putredo corruptio violenta erit. Animaduertendũ itaq;, qđ multis de causis inuicẽ distinguuntur. neq; ambarũ definitio vllo pacto eadẽ est. nã primo dũ ait Philosophus putredinẽ interitũ esse, subintelligere debemus naturalẽ, nõ aũt violentum, vti statim supra dixerat cõbustionẽ esse violentã. Secundo dum asseruit putredinẽ esse corruptionẽ ab ambientis caliditate ꝓductã, per ambiens illud audire debemus, in quo mixta apta nata sunt cõseruari, in igne vero nullũ mixtũ naturaliter cõseruari põt, quia oĩa destruit, atq; consumit. Tertio cõbustio, q̃uis ab aliena caliditate fiat, nõ tñ fit à ꝓpria mixti putrescentis frigiditate, quemadmodũ putredo fit, cuius adæquata causa ex interna, & externa constituitur: vnde rõne internæ aliquo pacto naturalis vocari põt. cõbustio vero absolutè violenta est, qa à solo externo principio & comburentis calore ꝑficiscitur. Quarto putredo naturalis vocatur, qa cõpetit mixto, quatenus mixtum est, & ob id dicebat, qđ oĩa mixta suæ naturæ derelicta tãdẽ putrescũt. quia cum p vnionẽ humidi cum sicco dominante calore genita sint, naturalem habẽt ꝓpensionẽ, & dispositionẽ, vt p humidi dissolutionẽ à sicco, calore deficiente, dissoluantur. vnũquodque .n. naturaliter in sua cõponẽtia dissoluitur. cõbustio vero violẽta est, quia non fit secundũ mixti ꝓpensionẽ. mixtum .n. inclinationem non habet, vt per cõuersionẽ in alterius agentis, & corrumpentis, naturã, intereat, & corrumpatur. Dum autẽ Philosophus ait, qđ corruptio violenta illa est, q̃ ab externo oritur principio, de animatorum, nõ autẽ mixtorum corruptione loquitur. aĩatorum .n. naturalis corruptio fit pp calidi & humidi resolutionẽ, absq; aliqua violẽta passione occurrente. Tandẽ combustio & putrefactio penes modũ, quo fiunt, maximè differunt. nã putredo modo superius explicato ꝓducitur. cõbustio aũt fit, qa ignis nedũ mixti superficiẽ calefacit, verũetiã in cõbustibili ita recipitur, vt intus p vniuersam ipsius substãtiã pmeet, & primo & per se propriã eius frigiditatem corrumpit, naturalẽq; illius calorem adauget, & adeo intẽdit, vt & ipse igneus, eiusdẽmq; gradus euadat, secundario vero mixti ꝓprium humidũ euaporare facit, & absumit, qđ eò magis assequitur quo nõ humiditatẽ, vt calor, qui putredinis causa est, sed siccitatẽ iunctã habet. ab vniuerso aũt hoc calore ꝓpria mixti humiditate vndequaq; cõsumpta, necesse est, vt subinde calor hic vniuersus in mixto corrumpatur, & euanescat, & purus tandem cinis relinquatur. His autẽ hunc in modũ explicatis, videndum est quo nã corruptionis modo, ex his qui iam fuere, declarari, humores qui in nostris corporib. putrescũt subindeque putridas febres creant, corrumpantur. quartum .n. modum, vt ex propositis liquet, adinuenire nõ licet. Multi ĩtaq; artis Medicę peritissimi dixere ipsos primo modo & putredine propriè dicta, q̃ mixtis pfectis cõpetit, & secũdũ totũ est, putrescere, atq; corrumpi. id aũt declarant, vnà cũ Galeno dum inquiunt, qđ pp inhibitã transpirationẽ, & ventilationẽ caloris, tũ fuliginosa detinenẽ, & multiplicantur excremẽta. tũ calor humorũ intenditur secũdũ gradũ, & plus iusto adaugetur, & ita retẽtę fuligines adhuc magis calorẽ natiuũ, q in humorib. reperitur, intẽsiorẽ, & igneũ reddunt. is aũt ita intẽsus in humidũ agit, & ipsum absumit, humoresq; ipsos in cinerẽ subinde reducit. Verũ q̃uis humores in corporib. nostris mõ iã exposito, corrũpi possint, attamẽ, vt superius demõstrauimus; modus hic à vera & naturali mixtorũ putredine est maxime alienus, nã calor naturalis, & internus mixti vere putrescẽtis nõ intẽdit, sed potius

Combustio, quid namat, & quo pacto a putredine differat.

Aristo. 4. meteo. cap. 2.

Aristo. lib. de morte & vita.

Combustio quo fiat.

Humores, q in aialib. putrescũt, quonam putredinis, aut corruptionis genere corrumpantur.

Quorundam Medicorũ opinio, q̃ fuit & Vgonis & Gentilis Reprobatio.

Gal. 11. metho. cap. 8.

An humorũ putredo sit ipsorum ab igneo calore combustio.

nostris corporibus neque putredine secundum totum, neque secundum partem corrumpantur, iure optimo aliquis posset opinari ipsorum corruptionem non quidem per viam putredinis, sed per quandam semitam combustionis fieri. præsertim cũ idẽ multis rationibus nec non etiam Galeni auctoritate, & experientia comprobari possit. nam primo horum corruptio ab igneo calore proficiscitur, nam febris putrida calor igneus est, vt suo loco declarauimus, proprium autẽ ignei caloris est exurere. Secundo igneus hic calor, quemadmodum etiam in combustione contingit, humorum, qui putrescunt, substantiam vniuersam permeat, & propriam ipsorum caliditatẽ adauget, & igneam reddit & citra propriæ frigiditatis concursum (hanc enim calor igneus interimit) ipsorum humiditatem fundit, in vaporem vertit, & absumit. Quod autem calor igneus per vniuersam humorum penetret substantiam inde probari potest, quia dum sanguis putrescit nonnunquam adeo assatur, vt Galeno teste, pars eius subtilior ac pinguior omnino in flauã conuertatur bilem, quæ autem crassior, in atram: quod in his tumoribus, qui carbunculi appellantur, contingit. nam in his ex sanguine supra modum efferuescente ad melancholicum humorem, qui in atræ bilis fit confinio constitutus, transmutatio fit. pariter dum bilis putrescit, vel in cinerem vertitur fusã, & absumpta humiditate, quod ei ratione siccitatis facile competit, cinis autem, quemadmodum & acetum, calore aliquo, per propriam substantiã disseminato, non destituitur, vel ita assatur ab igneo putridarum febrium calore, vt in atram vertatur bilem. quod ẽt melancholiæ contingit, nisi in cinerem conuertatur. pituita pariter, dum putrescit, in calidos putridosq; vapores secundum plurimam sui portionẽ conuertitur, partim vero in salsam mutatur pituitã, propter sicci autẽ penuriã (humidissima.n.omnium est) non ita ad cinerem perducitur. & quia viscida, & frigida, & humida, & secundum ambas qualitates igneo calori aduersatur, egerrime ad exactam dissolutionem, & cineream substantiã deducitur. Quãuis autem humor sit semicoctus, non tamen ab igneo & putredinali calore in sanguinem per vlteriorem concoctionẽ conuertitur; vt enim hoc fiat, calor attemperatus & naturalis requiritur. Insuper dicebat Hipp. optimi puris notas describens, qđ ipsum, præter cæteras conditiones, æquale est, hoc autẽ fit, ait Gal. quia naturalis calor per vniuersam ipsius permeauit substantiã, ergo multo magis igneus calor, cum vehementior sit, & magis acutus, per eandem substantiam permeat. Quæ oĩa arguunt quinetiam humorum putredinem combustionem quandam esse, vnde non immerito quædam putridæ vocantur ardentes, & in quibusdam vt Galenus ait, interiora vruntur, qui etiam sępius ait in putridis febribus humores assari, & in oĩbus putridas fuligines, & fumosas exhalationes eleuari. in vera aũt putredine vapor calidus & humidus non autem fumosus secernitur, & ideo in febricitãtibus tum fauces, tum potissimum lingua, quia mollis est, & spongiosa, & exhalationibus ex ꝓcordijs eleuatis exposita, fuliginosis excremẽtis inficitur, sed quid quęso ardor, vstio assatio, efferuescentia, fumus, fuligo, cineres, & alia huiuscemodi arguunt, nisi calorẽ actu siccũ & igneum, & subinde combustionẽ? Pariter corruptionis velocitas (nã sæpe accessiones, trium horarum spatium non excedunt) magis combustionem, quã putredinem arguit. quemadmodum etiam violenta, & ꝑter naturam humorum corruptio idẽ confirmat, combustio.n.ex Arist. violenta est corruptio, putredo naturalis. Insuper Gal. humorum putredinem putredini ipsius fimi comparabat, qui adeo vehementer à sole erat calfactus, vt instar fumi multã euaporationem in sublime emitteret, mordacem, & dolorificam. & tangentibus adeo calidus erat, vt qui longiori tempore manus, & pedes admouisset, exureretur. ad hæc idem Gal. scribebat similẽ rationem humores habere ad calorẽ, qui in eis accenditur, quã & ligna ad ignem, ex ipsis.n. inquit, dum alterantur generatur ignis, non tamen in infinitũ, sed eo vsq; donec possint exuri, & aliquid natiui liquoris habuerint, qui vbi consumptus ex toto fuerit, tũc ardere iam desinunt, ac quæ reliquię supersunt cineres vocantur eodem modo putrescentium humorum caliditas permanet, donec omnino fuerint assati parum vero reliquiarum terrestrium ex his restat, non plurimũ ut ex lignis, quia in eorum substantia humidum, & non siccum pręualet elementum, ita vt si oleum aut vinum, vel simile elixabis parum terrestre relinques, reliquum omne extenuatũ in vaporem resoluetur. id tandem experientia comprobari potest si enim humores vere putrescerent, sequeretur quod qui humidi sunt facilius, & frequentius putrescerent, vt sanguis, & pituita. nam superius diximus, quod humiditas putredinis mater est, oppositum tamen testari videtur experientia, quia biliosæ & melancholicæ febres sunt frequentiores, quam

Gal. 1. de diff. febr. cap. 9.

Gal. 1. de diff. febr. cap. 5.

Gal. 2. de diff. febr. vlt.

quàm sanguineæ & pituitosæ; nam siccitas cõbustioni maximè parata, quia vero ipsa flaua bilis præter siccitatem, caliditatem habet, & subinde secundum ambas qualitates igni simillima est, hinc fit, vt omnium facillimè accendatur, & ex centum putridis febribus, in praxi nonaginta, vel ẽt plures biliosæ febres obseruantur, quæ de tertia in tertiã diem exacerbationem habent. Verum si humorum cõbustione hac suscepta, eorum putredinem abijciamus, non solum Gal. sed omnibus qui de natura, & arte medica pertractarunt, aduersabimur, & putridę febres, de quibus nũc agere instituimus, non amplius putridæ, & ex humorum putredine ortæ, vt omnes fatentur, sed potius ex vstione ipsorum genitæ, erunt dicendæ. Quare breuiter sciendum est. Animalium humores, prout naturam quandam ancipitem, variasq; à reliquis tum mixtis perfectis, tum simplicibus corporibus conditiones nacti sunt, ita variam quandam, atque confusam corruptionem fuisse sortitos. Nam primo humores, ad differẽtiam elementorum, mixta quædam sunt corpora, secundo, si ad mixta perfecta referantur, imperfecta mixta sunt, siquidem ex his perfecta constituuntur. Tertio in viuentium, animaliumq; corporibus, quæ vitali, innatoque affluunt calore naturaliter continentur, & conseruantur. Si itaque, quatenus mixta sunt corpora, perpendantur, vt sic putredini secundum totum, quæ vere generationi contrariatur, sunt obnoxij, quia cum per mixtionem humidi cum sicco dominante calore geniti sint, & propriam formam, atque substantiam consequuti, ita per secretionẽ eiusdem humidi à sicco terreo ꝓpter proprij caloris indigentiam corrumpi possunt, & propriam formam amittere. Et ob id, dum aliena et extranea caliditas, quæ propria ipsorum caliditate viribus superior sit, siue sit fuliginosorum excrementorum, siue alterius rei ambiẽtis, siue ipsos simpliciter ambiat, siue in eorum substantiam recipiatur, in ipsos agit, procul omni dubio, tũ ipsorum calorem proprium euocare, tum etiam eorum humiditatem, tum illum accendere, & hanc in vaporẽ soluere fundere, & absumere, & à sicco secernere & tandem ipsas in cineres redigere, valet. Si vero ut mixta sunt, sed imperfecta, considerentur, & potissimum vt actu humidi sunt (idcirco.n. humores vocitantur) & eorum plurimi aqueã ꝓseferunt naturã, hoc pacto putredine sẽcũdum partem quodãmodo corrumpi dicuntur, non quia eorum forma substantialis seruetur, eorum temperamento solum immutato, vt Philosophi quidam falso credidere, sed quoniam sicuti in putredine secundum totum mixta non solum corrumpuntur quatenus talia mixta sunt, sed etiam quatenus mixta, quia in puluerem & cinerem rediguntur: ita humores sæpius corrumpuntur quatenus tales determinati humores, non tamen quatenus absolutè humores existunt. dum.n. corrumpitur sanguis in inflãmationibus carbũculisq;, dum supra modum assatur, in flauam & atrã vertitur bilem, sin minus in pus, & dum oriuntur gangrenæ, in alios prauę naturę succos mutari potest. Et sic de reliquis humorib. vt superius notauimus, dici potest, qui sæpius, dum calor naturalis omnino vincitur à calore præter naturam, sæpius in materiam quandam putridam sed tenuẽ & aquosam abire, solent, nam proprio calore deperdito, à quo eorũ humiditas crassior reddebatur, necesse est, vt fluidi & aquosi fiant. cũ enim sæpius aquei à prædominio sint, aqua sola humidorum, dicebat Philosophus, etiam si diutius coquatur, & elixetur, nõ incrassatur. Qui autem plus in se continent sicci terrei, calore præter naturam magis dominante, in materiam aut melli, aut seuo, aut pulti, aut consimili, quod crassiorem habeat consistentiam, cõuertuntur. ex duorum.n. generum miscella alia tertia secundum speciem euariat, ait Gal. quoniam & innumerabiles miscellæ modi in eo, quod magis, & minus alterum genus superat, & superatur, reperiuntur. at duorum generum alterum quidem fit superante natura, alterum vero superata. superante autem natura putredo fit, quæ non simpliciter putredo, sed aliquid in se continet coctionis. nam adhuc vi coquendi vasorum remanente, putrescens humor ad talem peruenit alterationem, vt fiat quoddam puri proportione respondens subsidens in vrinis, sed & alterum est putredinis genus, cũ uis concoquens adeo debilis est, vt nullã amplius facere possit in putrescente humore ad optimum transmutationem etiam si quod putrescit, mediocriter sit vitiatũ: interdum uero fieri potest vt vis non omnino sit imbecillis, sed humor sit maximè vitiatus. Huius superfluitatis putredo, neq; consistentiã, neque aut colorem, aut odorem habet vnum, sed semper secundum substantiam permutatur (inquit ipse) ac multis modis euariat. Natura vero integrè superante optimum fit pus conspectui album, & crassum, & æquale, leñe autem tangenti, ac minimè fœtidum. Si vero semiputridum fuerit tertium genus fit, quod multiforme est; nam in eo

quod

Animalium humores cur variam & cõfusam corruptionem patiantur.

Humores, vt mixta sunt corpora putredinem totalem subire possunt.

Humores, vt mixta imperfecta quomodo secũdum partẽ putrescere dicantur.

Arist. 4. meteorg. tex. 37.

Gal. 1. de diff. febr. cap. 6.

quod magis, vel minus coquitur, est innumerabilis differentia. Quot verò in abscessibus putredinis sunt differentiæ, totidem in febribus putridis sunt eorum, quæ in vrinis apparent formæ. Per semiputredinem verò non intelligit Galen. humores ita putrescere secundum partem, vt solum à proprio temperamento recedant, & ad propriam formam reduci possint, vt isti Galenum malè intelligentes putarunt. Sibi enim in paucis verbis pugnantia protulisset, nam statim supra dixerat permutationem fieri secundum substantiam: sed per semiputredinem illam intelligit, quæ partem concoctionis in se continet, etiam si putrescens humor propriam formam prorsus immutet, & sui eradicationem, non autem ad benignum statum reductionem, indicet. Postremo si accipiantur humores quatenus in viuentium corporibus continentur, & nō modo viuentium simpliciter, sed ipsorum animalium, quæ plurimo, & vehementissimo calore referta sunt, non inconuenit, vt quandam veluti combustionem, siue ebulitionē, aut etiam assationem subeant. Cum enim plurimo influente calore profundantur, & foueantur, quem quidem partim in prima coctione, quæ in ventriculo celebratur, partim in secunda, in iecore videlicet & venis, sed potissimum ab arterijs, & corde ipso cō sequuntur: si forte fortuna calor hic ignescat, facillimum est, vt per viam cuiusdam cōbustionis, violenterque corrumpantur. Potissimum cum calor hic in sua temperie alioquin persistens, in sui radice igneus sit, vt in sermone de innato calore demonstrauimus, vt propterea viuentium calor ignis à Platone fuerit nuncupatus, & ab Aristot. igni, qui, vt conseruetur, continuò eget fomite, planè assimilatus sit. Et quia combustio per receptionem ignei caloris in mixti substantiam fit, huius caloris penetrationi humorum dispositio maxime fauet. sunt enim tenues, mollesque, & rara admodū substantia præditi. quo fit vt in externis ēt humoribus & liquoribus omnibus, caliditas ambientis, etiam si remissa, & minimè exurens sit, facilè tamen recipiatur. vnde obseruamus vinum paulò antequam putrescat, quadantenus calefieri, quod etiam in reliquis huius classis mixtis & humoribus nostri corporis similibus fieri cōspicimus. Verum quoniam propriè dicta combustio non solum ab igneo calore fit, sed ab igne ipso, & proinde ab omnium vehementissimo calore tum potestate, tum actu sicco: animalium autem calor quamuis in sui radice igneus sit, attamē de necessitate fundatur in humido, sine quo consistere & conseruari nullo pacto potest, à quo quidem humido, ea vehemens obtunditur caliditas, quæ pro exquisita combustione necessaria est, ea propter Auctores omnes humorum corruptionem non combustionem, sed putredinē vocauere. Præsertim cum sæpius non in cinerem, sed in alterius naturæ humores abire, & innumeris ferè modis, atque formis, corrumpi consueuerint. Quos quidem modos omnes, & quascunque mixtorum omnium corruptelas, siue secundum totum, siue secundum partem, siue violentas vt explicaret, atque comprehenderet Diuinus Galenus, putredinem, non, vt Arist. definiuit, sed eam esse dixit mutationem totius putrescentis corporis substantiæ ad corruptelam, à calido externo. & per calidum externū non illud intelligit, quod in re putrescente non recipitur, seu ipsam solum ambit, sed externum accipit, prout à proprio contradistinguitur, prout etiam alibi ex mente philosophi scribebat, quod Arist. rectè sentire videtur, ab aliena caliditate putredinē oriri. Quare per externum alienum intelligit & ideo hoc probans subdit. Non enim profectò à proprio calore corrumpitur quicquam, imò contra prorsus quicquid in rebus subsistit, id gliscit, roboratur, sanum est, ac viuit, dum proprio calore regitur: veluti nimirum ipsa animantium corpora, tametsi plurimam substantiæ suæ portionem humidam, & calidam sunt sortita, magnum tamen annorum numerum sine putredine, ac sana viuaq; exigunt, si seruetur eorum proprius calor, in cordis quidē corpore, per respirationem, in reliquis omnibus partibus, tū per communitatem, quā habent cum corde, tum per aliam quondam respirationis speciem, quę per totam agitur cutem, & transpiratio, perspiratiove dicitur. His verò læsis, vnà etiam naturalis calor læditur. Alter verò quidam alienus, ac præter naturam in corporibus excitatus, primum quidem ipsos succos propter humiditatem, & putrefacit, & corrumpit. Spatio verò tum adipem inuadit, tum etiam carnem. Verum dubitaret quis: si humores propter humiditatem, vt ait, corrumpuntur, & hoc propter causas superius assignatas (putredinis enim mater dicitur) & insuper si eodem Galeno teste, calida & humida corpora præ cæteris putredini sunt obnoxia. Cur est quod putridæ biliosæ & melancholiæ, vti superius notauimus, pituitosis, & sanguineis frequentiores sunt? cum tamen hæ ab humidis, illæ verò à siccis humoribus putrescentibus proueniant? non ne sanguis,

Humores, prout in animalium corporib. sūt quandā veluti combustionem suscipere possunt.

Arist. lib. de mor. & vit. & iuu. & breuit. ca. vlt.

Cur humorū putredo cōbustio non dicatur.

Putredo qd ex Gal. sententia.

Gal. 11. met. 8.

Gal. 2. de diff. feb. 9.

Gal. 11. met. 8.

Dubitatio.

Gal. loc. cit. & m..lt. alijs in locis, ..r .f. 8. meth. & 1. de diff. feb. c. 4.

ſanguis, cum calidus & humidus ſit, frequentius, faciliuſq́ue putrefieri deberet? animaduertendum ſanguinem ipſum, ſi cum cæteris excrementitijs humoribus conferatur, data in cauſa putredinis paritate, difficilius putreſcere, quia cum alimentum ſit pro alendo corpore maxime accommodatum, atque germanum, ab ipſa natura maxime regitur & conſeruatur. per venas enim ab attrahentibus particulis faciliimè per vniuerſum corpus diſtribuitur, atque mouetur, quæ autem mouentur, dicebat Philoſophus, non putreſcunt, propter cauſam ſuperius aſſignatam. Pariter probè concoquitur, particulis apponitur, & merito fibratum agglutinatur, & aſſimilatur. Quod ſi forte venas exeat, vt in phlegmonibus accidit, & amplius regi non poſſit, tum omnium facillimè & putreſcit, & in pus vertitur, quod alijs humoribus ſynceris, dum in aliquã particulam ſeorſum ab alijs colliguntur, non contingit, vt in eryſipelate, ſcirrho, & œdemate videre eſt. Similiter dum ſanguis in cauam aliquam particulam ita colligitur, vt in grumos vertatur, quia ſolus calidus & humidus eſt, adeò prauam contrahit putredinem, vt ex ea perniciosiſſima ſequantur ſymptomata. quod ſi de reliquis humoribus ſermo fiat, pituita promptius quam reliqui, propter nimiam humiditatem computreſcit, potiſſimum ſi cum aliqua calidi humoris portione mixta ſit, ſed cum hæc duplex ſit, vel enim crudus eſt humor à Galeno dictus, qui per vlteriorem coctionem in ſanguinem mutatur, ſuperflua. ſ. à calore conſumpta humiditate, & frigiditate ſuperata, (nam fibræ deinde propter lentorem prompte ſuccedunt): vel eſt pituita excrementitia ad alendum prorſus inepta, qualis eſt potiſſimum tum ventriculi, tum inteſtinorum, tum cerebri excrementum: proculdubio crudus ille humor non ita facilè computreſcit, tũ quia non vt ſanguis calidus ẽ, tũ quia ab ipſo naturali calore, quadã ex parte regitur, & in ſanguinem alimentumq́ue mutatur: & his de cauſis in œdematibus raro admodum & vix, aut putreſcit, aut in pus vertitur, proindeq́ue in ipſis febris non accenditur, dummodo pituita hæc cruda cum calido humore non ſit permixta. Ea verò, quæ prorſus excrementitia eſt, & promptiſſime, & frequentiſſime computreſcit, vt faciliimus, & creberrimus vermium prouentus, qui ex hac putreſcente generantur, nobis ſignificat. Neque nobis obſtat bilioſarum febrium maxima frequentia, quia in his vt plurimum non ſyncera putreſcit bilis, ſed cum pituita ipſa permixta, atque confuſa. In qua quidem mixtione licet quo ad molem putreſcens pituita dominetur, attamen quo ad vim præualet ipſa bilis, quæ, cum vehementem caliditatem ſortita ſit, hæc maximum momentum ad agendum, atque mouendum, & ad extraneũ igneumq́ue calorem ſuſcipiendum, vt diximus ſuperius, obtinet. Putridæ verò quæ ex ſyncera bile putreſcente gignuntur raræ admodum ſunt. Fiunt autem dum ipſa in magna copia collecta eſt, & quia licet poteſtate ſicca ſit, aliquam tamen actualem habet humiditatem. Rariores autem adhuc ſunt melancholicæ & quartanæ exquiſitæ febres quia ab humore fiunt, qui ſecundum ambas qualitates (frigidus enim eſt & ſiccus) putredini aduerſatur. & ideo ſcirrhi exquiſiti ab eo geniti, nunquam aut putreſcunt, aut in pus vertuntur. Ex hoc autem diſcurſu, quilibet percipere poteſt, quo pacto ex humorum putredine febris accendatur. Cum enim in hac putredine propria humorum caliditas intendatur & ignea fiat, ab hac caliditate humoris putreſcentis humiditas efferueſcit, atque depaſcitur, ab eaq́ue communicationis ratione, vt ait Gal. febris accenditur: ſemper enim calefactæ proxima pars ſimul caleſcit, donec ad cor diſpoſitio pertingat. vbi verò cordis humor iam incaluit, & ſolida eius ſubſtantia adhuc caleſcit, febrilis calor quam citiſſime ab ipſo corde per vniuerſum corpus transmittitur. Quomodo autem id fiat, in ſermone de febris eſſentia declarauimus. Humorum autem humiditate conſumpta, neceſſe eſt vt etiam caliditas ignea euaneſcat, quia cum ſolæ humorum ſiccæ, terreſtreſq́ue portiones remaneant, hæ vt ait Auicenna, vehiculum caliditatis non ſunt.

Reſponſio.

Febris quo ex humorũ putredine generetur.

Gal. 1. de diff. feb. c. 3.

Auic. 1. 4. tractatu 2. c. 1.

De febris putridæ cauſis. *Cap. XII.*

ET autem putredinis eorum, qui in corpore noſtro ſunt, humorũ cauſæ oẽs nobis facile innoteſcant: illud ante omnia notandum eſt, quod ſemper memoriæ repetendum eſſe monuit Galenus, dum ipſe nobis ſcriptum reliquit, quod nulla cauſarum ſine patientis aptitudine agere poteſt. alioquin enim ait ipſe, omnes circa canis ortum ægrotarent: ac in peſtilentijs morerentur. Cum ergo in

Gal. 1. de diff. feb. c. 4. & lib. de cauſ. morb. c. 4.

pallio-

passionum generatione magnam partem habeat, eius, quod passurus est, habilitas corporis, & humorum putredo eorum passio quædam sit: idcirco necesse est, vt huius putredinis causæ omnes, vel ad humorum dispositionem, vel ad ipsam putredinis efficientem causam redigantur. Illud pro comperto habentes, quod quicunque efficientis potestati consentiunt, facillimè putrescunt. Contrarij verò, ac renitentes, quantum viribus, ac magnitudine contrarietas valet, tantum inuictos perdurare contingit. Vnde illud sciendum est, quod si forte dicamus quosdam humores putredini dispositos non esse, hoc absolutè intelligendum non est, quia cum humores mixta sint, omne mixtum alioquin suæ naturæ derelictum, dicebat Philosophus, tandem putrescit, & potissimum humores, propter humidam quam habent constitutionem. Quare dum dicimus aliquem humorem non esse dispositum, intelligendum est cum difficultate putrescere, potissimumque in relationem ad vim efficientis, quæ, quo minor in humore dispositio reperitur, eo vehementior, efficaciorque requiritur. Si itaque de causis, quæ ad humorum dispositionem reducuntur, habeatur sermo, ij ad putrediné habiles, promptique, ac parati redduntur, propter causas internas, vel externas. Internæ causæ sunt, tum totius, tum etiam partium & potissimum vniuersali concoctioni inseruientium intemperies valdè humida, calidaque: nec non etiam alia totius, & partium vitia, quorum vi succi corrumpuntur, & vitiosi fiunt. plurimaque generantur, & colliguntur excrementa. Hæc enim cum ab ipsa natura non rectè gubernentur, facilè putrescunt, & potissimum si immodicè humida sint & calida. Promptissime enim putrescunt, dicebat Galenus, quæcunque calida, ac humida, atque in calidis locis, nisi difflari, ac refrigerari contigerit. Hinc etiam calidæ & humidæ naturæ, vt idem scribit, fœtida emittunt excrementa, quia humores omnes sibi similes reddūt creantque, qui deinde facilè putrescunt. Maximè enim ait omnium putredinis morbis hæc intemperies exposita est, quia per ipsam sanitatem proximè ad putrediné accedit, vt ex sudoribus conijcere est, qui grauiter his olent, tum ex vrinis, deiectione, & respiratione ipsa. Externæ porrò causæ sunt praua corrupta, & vitiosa alimenta. Ex his enim gignuntur humores quorum vitium nullo naturæ beneficio emendari potest, ita vt leui admodum de causa corrumpantur. Voco autem praua cibaria vna cum Galeno, tum ea, quibus hoc ipsum est à natura insitum, sicut allia, cæpe, nasturcia, poros, brassicas, ocyma, & vrticas, & alia omnia quæ agrestia dicuntur, veluti quæ apud nos lampsanè vocantur. Et quæ præterea natura quidem optima sunt, sed ob quosdam putrefactionis modos æquale prædictis, aut maius aliquando vitium contraxere, veluti frumenta, hordea, atque omnes aliæ fruges, quæ ad vsum cibi assumuntur. Quarum nonnullæ temporis longitudine ad putrescibilem ducuntur dispositionem: aliæ quoniam malè repositæ fuerint (vt dum in calidis & humidis locis reponuntur) situ te pleutur: quædam verò & in primo ortu rubigine deprauantur. Vnde tales cibos vrgente fame plures coacti comedere, nonnulli quidem à putridis, ac pestiferis febribus interierunt, nonnulli autem pustulas instar scabiei ac lepræ in corpore contraxerunt. Quod quidem, vt monet Gal. contingit potissimum, vbi, post ipsorum esum, homines aut vehementibus motibus, intempestiuisque laboribus, aut æstiuo soli, aut balneis calidis dulcium aquarum, se ipsos exponunt: nam tunc corrupta cibaria in totum habitum corporis recipiuntur. Similiter inter cibos ex quibus humores putredini procliues gignuntur à Galeno & Auicen. fructus horarij & immodicè humidi, & quicunque alieni, vitiosique sunt succi proponuntur. ex his quippè genitus sanguis tamersi concoctione crebram mutationem subijt, pristinæ tamen conditionis, & eius à quo nascitur nonnihil adhuc vbique retinet. Vnde scribebat Gal. quod ferè omnes arborum fructus sunt mali succi, præter glandes, quas castaneas vocant. De cæteris, fructuum eorum, quos fugaces nominant, omnium malus succus est; qui in ventriculo corrupti, propè ad veneni vim accedunt: vt mora, quæ & si persicis, ac prunis sunt moderatiora, nihilo tamen minus, quàm illorum est praua corruptela. Insuper ab Auicen. cibi immodicè frigidi enumerantur. Quia, vt ipse habet, in bonum non vertuntur sanguinem: sed humor malus, frigidusque remanet, quem calor innatus abhorret, & extraneus putrefacit, qualis est humor qui à cucumere, & citrulo, & piris, aut similibus generatur. de quibus Gal. quoque in hunc modum meminit. Sunt etiam fructus cucumeres, pepones, & melopepones, sed horum nulli bonus succus inest. Quia nisi cito transeant, in ventre corrupti, succum ex ea corruptela faciunt, qui proximè ad letalia medicamenta accedit. Sola cucurbita in hoc fructuum genere vitio

Causæ, quæ humores putredini paratos reddunt.
Internæ.
Externæ.
Cibi sua natura praui.
Cibi corrupti.
Cibi immodice humidi.
Cibi frigidiores.

Gal. 1. de diff. feb. c. 3.
Gal. 2. met. c. 7
Gal. 1. de diff. feb. c. 3.
Auic. 4 primi. 1. c. 1.
Gal. 1. de cibis boni & mali succi. c. 8.
Auic. loc. cit.
Gal. loc. cit.

re vitio vacat: quæ tamen & ipsa in ventre corrupta, fucci valdè mali efficitur. Ad hæc humores putredini paratos creant, ea alimenta quæ boni fucci sunt, sed facilè corrumpuntur, aut putrescunt, sicuti lac est ex Auicen. atque Galeno, qui ait, quod vbi copioso adhæret calori statim in nidorem abit, cum autem pauco cito acescit. & hæc de alimentorum substantia satis sint. Quod autem eorundem vitiosa, & potissimum immodica quantitas, tum prauus præparandi, condiendique modus, tum intempestiuus vsus, tum ordo præposterus (vt quum priore nondum concocto alter ingeritur, aut quum duri cōcoctuque difficiles lenioribus præmittuntur) ad corruptelam, & prauos humores creandos apprime faciant, ex his quæ in tractatu de læsa ventriculi concoctione à nobis fuere conscripta facilè colligitur. Nec non à Galeno ipso & ab Auic. & alijs confirmatur. Iam verò pestilens ac corruptus aer multo magis quàm praua alimenta humores putredini paratos reddit. Dum enim corpus subiens eos simili qualitati afficit atque corrumpit, ij putredini obnoxij quam maxime euadunt. sed quia humores à pestilenti aere corrupti leuissima de causa, & illico ferè, & momento temporis vt plurimum putrescunt, & quia corruptio, vt habet Philosophus, ad putredinē via est, & aer corruptus, vt humoribus corruptelam impertiat, corpus dispositum & excrementis refertum & stipatum, non secus ac ipsa putredo requirit, & demum quia aeris corruptela vt plurimum putredinem ab aliena caliditate prodeuntem comitatur, aliena autem caliditas proxima & immediata putredinis humorum causa est: ideo placuit Galeno corrupti & putridi aeris occursationem non quidem ad ea, quæ corpus putredini paratum reddunt, & ad passi dispositionem, sed ad agentium causarum numerum redigere. Quare & nos de putredinis causis, quæ ex parte efficientis se tenent, loquentes, dicere debemus has, vel humores tum corrumpendi primum, tū putrefaciendi vim habere, vel citra præuiam corruptionē simpliciter putrefacere posse. Porro inter priores corrupti & putridi aeris putrescibilive euaporatione infecti occursatio, atque contagium potissimum locum tenet. Superiori siquidem capite vnà cum Arist. declarauimus, aerem ipsum propter alienæ caliditatis impressionem, & halituum potissimum, vaporumque putridorum permixtionem, à propria natura recedere, & secundum partem putrescere, atque corrumpi posse, de qua quidem putredinis causa. loquens Gal. cum prius dixisset, calidiores aeris status, quales maxime circa canis ortum contingunt, per inspirationem manifestè cor calefacere, corpori verò extrinsecus circunfusos totum corpus calidius efficere, sed præsertim arterias, quæ aliquid aeris trahunt, cum quibus omnibus cor simul necessario afficitur, & cum supra modum incaluerit ipsum primum, atque potissimum febrilem calorem suscipere, & ad totum corpus transmittere; deinde subdit. In pestilenti verò aeris statu, inspiratio plurimum est causa. Fit enim & aliquando ob eos, qui sunt in corpore humores ad putrescendum paratos, cum breuem aliquam occasionem ad febris originem ab aere ambiente acceperit animal. Magna autem ex parte ex inspiratione incipit aeris circunstantis à putrescibili euaporatione infecti. Putredinis autem principium, vel cadauerum multitudo non crematorum, vt in prælijs contingere solet, aut ex aliquorum, vel lacuum, vel paludum æstatis tempore, vel locorum infusorum, ait Auic. in quibus madefiunt res, vt linum, & aspaltum euaporatione. Contingit autem quandoque præcedere ambientis aeris caliditatem immodicam, vt in ea pestilentia, quæ Athenienses inuasit, vt Thucidides dixerit. Quod in tugurijs suffocantibus æstatis tempore habitantium corpora corruptione laborabant. At quia humores corporum ex victus prauitate erant putredini obnoxij, hinc febribus pestilentibus origo data est. Fortè autem per continuum ex Aethiopia quædam putredinis fluxere contagia, his quorū corpora erāt ad patiendū parata, febriū causæ futura. Magnā.n. in morborū generatione partē hēt passuri corporis habilitas. Supponatur .n. in aere quædā pestis semina contineri, & nonnulla in eo corpora esse varijs superfluitatibus plena iā ex se ipsis ad putrescendū paratis. Nonnulla aūt pura, & inutili materia carentia. Ac primis adiūgatur in multis corporis partibus obstructio foraminū, & plethora, & vita ociosa in multis crapulis, & ebrietatibus, ac rei venereæ vsibus immoderatis, & his, q necessario omnia iam dicta consequuntur, cruditatibus. Reliquis verò putis, & superfluitatibus omnino carentibus adsint libera in omnibus meatibus spiratio, ita vt obstructionibus, & adstrictionibus careant, exercitia sint moderata, victus temperatus. Non ne rationabile est illa quidem statim à prima inspiratione principium putredinis sumere, ac plurimum in malo procedere? quæ autem munda sunt & superfluitati-

Auic. loc. cit. Gal. 5 aph. 64

Cibi qui faci le corrūpuntur.

Praua ciborum admini stratio, & ci bādi norma

Gal. 3. de sym. ca. c. 1. Auic. loc. cit.

Arist. 4. met.

Causæ efficientes, & paratos humores putrefacientes. Putridi aeris occursus.

Gal. 1. de diff. feb. c. 4.

Febrium pestilentiū causæ.

Auic. loc. cit.

fluitatibus carent, nonnulla quidem nihil, nonnulla verò minimum mali sentire, ita vt facilè ad naturalem habitum habeant regressum? sic & cum aeris temperatura à naturali habitu ad caliditatem & humiditatem immodicè fuerit cõuersa, pestilentes oriri morbos est necessarium, plurimum verò eisdem laborare quicunque fuerint superflua pleni humiditate: vti qui moderatis laboribus se exponunt ac victu vtuntur moderato in omnibus huiusmodi dispositionibus nullam omnino sentiunt offensionem. De pestilentibus verò febribus facta mentio est, quia omnes, vt Galenus testis est, à putredine ortum habent. Si verò putredinis efficiens causa citra præuiam corruptionem simpliciter putrefaciat, hæc vti sæpius diximus, est aliena caliditas quæ quidem extranea est in respectu propriæ caliditatis humorum, & duplex adhuc esse potest, vel enim adeò intensa est, vt febrilis sit, & ignea, vel non est febrilis. Si intensa & ignea sit, caliditas hæc est ipsamet febris præsertim ephemera. Vnde vnà cum Galeno in ephemerarum tractatu docuimus sæpissime contingere, vt ephemeræ in febres plurium dierum, putridasque pertranseant; quod quidem euenit potissimum in calidis & humidis temperaturis, & quoties humores ad putredinem parati redundarint. Facillimum enim est vt tunc igneus calor humorum substantiam permeans propriũ eorum calorem sibi similem reddat, & intendat, & ab eo deinde propria humiditas in vaporem attollatur efferuescat, & in putrescente humore dissoluatur, eiusque putredo subsequatur, quemadmodum nostrũ de putredinis natura discursum intuenti clarissimum esse potest. De causis autem ephemerarum in proprio earum tractatu diligentissime loquuti fuimus. Si verò aliena caliditas non sit febrilis, tunc vel à rebus præter naturam & internis causis, vel non naturalibus & externis occasionibus oriri potest. Si à rebus præter naturam internisque ducat originẽ, tunc caliditas ex propria, naturali, & commensurata, aliena, & intensa euadit propter prohibitam transpirationem, quæ vel propter adstrictionem, vel obstructionem meatuum, vel foraminũ suboritur. In obstructionibus enim foraminum dicebat Gal. atq; humorum intrusionibus ex putredine patiuntur febrem animalia, promptissime enim putrescunt quæcũque calida & humida, atq; in calidis locis, nisi difflari, ac refrigerari contigerit. & alibi idem habet, quod prohibitio transpirationis, quæ putredinis occasio est (non enim ait causa, sed occasio, quia causa efficiens est ipsa caliditas ratione prohibitæ transpirationis aliena reddita) & densatis exiguis meatibus, & constrictis corporibus, & humoribus tum abundantia, tum crassitie, tum lentitia sua obstruentibus exoritur. Ex quibus etiam quæ nam sint obstructionum causæ clarè colligimus, de quibus etiam alibi clarius loquens ait. Nihil igitur mirum si ex plethoris febres eueniunt: obstructiones enim multæ fiunt, atque vniuersum corpus in huiuscemodi affectibus malè difflatur. Sicuti sanè in altera multitudine, quæ ratione potentiæ dicitur, citò ad corruptionem humores deueniunt, quoniam non bene superantur, neque concoquuntur, cum ea à qua conficiuntur, vis inualida existat. Propterea etiam quæcunque cibaria glutinosa sunt, ac crassa, sunt magis morbosa. Obstrui enim, atque intrudi eum, qui ab ipsis generatur humorem facilius existit. Quo fit vt cruditas acida & concoctionis tarditas tanquam remota obstructionum causa huc etiam referenda sit. Ideo scribebat Gal. sanè mutationes crudi alimẽti in acidam qualitatem, nec incidere in biliosis naturis cernuntur, nisi admodum raro, idq; ex cibis, qui prompte acescunt, nec febrem accendere diariam, æquè vt nec tarditas concoctionis: quando, sicubi propter talem cruditatem febricitant, obstructionis, & humoris putredinis suspicio est. Auicenna verò tanquam causas obstructiones mouentes remotas; & quodammodo in has corpora ipsa impellentes, tum motum super repletionem, & nauseatiuam satietatem, tum balneum, & moram in sole, tum calefacientium assumptionem ab ipsa repletione proponit, quia horum omnium vi crudi & crassi, & viscidi succi in hepar & venas facilius deducuntur, & illico ferè obstructiones promouentur. Dum autem meminit Auicen. dimissionis cautelæ, obseruationisq; ipsius concoctionis in ventriculo celebrandæ, nec non etiam in hepate, dum extrinsecus applicitis, siue sint epithemata, siue id genus alia, horum membrorum innatus calor fouetur vt melius concoquant, tunc ad cruditatis causam respexit, quæ quidem obstructionis causa remotior, putredinis autem remotissima est. Quod si quis à cibo & potissimum ab ipsa satietate primum, vel balneo, vel exercitio præsertim vehementi vtatur, aut radijs solaribus, alterive rei calefacienti, & postmodum, vbi corpus incaluerit, illico aeri frigidiori, aut alteri rei refrigeranti se ipsum exponat, hæc putridæ febris causa omnium efficacissima existit, quia

Febres ephemeræ.

Gal. 1. de diff. feb. c. 5.

Gal. 8. met. passim.

Obstructio & adstrictio.

Gal. 1. de diff. feb. c. 3. Gal. 11 met. c. 6

Obstructionum causæ. Plenitudo quo ad vasa. Plenitudo quo ad vires. Obstructio num causæ remotæ.

Gal. loc. cit. & 9. met. 1

Gal. 1. de diff. fe. c. 3.

Gal 8 met. c. 5 versus finem.

Auic. loc. cit.

Putridæ febris causa efficacissima.

quia crudi humores ad obstruenda viscera venasq; deducuntur,& cruditates ne dum in ventriculo, sed etiam in vniuerso corpore promouentur (vnde dicebat Hippocr. quod si in eadem die modo calor modo frigus morbos autumnales hoc est vt alibi exponit Gal. ex humorum cruditate, quia calor naturalis labefactatur, expectare oportet) & tandem cutis meatus à frigiditate densantur,& adstringuntur, vt calidiores ef fluxus detineantur, & ab his calor extraneus accenditur, ab hoc autem putredo ipsa promouetur. Postremò si aliena caliditas à rebus non naturalibus externisq; profici scatur, hæ tum nimia ambientis caliditas, calidumq; balneum, tum vehemens exercitatio, tum ingens animi motus, aut aliæ similes causæ calefacientes esse solent, quarum vi, licet spiritus primum propter eorum promptitudinem vlterius calfiant, fieri tamen pōt, vt vel statim, vel paulò post, ppria humorū caliditas, intésior, alienaq; fiat,& ita putrida febris ab externa occasione ferè citra diariæ febris interuētū, succendatur.& ob id Gal. dicebat nullam preincipientem causam antecedere esse quidem putridarū febrium proprium, non tamen inseparabile, quia etiam à præincipiente causa calefaciente. s excitari potest. Quod tamen rarius contingit, quia cum in hac minus valida vis insit, humores maxime paratos requirit. Minus enim dispositos exigit diariæ febris calor, quia igneus est,& validius agit, adhuc minus tum obstructio, tum potissimum aeris putridi corrupti pestilentisq; caliditas. Hæc enim cum putredinem, aut corruptelam habeat annexam,& per contagium agat, magnam habet actiuitatem. illud tamen cum Galeno notandum est. Quod tum iam dictæ, tum omnes morborum causæ effectrices, dum corporibus occurrunt, ijs in quibus nulla sit humorum vitiosorum redundantia, aut certè superuacanea sint perexigua, non magnam adinodum, immo verò modicam noxam afferunt, quæ breui tempore corpus occupat. Si verò plena humorum malorum corpora offendant, certè non secus in ea agunt, & opprimendo coercent, vtpote parata ad morbos, ac soleat flamma ignis in arida ligna suam vim exercere. Obstructio verò & ipsa putredini minimum dispositos humores requirit. Cum n. perspirationem impediat, ita vt nec perflari, nec refrigerari possint humores, necesse est vt ij, etiam si probi sint, putrescant. Cum itaque obstructionis tanta sit vis, mirum non est, si putredinis putridarumq; febrium causa frequentissima sit.& Auic. scriptum reliquerit quod plurimum causarum putredinis est oppilatio humorum. Nō est tamen, vt ex iam dictis apertissimum est, putredinis causa perpetua, vt plurimi perperam existimarunt. Imò lapsi quoque sunt illi, qui cautius agere volentes dixerunt in omni putrida febre obstructionem locum habere putrida pestilenti seclusa. Nam præter validissimam rationem, quæ ex dictis tum in hoc capite, tum in superiori de putredinis natura, colligi ab vnoquoq; potest, eis Gal. apertissimè refragatur. Is enim habet hæc eadem verba. Neque enim, inquit, ea solum, quæ inculcata sunt,& pspiratu prohibita, putrescunt (verum celeriter ea, maximeq;) cæterum putrescunt & alia multa, quæ putredini sunt opportuna.& idem de obstructionibus, à quibus putridæ febres oriuntur, & obstructionum putredinisq; causis loquens, posteaquam de plenitudine quo ad vasa verba fecerat, à qua per mediam obstructionem putridæ febres gignuntur, plenitudinem quo ad vires subinfert, tanquam ab ea plenitudine, quæ obstructiones mouet, contradistinctam, his verbis. Sicut sanè in altera multitudine, quæ ratione potentiæ dicitur, cito ad corruptionem humores deueniunt, quoniam non bene superantur, neque concoquuntur, cum ea, à qua conficiuntur, vis inualida existat,& idē scribit, de putredine loquens & de febre ab eadem exorta. Fit enim & aliquando ob eos qui sunt in corpore humores ad putrescendum paratos, cum breuem aliquam occasionem ad febris originem ab aere ambiente acceperit animal. Ergo, præter obstructionem, breuis aliqua in his ab aere occasio sufficit ad putredinem accersendam. Insuper, vt in ephemerarum sermone proditum est, ipse non semel aut bis, sed pluries asseruit in calidis & humidis naturis, & corporibus excrementis redundantibus facilem esse ab ephemeris in putridas transitū, sic enim habet. Illud verò nonnunquam vsu venit, quod aliqua ex præincipientibus causis sui ratione diariam accendit; subsequitur autem altera ex putredine humorum, quando quod afficitur corpus ad id habile fuerit. i. quando impurum extiterit, ac superflua materia redundans. Hæc enim cum indiarijs immodicum calorem cōtraxerit, & hinc putrescendi principium acceperit, alteram speciem febrium accēdit priore desinente, quid igitur clarius cum obstructionis, aut adstrictionis nil penitus meminerit, sed solam superfluorum redundātiam in medium attulerit? Ab ephemeris autem nulla, neque obstructio, neque ad-

Hip. 3. aphor. tex. 4.

Res non naturales.

Gal. 1. de diff. feb. c. 7.

Gal. 8. in 6. epid. com. 1.

Obstructio cur putridarum causa sit frequentissima.

Auic. loc. cit.

Obstructio putredinis est perpetua nō est.

Gal. 1. de inæq. intemperie c. 7

Gal. 1. de diff. feb. c. 3.

Cap. 4.

Gal. 8. met. post fin. c. 1. de diff. feb. c. 7.

strictio promouetur, sed potius ipsius calor meatus exobstruendi, & ipsos à crassis & viscidis succis, per ipsorum attenuationē explicandi vim habet. Ad hæc si obstructio adstrictiove, aut prohibita transpiratio perpetua putredinis humorum causa esset, frustra Gal. tot scopos pro præseruatione proponeret, satis enim fuisset si dixisset foraminum obstructiones, ac meatuum adstrictiones aperiendas esse. is tamen præter horum apertionem, semper redundantium superfluitatum purgationem in medium affert. Postremò euidens ac perspicuum est, vitiosos cibos sæpius in ventriculo, & alijs partibus computrescere, & in pestilenti constitutione tum inspiratu, tum perspiratu humores corrumpi, quamuis corpus omnino transpirabile sit. Verum hi, ni fallor, ex eo fuere decepti, quia viderunt Galenum in putridarum curatione ad ipsam solùmodo obstructionem & adstrictionem tanquam ad prohibitæ perspirationis, & putredinis causam, non autem ad alias causas, oculos direxisse. & præter ipsam febrem nullum aliud indicans, obstructione & adstrictione excepta, proposuisse, vti ipsum in vndecimo libro de medendi methodo videre est: sed hoc nulla ex parte nobis aduersatur. Nam præter scopos, qui ab ipsa putrida febre tanquam à morbo, & à putredine & obstructione tanquam à morbi causis, desumuntur, alios scopos proponere minime debebat. si enim putredo ab ephemerarum calore proficiscatur, scopi qui ab ephemera desumuntur cum putrida febre, & morbo ibi proposito coincidunt. Si verò ab externis causis originem ducat, si hæ non permaneant, nulla omnino ab his sumitur indicatio. si maneant adhuc, cum nil aliud nisi refrigerans præsidium indicent, & ipsæ coincidunt cum morbo ad idem præsidium indicandum. quare frustratoria omnino fuisset eorum mentio, potissimum cum in octauo libro ephemerarum auxilia, & quo nam pacto, ne in putridas abeant, præcauere debeamus, diligentissime nobis aperuisset. In quo quicquid de putridis meminit, id omne de ijs quæ diarijs succedunt potissimum audiendum est, sicuti in vndecimo libro earum potissimum quæ à principio & primo sui ortu tales existunt, curationem tradit. Non enim vt Galeni dogmata, & in ijs disponendis, maximū artificiū percipiatur, librorū capita quędā, fractimque, vt plerique faciunt, sunt percurrenda, sed integra ipsius volumina, non oscitanter quidem aut cōniuentibus oculis, sed diligentissimè ordinatimque perlegenda perpendendaque sunt. sed quid dicam integra volumina: cum omnia ipsius scripta perlustrare debeat, ille, qui ab apparentibus in eius dictis contradictionibus se se facillimè explicare contendit. neque enim quicquam (quamuis multa, & innumera ferè de re Medica litterarum monimentis tradiderit) quod sibi dissonum sit, in tot codicibus inuenire est. sed ad rem, decepti sunt illi, qui eius auctoritate malè intellecta, omnem putredinem humorum propter prohibitam perspirationem oriri arbitrati sunt. Quod si quis satis subtiliter diceret ipsam hoc sensu intelligendam esse, quod. s. humorum putredo oritur, quia eorum caliditas adeo intenditur, vt pro ipsa euentanda naturalis arteriarum motus & ea quæ fieri potest transpiratio sufficiens non sit, ei respondendum esset, quod tunc non prohibita transpiratio intensionis caliditatis causa esset, sed potius cōtra intēsio caliditatis prohibitæ perspirationis occasio, quod omnino falsum est; & rursus quærendum esset ab eo cur humorū caliditas intendatur, quia tunc prohibita transpiratio locum non haberet. Verum eis omnia concedamus. si prohibita perspiratio hoc pacto nonnunquam accipienda, quid igitur in quacunque putrida febre extirpanda, inaniter obstructiones eradicandas esse proponūt? quare quocunque se vertant, in maxima deuoluuntur absurda. Pariter à veritate alienum est qđ alij scriptis mandarunt; videlicet humores in viuente corpore nonnūquam sponte sua & nullo extrinsecus suscitante, propter vitium, quod in se continent, sensim ac tempore putrefieri posse. Nam ex Philosophi & Gal. sententia in superiori capite demonstrauimus ad putredinem ciendam extraneam seu alienam ambientis caliditatem, tanquam efficientem causam, necessariam esse.

Obiectio.

Gal. 11. met. c. 8. & 10.

Responsio.

De putridæ febris differentijs. *Cap. XIII.*

PROPRIAE putridæ febris differentiæ, è quibus tum præsagium, tum exacta methodicaq; ipsius curatio depromitur, ab eius essentia, subindeq; vel à putredinis causis iam propositis, vel ab humore putrescente omnes emergunt. Prio-

res porrò diligentissimè proposuit Gal. dum asseruit, quod natarum ex humoris putredine febrium vna oritur differentia ex eo, quod causæ ipsius putredinis adsunt, vel nō adsunt, & dum adsunt, ita vt putredo adhuc in generatione sit, vel propter aeris, aut putridæ rei occursationem, aut caliditatem simpliciter alienam & sine putredine generatur, quæ potest esse vel febrilis, vel non febrilis. Hæc autem vel ab internis causis, & prohibita perspiratione, vel ab externis occasionibus produci potest. Perspiratio autem prohibetur propter obstructionem, vel adstrictionem, seu densitatem. Obstructio verò ait Galenus, vel iam facta est, & non amplius ab alia causa fouetur, vel adhuc futura est, & propter obstruentium succorum affluxum fouetur, & generatur. Posteriores verò, quę ab humore putrescente eliciuntur, vel ab eius forma, atque substantia, vel quantitate, vel qualitate, vel loco, vel his simul complexis, & potissimum humoris forma, & putredinis loco capiuntur. A specie quidem humoris, seu substantia, prout putrescens humor vel propriam formam retinet, vel ipsam iam amisit, & corruptus est, si propriam retineat speciem, oritur putrida febris simpliciter dicta variaque prout humor varius existit. Vel enim sanguis est, qui intra venas continetur, atque vt ex Galeno, colligimus, dupliciter sumi potest, vel .n. syncerus accipitur, & vt ab alijs succis separatus, vel ex omnibus humoribus ad corpus alendum accommodatis conflatus veteri tamen & naturali seruata proportione, & quicunque sit, febris oritur sanguinea, vel est bilis flaua, & febris fit biliosa, vel pituita, & oritur febris pituitosa, vel melancholia, & melancholica febris generatur. Quod si humores hi synceri putrescant citra alterius humoris permixtionem putridæ exquisitæ procreantur. Si verò cum alio quopiam humore, vel etiam pluribus confusi, atque commixti sint, & omnes ita aggregati putrescant, fiunt febres, quæ spuriæ, siue nothæ vocantur, quæ quidem ab humore in miscella prædominante proprium nomen sortiuntur. Si verò putrescens humor propriam formam amiserit, & corruptus sit febres putridæ non simpliciter, sed malignæ, & pestilentes oriri solent, quæ quidem verè pestilentes sunt, vbi ex aere corrupto oriuntur, vt in proprio tractatu declarabimus. Ab humoris autem quantitate, si putrescens humor copiosus sit, & in plurima copia, & affatim putrescat febres vehementes, & acutæ fiunt. Si paucus sit, & paulatim putrefiat, debiles, lentæq; febres oriuntur, quæ quidem diuturnæ esse consueuerunt. Calidus enim humor tenuisq; facilius inflammatur, atque putrescit: difficile verò frigidus & crassus. Præsertim siccus, quod si humidus sit, & viscidus, vt pituita licet ratione humiditatis putredinis principium facilè contrahat, attamen ratione lentoris, & crassitiei, vt notat Gal. difficulter dissoluitur, & ita citra impetum & paulatim putrescit. A qualitate verò: si prima sit, vel est humor calidus & fiūt febres ab Auic. calidæ vocatæ, quæ etiam acutæ fiunt: & si biliosus sit peracutæ: tales autem non tantum ratione loci, sed propria humoris qualitate, & ratione gignuntur. vel est frigidus, & fiunt febres quæ ab Auic. frigidæ dicuntur: hæ autem diuturnæ pariter euadunt. si qualitas sit secunda, vel est tenuis fluxilisq; & febres fiunt potius acutæ, vel crassus, aut viscidus & diuturnę pręsertim febres producuntur, vbi autem in iam dictis qualitatibus humores parum à naturali statu recedunt, febres magis benignę, sin magnus à naturali modo recessus sit, malæ morigeratæ fieri solent. Insuper putrescens humor, siue secundum se totum, siue secundum partem consideretur, vel est crudus inalteratus, & inconcoctus, vel est concoctus, & ab ipsa natura victus & superatus, seu ad benignum statum redactus, vel partim crudus, partim concoctus, & ex hac cruditate, vel concoctione eæ putridarum febrium differentiæ ortum ducunt, quæ ab ipsarum temporibus quibuscunque siue vniuersalia sint, siue particularia depromuntur. Si enim cruditas, vel concoctio, alteratioque penes vniuersum peccantem, & putrescentem humorem spectetur, siue perfecta hæc sint, siue imperfecta, uniuersalia, & totius febris tempora constituuntur, si penes huius humoris partem, quæ particularis accessionis causa sit, considerentur, particularia tempora, seu horæ febrium particulares emergunt, ut infra apparebit. At uero horum temporum descriptionem, atque notitiam tum ad putridarum præsagia, tum curationem ipsam summopere conferre in capite de signis differentiarum febris in genere ex Galeni monimentis docuimus, quo in loco declarauimus quoque, cur in hunc locum eorum tractationem distulimus. Cum enim tempus morbi, ut priscis Medicis visum est, causarum motio

quæ-

Marginal notes (left): Differentię à putredinis cā. — Differētię ab humore putrescente. — Ab ipsius humoris forma. — Febris sanguinea. — Febris biliosa. — Febris pituitosa. — Febris melācholica. — Putridæ exquisitæ. — Putridæ nothæ. — Febres pestilentes. — Differētię ab humoris quātitate. — Febres vehementes, & acutæ. — Febres debiles, & diuturnæ. — Differentiæ ab humoris qualitate. — Febres calidæ. — Febres peracutæ. — Febres frigidæ. — Putridarū differentiæ penes earū tempora. — De febrium & omnium morborū temporibus. — T. pus quid apud priscos.

Marginal notes (right): Gal. 11. met. c. 7. — Gal. 11. met. c. 10. — Gal. de nat. hum. com. 27. & alijs locis. — Gal. 1. de diff. feb. c. 4. — Gal. 2. de diff. feb. c. 10. — Gal. l. de totius mor. temp. 8. & c. 7 & l. de mor. temp. c. 8. in fine. — Gal. lib. de opt. secta. c. 3.

quædam fit, vt refert Galenus, inter has materia ipsa, siue humor in ægrotantis corpore contentus, præcipuum locum tenet, ex cuius motione variaque actione & passione tum morbi, tum symptomatum, quæ ab eo dependent, motiones, alterationesque omnes oriuntur. neque enim per causas, vt quidam nostrorum temporum expositores somniarunt, tum proprie dictas causas, tum mobos, tum symptomata proprie dicta interpretari debemus. Qua de re temporum contemplatio, cognitioque ad materiales morbos, in quorum numero putrida febris primatum tenet, potissimum spectat. hæc enim vt scriptum reliquit Gal. cum vniuersalia tempora, tum particularia euidentissima, & typos omnium morborum maxime habet. Verum ne circa temporis significatum in errorem incidamus, nos ante omnia admonet Gal. quòd qualis res animalibus est differentia secundum ætates, talis morbis sunt tempora. Neque enim tempus simpliciter hoc vocabulo significatur, neq; conueniens illud tempus, in quo præsidia etiam consideramus: sed tantum morborũ ætas, quæ temporum vicissitudine immutatur, vt animal ætatibus: quod omnibus corruptelæ, subiectis corporibus, alijs magis, alijs minus adesse videtur. Febrium itaque putridarum tempora, eo modo, quem exposuimus, suscepta, duplicis in primis sunt generis, vt inquit Gal. vel enim vniuersalia sunt, vel particularia. Vniuersalia dicuntur, quæ totius morbi sunt tempora: particularia, quæ particularis febris accessionis partisve periodo circunscriptæ. si de totius morbi temporibus, quæ non modo putridis febribus, sed etiam reliquis morbis omnibus competere quodam modo possunt, sermo fiat, ea, vt scribit Gal. similiter, vt animantium ætates considerantur, & proinde in ægrotantibus, qui salui futuri sint, quatuor existunt. Quorum vnum quidem & primum eorum generationi attribuitur, alterum ascensui, tertium vigori quartum declinationi. Primum verò tempus, quod & principium totius morbi vocatur, non est primum tempus primæ accessionis ipsius morbi statuendum, hoc enim ad curationem non facit, quia in primæ accessionis frigore (id enim primum eius tempus est) nullum præsidium adhibetur: illud verò, quod totius morbi principium nominãt, ad præsidia ferenda mirum in modum conducit. ac Hip. huc respiciens, inquit, incipientibus morbis si quid mouendum videtur moue: consistentibus verò, præstar quiescere. ita circa principia & fines omnia imbecilliora sunt. Pariter concocta purgare conuenit, & mouere, non cruda, neque in principio, nisi stimulauerint. ad hæc in morbis acutis raro, & in principijs vtendum purgationibus. Quæ omnia non primæ accessionis impetum, sed longum magis tempus principium esse nobis persuadent, nempè quo sanguinem detrahere, & clysterio vti possumus: interim si res vrgeat, etiam purgare. Ex quibus Gal. verbis quilibet obiter potest colligere veram atque realem illius aphorismi expositionem, qui ait inchoantibus morbis si quid mouendum moue. quare huius principij summa, ait Gal. erit morbi cruditas. sed vt principium cum reliquis temporibus exemplis illustretur, inflammationis principium eiusque generatio toto illo tempore est, quo pars sanguinolenta substantia repletur. siue enim propter coincidentiam eiusmodi contingit, siue propter impactionem obstructionemq; omnium vasorum, siue ob circunstantiam quandam molium, quæ meatus occupant, siue abundantia quæpiam sanguinis inflammatione oborta, in particula constituitur: hoc erit primum tempus, quo pars, affectus generationi subiecta repletur. Cum autem influxus cessauerit, & quod in particula continetur, putrefieri inceperit, calor quidam ob putredinem nascitur, & fusio magis propter calorem, vnde etiam spiritus generatur, atque ob hæc ambo particula magis quàm antea distenditur, etiam si nihil influat: secundum hoc tempus est inflammationis augmenti, quod alio nomine ascensum quoque, tum etiam incrementum vocant. Porrò cum in pus iam vertitur, maximi. s. dolores tunc partem apprehendunt, nam in puris generatione dolores, febrisq; magis quã iam facto infestant. vocatur autem tale tempus vigor affectionis. Si autem fluor, qui suppuratur, vel digeritur, minorem tumorem, & tensionem reddat huiusmodi est declinationis principium. in febre verò, quæ ex inflammatione prouenit, eadem tempora consistunt. In febre verò, quæ ex humore citra inflammationem proficiscitur, humorum molestantium cruditatis tempus, principium ponendum est. Vbi concoqui cęperint, initium finiri. secundum autem tempus, quod ascensum nominant, accedere. at cum ipsa concoctio maxime conficitur, vigor. Inde rursus declinatio, qua quidem & symptomatum magnitudo, & humorum copia cessauit. Restat verò modicum in ea humorum adhuc, qui concoctionem requirant. Quapropter nullum morborum,

Tpum ppria significatio.

Tpum prima distinctio.

Totius morbi temporũ diuisio.

Vniuersalia tẽpora quatuor quæ sint.

Principium quodnam sit

Principij & reliquorũ tẽporũ per exẽpla declaratio.

Augmẽti descriptio.

Vigoris, seu status descriptio.

Declinationis descriptio.

Putridæ febris tempora vniuersalia.

Gal. li. de typis c. 2.

Gal. li. de mor. temp. c. 1.

Gal. li. de mor. temp. c. vlt.

Gal. lib. de tot. mor. temp. c. 1.

Cap. 2.

qui soluuntur, est, qui non quatuor hæc tempora percurrat: non tamen ex quodam alio quàm cruditatis, & concoctionis signis, quæ ex recrementis deprehenduntur, cognitio ipsorum constat. Verum quoniam circa tempora iam proposita dubitationes quædam oriri videbantur, idcirco subdit Galenus, quòd si de vigore sermo fiat, siue perpetuo temporis expers sua natura sit, siue perpetuo latitudinem quandam habeat nunc maiorem, nunc minorem, siue in quibusdam morbis tempore vacet, in alijs ipsum habeat: nihilominus, si, quæ sensui semper apparent, producenda sunt, non solum vniuersalem, verum etiam particularium accessionum vigorem spatio fieri conspicimus. Quemadmodum enim in animantibus ætatis vigorem tempore metiri clarè licet intueri (nedum enim canes venatorios, & equos pugnaces, sed etiam homines pugiles, non vno vel duobus, sed pluribus annis frequenter æquali fortitudine, quantum sensu deprehendimus, perdurare conspicimus) eadem ratione particulares accessiones vigorem manifesto tempore faciunt: & multo his magis vniuersalia totius morbi tempora latitudioem quandam obtinent. Cognoscere autem morbos interdum aperte licet, aliquando obscure: vel etiam prorsus diu ignorantur. Hinc quidam statim vbi vigent, inuadere videntur, quod est impossibile. Neque enim synochos febris protinus à vigore quandoque inuasit, verum a primo insultu, vsque ad perfectissimum vigorem horis vel quatuor, vel tribus, quod minimum est, peruenit: inde prorsus æqualis sibi permanens, continuè ad iudicium perperat. Sed neque repete adeo inuadentem, vigentem apoplexiam dixeris: quoniam tale adamussim non est: sed breui tempore, & principium, & ascensum percurrit, non tamen caret principio, nec statim perfectissimè inuadit, vti nec comitialis morbi accessio. Nullus enim tam subito symptomate corripitur, vt ijs quibus ceruix detruncatur: quanquam horũ quoque sectio primum aliquod tempus habet, & secundum, & tertium, & quartum. Sed concedamus attonitam concidentiam sine temporis spatio fieri, hæc symptoma eorum est, morbus autem non est, verum corporis aliqua dispositio dicenda: & si vel generatæ ipsius, vel increscentis notam nullam habemus, ideo sequens sermo non peruertitur, quo omnem morbum necessario per ascensum ad vigorem peruenire dicebamus. at difficulter interdum, multis etiam minime scitur, aliquod morborum augmẽtum confitendum esse. Quare morbi vniuscuiusque proprium est generationis tempus interim sensui manifestum, interim secus: post quod rursus augmenti tempus est non æque in omnibus manifestum: quæ vigoris sequitur, tempus omnino sensile: dum verò fateamur nullam aliquando notam euidentem principij morbi & augmenti esse: in his ex artis vsu vere dices, solum vigoris tempus esse. Si verò salus futura est, sequi id prorsus declinationis tempus, & hoc sensui subiectum: vt quod lato spatio consistat. Si enim morbus ex abscissione, quam apocopem vocant, soluatur, & per sanguinis fluorem, vel sudores aliquis acutè iudicetur, tempus certè declinationis & huic est manifestum. quod si in alijs morbis, vel quatuor, vel pluribus diebus declinatio perduret, hoc priorem sermonem nihil offendit, sed relinquitur adhuc omnium morborum, qui soluuntur, vt vigorem, sic etiam declinationem quandam esse. Verum quoniam morbi singuli sui natura magnitudinem quandam possident, quæ vel supra vires est, vt eas grauet, vel viribus ægri imbecillior, vt ab illis superetur: propterea cũ supra vires fuerit, homo prorsus morietur, & tunc morbi tempora partim simili modo cum prædictis sumuntur, partim dissimili. Principium enim similiter in generatione morbi constituitur. Ascensus verò non in concoquendo, sed in cruditatis, letalibusque signis consistit. Hæc enim vt in sermone de signis atque crisibus apparebit, inuicem differunt. Similiter vigorem eodem modo cum eo, qui salubrium est, determinare non licet. nam illic maximæ accessiones statum definiunt: hic autem maximæ accessiones non æque possunt determinari: quippe cum morbus omninò non concoquatur. Verum intellectu id quod maximum est, capere oportet, ad quod, alias morbus peruenit, alias præueniens occidit. in inflammatione, quæ soluitur, puris generatio vigoris terminus est. in ea vero, quæ non debet solui, fieri quidem potest, vt homo in eius ascensu moriatur: fieri verò etiam potest, vt vires validissime existentes, ad extremam vsq; magnitudinem perdurent. Huius enim inflammationis magnitudo immensa, quando non debet solui, vel in gangrenã, vel in putredinem terminatur. Quousq; verò horũ nihil adsit augeri ipsa potest. Similiter & aliorũ morborũ vniuscuiusq; gñis incremẽta cẽseantur. inclinatione vero letales morbi oĩno carẽt. Verum ne decipiamur, aiaduertendum vno & eodem tpe duobus tribusve morbis hominem infestari

[Marginalia: Corrolariũ. — Gal. li. cit. c. 4. — Dubitatiões circa tpa cõtingẽtes quo diluendæ. — Principiũ & augmentum interdũ sẽsui manifesta nõ sunt. — Gal. li. cit. c. 5. — De vniuersa: lib. tpibus in pereuntibus. — cap. 6. — Quo cõplicata diuersorũ morborũ tpa dignoscẽda sint. — cap. 7.]

ſtari poſſe,quorum alius iam inclinat,alius principij tempus adhuc,vel augmenti primordia occupat: tertius plurimum auctus eſt: deinde hominem mori contingit non propter inclinantem,neq; hunc incipientem,ſed ob vehementer auctum. Qua de cauſa tria facultatum corpus totum gubernantium principia maxime conſideranda, quo ſtatu prædita ſint,cerebrũ.ſ.cor, & iecur:deinde alias oẽs particulas ex his ortas neruos,venas,& arterias:ad hæc illas quæ naturam propriã quidem habent,ſed ab omnibus principijs reguntur:quædam ſanè æqualiter,quędam ab hoc magis,ab illo minus. Ex hac enim ſpeculatione primum ſiue vnus,ſiue plures in homine morbi ſint, inuenies: poſteà cuiusq; propria tpa inſpiciẽs ad præſidiorum inuentionem neceſſaria. Nam circa initia & fines omnia imbecilliora ſunt:in vigore fortiora: quæ hæc intercedunt,medio ordine conſiſtunt. Quia principio vicina, vigori propinquis imbecilliora ſunt,ſicuti ẽt fini contigua. Quæ verò æquæ à principio, & vigore abſunt, mediam vtrorumq; extremorum fortitudinem obtinent.pari modo,quæ à vigore & fine æquę recedunt media propriorum ſummorum ſunt.vnde in vigore quod mitigandi vim occupat,in curatione præpollere debet:in principio & fine, quod vehementiam habet: at media tpa pro ſummorum proportione capiantur. At verò,vt particularia febrium tpa facilius innoteſcant,vnà cum Gal.de intermittentibus primum,& inter eas de tertiana ipſa febre primo loco verba facienda ſunt.Incipit horror,ait ipſe,huiuſmodi febrium mediocris:deinde extremæ partes ſimul cum horrore vehementiore refrigerãtur:poſtea iã & rigore,& frigore concutiuntur plurimæ corporis partes. Pulſus earũ hoc tpe durior,& minor quam prius euadit:velocior manifeſto in ſyſtole. nã diaſtole multo quàm fuit tardior,præſertim in inſultu eſt:interdum verò ſimilis priori conſtitutioni permanere tibi videbitur.quin & interna quies largior quodammodo eſt: externa verò eodem cum illa modo,ſæpe quidem eſt priori æqualis,aliquando verò non æqualis.Hæc quibuſdã horis æquinoctialibus duabus fieri nata ſunt:quibuſdã vel pluribus eis,vel paucioribus.Inde pulſus maior ſimul &velocior,denſiorq; fieri incipiẽs, ſenſim ſingulis commemoratis increſcit.Statim verò calidiores quàm antea cum relatis pulſus mutationibus redduntur. Quo fit,vt quidam multum calorem intus ſentiãt artubus adhuc frigeſcentibus.in ſumma inæqualitas quæpiam non mediocris in corpore vel ꝑ hoc tẽpus exuperat.Secũdũ verò hoc tẽpus illius primi eſt,in quo ex priore ſtatu totũ corpus refrigeratũ facit:pulſus aũt in contraria prioribus,qui.ſ.in febri citationis,aut interualli tpe edebantur, conciderunt. Interuallum enim longè optimum eſt quippè quod ſimul atq; animal refrigeratum fuerit, in dictas paulò ante differentias repente tranſmutet:poſtea rurſus vbi incaleat ad contrarias deducat.Primũ itaq; tẽpus totius periodi exacte eſt quo corpus cum mutationibus pulſus prædictis inalſerit,vel ex ſanitate,vel ex interuallo ad hoc perueniens. Aliud ab hoc ſecundum eſt,quod pulſum & calorem in contraria mutat, donec tota corporis moles æquabiliter concaleſcat. Poſt hoc tertium,quo calor etiamnum augeſcit,pulſibus magnitudine celeritate,&frequentia ei reſpondentibus. Quarta conſtitutio poſt tres commemoratas conſpicitur, omnibus iam dictis æqualem ſibi magnitudinem pro ſenſus noſtri iudicio conſeruantibus.Ad hęc quinta alia cum iam calor manifeſto decreſcit,halitus autem per cutem excernitur, pulſus ad naturalem habitum reddit, reijciens omnia, quæ præter naturam ex magnitudine celeritate,& frequentia,& duritie conquiſierat: hoc tpe plurimis ipſorũ ſudor oritur.Poſt hoc interualli tempus ſextum ad prædicta peruenit. In tertianis itaq; febribus particulares circuitus differentiæ tales quædam ſunt.Et primum tempus integritati coherens,quod frigoris ſenſum præbet, initiũ dicitur:ſecundum,quod frigus paulatim deponit inæqualitatis tẽpus vocabitur: ab hoc tertium æqualis incrementi:poſtea quartum conſiſtentiæ:& quintum imminutionis, poſtremò ſextũ,integritatis,quod & interualli,& quietis tẽpus dici poteſt. quod quidẽ tẽpus intellexit Hip.dũ dixit.Febres quæcunq; non intermittentes,tertio die fortiores fiũt,magis periculoſæ fiunt:quocũq; aũt mõ intermiſerint,pɩculũ abeſſe ſignificatur. Notandũ aũt quod quidam,vt monet Gal.totum aggregatũ ex inæqualitate & augmento,tẽpus augmẽti,ſiue aſcenſus,ſiue incrementi nominarũt veri non nihil dicentes,quia poſt primũ tẽpus,quo extremæ partes refrigerantur, ſanguis verò in altũ confluit,aliud tẽpus eſt totũ huic toti oppoſitũ,cũ.ſ.calor cũ frigore decertat, ſanguis verò in exteriores partes extẽditur,& ſi hoc pacto vnũ ipſũ dixerint, vt iam expoſuimus,nihil refert hoc tẽpus totũ aſcenſum dicere ſi verò ita vocãtes indiuiſũ reliquerint,nõ mediocriter artẽ offendẽt. inæqualitatis.n.in eo tẽpus primũ aliorũ pſidiorũ

Cognitionis tpum vniuerſaliũ vtilitas.

Cap. 8.

De particularibus febriũ temporibus Principij deſcriptio.

Gal. li. de mor. temp. c. 3.

Inæqualitatis deſcriptio.

Augmẽti declaratio.

Status ſeu vigoris deſcriptio.

Declinatio que.

Interuallum quid.

Cap. 4.

Cap. 5.

De nominibus particularũ tpum.

indicationem habet,& non omnino eorundem cum ſequenti tempore, in quo æqualis totius corporis conſtitutio eſt. Cuiuſque autem dicti temporis principium fini omnino non eſt ſimile, ſed inuicem,& à medio tempore manifeſtè differunt. Principium enim acceſſionis paululum à naturali conſtitutione receſſit ſicut finis plurimum medium mediocriter. ita inæqualitatis initium à coherente ſibi primi temporis fine paululum diuariat: plus autem abſcedens,mediumq; exiſtens,prędicto primi temporis fini,& tertij principio counitum eſt. & ſic de reliquis aliorum temporum partibus ſtatuendum.Nam etiam ipſius declinationis aliud principium, aliud finis, aliud medium exiſtit. Non tamen declinationis poſtremum, quod Archigenes remiſſionem nominat,à declinatione ſpecie quadam differens,vt ipſe facit,exiſtimandum eſt. nam declinationis partes non quidem ſpecie, ſed ſolum maioris, & minoris ratione differunt. Licet quinetiam totum circuitum in duas partes diuidere. vnam à primo acceſſionis inſultu,quem Græci ſignificationem nominant(& eſt tempus indiuiſibile) vſq; ad remiſſionem:alteram,quæ in declinationis, & inſultus ſecundæ acceſſionis medio conſiſtit. Secundum quam diuiſionem Hippoc. ſcribebat in acceſſionibus à cibo abſtinendum eſſe. Nunquam enim in hoc tempore nutrimus, ſed in reliquo omni tēpore remiſſionis in alia, atque alia eius parte, quia ex ſimplici interim declinatione. Interdum ex declinatione, & interuallo cōpoſitum eſt. quare primā partem acceſſionem,ſecundam vel remiſſionem,vel,vt quidam,interuallum appellamus. Nam interuallum plerique vniuerſum id,quod poſt ſtatum eſt,qualicunque natura prędītum nominant: ſiue id ad integritatem veniat, ſiue non. Hæc igitur eſt diuiſio omnium febrium, quæ ad integritatem deſinunt quotidianarum,tertianarum,quartanarum. nō intermittentium autem partes quinque eſſe dicimus,cum aliæ ſimiliter ipſis ſe hēant, ſolum autem integritatis pars deficiat. Cæterum in alijs partibus ſimilitudo neceſſaria eſt,vt acceſſionum inſultus cum ſyſtole.i.contractione fiat. hanc enim cum frigore factam ſequitur. pulſus intus magis moueri cum paruitate, ſanguine in viſcera ſe recipiente,quem rurſus inæqualitas ſequitur,neceſſario inde incrementum,ſtatus, & declinatio. In quibus autem citra ſenſibilem ſubmiſſionem acceſſionis inſultus accidit, tria tempora in vnum recidere neceſſitas eſt, totumque vſque ad ſtatum incrementum fieri: nam vbi contractio non fuit,ibi nec inæqualitas. Statum verò nunquā deficientem vidi, ſed ſemper ſenſibili æqualitate in omnibus febribus aliquandiu pmanentem. Inſultum certè millies ſine prædictis initij ſymptomatis conſpexi. Quorum præcipuum erat omnibus ferè principijs acceſſionum perfrictio: quemadmodū ad interiora arteriarum motus, quem hoc in loco cōtractione celeritatis definire ſufficit. Omnibus tamen quibus talis acceſſio euenit,contractio velocior reditur. quā ſi noueris, hanc acceſſionis partem, quā contractionem velociorem factam ſine eleuatione deprehendis,circuitus initium potes ſtatuere. Quæ vero ſequitur hanc, incrementum ad ſtatum vſque. At ſi hanc ignores videatur autem tibi inſultus incompreſſe omnino factus,totam acceſſionis partem vſque ad ſtatum aſcenſum nominabis, ſecans ipſum in prima,poſtrema,& media pro maioris,minoriſqus ratione,non ſpeciebus diuerſis,vt prius dicebam in frigore ſenſibili.&in his febribus tempora tria erunt augmentum ſtatus,imminutio. Quibus verò circuitus non eſt, vt eis quas ſynochos vocant,neque acceſſio quædam omnino eſt,neque prædictæ partes. & hæc de temporibus particularibus in ſimplicibus periodis dicta ſint. In complexis enim tempus vigorem ſequens, interdum arctius redditur, dum alia mox acceſſio antequam prior circuitus ad amuſſim abſolutus ſit,inuadat. Frequenter,ſecundum ſuam ipſius naturam febris ex intermittentium genere eſt,vt tertiana: complexus autem nullum integritatis tempus priori circuitui relinquit,dum ſecunda acceſſio, priuſquam prior abſoluatur, inuadere anticipet. Pariter in ſemitertiana,quæ ex mixtura & temperamēto quotidianæ,& tertianæ fit,prædicta tempora eodem modo variari contingit,vt ꝓprio de hac ſermone declarabimus. Quod verò particularia & ipſa tempora ex putreſcentium humorum portione vel cruda,inalterata,& inuicta,vel contra ab ipſo calore ſuperata,atque concocta conſurgant,ex Galeni verbis apparet,dum habet. Quæcunque enim naturales meatus obſtruxerint, hæc per tempus neceſſarium eſt putrefieri,ac ſuperfluitatum multitudinem aceruandi cauſam afferre ei parti,quā euacuari ac pro conſuetudine diſſlari vetuerint. Vnà igitur cū illis putreſcunt & alia quæ poſtremo colliguntur,ſtatimq; ſimul omnia in membro febrilem caliditatem accendunt. ſed & retro oſtendimus,vbicunque accenditur,& augetur caliditas,iſtuc ab alijs partibus

ſangui-

Marginalia:

Particularis tpum partes quō inuicem differant.

Cap. 6.

Totius circuitus in maiores partes diuiſio.

Cap. 7.

De particularibus tpibus nō intermittentium.

Synochi tpa particularia non habent.

Cap. 8.

De particularibus in cōplexis circuitibus,ſeu periodis.

Tpa particularia & ipſa pēnes materiæ cruditatem, vel coctionē quandam conſiderantur.

Gal. 2. de diff. feb. c. vlt.

sanguinem solere confluere, quo vero tempore confluit illas refrigerari priuatas sanguine necessarium est: quod vero patitur membrum grauari, ac distendi, ac sanguinẽ ipsum confluentem alterari tum quia alijs, quæ iam putruerunt superfluitatibus permiscetur, tum quia intrusum difflari nõ potest, quo fit vt in tar lig iorum humidorũ, quæ paucam super flammam vniuersim proiciuntur, succẽdatur, atq; hoc tempus accessionis principium nuncupatur. Cum vero iam caliditas materiam conuicerit, tũc ta'e tempus augmentum vocatur. In hoc vero vsq; adeo ca or augetur, vt non modo locum exurat, qui est quodammodo putredinis focus, sed etiam continuatim per totum corpus dispergatur, ac cum iam ad summum feruoris deuenerint humores accensi consistentia appellatur, tunc vero totum corpus igneum videtur, extensa per totum corpus æqualiter caliditate. Hinc vero, si humores fuerint tenuiores, potẽtia robusta, corpus rarum, maxima humorum putrescentium pars in sudorem resoluta euacuatur: si vero hi crassi fuerint, expulsoria imbecillis, & viæ angustæ nihil quidem defluit sensui manifestum, sed id solum quod ita est extenuatum, vt in subtilioris vaporis naturam transierit, tunc declinatio vocatur tale tempus, quidam feruentium humorũ difflatus existens. A loco demum, in quo putrescit humor, putridarum differentiæ elici debent, quæ cũ magni sint momenti, & neminem viderimus, qui eas rectè fuerit assequutus, in ipsis aperiendis distinctè, & accuratè progredi statuimus. Qua de re sciendum est humorem vel in vasis putrescere, cuiuscunq; sint generis, hoc est siue arteriæ sint, siue venæ, & eę siue sanguinem perfectè elaboratum, ab humoribusq; excrementitijs seiunctum cõtineant, quales sunt, quæ supra simam iecoris regionem à cauæ venæ radicibus & ipsius magno trunco ad reliquas & vlteriores omnes corporis partes excurrunt, siue rudem & inchoatum sanguinem cum chyloq; & excrementitijs humoribus commixtum in se habeant, cuiusmodi sunt eæ, quæ infra gibbam hepatis regionem exortæ in magnos portarum ramos desinunt, & deinde ab ijs ad liẽnẽ, mesenterium, pancream, omentum, intestina, ventriculũq; deducuntur: vel extra vasa, & proinde vel in ipsorum particularum substantia, seu paremchimate, in quas veluti incuneatus, impactusq; propriam ipsarum substantiam distendit, subindeq; inflammatóriũ tumorẽ producit, vel in partium spatijs, aut cauitatibus, vt thoracis abdominis, & aliarum omnium q̃ cauitatibus, aut vẽtribus, seu porositatibus præditæ sunt. Si putrescat in vasis, hæc vel communia sunt, vel propria, & per cõmunia illa volumus audiri, quæ ab alicuius interni visceris substantia non amplexantur, per propria vero, quæ ab aliquo interiori viscere, seu organico membro, quale cerebrum est, pulmo, iecur, renes, lien, ventriculus, vel aliud consimile, circũ'cribuntur, complectunturq; ita vt vasa ipsius quodammodo substantiam compleant. si vero humor putrescat in communibus vasis, hæc vel sunt perfecti defecatiq; sanguinis receptacula, quæ ab hepatis gibbis inclusiuè ad vlteriores omnes totius corporis partes deferuntur: vel sanguinem imperfectum, & chyli, excrementiq; non nihil in se continent, qualia sunt ea vasa, quæ ab ipsis simis hepatis partibus portarũ ramis alijsq; vicinis exoriuntur locis, & per mesenterium ad ipsa nutritioni destinata viscera distribuuntur. & ab Auic. venæ chyli, à Galeno primæ venæ nuncupãtur. Si itaq; primum vasa hæc communia sint, & ꝓbi puriq; sanguinis conceptacula, tunc uel humor putrescit in venis, & arterijs omnibus, aut saltem (inquit Gal.) in maximis, atq; plurimo calore abundantibus, quales sunt, quæ inter alas & inguina consistunt, & tunc putrida febris non simpliciter conclusa continuave generatur, sed synocha dicta, seu continens vnà febris accenditur, quæ à principio vsque ad finẽ nullum habet circuitum, nec intermissionem, ac tamdiu perseuerat, hominemq; deurit, donec qui ei causam affert putrescens humor, aut ex toto absumatur, aut coquatur, aut vtrunque patiatur. quod quidem contingit, tũ quia humor in venis & arterijs cordi proximis putrescit, tum etiam quia in his, vt notat Gal. nulla est corporis pars quæ præcipuè sit offensa. Quęcunque n. per circuitus aliquos ægritudinum accessiones fiunt, ex membrorum dispositionibus ortum habent, quæ scilicet membra, vel mittunt, uel suscipiunt, vel generant, uel attrahunt superfluitates. Quod si putrescens humor sanguis sit, ita vt vel succus absolute sanguineus sit, vel ex quatuor humoribus naturali seruata ꝓportione, æquabiliq; quatuor humorum permixtione constitutus, ac proinde bene temperatus, synochus oritur cũ putredine nuncupatus, & sanguinea febris. si vero naturalis proportio in sanguine, seu succo, qui in ijs venis est, non seruetur, sed is calidior sit, plusq; bilis, quàm aliorum humorum contineat, quæ quidem bilis multum reliquos succos excedat, ex ipsius

Cur in declinatione sudor subsequatur, vel non.

Putridarum differentię, q̃ à loco, i quo humor putrescit, capiũtur nec nõ ab humoris speciei & à loco simul.

Cõtinua, seu conclusa febris vera, atque primaria.

Synocha febris, seu continens.

Synochus cõ putredine, & sanguinea febris.

Gal. 2. de diff. febr. in fine.

Gal. loco cita.

fius

fius putredine magnum incendium in cor & præcordia deuergit verusq; causus, seu febris ardens exquisita præcipuaq; generatur. Vel humor putrescit in vasis quidē quæ purioris sanguinis conceptacula sunt, sed aliquantum à corde disiunctis ad iecorisq; partes gibbas aut renes, aut alias partes ad hipocōdria spectantes, attinētibus, è quibus putredo in cor pari impetu ferri nequit, & conclusa, seu continua tunc etiam oritur febris, sed q̄ exacerbationibus, & accessionibus qbusdā destituta nō sit. Quę quidē febris, ait Gal. cum insignes mutationes singularum accessionum in principium incrementum vigorem, & remissionem faciat, vbi continentibus comparatur intermittēs, vbi ijs, quæ ad integritatem veniunt, continua ab antiquis merito nuncupatur. media enim est inter continentes, & vere intermittentes. nam veteres, vt monet Gal. nomine continui & intermittentis duobus modis vsi sunt, interdum. n. continuas vocant omnes quæ ad integritatem non veniunt: interdum solas continentes. ita intermittētes aliquando vocant solum eas, quæ ad integritatem desinunt, interdum continuas, sed quæ insignes accessionum mutationes habent. Quod si putrescēs humor sanguis biliosus sit, tertiana fit continua, si pituitæ magis particeps fuerit, continua fiet quotidiana, si nimium in melancholiam deuergat, continua quartana, quæ tamen raro contingit, inquit Gal. nam plurimum quartanarum genus ad integritatem desinit. Si vero humor in vasis impuri & imperfecti sanguinis chyloq; permixti computrescat, tūc vel in quadam parte, locove, quoddam putredinis initium, quod Gal. semiputredinē vocat, suscipit, deinde in locum ab eo separatum remotumq; protrusus vniuersum, & secundum se totum putrescit, vel in vna quapiam particula fixus, & immobilis consistens, inibi tum principium, tum progressum, tum finem putredinis contrahit, & consequitur. si primum contingat, ita vt humor putredinis semitam, in vna parte accipiat, deinde in aliam pertrusus ex toto putrescat, intermittens ipsa febris procreatur, quæ vel à rigore, vel horrore, vel frigore initium habet, & vt plurimum sudore soluitur, & perpetuo ad infebricitationem, quam apyrepsiam vocant, deducitur. Quod si putrescens humor bilis sit, fit tertiana, si pituita quotidiana, si melancholia quartana febris exoritur. & si ab vnico loco putredinis principium suscipiat, & ab eo unico in alias propellatur partes, fit intermittens quæ simplex dicitur: si vero à duplici loco, vel multiplici id fiat, vel tū impuri atq; perfecti, tum in rudioris, & impuri sanguinis uasis humores putrefiant, complexę, seu compositæ febres gignūtur. Quæ vel ex mixtis implicitisque fiunt intermittentibus, siue sint eiusdem generis, ut tertiana duplex quartana triplex, siue diuersi generis, vt dum tertiana cum quotidiana cumplicatur, vt ait Gal. quę tamen non dicitur hemitritæus, sed nomine caret, nam hemitritæus ex genere continuarum existit. Vel fiunt ex mixtione continuæ, cum intermittente, uti dum quotidiana continua cum tertiana intermittente complicatur, & fit hemitritęus, qui dum ambo putrescentes humores bilis, s. & pituita æquipotentes fuerint, exquisitus oritur hemitritęus sin alter præpolleat non exquisitus fit, inquit Gal. vel ex tertianæ continuæ, cum quotidiana intermittente cōnexiones fiunt, & oritur febris, quæ contrario modo se habet quàm exquisitus hemitritæus, nam continuitatem ex bile habet, horrorem ex pituita, reduplicationes ex pugna mutua, præsertimq; cū humores æquas vires habuerint: Dum autem ex duabus continuis complicationes fiunt vt quotidiana, tertianaq; continuis, non fit hemitritæus, quia is multas habet reduplicationes, vt ob id ab Hipp. ut Gal. refert, horrificus fuerit nuncupatus. Quæ uero de biliosa & pituitosa simul mixtis dicta sunt, eadem, inquit Gal. ad melancholicam licet transferre, & eius cum utraque illarum complexionem, & confusionem pariter coniectare. Quando enim hæ febres complicatæ sint, & earum accessiones horis differentibus inuadant, earum complexio oritur, ut monet Gal. si eodem tempore inceperint earum confusio generatur. Verum quoniam febres iccirco ad apyrepsiam deueniūt, intermittuntque, quoniam quidquid putrescentis humoris à loco, in quo putredinis initium semitamve nactum est, tanquam à foco quodam excutitur, & à reliquo uitioso humore separatur, & deinde calore crematur, in halitum dissoluitur, dissipaturque uel in sudorem abit, ita ut ipsius solæ terteæ portiones paucæ, tanquam cineres, remaneāt; & subsequens accessio inuadere non anticipat antequam prior omnino soluatur: Propterea si quis querat qua de causa accessionum circuitus recurrant, reuertanturque ei respondet Gal. inquiens. Sed cum in parte remaneat affectus, necesse est in ea superfluitatem aliam generari, cum id quod denuo ad ipsam alimentum attrahitur, non totum exquisitē cōuincatur: quæ rursus à putridis superfluitatibus in parte re-

Gal. 3. in 1. epid. 2.

Gal. lib. de morbo. tempor. c. 7. et 3. in 1. epi. 2. Gal. 2. de diff. febr. vltimo.

Gal. 2. de diff. febr. c. 8.

Gal. loco cit.

Gal. loco cit.

Gal. loco cit.

Causus, seu Febris ardēs

Tertiana cōtinua.
Quotidiana continua.
Quartana cōtinua.
Febres intermittentes.

Tertiana.
Quotidiana.
Quartana.
Intermittētes simplices
Compositæ seu cōplexæ.
Tertiana duplex.
Quartana triplex.
Hemitritęus

Hemitritęus exquisitus. & Non exquisitus.

Continuę cōplexæ.

Febres cōfusæ.

Cur accessio & circuitus reuertatur.

te relictis, ac proprio ex uitio, putredinis principium accipit, ac cum satis caluerit, rursus ad ipsum influit, ut antea ex alijs partibus sanguis, & eodem rursus modo principium ascensus, consistentia, declinatio alterius fit accessionis, neque hoc per circuitum fieri definit, donec in prima particula superfluitates generante seruatur affectus. Qui duplex est, alter imbecillitas partis ex qua fiunt superfluitates: alter q ex eisdem quotidie genitis aceruatur, vt.n. in exterioribus vasis à prauis liquoribus vitiosa quædam dispositio relinquitur, ita in partibus, in quibus humores putruerunt, quã eo magis impossibile est solui, quo totũ corpus multis, vel vitiatis humorib. fuerit oppletum, & multo etiam amplius, si his adiungatur omnium, per quos membri superfluitates excernuntur, meatuum adstrictio. Sicuti igitur sanitas subsequeretur si & meatus essent aperti, ita vt in membra liberi transitus fierent, & potẽtia vegetior redderetur, emendareturque affectus, & totũ corpus nec multis, nec vitiosis humoribus grauaretur; ita donec hæc perdurauerint circuitus accessionum necessario seruatur. cum.n. nonnullæ partes fluxiones ad alias mittant, vt caput ad oculos: quædam vero ab eisdem in seipsis genitis superfluitatibus principium febricitandi trahant, his omnibus superfluitatum putredo communis. singulis autem proprium inest, huic quidẽ obstructio ac cõpactio vasorũ ob humores viscidos, vel crassos, vel multos: alij meatuum constrictio sensibilium. s.vel insensibilium: alij vero omnia in toto ipsius corpore loca inania esse oppleta, ac præterea eam adesse multitudinem, quæ ad potentiã dicitur. Febrium igitur, quæ per circuitum accessiones faciunt hæ sunt. Earum vero quæ ordine carent, nonnullæ ex transmutatione humoris, nonnullæ ob victus errorẽ ad talem dispositionem veniunt. Maximè igitur transmutatur, & in alteram naturam transit sanguis cum putrescit, nam pars ipsius fit flaua bilis, pars nigra. Quantum vero in ægrorum corporibus humores mutantur, tantum accessionũ circuitus. illa quoque non parum mutationis circuitus causa est, quod qui putrescere incipit humor in aliquo mẽbro, alter existit alter vero ex alijs defluit partibus, qui vel in ipsis solis cõtinebatur, aut in toto corpore redundabat. Sic & quæcunque circa victus rationẽ errata ab ægrotantibus fiunt, nihilo minus circuituum ordinẽ euertunt. Vt.n. ipsis quoque sanis victus deprauatus ægrotandi affert occasionem, eodem modo, vel etiã magis in laborantibus ex erroribus admissis fiunt accessiones. Non solum igitur cũ iam ægrotant, sed eo etiam tempore quo ex motbo referuntur, quacunq; ex causa promptissimè offenduntur. Quodcunq; igitur offensionis genus effatu dignum interuenerit, vel circuitus anticipare, vel alios diuersæ naturæ à prioribus oriri est necessarium, à quibus accessionum ordo peruertitur. Hoc tamen potissimum contingit, & erratica vocata febris producitur, propter diuersos humores & aliorum commixtione confusos crassos. s. & tenues calidos, vel frigidos, fluxiles, & viscidos, dum in vnã, vel pluribus partibus cumulati ad putredinis locum & fomitem fluunt, vel etiam in eo resident, & modo in hoc modo in illo putredo suscitatur, & proinde vnã cũ Hippoc. idem Gal. dicebat erraticas febres Autumno potissimum oriri propter temperaturæ ipsius inæqualitatem ratione, cuius diuersi generis coaceruantur humores. sæpius tamẽ inquit Gal. ob circuituum complicationem, quæ à Medicis ignoratur videntur absque ordine accessiones fieri, quamuis non ita reuera res se habeat. Quod si proprij febriũ circuitus omnino non peruertantur, sed solum periodorum insultus immutẽtur, ita vt paroxysmi consuetam inuasionis horam vel anticipent, vel postponãt; Anticipant quidem præter consuetudinem, vel quum subiecta illorum materia augescit, vt ex impuro, vitiosoque cibo & excremẽtorum suppressione: vel quum nimium extenuatur, vt sinapis, aromatum, aliorumve calidorum tenuantiumq; vsu: vel quum motu exagitatur, vt exercitatione, balneis, æstu, animi excandescentia. Postponunt vero dum à causis contrarijs materia, vel minuitur, vel crassescit, vel pigrior, ignauiorq; redditur. Accessiones vero longæ euadant, ut notat Galenus febresque protensæ fiunt, ob materiæ inutilis iam effusæ eiusque vaporis multitudinem, crassitudinem, atque lentorẽ, (hæc enim non nisi multo tempore inflammari, absumique potest) potentiæ imbecillitatem, ac meatuum angustiam, hæc enim materiæ dissolutionem prohibet, illa vero in ea propellenda, & discutienda diutius laborat. Breues autem fiunt propter materiæ inutilis subtilitatem, paucitatem, & potentiæ uigorem, ac meatuum laxitatem. cũ uero hæc omnia simul conuenerint, aut longissima, aut breuissima fiet accessio. Quæ quidem, si diu inuadat, progrediaturque noctu intermittat diurnam, si noctu occupet, die intermittat nocturnam uocatam febrem producit. Quod si tandem humor inua-

Margin notes:

Febres erraticæ, & earũ causæ.

Gal. 2. in 1. epi dem. 22.

Hip. & Gal. 3. aphor. 22.

Gal. 2. de diff. febr. in fine.

Febres anticipantes.

Febres postponentes.

Febres protensæ vocatæ, quę lõgas habent accessiones.

Febres breues habẽtes accessiones.

Febres diurnæ, atq; nocturnæ.

Gal. 2. de diff. vict. post med. Gal 3 in 1. epidem. 5.

Hip. & Gal. 3. in 1. epid. 6.

in vasis impuri,& imperfecti sanguinis, quæ venæ chyli ab Arabibus appellantur, putrescat, ita tamen vt in vna quadam parte fixus & immobilis tum principiū,tum progressum,atq; finē putredinis assequatur,febris oritur potius symptomatica,quæ,quoniam ab humore alicui parti propter pertinaces obstructiones contumaciter adhęrente,& sensim putrescente gignitur,continua omnino est, & sępius diuturna, nec prius desinit, quam vniuersus infixus & obstruens humor putredine dissoluatur. Nec minus symptomatica febris illa vocari potest, quæ fit propter humorem in vasis non quidem communibus,sed viscerum, & organicarum partium proprijs putrescentem. oritur siquidem non ex huius,vel illius visceris inflammatione, sed ex latente obstructione,& fixæ materiæ putredine,quæ visceri adeo impacta est, vt plerunq; ipsa visceris substantia labefactetur. quæ etiam sicuti prior exposita symptomatica tum continua tum diuturna est,reliquarumq; continuarum terminos prætergreditur, nec vigesimo,nec interdum quadragesimo soluta. varias autem sortitur differentias prout putrescens humor aut in iecore,aut liene,aut ventriculo, aut alia particula infixus existit. Proprijssima vero, atque præcipua symptomatica febris est, quæ ex humore non in venis,aut arterijs, sed in partium substantia, aut cauitatibus, porrositatibusve putrescente generatur,quo fit vt reliquæ symptomaticæ febres iam expositę,quia in his humor in vasis putrescit, si huic postremę conferantur, non ita legitimæ symptomaticæ vocari possint sed inter principales, & symptomaticas propriè dictas febres mediam quandam naturam sortiuntur, nos tamen, quia nomina sunt ad libitum, & de his non esse curandum millies nos admonuit Gal. clarioris breuiorisq; simul doctrinæ gratia symptomaticas, ex particulariq; obstructione obortas nuncupabimus. Pręcipua itaq; symptomatica febris est,quæ humoris putredinem extra venas factam comitatur,cuius generis sunt febres omnes, quæ internarum cordiq; vicinarum, & potissimum principum partium inflammationem,seu calidum tumorem consequūtur. in illis enim sanguis aut bilis putrescens,aut illinc in cor subit,aut putrem de se vaporem in ipsum emittit. Sic à phrenitide, angina, peripneumonia,pleuritide,hepatide,& nephritide,aut alterius consimilis partis phlegmone, seu inflammatione fit febris phlegmonodes dicta, ex earū autem erysipelate febris fit quæ causus, seu ardēs, & typhodes appellatur,quæ eo grauior existit, quo pars affecta nobilior, & cordi vicinior fuerit.& idem de materia,quæ in partium cauitatibus, sinubusq; putrescit dicendum est, à qua si putridi vapores in cor feruntur putrida symptomaticaq; febris exoritur,quæ semper, sicuti & reliquæ omnes symptomaticæ febres,conclusa,cōtinuave procreatur. Quod si externa, aut à corde distans inflāmatio humorisq; putredo fit, ephemera potius febris accenditur, quia solus calor partis continuatione ad cor perducitur. Putridarum itaq; febrium, nescio si qua nobis est differentia, quæ propria sit,prætermissa. nisi quis fortè Hippocratis auctoritatem in medium afferet, in qua earum quæ tum septimo,tum nono quoque die excitantur,mentionem egit. Verum Gal. Dioclis quoq; auctoritate suffultus,eas reiecisse videtur,dum ait. Quidam enim Medici sunt qui circuitū excedentē quartū diē se vidisse negent:quidā Hip. assentiūt. Ego vero iam inde vsque ab adolescentia ad hunc diem obseruaui,sed septem, nouēque dierum circuitū omnino non uidi, neque clare, neque ambigue. quintanos quidem ambiguos conspeximus, sed neque exquisitè,neque apertè,vt quotidianos, tertianos, quartanos. Quamobrem contra Hippocratem fortasse cum ratione disputaret quispiam,vt Diocles fecit.nam quibus cum signis,aut quibus ex humoribus quinto quoque die,aut septimo, aut nono oriri circuitum dicas, non habebis: nec vllum ęgrum,qui ita laborarit,nobis Hipp.descripsit, quamuis alia multa communia præcepta peculiaribus exemplis declarauerit. Inferius tamen subdit. neq; par esse Hippocrati fidem non adhibere(dixerat enim Hippocrates, quæ septimo quoque die inuadit longam esse non letalem,quæ nono,etiam longiorem, nec letalem) neque conuenit, ut mentiamur eosque uidisse affirmemus, sed sedulo obseruandum est & experientia de ueritate existimandum ita tamen ne nobis, quod vulgo hominum,accidat,qui cum forte quempiam septimo die iterum ,ac tertio febrem habuisse compexissent, ab initio quendam esse septimo die circuitū existimarunt, id enim potest interdum casu euenire : atque etiam ex consimili uictus ratione: qui enim ęgroti non prorsus affectione morbosa liberati sunt,sed aliquod in eis semen remansit, his,si negligentius viuant, sæpe fit, ut sexto post primum,die: sæpe septimo, sępe octauo, sępe alio quodam febricitent. & cum febris cessarit, putentq; se prorsus esse liberatos, eodem

Febres symptomaticę dictæ, seu non principales.

Prima symptomaticę febris differentia.

Secunda species symptomaticæ febris.

Symptomatica diuturna.

Tertia species.

Quæ veræ & legitimæ symptomaticæ sint, & quæ non.

Febris phlegmonodes.

Febris typhodes.

Hipp. 1. epi. sec. 3. tex. 2 & 7. Gal. in com.

De febribus septimanis, & nonanis.

Tex. com. 7.

dem victu omnino vtuntur. & ex morbi reliquijs totidem diebus eadē affectione correpti in febrem similiter cadunt. quod sæpe vsu euenire potest, cum æquale sit, quod ex affectione relictum est, & eandē victus rationem teneant, is denique circuitus morbi reuera est, quando obseruata diligenter victus ratione, febris eodem certo die redit, vt in quartana fieri intuemur.

Quibus de causis febres intermittentes fiant, cum rigore, vel horrore, aut frigore inuadant, & varijs circuitibus gradiantur. Cap. VIIII.

QVONIAM putridarum febrium differentiæ, quas ab humoris putrescentis loco prodire diximus, nō exiguas, &, vt mihi videtur, indiscussas adhuc claudunt ambiguitates: siquidem tum de loco in quo materia intermittentium putrescit: tum de causis rigoris, horroris, frigorisq; tanquā symptomatibus intermittentes perpetuo comitantibus, tum demum de causis cur intermittentes statutis quibusdam determinatisque periodis progrediantur, maxima extat apud præstantissimos Medicos controuersia: operepręcium est, vt priusquam putridarum signa aggrediamur, ea, quæ de loco putredinis verè intermittentium febriū superius à nobis prodita sunt, exactius comprobemus: & vnà rigoris, horroris, & frigoris, quæ locum hunc alioquin reconditum nobis pandunt, causas legitimas aperiamus. ex qnibus postmodum haud difficile erit cognoscere, quod forsitam hucusq; fuit ignoratum, cur.s. quæ ad integritatem veniunt febres pituitosæ quotidianos biliosæ tertianos, melancholicæ quartanos circuitus sortitæ fuerint. Qui sola Galeni dogmata perpetuo profitentur, eius auctoritatibus parum rectè assequutis decepti, voluerunt humorem, qui continens & proxima est intermittentium febrium causa, in solo corporis habitu, & extra cuiuscunq; generis venas perpetuo putrescere, neque amplius vnà cum sanguine permixtū esse, sed p singulas corporis partes disseminatum, quia inquiunt vnà cum Gal. in eis per vniuersum corpus deferuntur humores à natura ipsa detrusi, quare, aiunt hi, & quod putrescant, & quod vehementer per partes sentientes deferantur humores oportet, vt intermittentes febres accendantur, aliàs nunquam quæpiam earum generabitur. Quomodo autem extra venas mittantur humores declarant dum inquiunt. Sunt autē qui velint eiusmodi humores accessionis tempore semper ex ipsis vasis detrudi, à maioribus enim primo ad minora, dein ex ipsis ad reliqua, quo ad extra ad sentiētes corporis partes, & totius corporis habitum propellantur: neque alium dari generationis modum censent intermittentium febrium. Nos tamen, subdunt, ob alias quoque causas extra venas fluere, & intermittentes generari etiam posse asserimus: videlicet ipsis sentientibus corporis partibus ad se se humores trahentibus, tū etiā in seipsis eosdem gignetibus, nequeuntibus tamen eos propellere. attrahunt autem dum dolore, uel immodico calore laborant; tunc enim etiam si ab ipsis venis praui humores non extra mittantur, ipsos ad se se calidæ & dolentes solidæ corporis partes attrahunt. quibus attractis; & in eis præter naturam detentis necessario putrescunt, & febrem generant: ut autem id magis cōfirment Galeni auctoritatem adducunt, qui ait, qđ quemadmodum venarum facultas attractoria perpetuo vicinis ex partibus humiditatē attrahit, substantiam ipsius qualis nam sit nullo pacto discernens, ita quoque & carnes ab ipsis venis, quia habent & ipsæ vim eorum, quorum indigent, attractiuam. Verum opinio hæc statuens in intermittentibus humores extra venas putrescere, quamuis inueterata sit, & permultos habeat fautores; deceptionis tamen plena, & innumeris erroribus referta est, nec minus reijciendi sunt modi ij fluxionis humorum & generationis intermittentium quos recentiores nonnulli excogitarunt. Quod.n. intermittentes febres ab humore in solidis partibus putrescēte gignantur, qui quidem nō transmittatur à venis ad extra venas, sed à partibus ipsis attrahatur, vel etiam in ipsis generetur, & ab eis non propulsus gignatur, ut opinor absurdissimum est. Vel enim causa attrahens, vel generans habet permanentiam, & tota febris intermittentis pgressu perdurat, uel non, si dicant perdurare, ergo perpetuo attrahet, & perpetuo generabit, & ita vnica et sibi continua fiet accessio, nullumque dabitur determinatum interuallū, & insuper in causa attrahente semper ex tenuioribus homoribus, quippe

Cōmunissima opinio de loco putredinis in intermittentibus febribus.

Gal. 2. de cris. cap. 3.

Als. 2. de med. febr. par. ca. 3.

Altimarus duos alios pter cōmunē, intermittentium generationis modos excogitauit.

Gal. 4. de rat. vic. com. tex. 2.

Huius opinionis reprobatio. Modi ab Altimaro propositi reijciendi.

qui

qui facilius fluunt, febres generarentur, ex pituitosis autem & melancholicis nunquã fierent. vel etiã humores diuersi generis attraherentur, & ita febres facillimè statutas periodos immutarent: quod si causa attrahens, vel generans non permaneat, querendum ab eis est cur secunda, & post ipsam tertia, & quarta & alia deinceps reuertatur accessio. Insuper experientia quotidiè videmus ex attractione non quidem determinatum succum, sed sanguinem ipsum potissimum fluere, vel saltem humores ipsos per mixtos, syncerum autem humorem admodum raro. insuper ex lassitudinib. dolorificis, & ex permanentia sub sole, non putridæ, sed ephemeræ solùmodo, vt sæpius diximus in earum tractatu, procreantur. potissimũ quia, vt vnà cũ Gal. animaduertimus, diariæ ex lassitudine, & solis ardore sunt illæ, q̃ in putridas minimè abeunt. Neque eis Galeni auctoritas vllo pacto fauet, sed potius refragatur, quia si, vt fatentur, particulæ habent vim attractiuam eorum quorum indigent, procul dubio excrementis, vt bile ipsa, & alijs inutilibus superfluitatibus prorsus non indigent. & ob id vnà cũ Galeno docuimus in capite de ventriculi intẽperie, in calida vẽtris intemperiè venas bile, & calidis humoribus turgere, quia carnosæ partes inutilem hanc materiam, alioquin calidam & fluxioni paratam, non attrahunt. Sed parum hoc est. omnes qui hanc, de intermittentium febrium generatione, sententiam tueri volunt, concorditer fatentur in ijs in principio accessionũ rigorem, aut horrorẽ generari, quia humor nõ solum extra venas, sed etiam vehementiori motu propellitur. modo si fluit extra venas per attractionem, vbi erit vehemens hic motus? ab ipsis. n. particulis, quæ in totius corporis ambitu resident attractio sensim admodum & paulatim fit. si vero ad ipsas particulas non fluunt, sed in ipsis creantur, & ab ipsis deinde nõ possunt propelli, in principijs accessionum quem motum excogitabunt? postquam. n. humor computruit, & in halitum redactus est, tunc sanè per cutis meatus potest propelli, sed tunc accessio iam declinat. Valeant igitur vnà cum suis nouis generationis intermittentium modis. qui forsitam videntes se orationem fallaciæ plenam composuisse, postea dixerunt generationem intermittentium per transmissionem humoris à maioribus vasis ad minora, & ex ipsis ad reliqua quo ad externa ad sentientes partes protrudantur, vnam esse potissimam, atque præcipuam. quod. n. extra vasa, & in carnium spatiis, quæ in totius corporis habitu consistunt, humores computrescãt, hoc perpetuum esse statuunt, postquam. n. inquiunt illic fuerint propulsi mox incalescunt, inflammantur: putrescuntq́; tunc demum extenuati caloris vi vniuersi in sudores dissipantur: & sic accessio finitur, dum noui humores similiter recurrant. Verum aduersus sententiam hanc, & eius auctores his rationibus inuehitur Fernelius. Hoc. n. imprimis absurdum, ait, illa statuere videtur, omnes ferè humores, qui morborum causæ fiunt, in venis contineri, illic primam omnium esse originem, quasi neque in visceribus, neque in mesenterio, neque in pancrea eorum quicquam congeri possit, aut computrescere. Qđ deinde illa existimat primo accessionis insultu materiam prorsus è venis in corporis habitum depelli, acerbum auditu est. Quo pacto. n. tam repente possit noxius humor sanguini permixtus, præsertim crassa, lentaque pituita, aut bilis atra à puriore sanguine prorsus secerni, & quasi momento in extimas corporis partes, vt digitos, nasum, (quæ ferè prima frigescunt) protinus extrudi? Ad hæc cũ in continuis febribus peccans materia in vasis maioribus tota consistat, cur nõ eius quoq; portio in corporis molem effunditur, quæ sæpè rigorem efficiat? Quoniam, inquient, exilium venarum obstructio in his maior est, & tanta vt omnẽ humorẽ intus cohibeat, sed hoc diuerticulum est. nam plurimæ continuæ ab horrore, aut rigore primũ inuadunt. qđ si ipso initio bilis in corporis summa effundebatur, cur non similiter deinceps, quoties motu nouo exardescit, aut inardescit eodem insistit? ad hæc in horrore, atque rigore intermittentium vrinæ meiuntur albæ, tenues & crudæ, quod aperto indicio est bilem intro potius quàm foras compelli. Tunc tẽporis molesta ẽt est suffocatio, tussis sæpe sicca, oscitatio, anxietas, præcordiorum distentio, ac sæpè dolor vehemens, ab his nausea, & subrigoris finem biliosa uomitio. accessionis progressu, multoq; magis declinatione, oĩa mitescunt, & vrinæ euadunt crassæ, citrinæ, aut rubræ, quæ argumento sunt tunc bilem, ut in vrinas, ita & in corporis summa contendere. Hisce vero contraria oĩa obtingerent, si accessionis initio bilis in summa corporis irrueret. sed & qđ interdum toto febris intermittentis decursu vrinam substantia, colore, hypostasique laudabilem animaduertimus, planũ facit nullam putredinem in venis haberi. insuper bilis calida actisq; quum sit, quo corporis habitum refrigerabit. Præterea quartana continua

Fern. 4. patholog. cap. 9.

In intermittentibus humores extra vasa, & totius corporis habitu nõ putrescere. Fernelij rationes.

continua omnium est febrium rarissima, quia (vt etiam Auicennas animaduertit) melancholia admodum raro peccet in vasis maioribus, rariusq; multo putrescat: intermittens vero admodum frequens, ac sæpe popularis, si ergo admodum raro melancholia vitiosa est in venis, quomodo ex his potest tam copiosa sufficit, vt tot gignẽdis quartanis intermittentibus sit satis? At nunc obsecro opinio hæc rationem reddat compositarum febrium, & cur in tertiana duplici bilis portio quædam quotidie in omnem corporis habitum propellitur, si copia id efficit, tertiana omnis vehemẽs, vt quæ ab exuperante bile fit in tertianam duplicem, omnisque quartana ferocior in duplicem, triplicemve quartanam facesset. Postremo si antecedens materia tota est in venis maioribus, vna venæ sectio, quæ hanc promptè demit, illius curatio sit. atqui neque hæc febrem tollit, neque qui in solos venarum humores mentem refert, illius vnquam curationem rectam consequetur. hæc Fernelius. Sed quia eorum obstinatus animus his argumentis omnino non flectitur, & hoc negocium non parui momenti est (de ipso siquidem affecto loco controuersia est) nobis permissum sit hanc eandem opinionem, alijs rursus, ijsque non minoris ponderis argumentis refellere. Et inprimis interrogentur ij in quibus nam vasis in febribus interpollatis obstructiones, à quibus perpetuo, vt aiunt, putridæ febres promouentur, reperiantur. si dicant in magnis & cordi vicinis cur continens non accenditur febris? si in paruis, & remotioribus cur continua, quam proportionatam vocant, non oritur? & amplius quo nam pacto materia in latioribus vijs, merito obstructionum impacta, per angustiores vias, capillares nempe venas, protrudi potest? si dicant obstructiones in habitu totius corporis, & extra venas reperiri, ab ijs non putrida febris, sed ephemera, vt ipsorum Dux Galenus docet, procreabitur, & insuper quomodo & qua de causa à venis ad extra venas materia, vt ait Galenus semiputrida propellatur, prorsus ignorabunt. insuper in quartanis incipientibus pituitosisque febribus cruda adhuc, & crassa, & viscida existente materia, qui fieri potest, vt per tam exiles capillaresque venas materia hæc protrudatur, & innumeræ, admodumq; rebelles, obstructiones non oriantur? nonne in quartanis in accessionum declinationibus sudores ex omnium sententia tum apparent, quum humor, qui totius febris antecedẽs & adæquata materia est, fuerit attenuatus? nonne Galenus, in curatione diatiæ ex obstructione ne dum materię crassitiem, lentoremque, verum etiam solam copiam pertimescit? & proinde ne diaria in putridã migret, quæcunque calida medicamenta extrinsecus applicita, priusquam copia minuat, omnino deuitat? non ne in putridarum principijs omnes à frictionibus abstinẽt, ne materia peccãs ad exiliores vẽnas, & totius corporis ambitum deducta obstructiones, & febrem subinde, vel continuam, vel vehementiorem reddat? & hoc non alia de causa, nisi propter nimiam illorum locorum angustiam. eadem de causa quartanã febris continua, quæ, vt etiam Fernelius notauit vnà cum Auicenna (quamuis Galenus quoque id sæpius dixerit, vt proprio loco apparebit) rarissima est, frequentior, intermittens, quæ frequens admodum est, rarior esse deberet. cum enim in vtraque materia melancholica ex eorũ sententia, in venis reperiatur, facilius est vt in uenis detineatur & in ijs putrescat, quã extra venas, humoris crassitie reluctante propellatur. pariter tertianæ, quippe quæ ex bilioso acri & tenui humore generantur, omnes fere intermittentes fieri deberent, nam & quia tenuitate fluxilis, & quia acredine expultricem irritat, extra venas protrudi facillime deberet. neque rationi consonum est, vt tam numerosæ in venis paruis reperiantur obstructiones, & adstrictiones (vt inquiunt) ut totam corporis circũferentiam obsideant, & nulla ex parte bilis extra venas exire possit. Quod si propter nimiam sanguinis copiam hæ omnes obstruantur, tunc non simpliciter continua, sed continens febris oboritur. neq; in principio virtus ita inualida est vt eam propellere extra venas non valeat, cum etiam in continuarum progressu id sæpius efficiat, vnde multæ continuæ biliosæ tum solui omnino, tum etiam in intermittentes abire ex materiæ ad alia loca propulsione conspiciuntur. Quod si dicant non propelli, quia cruda est, & vnà cum alimentali & sanguinea materia cõmixta, rursus interrogandi cur in intermittentium principio protrudatur. & ita quasi laqueis quibusdam irretiti se se nunquã extricare possunt. Ad hæc cur materia extra venas ad sentientes partes trãsmissa (& potissimum in quartana, quã nonnunquam annis quatuordecim perdurasse nouimus) præsertim dum ratione putredinis incalescit, & adnititur aut dolorem, aut vlcerosam lassitudinẽ, aut affectum pruriginosum, aut punctionis sensum manifestum

Marginal notes: 7. — Rationes propriæ probantes in intermittentibus materiam extra venas nõ mitti nec putrescere. — Prima ratio. — Secunda ra. — Gal. 8 method — Tertia ratio. — Quarta ratio. — Quinta ratio

minimè percipinnt?cur solum æstum post accessionis principium & inæqualitatis tempus, in principio vero vehementem perfrictionem sentientes, qno magis tegumentis comprimuntur,eo magis leuantur? cur dum hæ febres multiplices diuturnæq; sunt, etiam si in declinatione nullus appareat sudor, si non scirrhosi, aut consimiles, saltem scabiosi subsequuntur affectus?cur oppositum sępissimè cótingit? siquidem aduenien te quartana pustulæ scabiosæ affectusque cutanei omnino soluuntur, dum vero hi superueniunt, illico quartana recedit, melancholia.s. ad totius corporis habitum cutaneasque partes vergente. similiter qui calidum hepar habent,& melancholicis & adustis humoribus scatent, si quartanis corripiantur delirio melancholico non vexantur, quia materia circa primas vias detinetur, quod si in venas deducatur, melancholiaq; per consensum à toto corripiantur, non amplius quartanis exercentur. Quod si flaua sit bilis, vt potissimũ in exquisitis fit tertianis mirũ est si hac ad musculosas cutaneasque regiones traducta, vel exedentes, aut miliares herpetes nõ oriantur. an forsitam respondebunt hæc mala non gigni, quia bilis flaua cũ serosa sanie cómixta est? erysipelata saltem non effugient; hæc.n. vt ait Gal. à bile cũ sero permixta producuntur, an inquient neque erysipelata procreari, quia bilis non vnita, & copiosa, & ad vnicã tãtũmodo partẽ detruditur, sed dispertita, & ad minimas partes redacta ad uniuersum corporis habitum defertur? hoc diuerticulo ictterũ ipsum euitare nullo pacto possunt.

Gal. lib. de tumor. pter nat. cap. 9.

in quibusdam.n. biliosis febribus continuis, nec nõ etiam in hepatis inflãmationibus bile adhuc indomita immatureque ad totius corporis ambitũ transmissa ictterum fieri cernimus. Quod si ardentes febres nõnunquã per criticum soluuntur sudorẽ, nulla tamen alioquin exigua suboritur icteritia, hoc nobis non imponit, quia tunc bilis flaua penitus victa, cõcoctaq; & ad benignũ starũ redacta est, & qđ magis refert portio illa, q̃ per sudorẽ excernit, in imis corporis ptibus, in tenuissimã quãdã substãtiã & ferè vaporosam cõuersa est, secus.n. p poros cutis tã celeriter affatimq; exire non posset, hac aũt p sui tenuitate oĩo exeunte, cutis nullatenus infici põt. sed alijs multis ptermissis, quæ possent adduci, hãc vnicam rõnẽ addamus. Si vera est Gal. auctoritas, quã superiori capite descripsimus, in qua ait, qđ vbicunq; accẽditur, & augetur caliditas, isthuc ab alijs partibus sanguis cõfluit, quo vero tpe cõfluit illas quidẽ refrigerari priuatas sanguine, qđ vero patitur mẽbrũ grauari, atq; distendi, idq; in accessionũ principijs cõtingere, quęrendũ ab ijs est, cur in accessionũ insultib. atq; principijs natiuus calor vnà cũ sanguine, nõ ad corporis summa, & sentiẽtes ptes, corporisve habitum, in quo, vt aiunt, caliditas febrilis in intermittẽtibus accẽditur, sed potius ad intimas cõtrariasq; ptes confluat & in ijs nonnunquã p duas, interdũ p tres & quatuor aut etiã plures horas psistat. Neque.n. ab hoc nodo se se explicabũt, si dicãt calorẽ ipsum tanquã offensum ad intima & psertim ad thoracẽ, & cor tanquã suum principiũ confugere, vt ibidẽ collectus, vnitus, ac vigoratus, vehemẽtiori quodã impetu redeat ad corporis summa, ac certet cũ eo, qđ sentientes ptes doloribus lacessit, & ipsum molestat. nã euasio hæc Gal. dicto, qđ qdem verissimũ est, nulla ex parte satisfacit, is.n. vult vt ad ptes extranea caliditate, doloreq; vexatas, sanguis vnà cũ calore directè, immediatè, & quãprimũ confluat. pterea sequeretur, qđ oĩum accessionũ insultus, in totius corporis habitu, tũ æstus & febrilis caliditatis, tũ doloris molestiæq; sensus eximius, & vt inquiunt, natiuũ calorẽ molestãs de necessitate pcederet. si.n. nõ pcederet & vehemẽter molestaret, calor nõ confugeret ad intima, vt deinde roboratus, cũ molestante humore decertaret, nihilominus oẽs accessionũ insultus ab ipsa caloris concentratione rõne cuius exteriora frigent, auspicantur, & in toto accessionis principio & vniuerso ferè inequalitatis tpe extimę oẽs partes ad totius corporis habitũ spectantes algent, & pfrictionis sensu non aũt igneo calore afficiũtur. iõ dicebat Gal. qđ tpe ẽt inęqualitatis in quo exteriores ptes pfrigescunt adhuc, ęgrotãtes intus (nõ in corporis ambitu) ęstus vehemẽtis sensum pcipiunt, qđ arguit materiã non in corporis habitu. sed in intimioribus partibus putrescere. Sed vt ipsorũ chimera melius in cõspectũ veniat, operępręciũ erit Gal. auctoritatẽ, quã male intellexerunt, pferre, vt liquido appareat, an ex ea somnia hęc aliquo pacto cõfici possint. is itaq; de rigoris causis differẽs hũc in modũ hẽt. Hac sola rõne ardẽtes febres à tertianis differũt. ardentes.n. in vasis bilẽ habent: tertianis extra vasa p sensibilia corpora fertur: nã dum p ipsas rapitur, acrimonia offendens dolorẽ excitat, ecce qũo ipsum rigorẽ, & accessionis insultum, vti diximus, dolor, caliditatisq; sensus acrimoniaq; molesta pcedere dẽt hæc tñ oĩa in accessionũ initijs nõ in habitu totius corporis, in quo solus adest pfrigerationis sensus,

Gal. 2. de diff. feb. c. vlt.

Sexta ratio.

Aduersariorum responsio.

Confutatio.

Gal. 2. de mor. tempor. cap. 3.

Gale. auctoritatẽ aduersariorũ sentẽtiæ non fauere, neq; eorũ responsione vllo pacto cõprobare.

Gal. lib. de tremor. conuulf. cap. 7.

sed

ſed ſolum in intimiorib. partibus pcipiũtur. & ob id in fine capitis apertiſsimè inquit, qđ in tertianis plurimi ſitiunt, & calorẽ p imas partes in ipſo rigoris tpe ſentiunt, qđ clarius? cũ aũt dixiſſet qđ dum bilis p ſenſibilia corpora fertur, acrimonia offendens, dolorẽ excitat, illico ſubdit. cõtingit igitur interea duo qđã fieri, inclinare nempè in corporis altũ ſanguinem, & ideo exteriora eius refrigerari: particulas aũt ipſas corporis, in qbus bilis conſiſtit, vnáquáq; ipſam à ſe ad uicinã excretrice alienorũ facultate propellere, vſq; dũ ex oibus abacta, p ſudores, aut vomitus aut ẽt p alnũ fuerit excreta. neq; opinari debemus hæc vltima verba, in quibus tres proponit euacuationes videlicet per ſudorẽ, vomitũ, & aluum, ſolis tertianis, vt ipſi perperã interpretãtur, adaptanda eſſe, quia à veritate omnino abhorrerent, & experientiæ aduerſarentur. dum enim rigor perdurat, & calor in imis partibus iacet, nullus vnquam criticus, aut excretorius ſudor apparet, ſed ſudor ſolummodo in fine acceſsionis promouetur. quare tum tertianis tum cauſonibus communia ſunt, de his enim quoque verba fecerat. in quibus dum rigor ſuperuenit, paulo poſt bilis per ſudorem vomitum, & aluum ferri animaduertitur. at in tertianis tempore rigoris, vel illico poſt, bilis ſolum per uomitum, & per ſeceſſum emittitur, & quia cum vehementia per illas partes fertur, rigorem ait generari. & ex hoc adhuc magis apparet eorum lapſus, quia ſi Galeni dictum tertianis adaptare volunt, & in his materiæ putreſcentis locum, carnes, quæ ſunt in ambitu totius corporis, ſtatuere, prorſus falluntur. quis enim vnquam ſibi perſuadebit bilem extra venas ad carnes & muſculoſas partes, earumque ſpatia iam expulſam, per vomitum deinde, vel aluum ab excretoria facultate poſſe propelli? neceſſarium enim eſſet, vt denuo ab ignobilioribus partibus ad nobiliores per cappillares venas remearet, & ab his ad maiores, à quibus ad iecur deinde, ab eo per meſenterij venas ad ventriculum & inteſtina protruderetur, quod eſt valde abſonum, cum ipſa ſoluentia alioquin validiſſima, propria attractrice facultate id præſtare vix valeant. Quo fit vt materia in ſpatijs carnium reſideus non niſi per halitum & cutis poros idq; non citra difficultatem digeratur. Subdit deinde Galenus conuenit autem non modo cauſam quandam in nobis eſſe mordacem, ſed etiam vehementer agitatam, ſi factura eſt rigorem, ac communi hoc vtriq; cauſarum generi accidit, & quæ frigidæ, & quæ calidæ facultatibus exiſtunt, nempe vt corpus dolorifice moueant. ideoque in quartanis, & tertianis rigor ſimul inuadit, etſi ab humoribus contrarijs facultate conſtituantur: frigidus enim melancholicus humor, calidus autem flauę bilis. Non abſolutè autem abundare ipſos dixi oportere, qui aut rigorem aut horrorẽ ſunt facturi, ſed etiam motu vehementiori per corpora ſenſibilia ferri. Quo autem tẽpore ſanguis, & cum eo caliditas in altum corporis, & viſcera refugit, cutis particulæ, crurum manuũque extrema, frigida, & exanguia reduntur, eo quod plurimum à viſceribus abſunt. ſi igitur in alto calorem inſitum extingui contigerit, vel ſuffocatum inde quòd foras non tranſpiret, vel à frigidis cauſis euictum, animal emoritur. ex quibus etiam eorum falſitas magis adhuc elucet. quia ſi materia peccans ſuperfluaque in totius corporis habitum propulſata manet, quomodo poteſt calorem, in profundum iam retractum extinguere, vel ſuffocare? ipſe tamen ait, quod contingit in alto calorem inſitum extingui, vel ſuffocari, nam etiam ſi demus ſuffocari poſſe, eo quia eius motus ad extra impediatur (cum tamen à materia in ambitu totius corporis exiſtente id fieri non poſsit, quia à venis ſaltem magnis & intimis ad paruas & extimas calor innatus moueri poteſt, & ita ſemper mobilis conſeruari) attamen à frigidis cauſis extingui, & euinci eſt impoſſibile, cum in diuerſis, atque diſtantibus reperiantur locis. imò antequam in altum retraheretur magis extingui & diſſipari, aut obrui contingeret, quia tunc propter expanſionem eſſet minus robuſtus, & quia cauſis lædentibus proximior ab ijs magis pateretur. ſequitur deinde Galenus. Sin autem in altum quidem calor inſitus refugiat, cauſis autem lædentibus collectus reſiſtat, in hoc veluti, inſtrumentum efficitur facultatis alienorum expultricis, quæ in omni corporis particula conſiſtit. ipſa enim per ſe noxia expellere nata, multo id magis efficit caloris ex alto emergentis ſubſidio, qui ſimul ea, robore lationis, in quodcunque procliuius ei fuerit, eijcit. ſubinde igitur noxia per cutem excutit, ſubinde per uomitus, & uentrẽ inferiorem. ex quibus ẽt verbis clare colligimus ipſum potiſſimũ loqui de illo rigore de illaq; bilis expulſione, quæ concocta materia in ardentibus febribus efficitur. quę quomodo fiunt, inferius planũ adhuc magis faciemus, ſolis aũt rigoribus, q in principio acceſsionũ in intermittẽtib. fiunt, nõ põt

Rigor tum à calido tũ frigido humore, dum vehementer p ſenſibilia corpora mouẽtur, produci põt.

Gal. loco cita.

Galeni dictũ adaptari, quia neq; eo tpe quo calor retractus manet, neq; posteaquam in ipsis calor ex alto emergit, subsequitur per sudorẽ aut cutim euacuatio aliqua, sed ferè per vomitum, & nõnũquã etiam per secessum. sudor autem solum in declinatione accessionis, vbi materia victa, assata, & in halitum digesta est, cinerea solum portione manente, subsequi solet. insuper non inquit calorem fieri instrumentum expultricis, quæ in omni corporis habitus particula consistit, sed quæ in omni absolute totius cor poris particula reperitur: & potissimum earum, quæ in partibus intimioribus resident, vt subsequens euacuatio per vomitum, & secessum nobis manifestat. Clarum est igitur quantum à scopo aberrauerint, & quam iniuste Galenum ipsum suorum somniorum auctorem effecerint. Vt enim paulo infra clarius fiet, dum ait in rigore materiam extra vasa per carnes & sensibilia corpora siue membra vehementius ferri, per vasa ea potissimum intellexit, quæ purioris, & à naturalibus excrementis separati sanguinis sunt conceptacula. & per carnes & sensibilia membra non eas solum accepit, quæ in exteriori corporis habitu positæ sunt, vt hi falsò arbitrati sunt, neque n. à ventriculi intestinorũ mesenterij, & aliarum, quæ præsertim in abdomine continentur, partium carnes excludi voluit: quamuis n. caro proprie, quæ musculosa est, dicatur: attamen etiam de viscerum aliorum carne tum à Galeno tum ab alijs veteribus sæpissime enunciatur. & ob id Galenus, qui tum in omnibus, tum potissimum in arduis rebus pertractandis summa prudentia præditus erat, & in verborum delectu accuratissimus, non dixit materiam per musculos, sed per carnes & sensibilia membra ferri, vt carnem quomodolibet acceptam, neruosasque partes omnes subinferret. Concludendum igitur in intermittentibus febribus humores non in totius corporis habitu extra venas posito, sed, vti in superiori de putridarum differentijs sermone statuimus, in vasis chyli, seu impuri imperfectiq; sanguinis, quæ potissimũ ad iecoris caua, lienem, pancreas, mesenterium, omentum, ventriculum, & intestina, pertinent, computrescere. Hæ siquidem partes, vt rectè ait Fernelius, sunt quasi publica corporis sentina, in quam omnis confluit, cumulaturque humorum colluuies. Quod autem in accessionum initijs materia quasi impetu turgens in iam dictas partes feratur, ijs sane argumẽtis constat, inquit ipse, quæ de tussi sicca, de oscitatione, de suffocatione, de anxietate, de præcordiorum distentione, ac dolore, de nausea, de vomitu, & de albis tenuibusq; vrinis protulimus. Sed insuper citrina illa, & prasina ceruleave bilis, quæ syncera sæpe vomitione prorumpit, propria intermittentis febris materia hinc esse dignoscitur, quod dum tota liberaliter redditur, febrem omnẽ penitus extirpat, atque soluit. Ea vero nũquam tam syncera possit e venis amandari citra exitium. sed duntaxat è præcordijs, quæ illius sedes sunt. Hoc quoque vel inde constat, quod si accessionis initio humidi fotus apte calentes præcordijs imponantur, maxime vero lieni in quartana, iecori in tertiana, aut alij cuicunq; sedi fomes inesse deprehẽdetur, horrorẽ rigoremve leniant, quia nimirum ipsum mali fontem demulceant. Iam verò sudores non è solo corporis habitu, sed & interdum è præcordijs moueri, hinc sciri potest, quod qui vel exercitatione, vel solis ardore æstuat, si frigidã liberalius bibat, mox totus sudore diffluit, non mehercle aqua in corpus disiecta atque fusa (diu n. postea sentitur huc & illuc fluctuare in ventre) sed eius halitu ab æstuantibus præcordijs in omne corpus effuso, qui demum in sudorem concrescit. sed & illud, ait, obseruari velim eum cui iecur, aut lien ætate, morbove inaruit, vel magna obstructione, vel scirtho obduruit, vt in hydrope, ictero, aut cachexia, nulla vi eum posse ne per febres quidem in sudores induci, etiam si reliquum corpus humore multo perfundatur: cum vero cui iecur atque lien calore, humoreque naturali abundent, quauis ex causa sudore diffluere. Hinc igitur conspicuum esse potest primam sudorum scaturiginem è præcordijs esse. & subinde in intermittentibus febribus humores in hipochondrijs & vasis iam dictis perfectam putredinem, omnemque in halitum resolutionem, incinerationemq; fortiri. Quod clarius adhuc tum alijs rationibus, tum auctoritatibus, & experientia confirmari potest. Rationibus quidem quia cum harum febriũ accessiones à rigore, aut horrore vel frigore initium ducant, ut docuit Galenus, hæc autem fiant, vt superius cum Galeno docuimus, quia vbicunque augetur caliditas & præter naturam euadit, isthuc ab alijs partibus sanguis confluit & vna cum eo calor (vnde partes illæ perfrigerationẽ percipiunt, quæ vero patiuntur mẽbra grauantur & distenduntur) procul dubio in paroxismorũ initijs perfrigeratio in partibus extimis, & in totius corporis habitu. calor autem & incendium, grauitas, atque disten

tio

Gal. loco citato & 5. in 6. epid. com. tex. 31. & 3. in 6 epid. 9. & alibi.

In quo nam loco humores in intermittentibus vere putrescant.

Fernelius 4. pathologi. c. 10.

Fernelij rationes probãtes humores in intermittentibus in hipochondrijs putrefieri.

Aliæ rationes idẽ probantes.

Prima ratio.

Gal. 1. ad Glau. Gal. 2. de diffe. feb. vlt.

tio in profundioribus partibus persentitur, hę autem cum non possint esse vasa exactū & purum sanguinem continentia, vt omnes cōcorditer fatentur, (nā febris intermittentium nullū prorsus haberet) ergo remanet, vt in venis ad mesenterium & alias circunstantes hipochondriorum nutritorias partes spectātibus, putrescat. insuper cū rigor, vel horror fieri non possint, vt toties fatetur Gal. nisi materia, vel humor aliquis de loco ad locū vehementer moueatur, superius autem demonstratū sit humores in intermittentibus à venis ad totius corporis extimum habitum nullo pacto demandari, ergo necessarium est, vt ad propositas partes deferantur. Quod adhuc magis ex subsequentibus symptomatibus comprobari potest, & potissimum ex vitiosæ peccantisq; materiæ vomitu, & per inferiora deiectione, quā nos sæpius obseruauimus, cum rigore quidem tertianis ad vnguem periodis corripuisse, sed quia tota accessionis materia per aluum fuit deturbata, nullum vel exiguum admodū calorem febrilē fuisse subsequutum. similiter aridę tusses, spirandi difficultates, capitis dolores acerbissimi, nec non etiam deliria; quæ quidem in ipsis quoq; quartanarum accessionibus fieri cōspeximus, in hipochondrijs materiam mitti, atq; putrescere omnino declarant, nam thorax, & potissimum caput sicuti visceribus, quæ nutritioni præfecta sunt superfluitatib. repletis, & ab his putrescentibus male affectis maximè consentiunt, ita cum partibus quæ sunt carnosæ & in corporis habitu positæ, vel nullam vel exiguā admodū conspirationem, & affinitatem habent. Ad hæc rationi consonum est, vt, si calor retrahitur ad intimā, ut partium expultrici virtuti suppetias ferat, & proinde retractio hæc caloris sit signum intermittentium inseperabile, quia in eis semper superfluitates procul ab affectis partibus expelluntur, vitiosi humores ad partes ignobiliores, & in quas facile, & naturaliter vergunt, propellantur. tales autem sunt imperfecti, impuriq; sanguinis, & chyli viæ, quia & ignobilissimæ sunt, & latiores, & excrementis, superfluisq; cuiuscunque generis humoribus suscipiendis promptę, & naturaliter assuetæ ne dum enim in morbis, verum etiam sanitatis tempore quotidiè, iugiterq; à iecore, liene, fellea vesica, nec non etiam à venis remotioribus, & ab alijs partibus excrementa demandata suscipiunt. ex his enim postmodū facillimè per intestina, ventriculūq; extra corpus reijciuntur. Idem prorsus confirmat, quod Hipp. scriptum reliquit. inquiens, quod rigor à ventre superiore, ignis potius ab inferiore. nam calor vt ad inferiorem ventrem extranea caliditate lacessitum confluat, ad id quod molestat expellendū, superiorē uentrem seipso destitutum de necessitate relinquit. Gal. autem particulā hāc exponens apertissimè ait, quod verisimilius interpretari debemus, quod inferior venter febri initium tribuit. & Hipp. sententia de intermittentibus, quæ cum rigore inuadunt, audienda est. Qui etiam scribebat, quod rigores omnes ex lumbis, dorsoq; prodire conspiciuntur. non solum, quia dorsi partes, vt interpretatur Gal. ad suscipiendā, & sentiendam frigiditatem paratiores sunt (nam & extremi artus adhuc magis tales existunt) sed præsertim, quia ex his partibus tanquā materię noxiæ putrescentique & expellendæ proximioribus, primo fertur sanguis, & vnà cum eo calor in profundū abdominis, quod lumbos & dorsum anteiacet, immergitur. postmodum vero ab extremis, remotioribusque partibus ad easdem affectas partes confluit. Similiter Galenus quo in loco de intermittentibus febribus ex professo differit, veritatem hanc apertissimè patefacit, dum habet, quod quotidiana intermittens raro aduenit quin os ventriculi patiatur, quemadmodum quartana ex male affecto splene generatur: tertiana ex iecore laborante. & idem alibi ait, quod sæpius aut hepatis, aut splenis affectus attulit febrem. Quas quidem auctoritates dum aduersarij contemplati sunt, fassi sunt quidem in his visceribus tales humores coaceruari, & in eorundem venis congeri, sed addunt deinde, quod robusta existente horū membrorum expultrice facultate eisdem venis medijs, ad totius corporis carnes viscera hæc hos superfluos humores propellunt, tanquā imbecilliores existentes. bilis siquidem, subdunt, ex iocinore, pituita ex ventriculo, succus melancholicus ex affecto splene. Sed quid absurdius? quasi melancholia ab ipso liene ad corporis carnes detrudi possit, nisi per iecut, quod longe nobilius & robustius existit, prius deferatur; quasi Galenus toties non dixerit in libro de medendi methodo lienem ipsum solum per aluum à superfluitatibus expurgari: quasi iecori, lieni, ventriculoque à superfluitatibus expurgandis partes & viæ, promptiores, viciniores, latiores, ignobiliores, & magnis effluxibus paratiores, commodioresq; desint. Ridiculum sanè & admiratione dignū esset si in singulo accessionis principio ab his visceribus per tam longas difficilesque uias, tam cito

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Hippo. auctoritate probatur.

Hippo. 5. in 6. epid. tex. 31. Gal. in com.

Hip. 5. aph. 69 & 3. in 6 epid. 19. & Gale. in com.

Gal. 1. ad Glau. cap. 5.

Gal. auctoritas idem probans.

Praua Galeni sententiæ interpretatio.

cum tanta animalis iactura superfluæ materiæ & ex incococtæ eijcerentur, & nō protinus ad mesenterium & intestina aliasq; vicinas, pronas patentesque vias cum ipsius salute eructarentur. Quid plura? Auicenna (vt rerum euentum æstimemus) & vna cum ipso omnes, qui praxim profitentur, experientia edocti, in intermittētibus, antequam partes infra iecur, primique ductus leniente aliquo fuerint expurgati, venæ sectionem deuitant, quia materiæ, quæ febris causa proxima est, in superiores nobilioresque venas deductionem valde timēt. hac enim in venas purioris perfectique sanguinis propter earum exinanitionem, attracta, febris intermittens, in conclusam abire solet. & Auicēna dum quartanam curabat, monebat venæ sectionem administrādam non esse priusquam materia melancholica, quæ in liene, cauisque iecoris residebat, ad iecoris gibba, cauamque venam digesta, distributave esset. E conuerso autem intermittentes à tenui fluxiliq; materia productæ, quales tertianæ sunt, sæpissimæ solo exhibito purgante soluuntur, etiam si febris in principio sit, & nulla præparantia medicamēta præcesserint. & nos hoc anno potissimum (vt cæteros prætermittamus) in quo tertianæ, & eæ præsertim duplices, grassabantur, plusquàm quinquaginta vnico propinato mitiori leniente medicamine citra phlebotomiam profligauimus, & hoc non alia de causa nisi quia tenuis materia in primis latioribusque ductibus continebatur, si enim in venis remotioribus extitisset, id assequi, & presertim inter initia, omnino fuisset impossibile. Intermittentium itaque febrium humores in abdominis partibus, & potissimum in mesenterio recipiuntur, & computrescunt, & ob id mirum non est, si in accessionibus sæpe lumborum dolores intollerabiles superueniāt, qui etiam coxis, & potissimum cruribus nonnuuquam communicari solent, nam mesenterium nerueam substantiam sortitur, & vniuersæ lumborum spinæ alligatur, & ab ea propriam originem ducit, crurum autem musculi, tendonesque ipsorum ossa ambientes, ab eadem spinalis medullæ regione neruos recipiunt. imo musculi quidam crura inflectentes, intrinsecus prope mesenterij originem situantur. Neque nobis obstat aliquo pacto intermittentium continuarumque febrium mutua transmutatio. Interpolatæ siquidem continuæ fieri possunt, tum alijs de causis, tum præsertim, vel quia putredo à febrili calore excitata humores quoque in venis, quæ puriorem sanguinem retinent, existentes inuadit: vel quia humores magis figuntur, & obstructiones propter auctam eorum copiam, crassitiem, lentoremve rebelliores fiunt, aut virtus imbecillis euadit, vt proinde nulla vel admodum exigua peccantium putrescentiumque humorum expulsio ad alias ignobiliores partes fieri amplius queat, vel quia propter prauum curandi modum aut aliam occasionem, vt v.g. balneum, frictionem, motum vehemētem, aut calida & attenuantia cibaria vel medicamenta importune administrata, vitiosi humores pro maiori parte à primis venis ad superiores nobilioresq; venas deducantur, vel quia propter prauam victus rationem tum peccantes humores, tum ipsorum putredo multiplicetur, & accessiones diuturniores, & numerosiores etiā fiant. Propter causas autem oppositas febres conclusæ, & potissimum, quæ ab humoribus in abdominis partibus putrescentibus ortum ducunt, ad integritatem peruenire possunt, intermittentesque fieri. præsertimque vbi secta vena, aut merito purgantium, vel excretricis facultatis, materia peccans fuerit imminuta, & uiscerum potissimumque iocinoris obstructiones aliqua ex parte eradicatæ. sed dum continua febris ex humore in venis chyli putrescente suboritur, siue talis sui natura sit, siue etiam per accessionum subingressum, facile est, vt euacuante exhibito medicamento, multitudineque humorum, & primarum viarum obstructionibus sublatis, natura quod reliquum est materiæ procul expellat, febrisq; ad exactā integritatem deueniat. Quæ autem vere continuæ sunt, & principales, & ex succis in probi sanguinis vasis putrescētibus oriuntur, vt plurimum ante non desiniūt, quam putredo vniuersum vitiosum succum absumpserit, aut is à natura concoctus & expulsus fuerit. quod si aliqua eius portio remanserit, febris tamen quoquo pacto quiescat, non tamen statutis circuitibus recurrit, sed recidiua fieri solet, quæ prioris febris naturam adhuc retinet, vt in ægrotantibus ab Hippocrate relatis illud idem videre est. ita contingere potest, vt vitiosa materia ab ijs superioribus vasis ad hypochondriorum venas propulsata, inibi deinde sensim & particulatim putrescat, & veros circuitus, exactāque intermittentem febrem moueat. Demum accidere nonnunquam potest, vt vere continua & principalis cum intermittente complicata sit, quarum illa, ceu magis acuta, prius soluta, intermittentis deinde febris circuitus magis eluceant, & propter humoris à quo pendent, crassitiem & frigiditatem

Experientia eandem veritatē edocet.

Cur in accessionib⁹ quarundam partium accerbi fiant dolores.

Dubitatio. Solutio.

Intermittentes cur continuæ fiant & e conuerso.

Hipp. in primo & 3. epid.

ditatem, diutiùs perduret. Verum quoniam abunde iam demóstratum est in febribus, quæ ad integritatem veniunt, aut aliquo modo intermittunt, humores in venis chyli hypochondriorumque partibus potissimum putrescere, & insuper, tum in hoc, tum in superiori capite dictum fuit ipsos ne dum ad has partes ab alijs locis in paroxismorum initijs transmitti, verum etiam in eisdem locis quandam putredinis semitam prius contrahere, ratione cuius partibus, in quibus continentur, molestiam afferunt, & subinde ipsarum expultricem irritant, à qua deinde ad ignobiliores, imbecillioresque partes, in quibus vere & perfecte putrefiunt, propelluntur: Idcirco sciendum est loca hæc in eisdem abdominis partibus, sed potissimum in iecore, atque liene proximisque locis contineri. nam viscera hæc ad multas superfluitates gignendas, & colligendas omnium promptissima sunt, pariter loca ista, quæ quidem febris focos, seu fomites ob id Gal. appellat, quia vt inquit febris principium in se continent, quia in his humores putrescere incipiunt, tum mesenterium, tum fellis vesica, tum pancreas, nec non etiam omentum esse possunt. sed insuper nonnunquam, licet rarius, in venis, quæ purum exactumque sanguinem continent, petenda sunt, non tamen in vasis, quæ cordi viciniora, maioraque sunt, sed solummodo in ijs, quæ ad hepatis gibba pertinent, & propè venæ cauæ originem, atque principium sedem habent. Fieri etenim potest, vt in accessionum initijs à caua, vel à proximis venis humor aliquis vitiosus, præsertim si tenuis & biliosus sit, ad mesenterii vasa præcordiaque transmittatur per medias hepatis venas, potissimum vbi ipsum calidum & humidum, & obstructionibus liberũ sit, nam caliditate trahens, superiorum venarum expultricem vim, quæ propter spirituum & sanguinis affluentiam non inualida est, adiuuat, humiditate verò facilè suscipit, humor autem tenuis neque expultrici adeo resistit, neque per angustas venas admodum difficulter permeat. potest autem bilis aut alius vitiosus humor in venis iam dictis propè iecoris gibbas partes potissimum congeri, & à reliquis venarum succis quodammodo segregatus consistere, quia dum a reliquis superioribus vasis, & eis circunstantibus membris omnibus purior, atq; perfectior totius massę sanguinis portio attrahitur, impurior & vitiosa portio in iam dictis venis necessario relinquitur. Hoc tamen rarissime contingere opinandum est, quia dum succus aliquis putredinis initium in gibbæ hepatis partis aut vicinis venis purum sanguinem deferẽtibus assumit, inibi quoque propter viarum angustiam & obstructiones putrescere solet, & eam continuam, quã proportionatam vocant, febrem promouere. Ex his itaque fomitibus in intermittentibus febribus in accessionũ principijs praui, & quodammodo semiputridi humores, seu vt vocat Gal. semimali ad debiliores, ignobilioresque partes superius propositas depelluntur, & si ab vnico fomite prodeant, simplices, si à pluribus, cõpositæ vt superius diximus, intermittentes febres exoriuntur. Quibus hunc in modum explicatis, facillimum est videre quonam modo in intermittentibus febribus tũ rigor, tum horror, & frigus promoueantur, subindeque cuiuscunque rigoris naturam alioquin obscurissimam, nec non ipsius veram germanamque causam exacte callere, quamuis, vt arbitror, ab omnibus, vno excepto Galeno, fuerit ignorata. Quod autẽ hucusque nemo aliorum eius essentiam, veramque causam assequutus sit, ex inde colligi potest, quia tum Fern. tum reliqui omnes in hoc conueniunt, vt rigor à mordente humore (siue is calidus sit vt flaua bilis siue frigidus, vt melancholia, vel etiam pituita quam uitream Praxagoras appellabat) per sensibilia membra impetuose delato producatur, sed Fern. uoluit membra hæc esse partes ad præcordia spectantes, cæteri omnes dixere ad carnes & sensibilia membra, quæ in corporis habitu resident, attinere. Hi autem quamuis multis Galeni auctoritatibus adduci videantur, hoc tamen Galenus nunquam aperte, vt isti arbitrati sunt, pronuntiauit, quod, vt studiosis clarum fiat, liceat eius omnes auctoritates in quibus de rigoris causis loquitur, breuiter percurrere. is itaque cum Hip. dixisset, de popularibus quibusdam morbis loquens, quod plurimi sub crisim riguerunt; præsertim quibus sanguis non perfluxisset, qui ijdem deinde iterum riguerunt, & exudarunt. Gal. in expositione asserit se in libro de rigore ostẽdisse ex amara bili, quæ cum impetu fertur per sensibilia carneaque corpora rigorem sequi, quem motum sudor, interdum etiam vomitus biliosi, & alui deiectiones comitãtur. & idem alibi scribebat, quod earum febrium, quæ cum rigore inuadunt, sed ad integritatem cum biliosis vomitibus, aut deiectionibus (disiunctiue enim loquitur) aut sudoribus veniunt, causa est flaua bilis, quæ in toto corpore cieatur. & alibi dicebat quod omnes rigores critici, qui in acutis præsertim ardentibus febribus fiunt, ex flaua bili,

A quibus locis seu partib' humores in intermittentibus ad partes, in quibus perfecte putrefiunt, mittantur.

Gal. 11. met. c. 4

Intermittentes febres cur compositæ, seu complicatæ sint.

De rigoris natura & causis.

Gal. 2. de diff. feb. c. vlt.

Aliorum opinio de rigoris natura & causis.

Gal. li. de trem. rigor. c. 7.

Hip. 2. in 1. epi. tex. 64. & Gal. in com.

Gal. 3. in 1. epi. com. 50. F.

Gal. 1. in 6. epi. com. 9.

pabili, quæ per sensibilia membra ad partes externas comportatur, oriuntur. per partes autem externas non corporis habitum, sed eas, quæ materiæ foras propellendæ inseruiunt, quales sunt partes ad os, aut aluum, aut cutim pertingentes audire oportet, quemadmodum alibi toties se ipsum explicauit. Quas etiam partes innuere voluit, dum paulò supra dicebat rigoris causam esse bilem, quæ in toto corpore cieatur. hoc est non per vnicam, sed per plures partes, & ad plures euacuationum differentias pertinentes mouetur. Dum enim per vomitum secessum, & sudorem mouetur, tum à centro ad circunferentiam, tum è contra, & subinde per totum ferè corpus mouetur. is pariter alio in loco asserit se in libro de rigore à causa frigida: aut mordaci eum excitari, cum ea per sensibilia corpora vehementius fertur, ostendisse. Nos scimus profecto eundem Galenum tum 4. lib. de tuenda sanit. tum 2. de sympt. caus. tum in decimo libro de medendi methodo, aliter de concussione, seu rigore, & horrore disseruisse, sed his in locis non de eo rigore, qui in principijs accessionum putridarum febrium intermittentiũ oritur ex professo loquitur, sed de eo, qui in amaræ bilis naturis ex inedia, aut ira, aut vigilia, aut alia manifesta occasione ab ephemera febre correptis, excitatur. Neque enim cibus in accessionum putridarum febrium principio exhibitus aut rigorem, aut febrem ipsam tollere, aut prohibere valet; sed potius augere, quod si propter inediam in rigorem & febris initium quis incidat, & cibus exhibitus vtrunque prohibeat, euidens signum est, rigorem, & quæ hũc insequitur febrem, ex amara bili ad ventriculum & præcordia effusa ortum duxisse. Si enim bilis ad corporis habitum effusa principium febris, aut putredinis intulisset, ab assumpto cibo tam cito contemperari non potuisset. sed minus certis & parum apertis auctoritatibus omissis ad proprijssimum tractatum, (vti decet) in quo de eo ex professo loquitur, descendamus. In proprio itaque de tremore palpit. conuulს. & rigore lib. hunc in modum habet. Ac communi hoc vtrique causarum generi accidit, & quæ frigidæ, & quæ calidæ facultatis existunt, nempe vt corpus dolorifice moueant; ideoque in quartanis & tertianis rigor simul inuadit, etiam si ab humoribus contrarijs facultate constituantur. Non absolutè autem abundare ipsos dixi oportere, qui aut rigorem, aut horrorem sunt facturi, sed etiam motu vehementiori per corpora sensibilia ferri. In allegatis itaque auctoritatibus nunquam de partibus, quæ in solo corporis habitu resident, speciatim meminit: vt isti falso astruere conati sunt. Verum altera ex parte hipochondriorum, seu abdominis, aut præcordiorum partes clarissime proposuit, dum Hippoc. textum exponens, in quo habet: rigorem à ventre superiore, ignem potius ab inferiore; ita scriptum reliquit. existit alia quædam quæstio, cum ignoremus, vtrum prædictis partibus inflammatis id dicat euenire: an cum succi aliqui mordentes è corpore in ipsas confluxerint: an verò cum alimentum corruptum fit. ac mihi quidem potius placet eum verba facere de noxa, quæ ex humoribus proficiscitur. deque ciborum corruptela, quæ ex illa consequitur: nam cum vel frigidus, vel mordax succus in ore ventriculi fit coaceruatus, ex ciborum corruptela, aut praua qualitate, aut etiam côfluxu ex corpore contractus, tum initium rigoris inde ducitur. in libro autem qui de rigore est, eum à causa frigida aut mordaci excitari, cum ea per sensibilia corpora moueatur vehementius, ostendimus. & vt hoc accidere conspicitur, ita ex corruptis cibis febrem accendi nonnunquam videmus: cum ij corrupti in ventrem inferiorem demissi sunt: quo sanè tempore rigor non præcedit, vt quando ventriculi os mordebatur. & hæc Gal. ex quibus apparet Fernelium ad veritatem ipsam propius accessisse. Neque is tamen, neque alius, Galenum excipimus, adæquatam præcipuamque rigoris causam adinuenit. Ne dum enim ex mordaci humore per sensibilia membra impetuose delato, sed etiam plerisque alijs de causis excitatur. cuius rei testis est idem Gal. qui ait, quod non solum ab vlceribus, sed etiam abscessibus, cum suppurantur, plerique rigent. ita etiam subdit, cum vruntur, & secantur, nec non etiam ex acri medicamento vlceri imposito rigere consueuerunt: quid plura? si & horrendum aliquid auditu, & spectatu, vt monet Gal. nonnunquam & rigorem, & horrorem facit. insuper si ea solum de causa fieret rigor, quia mordax humor per sensibilia membra vehementius fertur, sequeretur quod in vomitibus, & fluxibus impetentibus biliosisque, & potissimũ in choleris, in quibus mordax humor per os ventriculi & alia exacto sensu prædita membra maximo cum impetu defertur, rigor semper & de necessitate succederet, quod tamen experientia ipsa falsissimum esse deprehendimus. Vt itaque Gal. exactam rigoris essentiam indagaret, ab ijs, quæ sensui euidentissima sunt, & ab omnibus conceduntur, exordiri

Gal. 5. in 6. epid. com. 31.

Gal. 4. de tuen. sani. c. 2. & 10. met. c. 4. & 2. de sym. cau. c. 5

Gal. li. de trem. c. 7.

Gal. 5. in 6. epid. c. 31.

Gal. 3. in 6. epid. com. 19 & li. de tremore et rig. c. 7.

Gal. quo rigoris naturã indagauerit.

exordiri soluit. Et primo, inquit, quod, quia impossibile est, vt quis citra perfrictionis sensum rigeat, ideo qui eum perfrictionis sensum esse dictitarunt, procul ab affectus notione abijsse non videntur. Non enim idem sanè dixeris perfrixisse, & frigus sentire, nam quæ resoluta sunt, aut torpida, aut difficili, aut prorsus nullo sensu prædita omnia perfrixerunt, ita qui stomacho, aut cardiaco deliquio validè algent, perfrixerunt quidem, non tamen rigorem experiuntur. Verum quoniam vt fiat rigor frigiditatis sensus non sufficit, nam statim sequeretur quod vbi quis frigiditatem sentiret illico rigeret, quod falsum est, nam multi exempli gratia in frigida diutius versati, seu sum frigiditatis percipiunt, non tamen statim rigent, ideo nonnulli, subdit Gal. rigorem non sensibilem esse frigiditatem, sed molestam esse arbitrantur. Adeo vt rigor dolorifica molestia definiendus esse videatur. Verum quoniam in ægrotantibus non idem videtur rigere, cum eo quod est horrere, aut algere (dicimus enim accessionis in sultum huic sanè cum rigore, alteri cum horrore, alij cum frigiditate sola obortiri) & cum quis cum nulla corporis concussione & agitatione perfrigescit non hic riget, verum si affectus rigor appellari debet, inæqualem, & præter voluntatem motum ei accedere oportet: quod sine hoc accidit si ne cutem quidem inæqualiter commouet, perfrictionem nominant, sin autem hanc quidem perturbet, quatiatque per quosdam insultus, corpus autem totum non commoueat, horrorem nominant: vt hic cutis solius affectus talis sit, qualis totius corporis rigor: idcirco si velimus non eum rigorem, qui sanis accidit, & in sola dolorifica perfrictione consistit, sed morbidum in quo corpus non ab aliqua exteriori causa violenta, sed ex se talem obtinet dispositionem, explicare, statuendum est ipsum perfrictionem esse dolorificam cum quadam inæquali totius corporis concussione. Vt autem sciamus quibus de causis & quomodo fiat, & quibus dispositionibus superueniat, ait Gal. initium hoc sumamus, quod omnibus in confesso est, nempè rigorem affectum esse, caloris in vnoquoque animante, non quidem acquisiti, neque animalis generatione posterioris, sed natiui, primi, seu primogeniti, & insiti: qui etiam nihil aliud est quàm natura. & insuper statuamus cum Hippocr. corpus quidem totum conspirabile atque confluxile esse. Calor itaque insitus ceu semper mobilis, neque intro solum, neque extra fertur, sed alterum ipsius motũ alter semper excipit. Si enim intus maneret cito in immobilitatem cessaret: si foras efferetur, & hic motus dissiparet ipsum: modicè autem extinctus, & modicè accensus, vt Heraclitus aiebat, semper mobilis ita perseuerat. Incenditur igitur quum ad ima inclinat, alimenti appetens: ab intimis elatus, & vndequaque dispersus, extinguitur. Verum ad superiora exterioraque lationem, & à suo principio explicationem, quòd natura calidus sit, experitur: intro autem fertur, & deorsum, hoc est ad proprium principium viã init, quia frigidi aliquatenus est particeps: quippe ex calido & frigido temperatus. Prima sanè calidi ratione, sua sponte mouetur, & hoc potissimum ad actiones indiget: magnum tamen ipsi vsum & frigidum exhibet. Solet enim calidum in sublime attolli, ac cum eo alimentum abducere: si autem frigidum non obstaret, etiam longissimè procederet. Ne igitur dispersus aboleatur, & præ leuitate & impetu sursum à corporibus discedat, frigidum impedit, & vehementiam nimis huius motus tollit. cum igitur calidum & frigidum mutuo inter se temperamento mediocriter habent, animal sanitate fruitur. Sin autem alterum altero sit fortius, ægrotare necesse est ea morbi specie, quæ causa superantis naturæ respondeat. Inflammationes igitur ac omnes calidæ, & febriles passiones cum vis calidi euicerit: contra conuulsiones, stupores, & morbi similes affectus frigidi superantis existunt. Ex huiusmodi itaque vitijs vnum est & rigor, non simpliciter perfrictio existens sed cum sensu, vnde adijciendum est ei, subita, ac vniuersim facta. quia vehementem perfrictionẽ, & violentam esse oportet, vt rigorem insiti caloris perfrictionem subitam, & violentam esse vera distinctione colligas, quod enim sensim paulatimque fit, insensibile est, inquit Plato. quare rigor subita perfrictio est & non modo subita sed etiam in statum præter naturam perducens. Si enim corpus præter modum calefactum subito refrigeres voluptate afficies, si autem suam naturam obtinens subito refrigeres dolore afficies. Verum quoniam insitus calor quatuor modis refrigerari potest, vt etiam in flamma ipsa extrinsecus cernimus, nam vel id fit quia dispergitur & dissipatur à robore, quod continet ipsum destituente, vel quia alimentum deficit, vel quia suffocatur, vel quia à contrario extinguitur. Vnde & flamma extrinsecus posita interim materiæ, vnde accendebatur, defectu interit, interim in sole splendido contabescit, & emoritur: nonnunquam lignorum

Quid sit rigor, & quid horror dicatur appellari, & quid frigus.

Rigor quid.

Insitus calor quibus motibus moueatur.

Rigor est perfrictio subita, & ad statũ præter naturã perducẽs.

Insitus calor quatuor modis refrigerari potest.

lignorum ſuper eam cumulatim iniectorum copia ſuffocatur; interdum ab aqua multa extinguitur: in rigore calor inſitus non aliquo ex tribus primis modis refrigeratur. Neque enim cum materiæ aut alimenti inopia laborans contabeſcit. Nec cum à copia ipſius grauatum, nec cũ imbecille labaſcit, rigorem fieri deprehendes (nã ſic omnes qui moriuntur rigerent) ſed cum validus exiſtit adeo, vt expandi poſſit, & deinde prohibetur. Propter hoc enim ipſum etiam agitari corpus accidit, duplici hic quoque & compoſito motu obnrto. Naturali ſiquidem caloris motu vi impedito, cũ calor neque ſubſtanria, neque tenore aut robore oblæſus ſit ſed ſolum propter moleſtiã ad interiora retractus, cupit tum expandi, tum in omnes corporis partes diſtribui, prohibitus autem, & vi in altum repulſus ad proprium principium refugit. Cum autem ibidem manere nequeat (nam ſubſtantiæ ſemper mobili, loco conſiſtere mors eſt) ſe ſe colligens & veluti in vnum congregans vehementi latione vtens, ac veluti è carcere exiliens nonnunquam inſurgit motu aduerſus ea, quæ tranſitum ipſius occupant, illa propellere & vias puras reddere contendens. Ar cum in ea impingit à latione impetuoſa cohibetur, totum autem corpus cum incidit, perturbat. & intro rurſus reſilit ceu ictu repercuſſus, ac iterum ad principium reuertitur, iterumque reſilit, idque frequenter per ſucceſſionem fit, quandiu noxia perſeuerant. & hac ratione affectus dolorificus, tanquàm corpore ictibus laborante, & motus inæqualiter inuadit, & in vtroque motu animal riget. Quinimo etiam flammæ extrinſecæ pugna valida eſt non ſolum aduerſus aquam ei proiectam, ſed etiam omnem ſynceram, & multam humiditatem, vt ſi & oleum ipſi cumulatum exhibeas, neceſſum eſt ſtrepitum, & concuſſionem quandam oboriri, igne propemodum voce violentiam fatente. Eodem modo in rigore motus inæqualis, inordinatus, & inuoluntarius ob inæqualem, validum, & violentum illapſum inuaſionemque, & repulſum caloris inſiti vaporoſi redditi, perficitur. Idcirco poſt rigorem corpus amplius recaleſcit, quam cum in naturali ſtatu erat. Iam effunduntur eriam ſudores. cum enim per multos inſultus noxia libere propulerit, & abſolutè reſpirauerit tribus de cauſis corpus amplius incaleſcit. Primo quod frequenter in alto colligitur. Secundo quòd nunc totus foras vehementer expanſus eſt. Tertio quòd caliditas inſulru, ictu, violentoque motu accendi ſoleat. Poſt rigorem verò refrigeratum non recaleſcere malum eſt, quia calor inter pugnandum victus eſt. Vincitur autem nunc cauſæ offendentis robore, nunc cum ipſe eſt imbecillior. Ob id dicebat Hippoc. ex rigore mutus non recaleſcens malum. Dum verò ait poſt oculorum peruerſionem in febri laborioſa rigor ſuperueniens mortem fatetur, hic rigor validæ cauſæ ſoboles eſt. Dum verò habet ſi rigor inciderit febre non intermittenre, ægro iam imbecilli, exitialis; hic propter virtutis imbecillitatem talis exiſtit. & hæc à Galeno de rigoris natura, & cauſis accuratiſſime fuere conſcripta. Quæ quidem ita ex ordine tranſcripſiſſe non ſufficit, ſed, ne, quemadmodum alijs cõtigit, in ſalebras incidamus, oportet, vt doctrinam hanc rigoribus, qui potiſſimum in intermittentibus fiũt, de quibus nunc loquimur, nec non alijs omnibus, applicemus. Adhuc enim non conſtat cur intermittentium febrium rigor vel horror, aur perfrigeratio omnino inſeparabilis ſit. Hæc igitur in febribus intermittentibus, & ſolummodo dum ipſarum acceſſiones inuadunt, de neceſſitate fiunt, quia ſemper in his humor in loco, tanquam in foco quodam ad hipochondria nutritionique deſtinatas partes, vt prius declarauimus attinente, putreſcere, & prauam quandam qualitatem, & potiſſimum extraneum quendam, ſeu febrilem calorem contrahere, & ſubinde moleſtus eſſe incipit. Hoc autem dum fir, natura ſiue etiam calor (idem enim ſunt, vt air Gal.) duplici de cauſa ad partem ab humore moleſtante obſceſſam retrahitur, & vniuerſus cõcentratur. Videlicet & quia, vt ait ipſe, vbicunque accenditur, & augetur caliditas iſthuc ab alijs partibus ſanguis, & vnà cum eo calor confluere ſoleat, quo tempore illas priuatas ſanguine refrigerari eſt neceſſarium, quod vero patitur membrum grauari atque diſtendi, & inſuper in altum refugit, & ad moleſtatam partem, & ſubinde ad regionem abdominis defertur, vt cauſis lædentibus collectus reſiſtat, & veluti inſtrumentum efficiatur facultatis alienorum excretricis, quæ particulæ moleſtiam patientis propria eſt, vt toties tum in capite de ſyncope, tum in ſermone de abortu, tum in præſenti capite, tum alibi, cum Gal. docuimus. nam pars per ſe noxia expellere nata multo id magis efficit caloris ſubſidio, quia expultrix in expellendo hoc tanquã præcipuo inſtrumento vtitur, quod ſi pars irritata fibris manifeſtis, atque robuſtis, quales in ventriculo, inteſtinis, & alijs huiuſcemodi partibus repetiuntur, careat, adhuc

maius

Marginalia:

In rigore cur corporis cõcuſſio fiat, & dolorificus oriatur affectus.

Poſt rigorẽ cur corpus amplius incaleſcat.

Cur poſt rigorẽ corpus non recaleſcat.

In intermittentibus quõ rigor, horror & frigus oriantur.

Gal. 2. de diff. feb. c. vlt.

Gal. li. de trem. rigor. c. 7.

Cur calor potiſſimũ ad expulſionẽ materiæ ẽ hypochondrijs exiſtentis retrahatur.

maius caloris subsidium, maiorque retractio, & concentratio requiritur. Adhuc autem maior si non puro exactoque sanguine, qui spirituum plenus est, affluat, sed potius impurum, & minus perfectum inelaboratumque sanguinem contineat. Vnde qs est qui non videat, cur potissimum, vbi expellendus humor in nutritorijs partibus recipitur, & ex consequenti in febribus quæ ad integritatem perueniunt, rigor, horror, vel frigus suboriatur? nam partes infra gibbā hepatis regionem constitutæ, tum paucis arterijs, tum sanguine imperfectiori donatæ sunt, tum multis scatent excremētis, quæ quidem tum inutilia, tū ab alimentalibus humoribus omnino ferè separata sunt, tum fibris robustis, & expulsioni maximè idoneis destitutæ. & quod multi refert caloris ad has partes retractio maximè familiaris est, & antiquitus, atque frequentius assueta. nam quotidie bis, & nonnunquam pluries calor innatus ab assumpto cibo ad iā dictas partes pro chylificatione, sanguificationeque perfecte celebranda, retrahitur. Quo fit, vt quotidiana experientia innumeros à cibo statim horrere videamus. & nos quēdam nouimus, qui, cum singula die bis cibum in maxima quantitate tum assumeret, tum probè concoqueret, (paulò enim post ingenti fame vexabatur) statim à cibo, rigore, seu perfrigeratione concussioneque totius corporis adeo valida corripiebatur vt ipsum à vehementi febris accessione correptum esse dixisses. Mirum itaque non est, si, quod semel in continuis, & ardentibus febribus contingere solet, vt scilicet bile iam concocta, & à natura omnino deuicta, & ab alimentali & vtili materia separata, calor innatus pro ipsius eapulsione ad corporis profundum & potissimum ad nutritorias partes critice mouetur, in intermittentibus febribus id non semel, sed pluries, & in omnium paroxismorum principijs eueniat, quia tunc temporis quoque natura calorque ad expulsionem quodammodo critice mouetur, nam materia in hipochondrijs & venis impuri sanguinis existens præter id quod praua sui qualitate & interdum etiam quantitate expultricem irritat, & calorem allicit, estque omnino inutilis, est insuper ferè ab utili & optimo sanguine separata, & viæ per quas expellenda est latiores sunt, & familiares, & magnis effluxibus, atque ductibus propinquæ. Hinc fit vt quemadmodum totius peccantis materiæ expulsionem & vniuersalē crisim nox molesta præcedere consueuit: ita etiam nox intermittentium accessionem præcedens noxia, & infensa sit, quia natura tunc etiam circa vitiosæ materiæ separationem aliquatenus versatur, sed tanto minus molesta est ea quæ crisim vniuersalem præcedit, quanto materiæ portio ab vniuersa materia quantitate distat. Hinc etiam fit, vt quot diebus continuæ febres ex Hippocratis & Galeni sententia, iudicari solent, tot circuitibus (data tamen in materia paritate) intermittentes iudicari consueuerint, ita vt integri circuitus integris diebus respondeant. Hac etiam de causa fit, vt intermittentes sine crisi vniuersali, & per solos circuitus absque materiæ vniuersæ totali expulsione iudicentur, quia vitiosus & superfluus humor paullatim, & per vices separatur, putrescit & absumitur. Continuæ verò sæpius per vniuersalem materiæ expulsionem iudicium sortiantur; tum quia in his vniuersa materia simul putrescit, atque concoquitur, tum quia natura non potest eousque perferre, quousque vniuersus humor ex toto putrescat, & in cineres dissoluatur. In continuis autem quamuis accessionibus non careant, non tamen in earum principijs (dummodo crisis non instet) rigores fiunt, propter causas omnino oppositas, & potissimum propterea quod, vt Diuinus notauit Galenus, materia putrescit in vasis plurimo calore abundantibus, vt ob id eius concentratione non egeant, & quia peccans humor vnà cum optimo sanguine permixtus est, & quia viæ angustæ & sæpius etiam obstructæ sunt. Quarundam tamen continuarū prima inuasio cum horrore potissimum, vel frigore fieri solet, quia natura caloris ad intima retractione quod noxium est expellere tentat, sed quia propter viarum angustiæ, & materiæ expulsioni ineptam & a proba minime seiunctam proprio fine frustratur, ad exteriora calor recurrit, & non amplius ad imas partes descendit, quia febris ad integritatem non peruenit. Hoc autem in ijs potissimum continuis euenit febribus in quibus materia vel in hipochondrijs, vel propinquis partibus & vasis putrefit. In quarum etiam nonnullis in singularum accessionum initijs frigus aliquod, vel annotatio aliqua apparere solet, quia nonnunquam natura aliqualem licet exiguam superflui humoris expulsionem molitur, sed quia propter causas assignatas, id frustra tentat, tum breuioris temporis, tum exiguum frigus, aut, quod plurimum est, paruus horror suboritur. In choleris verò & impetentibus vomitibus rigor non excitatur, neq; horror, quia cum materia, propter obstructionum carentiam, neque principium pu-

In continuis cur frigus & horror raro fiat.

Gal. 2. de diff. feb. c. vlt.

tredinis

tredinis suscipiat, neque expultrici facultati reluctetur, facilè est, vt citra caloris ad interiores partes retractionem foras propellatur, vt eius velox motus, impetuosaque propulsio nobis ostendit. Verum dubitaret aliquis, quo nam pacto in accessionum initijs humores semiputridi à locis, seu fomitibus in quibus putredinem aliquã nanciscuntur, ad debiliores, & ignobiliores partes, vti diximus, transmittantur. quia Gal. totum oppositum asserere videtur, nam potius sentire videtur superfluam materiam ab alijs partibus ad ipsa loca, seu fomites in quibus putrescit in accessionibus transmitti. Quare sciendum Galenum, non vt quidam fecere, sed alio modo interpretandum esse. Non enim vult vt in accessionum initijs id fiat, sed potius reliquo tempore, & potissimum tempore interualli in quo humores ad locum seu focum putredinis tum ab alijs partibus robustioribus assiduo mittuntur (non tamen confertim, & cum impetu, sed paulatim, neque enim per hanc transmissionem paulatim factam rigor suboritur) tum in eodem foco assiduo aggregantur & generantur propter partis affectæ quæ solet esse potissimum iecur & lien, imbecillitatem, quæ tamen partes in relatione ad mesenterium & alias similes robustæ sunt, & ab ijs deinde in accessionum initijs aggregatus, & semiputridus humor confertim & motu veluti critico, vt dictum est, ad ignobiliores partes excutitur. & subinde rigor propter caloris retractionem excitatur. nisi enim humor ab ipso fomite ad alia loca propelleretur, & ab eo separaretur, proculdubio febris continua euaderet, vti contingit in alijs, quæ ratione materiæ infixæ & incuneatæ eousque continuæ perdurant, quousque vniuersa obstruens, fixa, & vitiosa materia putredine dissoluitur, vel concocta, & omnino euulsa à loco affecto ad extra vel alia loca propulsatur. sed quia, vti diximus, efficacissimisque rationibus probauimus non vniuersa, sed sola materiæ portio à fomite separatur, febris ad integritatem perducitur, & rursus reuertitur. Dum enim in accessionis principio materia semiputrida ad debiliores iam propositas partes detruditur, eius tenuior portio vsque ad ventriculum & intestina permeat, & deinde potissimum per vomitum, & nõnunquam etiam per secessum emittitur, crassior verò portio quæ vlterius perpelli non potest, in imbecillimis partibus remanet, quæ ob id ad imbecilliores superfluam materiam mittere non possunt, & quia putredinis initium in superiori fomite iam contraxit, necesse est, vt ex toto putrescat, & dissoluatur, quod eo magis succedit, quo calor vniuersus circa ipsam retractus, in eam vehementius agit, & per ipsam vniuersam permeat. Quousque autem huius separatæ materiæ putredo perdurat, eousque perseuerat febris, putredine autem extincta febrilis extinguitur calor, & ita extinctus permanet donec in foco alia materiæ portio rursus aggregatur, principium putredinis contrahit, atque motu vehementi & veluti critico per caloris contractionem ad eadẽ loca transmittitur. Rursus instabit quis, si motus hic, seu expulsio veluti critica fit propter caloris contractionem ad nutritorias partes & noxia materia ad illas partes semper propellitur. Quomodo in continuis febribus eodem modo rigores exactè critici, in quibus crisis perfecta subsequitur, exorientur? nonne, vt ipsi dicunt, humores ad totius corporis habitum protruduntur, vt sudor copiosissimus qui paulò post subsequitur, nobis ostendit? ad hoc dicendum etiam in continuis rigores criticos eodem prorsus modo suboriri, & calorem & materiam vniuersam ad nutritorias partes, & præsertim ignobiliores amandari atque propelli, vnde semper ferè vt Galenus asserit, etiam per vomitum & per aluum bilis excernitur, quod si copiosissimus sudor inde subsequitur id fit, quia materia iam concocta, dum in meatibus & magnis nutritinarum partium capacitatibus continetur, propter robustum calorem ibidem retractum facillimè & commodissime in halitum resoluitur, atque digeritur, & subinde leuissimo negotio ad cutaneas partes, & per sudorem expellitur, non tamen sub forma propria & immediate, sed vbi prius ad ignobiliora abdominis viscera demandata, & deinde in halitum vaporemque conuersa fuerit. & ex hoc colligimus qua de causa, si in acuta febre alia signa salubria appareant, & vt monet Gal. aluus plura non deieceerit, & crisim instare speremus, vrina suppressa, criticus rigor superueniat de necessitate certiusque si nox difficilis præcessit, diesque critica fit. Nam tunc natura & vniuersa materia expellenda nobiliores venas, & corporis habitum deserere, & ad hipochondria, ignobilioresque venas impetum habere incipit, quemadmodum deiectio & vomitus superueniens, & vrinæ suppressio declarat. sed cuiuscunque rigoris causas breuiter & veluti per epilogum iam colligamus. Rigores non morbosi, sed ab extrinseca aliqua causa producti omnes per caloris innati ad intima retractionem fiunt. Retrahitur

Gal. 2. de diff. feb. c. vlt.

Dubitatio.

Solutio.

Alia dubitatio.

Solutio.

Cuiuscũq; rigoris causæ quæ nã sint.

trahitur aũt nonnunquam per repulsionem a contrario, vt dũ quis in ambiente valdè frigido siue aer sit, siue aqua versatur, aut immergitur: nonnunquã calor ima petit per spõtaneã retractionẽ, vt dum vel ratione nimij timoris ad suũ principiũ desertur, vel vt ea quæ concoquenda sunt, exactius concoquat, vel vt ea quæ irritant, aut quoquo mõ valde molestãt procul expellat. Rigores aũt morbosi quatuor potissimũ de causis fieri solent. vel. n. critici exacte sunt, & in continuis febribus oriuntur tpe crisis, vel intermittentium accessionumq; principia comitantur, vel inflammationum suppurationes, vel quarto pp vitreã pituitã ventriculum præsertim molestantem subsequuntur. Qui critici exacte sunt, & ardentes indicant, ij cũ febre quidem oriuntur, sed quia in ipsis materia per plures vias vt vomitũ, aluũ sudoremq; vniuersa propellitur, febrẽ nõ longè post ex toto sedare consueuerunt, & ad omnimodam infebricitationẽ perducere. Qui verò intermittentes febres comitantur, critici & ipsi sunt, quia materia à proba separata est, sed quodámodo tales sunt, & quia vniuersa peccans materia concocta nõ est, & quia tñ non adest, vt in causonibus, irritamẽtũ: sed solũ quoddã putredinis initiũ. quod si fortè accessio vltima futura sit, quia tunc totũ materiæ residuũ expellitur rigores vehemẽtiores fieri solent, & exactæ critici, febremq; verè finiẽtes, sed quõmodocunq; rigores iam dicti fiant non illico febrem sedant, sed vt ait Galenus, adeò cũ rigent, febricitare non desinunt, vt ẽt multo grauiore febre post rigorẽ vrgeantur, q̃ ante. sed postq̃ largiter sudarũt, aut flauã bilẽ vomuerunt, aut per intestina deiecerunt, tũ febris cessat. augetur aũt febris post rigorẽ, quia semper ferè tota materia statim foras non extruditur, sed in intermittentibus sola tenuis portio præsertim per vomitũ (vellicatio. n. aut grauitas, aut cõpressio stomachi ait Gal. in inuasionibus ferè succedit) & aliqñ per secessum emittitur, crassior aũt in abdominis locis detenta putrescens febrẽ accendit. Eos aũt, qui inflãmationũ suppurationes insequuntur, febris tũ præcedit, tum subsequitur, quia & si materia purulẽta iã genita, & à proba materia iã separata expultricẽ stimulet, vt ob id calor ad eius propulsionẽ retrahatur, attamẽ, qa conclusa, adhuc, abscessu non aperto, foras nõ expellitur, febris adhuc perdurat. Tãdẽ qui vitreã pituitã stimulantẽ consequũtur hos neq; præcedit, neq; subsequitur febris quia pituita nullũ putredinis principiũ contrahit, sed cũ ab vtili materia separata sit, quãprimũ ad ignobiliores partes, & potissimũ ad intestina detruditur, tã primũ rigores sedantur, & quia nõ putrescit nulla subsequitur febris. & propterea scribebat Gal. quod rigor quẽ febris non sequitur à frigidis, & crassis humoribus exoritur, & nunc magis quam olim contingit, quòd tota victus ratio otiosa, vnà cum balneis post cibũ hanc copiam coaceruare consueuit. Quod si apud veteres Medicos scriptum inuenias rigores febrim necessario comitari, si tñ sine frigore obueniant externo, & ex ipsa corporis dispositione prodeant, sententia tunc tpis uerissima erat, quia ueteres nec balneis tot post cibum utebãtur, nec uita eis erat otiosa. Quod aũt rigor horror & frigus intensione solũ, & remissione differant, tũ ex supra citata, atq; descripta potissimum Gal. auctoritate tum ex ijs quæ alibi ab eo fuerũt conscripta, planũ est. nã frigore sũma corporis, & potissimũ extremæ partes, & quæ exangues sunt, inalgescunt: horrore summa corporis leuiter concutiuntur, is. n. est ueluti diminutus rigor. Quo quidẽ rigore corpus uniuersum adeò concutitur, ut uix cohiberi possit. unde eadẽ omniũ similis causa est, quæ solius uehementiæ ratione distat. In frigore enim uitiosus humor non ita molestus est, nec ualde irritat excretricem, & calor citra impetum parumq; ad interiora mouetur, in horrore materia magis irritat, & calor ad intima maiori cum impetu commouetur. Maxime autem stimulat, & uehementi motione retrahitur calor in rigore. Ex retractione autem perfrigerationis subsequitur sensus, hic autem dolorificus fit, & corpus concutitur non propter molestantis humoris per musculosas partes delationem uti cæteri omnes putarunt, sed ut ait Galenus, propter duplicem innati caloris motũ modo ad interiora, mõ ad exteriora, atq; pugnã inter ipsum & supfluũ humorẽ eius motũ, & à ,pprio principio explicationẽ impedientẽ. quia hac de cã, inquit Gal. corpus ueluti ictibus laborat. pariter ,pbabile est ut sensus dolorificus pp inæqualẽ intẽperiẽ, interiora. n. calẽt, & exteriora frigent, exoriatur, & ob id alibi dicebat Gal. inæqualitatis tẽpus dolore, & molestia circũscribi. Quod si una cũ hac dolorifica concussione quidam punctionis sensum & calorem per imas partes sentiant, & plurimi sitiant ipso rigoris tempore, hoc fit, quia accidit rigorem ab ipsa bile à qua acres uapores eleuantur, originem ducere. Ratione cuius nonnulli tanquam ab aciculis acutis, & tenuibus lancinentur, punctionem sentiunt. Si verò rigor vsque ad ossa pertingere videatur vehemensque sit, qualis qui ex ambiente nos

Marginal notes:

Gal. 2. de sym. cau. c. 5.

Rigores siue febre cur fiãt

Gal. 3. in 1. epi. 22. & li. de tremo. rig. c. 7.

Rigor, horror, & frigus secundũ magis & minus differunt.

Gal. li. de trem. & rig. c. 6. & 2. de sym. caus. c. 5. & 10. met. c. 4.

Gal. li. de trem & rig. c 6. & al. li. de mor. temp.

aere admodum frigido nascitur ab humore melancholico excitatur; vt deinde declarat Galenus, dum de causis, à quibus primum rigor occasionem habet, verba facit. non enim bilem, & melancholiam tanquam causas rigoris immediatas & adæquatas, sed vt mediatas, & primas ipsius occasiones, immediatas autem sensus punctionis causas proponit. Insuper idemmet rigor differentias quasdam penes magis & minus, pro causæ diuersitate, suscipere potest. nam à bile, quia vehementius stimulat, & calor vehementius ima petit, rigor vehemens producitur. à melancholia, & vitrea pituita, non vehemens propter causas oppositas, & ob id habet Gal. quod in accessionibus particularibus rigor non validus, sed qui calefieri non possit, multo malignior est, quã qui immodicè vehemens est, & cito sedatur. Subdit autem quod rigores non vehementes vel ex frigidissima pituita, seu vitrea, vel ex atræ bilis succo exoriuntur, ex illa quidem non vehementes, sed is qui calefieri non potest, ex hac verò .s. melancholico humore tum vterque tum alteruter. Quo etiam in loco ait in intermittentibus propè statũ vniuersalem rigores sedari. Quod fieri coniectandum est, quia humor à natura iam eui ctus & à probis humoribus omnino separatus atque concoctus non ita membris molestus est, neque ita expellenti facultati reluctatur, potissimum cum & viæ ipsæ apertiores redditæ sint: quo fit vt pauca caloris contractio requiratur. verum, ne decipiamur, circa frigus particulariter notandum est, ipsum alijs quoque de causis in febribus oboriri posse, præter eas quæ rigorem aut horrorem excitare diximus. nedum enim propter maximam viscerum inflammationem cuius vi, inquit Gal. veluti à quadam cucurbitula calor intus trahitur, vt in sermone de febribus ardentibus & lipirijs Fusius docebimus, verum etiam propter nimiam natiui caloris imbecillitatem propter quã ad extimas remotasq; partes expandi non potest, excitari contingit. vnde scribebat Gal. extrema frigida liuidaq; cum acuta febre tertia die, & præsertim in iuuene letale est, quia vel ex nimia inflammationis viscerum magnitudine, vel natiuo calore moriente fiunt. & Hip. scriptum reliquit, quod si manus, caput, & pedes frigidi sunt ventre costisque calentibus, malum est. quia vt Gal. interpretatur in morbis acutis propter inflammationis magnitudinem in visceribus fatigantis parum sanguinis in omne permeat corpus, plurimum verò eius in parte includitur inflammata, & ob id mediæ corporis partes, quæ sunt thorax & venter admodum calent. Quod si per morbos acutos, subdit ipse, interdum annotatio cum rigore præhendat, aut frigore non solum extremas corporis partes, sed etiam cutem circa costas, ac ventrem frigidam reddit. & circa viscera virium non ostendit. & ita frigus quod ratione principij accessionis, & alicuius annotationis exoritur. ab ea qui pp magnam viscerum inflammationẽ accidit, ex hoc facilè distinguitur. Deinum, ne vllus circa febrium intermittentium generationẽ prorsus remaneat dubitãdi locus, aliquis quærere posset, cur in ijs diximus humores in vijs chyli putrescere, & nullam de ventriculi, & intestinorum capacitate mentionẽ habuerimus. Non ne in earum accessionibus plurima materiæ semiputridæ portio ad ventriculi & intestinorum cauitatem depellitur? vt quid igitur in eisdem locis non putrescit? & si putrescit, cur ea non fuerunt à nobis proposita? Profectò negandum non est humoris portionẽ aliquam in locis propositis putrefieri posse & præsertim qui sui natura frigidiores, crassiores, viscidioresq; sunt, nam calidi & acriores tenuioresq; dum ventriculi, & intestinorum validissimam facultatem expultricem valde irritant per vomitum, & aluum ex toto ferè expelluntur, nos tamen loca hæc silentio obuoluimus, quia ex humorum in ventriculi, & intestinorum capacitate putrefactione potius ephemera vt in sermone de ephemera ex cruditate diximus, quã putrida excitatur febris. Cum.n. putrida non oriatur, nisi fumosa excrementa, fuliginosave ad ipsum cor perducantur, facillimũ est vt putridi fuliginosiq; vapores ex his partibus per ductus adeo latos, & subinde vel deorsum per intestina, vel potissimũ per exophagũ sursum & extra ferantur, & nulla ex parte cor ipsum inuadant. Ex his vero quæ de putredinis natura, & intermittentiũ febriũ, rigorisq; causis prodidimus, haud difficilè erit cognoscere, cur priori sedata declinanteve intermittẽtium, aut aliarum febriumq; quæ circuitus faciunt, accessione, post integritatẽ, aut intermissionẽ, seu vltimã declinationem, statis quibusdam periodis noua recurrat accessio. & putrescens pituita singulo die, bilis tertio, melancholia quarto quoq; die (dummodo aliquid ex his, quæ superiori capite proposuimus, ordinẽ non interpellet) nouã accessionem exuscitet. Neque enim hucusque mea qdẽ sũia, pcipua diuersarũ piodicationũ cã fuit adinuẽta, qua de re moderni scriptores excusari possunt, cum disertatio hæc, vt Galenus fatetur, dissensionis, ac controuersiæ plena sit. is enim ita scriptum reliquit, quæ igitur causa sit, ob quam in acutis

Gal. loco cit.

Rigor & ipse suscipit magis & minus.

Gal. 1 in 6. epi. 8.

Frigus qbus de causis oriri possit præter eas quę rigorem inducunt.

Gal. 7. aphoris. com. 1.

Gale. 3. in 3. epid. 22.

Hip. 2. prognos. tex. 4.

Gal. in com.

Dubitatio.

Solutio.

De causis periodicationũ

Gal. 3. de dieb. decret. c. 8.

acutis morbis tertio quoque die plurimum acceſſiones fiant, in diuturnis verò, vel quotidie, vel quarto, non eſt promptum inuenire. Sed altera ex parte dum ad varias putreſcentium humorum conditiones qualitateſque, aut proprietates diuerſaſq; naturas, aut ad alias cõlores ſuperioreſque, & friuolas quaſdã cauſas confugiũt & ipſam putredinis naturã, quæ oẽs ambiguitates circa ea quæ putreſcunt, cõtingentes, tollere, nata eſt, derelinquunt, nullã prorſus excuſationẽ merentur. Neque. n. diuerſæ periodi cauſa in humoris multitudinẽ quæ partem ad excretionem ſtimulat reſerenda eſt, cũ vis expultrix non minus à praua ipſorũ qualitate, imò magis, ſoleat irritari, & pituita, ẽt ſi pauca putreſcat, quotidie tñ impetum faciat, & bilis alioquin copioſa exiſtens quotidie, ſed ſi flaua ſit ſolũ de tertia in tertiã, ſi atra de quarta in quartam diem inuaſionẽ moueat. & inſuper Gal. non typorum, ſeu periodorum formã, ſed acceſſionũ longitudinem, aut breuitatem in humorum putreſcentiũ quantitatẽ retulerit. Neq; in humorum craſſitiẽ, aut tenuitatem, atq; maiorẽ, vel minorem ipſorũ fluxibilitatem, cum pituitoſus humor non minus ægrè quam melancholichus moueatur. Neq; in propriam contractæ putredinis qualitatisve naturam, atq; conditionem, quæ omnẽ corporis ſtatum naturalẽ immutet, vt eruditiſſimus exiſtimauit Fern. cũ putredinis natura, vt ex Ariſt. & Gal. ſententia in proprio ſermone docuimus, vnica ſit. aſſerere aũt própriam quandam putredinis qualitatẽ à forma ſpecifica & occulta ſubſtantiæ humoris própietate fluere, & ob id quemlibet humorem ſicuti propriam hẽt ſpeciem, ita putredinis qualitatẽ propriam, & ſubinde proprium circuitum habere, id nõ eſt apertã, ſed cæcam occultamq; variorum periodorum cauſam proponere. Neq; cũ ijs diſceptare debemus, qui huius rei cauſam in planetas quoſdam referunt. ij ſiquidẽ meminiſſe debuerant indecorum eſſe proximas, & immediatas rerum cauſas omittere, & ſtellas cæleſtiaq; corpora humorum putredine polluere. Qui verò diuerſum regenerationis humorum tempus proponunt, ij proculdubio nihil aliud, quã ipſam humorum copiam, aut qualitatẽ expultricẽ vim ſtimulantem in medium proferre videntur. Dicamus itaq; quòd cum intermittens febris inde exoriatur, quia in parte aliqua humor aliquis coercitus ſemiputredinem & prauam qualitatem ſubeat. id autem fiat, quia cum pp obſtructiones colligatur, & ad alias partes, ſeu etiam ductus per quos vlterius deferri, aut expurgari conſueuerat, deduci non poſſit, neceſſe eſt, vt putredinis ſemitam & extraneum calorem & ſubinde prauam qualitatem ſuſcipiat. Horum autẽ cauſa partis expultrix vis irritatur, & innatus calor, vt ei opem ferat, ad partẽ humore moleſtãte obſceſſam retrahitur, & ita ſemiputrida ſuperfluitas per reliquas, quę potiſſimum latiores remanent, vias ad imbecilliores ſuperius propoſitas partes excutitur (ſi. n. nulla via ad expulſionẽ ſufficiẽs remaneret humor incuneatus putreſcens nõn intermittentẽ, ſed cõcluſam febrẽ produceret) & ita oritur febrilis acceſſio, quia humor ab affecta parte veluti è foco quodã excuſſus & exactè ſeparatus putreſcit: dum aũt ab extraneo calore ita cõburitur vt omnino in cinerẽ redigatur, & p halitũ digeratur, acceſſio in interuallũ deſinit, quod quidẽ eouſq; perdurat, donec alia humoris portio in eodẽ foco rurſus putreſcere incipiat, & ſubinde nouã putredinis ſemitam, & moleſtã qualitatẽ aquirat. Et qm in putredinis natura aperienda demõſtrauimus vnà cũ Ariſ. & Gal. humidiora facillimẽ omniũ putreſcere, pituita verò omniũ humidiſſima eſt, id circo breuiori interpoſito tpe, quod vnius diei interuallũ comprehendit, putredinis principiũ rurſus contrahit; bilis aũt quia ſicca eſt, vt idẽ putredinis veſtigiũ ſubeat, lõgius tẽpus requirit, quòd quidẽ duorũ dierum ęquinoctialium ſpatio protelatur. Melancholicus tandẽ humor, quia frigidus ſicciſſimuſq; putredini maxime omnium reſiſtir, eandẽ putredinis ſemitã triũ dierũ interuallo ſuſcipere natus eſt, & hoc quia putredinis cã obſtructioq; vſq; ad integrã morbi totius ſolutionẽ, & nonnunquã ẽt vlterius pdurat. Qđ ſi obſtruens humor diuerſus ab humore putreſcente qui febris proximã cã eſt non ſit, vnà ferè pútreſcere, atq; diſſipari cõſueuit. Si vèrò ab eo diuerſus ſit, & alterius ſpeciei, ſſvnà cũ eo putreſcar, & abſumatuę febris ex toto eradicatur, & pfectè iudicatur; nullaq; ſequitur recidiua. ſi verò pútreſcens & ſuperfluus humor, atq; pdominãs putredine totus conſumatur, aut expellatur, obſtruens autẽ materia adhuc inuicta vel ex toto, vel, qđ plurimũ contingit, magna ex parte perſiſtat, recidiuæ facilè fiũt, qà ijſdẽ ſupflui humores pp cõſuetas intẽpantias geniti, & pp obſtructiones non digeſti, & nõ expurgati rurſus colliguntur. Nõnunq verò accidit, vt putreſcente, & pdominãte materia conſumpta, putredo deinde obſtruentẽ materiã inuadat, aliaq; febris ſpẽs ſubſequatur, & potiſſimũ quartana tertianę ſuccedat, qa craſſus humor frigidus & ſiccus non niſi longiori tempore, & poſtquam humor, qui minus putredini reſiſtebat,

Quarundam opinionũ reprobatio.

Gal. 2. de diff. feb. c. vlt.

Fern. 4. patho. c. 11.

Sententia propria.

ex toto cõnsumptus fuit, putrescere incipit. Pituita verò ferè vnà cum principali humore putrescente computrescit & absumitur, quia facilius, & vna cum cæteris humoribus permixta putrefit, quia sui lentore eis facillime adhærescit, vt nobis spuriæ ostēdunt tertianæ, quæ propter bilem cum pituita permixtam omnium frequentissimæ oriuntur. & ex hoc etiam obiter colligimus cur solæ quartanæ ad exactã ferè integritatem deueniant, pituitosæ verò & tertianæ, quæ vt plurimum notæ sunt, propter pituitæ vnà cum bile mixtionem, ad puram integritatem non perueniant. Quod si quis obijceret causam periodicationum à nobis traditam suspectam quadantenus videri quia quotidianæ febres rarissimæ omnium fiunt, & subinde apparet pituitosum humorem omnium difficillimè putrescere. ei tum putredinis natura, tum frequentissima vermium generatio, qui ex pituita fiunt putrescente, ante oculos ponenda, & vt deinde ex toto conquiescat, ei causam aperire debemus cur quotidianæ rarissime exoriãtur. Sciat itaque quod cum pituita alia alimentalis sit, alia excrementitia. Quæ alimentalis est, cum per vlteriorem concoctionem à calore factam in sanguinem vertatur, difficilius putrescit, quia à natura tuetur, & per venas vnà cum sanguine distribuitur, & dum propter nimiam sui copiam, vel propter alias causas putrefit non quotidianã intermittentem, quæ rarissima est, sed continuam febrem producit. Excrementitia verò pituita non quidem in iecore generatur, nec sui natura ad iecur ipsum & superiores venas perducitur, & ob id sicuti reliquis recipiendis excrementis natura organa propria vt lienem & fellis vesicam condonauit, ita quod pituitam reciperet inutilem, & excrementitiam non effecit, quia quæ talis est, in ventriculo solum & intestinis generatur, & quemadmodum propter sui maximam viscíditatem difficillimè meseraerij venas ingreditur. ita per amplas intestinorum capacitates vnà cum cibi reliquijs rapta facilè descendit, potissimum, quia amara bilis, vt vna cum Galeno alibi docuimus, in intestina, & ventriculi fundum à vesica fellea regurgitata, ipsam exquisitè abstergere, & harum partium expultricem irritare maxime valet.

Dubitatio.

Solutio.

De signis putridæ febris. Cap. XV.

VT putrida febris in genere initio statim, ac facillimè dignoscatur, tum symptomata præsentia, tum causas prægressas, tũ effectus quosdã subsequentes, vti semper nos consueuimus, contemplari oportet. Symptomata verò quæ nobis in primo examine se se offerũt consideranda, vel ipsius ægrotantis corporis sunt affectus, vt ex Gal. colligimus, vel actiones ipsæ læsæ, vel ambo hæc comitantia præsertimq́;, vt nostro proposito inseruit, excreta, seu excrementa ipsa sunt. De affectibus porrò qui in febricitante corpore consistunt, sermonem habens Gal. ita scribit. Maximũ aũt est putridarum indicium qualitas caliditatis. Nihil. n. est in ea suaue, neq; moderatũ, neq; vllo pacto similis ei, quæ in ephemeris sentitur, sed mordax quodammodo potius existit, tactuiq́; molesta sentitur: ac sicut fumus oculos, ac nares, sic ipsa tactũ videtur erodere. sed in principijs quidem accessionum, vt in quibus adhuc calor suffocatur, ac superfluitates intus succenduntur (& ex hoc loquendi modo falsitas eorum deprehenditur, qui volũt in intermittentibus humores circa corporis habitum putrefieri) non statim admota manu discernitur: at per moram prædictæ caliditatis species ex penitioribus partibus effertur. Prædicta aũt caliditatis species, quæ appositam manum pungit, atque erodit instar medicaminis acris est putredinis humorũ ꝓgenies, quæ manifeste quidem sentitur in increscentibus, ac consistentibus febribus: non manifeste aũt, neq; statim in incipientibus. Similiter caloris inæqualitas siue in principijs, siue in augmento contingat, est putridarum proprium indicium, non tamen inseparabile. nam multæ sine hac inæqualitate incipiunt, atque ad consistentiam accedũt. Quamuis aũt ēt hecticæ mordacem calorem exhibeant, vt vnà cum Hip. atque Gal. in sermone de febris in vniuersum differentijs docuimus, attamen mordacior in putridis sentitur potissimũ cũ primũ manus admouetur. Contra aũt in hecticis vt suo loco apparebit. Initiũ aũt à rigore sumere febrē, ait Gal. vbi neq; ardor solis, neq; frigefactio valida præcesserit, qualis præsertim per niuē facientibus iter contingere solet, aut qui aliter in vehementi frigore diutius commorantur, proprium & hoc est putridarum signum, non tamen inseparabile. Neque enim in omnibus inest, vti neque horrores ipsi sunt ab huiuscemodi febribus inseparabiles, sicuti neque ab initio proprij. Similiter & pulsuum chlipsis. i. cõpressio (vt ad actionum noxas descendamus) sic. n. nominant quũ incipiente accessione satis

Gal. li. de diff. sympt. c. 2.

Gal. 1. de diff. feb. c. 7.

Qualitas mutata.

Acer calor.

Caloris inæqualitas.

Hip. & Gal. 1. in 6. epid. tex. & com. 19.

Gal. 1. de diff. feb. c. 7.

Inuasio cũ rigore.

Actio læsa. Pulsuum cõpressio.

ne fatis

ne satis paruos, atque inæquales eosdem habent, nec ipsa ab hisce febribus est inseparabilis, est tamen ipsarum propria, ac peculiaris: sicuti & inæqualitas ipsa nisi alicuius casus ratione. sæpius enim vbi humor aliquis vitiosus in ore ventriculi fuerit aceruatus, qui ipsum aut mordeat, aut refrigeret, parui simul, atque inæquales fiunt, & paruitas quidem in frigidis, inæqualitas verò in mordacibus accidit. At vbi euomuerit, hæc ambo protinus cessant. Cum verò ipse ventriculus omni noxa vacat, ad propositum genus febrium pertinent tales pulsus. Inæqualitas verò pulsuum, siue in principijs, siue in augmento contingat, est putridarum proprium indicium, non tamen & ipsum inseparabile: multæ enim sine sensibili inæqualitate incipiunt, & ad consistentiā accedunt. Proprium verò, & inseparabile putridarum est submissionis pulsuum, quā Græci systolen appellant, velocitas, quæ manifestius quidem in crescentibus febribus non obscure autem incipientibus, ac consistentibus fit. Comitatur autem has febres in initijs quidem, pulsus paruus ac velox: cum verò consistunt, magnus simul ac velox. Sic & quæ in exteriori quiete existit frequentia in his febribus manifeste deprehenditur, cuius similis neque in ephemeris, neque in hecticis apparet. Insuper putridæ febres in vigoribus vtrunque habent motum celerem & distentionis, & contractionis: præterea crebritatem ex æquo mutant cum externæ quietis, tum internæ: in initio accessionis non perinde, sed magis augent contractionis celeritatem. In incrementis cum hanc, tum etiam externam quietem plurimum concitant, vt pulsus in illa creberrimus videatur. Nam tunc temporis natura ad excrementum fumosum propulsandum vehementer incumbit. Quum enim ex incensa putredine multa torrida, & fuliginosa excrementa spiritus, humoresque premant, natura systole festinat depressa arteria illa excludere. Neque tanta necessitate nititur per diastolem refrigerium allicere. Pariter putridæ febris proprium signum est collectiua dicta inæqualitas (non tamen inseparabile) modo enim celer modo tardus est, idque ex inæqualitate, & vario motu putredinis, & rursum modo fortis, modo languidus, alias quidem oppressa, alias leuata natura. Iisdem de causis respiratio inæqualis euadit, in qua, potissimum in incrementis harum febrium expiratio velocior euadit. Excrementa verò his verbis affert Gal. Proprium verò maxime harum febrium existit, cruditas vrinæ, debilis etiam concoctio putridarum indicium est proprium. Neque enim cruda, neque concocta debiliter in ephemeris apparet. Ac earum quidem alterutra seorsum est proprium febrium putridarum, simul autem vtraque dicta secundum disiunctionis proloquiū omnino inseparabilis: huic enim febrium generi vrinæ primæ, vel omnino crudæ, vel debiliter coctæ principio associantur, neque vnquam magnum, aut effatu dignum concoctionis indicium in his febribus in primis vrinis apparet, si excipiamus eam, quæ fit ex ephemeris febribus permutationem, insuper putridarum vrinæ crassę, rubræ, ac turbidæ existunt, in quibus nihil separatur: interdum etiam ex vehementi obstructione tenuis quidem, sed rubra & turbida, sæpe acris & mordax, sæpe etiam grauem fœtidumque halitum efflat. Expiratio verò aut sudor præter consuetudinem graueolet. Quemadmodum autem putridam febrem neutra corporis dispositio præcedit, quæ oritur vel ex plethora, vel cacochimia, quæ sensim cumulatur ceu futura febris materia: ita huius febris proprium non tamen inseparabile signum est, ait Gal. quod nulla earum, quæ præincipientes causæ dicuntur, eam antecedit neutri enim aliorum generum hoc inest, quia ephemeræ omnes à præincipientibus causis oriuntur. Hecticæ verò quando sine his generantur, nunquam ab initio inuadere consueuerunt. Illud verò nonnunquam vsu venit, quod aliqua ex præincipientibus causis sui ratione ephemeram accendit, subsequitur autem putrida, quando quod afficitur corpus ad id habile fuerit, videlicet impurum extiterit, ac superflua materia redundans: hæc enim cum in ephemeris immoderatum calorem contraxerit, & hinc putrescendi principium acceperit alteram febris speciem succendit priore desinente. Vnum verò proprium simul & inseparabile in omnibus successionis indicium est, quòd febris ephemera quietem integram subsequentem non habet. Contingit verò aliquando vbi ephemera consistit, aliquod permutationis indicium ostendi. At multo magis cum iam cœperit declinare, quo tempore ea tranquillitas abest, quæ adesse deberet. Quare concludendū quod putridæ omnes, vel ex neutra corporis dispositione, & sponte ex corporis præparatione fiunt, vel à causis euidentibus, quæ præparatum corpus inueniunt, excitant, & mouent. ex sola verò euidenti causa citra corporis, aut passi dispositionem nunquam fiunt. ex subsequentibus etiam effectibus putridæ febres cognoscuntur, quia, ut in-

Marginalia: Pulsuū inæqualitas. — Sistoles velocitas. — Pulsus putridarum peculiares. — Gal. 3. de præs. expul. cap. 7. in prin. — Expirationis velocitas. — Excuntia mutata. — Vrinæ cruditas. — Gal. 1. de diff. feb. c. 7. — Expiratio & sudor. — Causæ præcessæ. — Nulla causæ procatarticæ præcessio. — Gal. loc. cit. — Signū permutationis ephemeræ in putridam. — Subsequētes effectus.

quit Galenus, contingit etiam eo tempore, quo accessio consistit casum aliquem febris ardentis apparere. Quod si etiam hi casus se ostendunt, qui in febribus epialis, & lypirijs appellatis, sicuti & qui in hemitritæis, aut succensiuis, aut in quapiam alia tali febre videri solent, erunt propria putridarum indicia, non tamen inseparabilia. & dum adsunt non solum ad ipsarum genus pertinent, sed etiam aliquam earum speciem indicant. & quidem si post febris declinationem integra non successerit quies, siue cum sudore, siue quouis alio modo decliuet, ex duobus alterum, vel permutationis est argumentum si omnia, quæ præcesserint, ephemerarum fuerint indicia, aut si nulla ex his fuerint, statim ab initio putridam inuasisse indicatur. Proprium tandem non autem inseparabile erit iudicium putridarum, dum paroxismi plures habebunt insultus, quod quidem superacui, vel superacerbari vocamus. Putridarum vero febriũ differentiæ, quæ ab ipsius putredinis causis sumuntur, ab vnoquoque, qui earundem causarum naturam recte perceperit, haud difficulter poterunt explorari. Si enim putredinis causæ præsto sint, & adhuc permaneant, non solum putrida febris adhuc perdurat, & quamuis ad integritatem deueniat, denuo tamen reuertitur; verum etiam ex toto eradicari non potest, quia causis ipsis permanentibus, necesse est, vt putredo, quæ ipsarum soboles est, in fieri, & conseruari permaneat. Quod si putredinis causa putridi aeris aut putridæ rei occursatio fuerint, tũ aeris tum febris pestilẽtis indicia, de quibus in sermone de febre pestilenti tractabimus, conspicua erunt. Si fuerit aliena caliditas, & ea quidem febrilis, ephemeræ febris signa, & ipsius in putridam permutationẽ notæ præcesserunt, de quibus superius abunde dictum est. quod si neque hæc præcesserint, neque aeris aut febris pestilentis signa præsto sint, procul omni dubio putredo ab aliena calidirate non tamen febrili duxit originem. quæ quidem vbi ab externis occasionibus fuerit excitata, has nedum patiens, aut qui ei assident, manifestabunt: verum etiam febricitans corpus putredini dispositissimum apparebit, vnde nedum temperatura calidum & humidum, verum etiam prauis humoribus, qui leuissima de caussa putrescũt, refertissimum apparebit, & vna cum signis cacochymiæ, prauorum ciborum esus, & praua victus ratio putredini maxime parata, de qua superius in sermone de putridarum causis loquuti sumus, de necessitate præcessit. Quod si hæ occasiones non præcesserint, neque diaria febris, neq; putridi aeris occursatio, tunc haud hæsitanter putredinis causa in prohibitam perspirationem referenda erit. quæ an propter obstructionem, aut adstrictionem, aut densitatem exorta sit, ex his, quæ de iecoris, & lienis obstructione in præcedenti libro à nobis scripta sunt, & ijs quæ de signis ephemerarum tradidimus, facillimũ erit cognoscere. neque enim frustra in pluribus locis eadem repetere debemus, quia id esset, non multa conscribere, sed multas paginas implere. obstructionem autem non solum iam factam sed adhuc ab affluentibus succis foueri, certo scimus, dum aut plethoræ, aut crassorum, aut viscidorum humorum redundantium, & causarum hos gignentium signa nobis se se offerunt, & præsertim vbi febricitans corpus nulla ex parte aut euacuatum, aut expurgatum fuerit. De signis autem, quæ putrescentis humoris formam substantiamve, siue speciem nobis aperiunt. in particularibus febrium, quæ diuersis ab humoribus putrescentibus proficiscũtur, tractatibus, de quibus diligens, & exquisitus futurus est sermo, vberius differemus. Pro nũc, quæ breuiter, ac succincte de his Galenus litteris prodidit nullo pacto reticenda sunt, cum & notatu & perpetua memoria digna sint, & ad putrescẽtẽ humorem, his, qui praxim quotidie iugiterq; profitetur, aperiẽdũ, efficacissima censeri debeant. is itaque de febribus, quæ ex sanguinis putredine oriuntur, pertractans, sic ait. Et quidem pro varietate humorum in quos conuertitur sanguis, febres fient, sola bonitate, vel malitia differentes. illæ siquidem quæ sanguinis transmutationem consequuntur, sunt simpliciores, tum in reliquis, tum in caliditatis qualitate mitiori; nam etsi se plurima manui tangenti offert, est tñ omnino mitis, sicuti ea, quæ in balneo contrahitur. Semper enim febrilis caloris multitudo, in multitudine defluxus consistit. Quod vero manui tangenti molestum sentitur ex humoris acredine pronenit. Hocque tibi sit maximũ humoris febrem facientis indicium, qualitas videlicet caliditatis: nam quæ magis vaporosa ac minus molesta existit ex sanguine nascitur; quæ vero molestæ sunt, & rodentes atque mordaces vtranque bilem consequuntur. cum vero in primo tactu quoddam potius vaporosum, quàm acre se manui repræsentat, ac per moram paulatim mordacitas aduenit, ac maxime inæqualis, adeout per colatorium quoddam & cribrum percolari videatur, ex pituitæ putredine huiuscemodi febrem

Gal. loco citato.

Ardentium aut aliarum putridarum casus.

Quies post declinationẽ non integra.

Signa differentiarum.

Signa causarum putredinis.

Signa differentiarum ab humoris forma.

Gal. 2. de diff. febr. c. 9.

febrem oriri cognoscas. perquirenti autem mihi cur in alijs febribus calor æqualis occurrat, quæ vero ex pituita oriuntur talem caloris inæqualitatem ostendunt, nulla potior causa visa est, quàm tenacitas, atque humoris crassitudo, qui difficulter dissoluitur. nam & in hoc sicut in alijs omnibus, primo ea pars omnis expirat, quæ fuerit extenuata, vix autem extenuatur, quidquid valde crassum extiterit. Quod si etiam natura frigidum fuerit tunc & difficultas augetur: non totum itaque neque ex omni parte æqualiter, sed ex illa tantummodo in quam putredo inualuerit inflatur, & extenuatum effertur, vt etiam in lentis & crassis humoribus qui exterius ebulliunt, inspicimus. in istis enim ampullę attolluntur, quæ vbi disrumpuntur, vniuersus flatus effertur omnem humiditatem secum trahens. at in subtilioribus humoribus cum ebullierint, neque ampullæ fiunt, & vapor exhalans est vndequaq; versus æqualis. ac sibi continuus. At vero putrescentis humoris ingens copia, putredoque copiosa, & consertim facta, ex vehementi, acutaque febre, & vehementibus symptomatibus, magnaque corporis iactatia, & difficiliori tolerantia, præsertim si locus, in quo humor putrescit, ignobilior, à cordeque remotior sit, facile deprehenditur. Exigua vero tum materia, tum putredo ex contrarijs arguitur indicijs. Vbi vero putrescentis humoris speciem perspectam habuerimus, illico tum primam tum secundam ipsius qualitatem exploratam habebimus. Quod si humor putrescens benignus & propriam & naturalem aut vsitatam & ordinariam formam retinens, non autem corruptus fuerit, febris putrida benigna erit, facillime tolerabitur, & symptomata omnia febrem comitantia, leuissima erunt. & subinde virtus vniuersa valida perdurabit. si vero contrario modo fuerit dispositus, vt nedum malignus sit, sed potissimum insigni corruptela teneatur, omnia erunt contraria, nedum.n. sęuissima symptomata solent hominē exercere, sed etiā febris quocunque tempore egerrimè perferri solet, & virtus potissimumq; pulsatilis etiam à principio statim prosternitur, eo quod putredo insignis & maligna non modo cęterorū mēbrorū, sed potissimum ipsius cordis, qd q̄dē febris radix & principiū existit, vires demoliatur. Sed de febrium malignarum, & pestilentium signis, sedulo, ex atreque in proprio sermone differemus. In præsentia vero accuratissimè de ijs indicijs tractare debemus, quæ putrescentis humoris concoctionem & cruditatem patefaciunt, siue coctio hæc & cruditas penes vniuersam & totius febris adæquatam materiam, siue penes ipsius portionem, quæ particularis accessionis causa sit, consideretur. cum.n. signa hæc maximi sint momenti, & ad prognosticū, & curationem vniuersam apprime faciant, diligentissimè tū perquirenda, tum, vt memoriæ diutius inhæreant, inuicem rectè connectenda, & ordinanda sunt. & quoniam de his signis agere, nil aliud est, quàm de signis, quibus morborum tempora distinguuntur, pertractare, idcirco si primo de vniuersalibus, seu totius morbi tēporibus agamus, Gal. horum cognitionem tradens, dicebat hæc non solum cum fiunt, aut nuper facta sunt, & vt vno verbo dicam, dum præsentia sunt, cognoscenda esse, verum etiam Medici arte Hippocratica digni officium esse eadem tempora antequam fiant, præcognoscere: cum omnem victus rationem ad ipsum futurum statum inspiciens instituere debeat. cum autē alio modo cum fiunt innotescant & alio item modo quæ futura sunt præcognoscantur, & insuper cum ex eodem Galeno eorum, quæ præsentia sunt, cognitio & signa, futurorum vero præcognitio, atque prognostica magis propria sint: idcirco in hoc de putridarum signis sermone, quomodo præsentia, & dum adhuc fiunt, dignoscantur, in sequenti autem de ipsarū prognosticis tractatu, quo pacto futura præcognosci possint, aperiemus. Porrò ea omnia quæ nobis vniuersalia morbi tempora dum potissimum præsentia sunt cōmonstrare valent Diuinus tetigit Hippocr. dum in aphorismo ita scriptum reliquit. Accessiones, & constitutiones, morbi ostendunt, & anni tempora, & circuituum inuicem incrementa, siue quotidiè, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiant. Sed & ex ijs, quæ mox apparent, indicia sumuntur; quemadmodum in morbo laterali si circa initia statim sputum appareat morbum breuiat, si vero postea appareat, producit. & vrinæ, & alui excrementa & sudores, quæcunque apparuerint, uel bonam morborum iudicationem, uel malam, vel breues, aut longos fore morbos ostendunt. Quod autem morborum constitutiones, ait Galenus, quandam veluti eorum ideam idest formam nominat, secundum quam ex talibus, & tantis constituuntur uniuersalibus temporibus minima quispiam hac coniectura comprehenderet. Nam cum in primo epidemiorum antea dixisset. sunt autem species, modi, & constitutiones, & accessiones harum quarumlibet febrium. deinceps subiungit: statim

Signa differentiarū ab humoris putrescētis quātitate.

Signa differētiarum ab humoris qualitate.

Signa temporum vniuersalium febris morborūque omniū dum præsertim præsentia sunt.

Hipp. omnia quæ ad temporū cognitionē faciūt, paucis verbis annotauit.

Cap. 10.

Gal. 1. de crif. c. 5. 10. & 16. et 2. de crif. c. 8

Hipp. 1. aphor. 12 Gal. in 2. & 3. de crif. ca pitu. 4. & 5.

tim enim cōtinua quibus incipiens flotescit, ac viget maximè, & ad difficilius attollitur: circa autem crisim, & simul cum crisi extenuatur. est autem cum incepit mollis ac latens, insurgit autem atque acerbatur singulis diebus: circa crisim vero satis emicat. ex quibus verbis apertè ostendit se qualemcunq; ex totius morbi temporibus cōpositionem, morbi constitutionem nominare. insuper, inquit Galenus, quod quamuis sicuti in anni temporibus, sic etiam in temperaturis, ætatibus, industria vitæ, consuetudine, loco, aeris ambientis constitutione, quæ tunc vagatur, res se habeat; non tamen de his Hippocrates hic quidquam dixit, vt qui ex vna alia nobis ad memoriam reuocanda reliquerit. Quare vt nos hæc omnia ordine aliquo, qui memoriȩ inseruiat, complectamur, dicamus ea omnia, ex quibus morborum tempora cognoscuntur, vel præter naturam esse, vel non naturalia, vel secundum naturam. Quæ præter naturam sunt, vel ad morbos ipsos attinent, uel ad morborum casus, qui etiam signa, vt ait Galenus, aut etiam symptomata nuncupari possunt. Quæ vero ad morbos attinent, vel penes ipsorum naturā vniuersam, & absolutè, vel penes ipsorum accessiones, seu partes quasdam spectari debent. Si itaque primo loco morborum naturam absolute, & morbos secundum se totos consideremus, hi morborū & propria maxime tempora indicare valent, quoniā febris ardens, ait Galenus, & morbus lateralis, & inflāmatio pulmonis breuis temporis habent principium. morbus autem comitialis, & articularis, & coxendicum, & tenum dolores longi temporis. & alibi scribebat, quod in intermittentibus tertiana cito iudicatur, quotidiana vero longa erit: quartana autem etiam hac longior existet, in continuis vero causodes idest incendentes, acutæ sunt, quæ vero typhodes, idest succēdentes & ab Hippoc. manui humectȩ, aut etiam palustres, quia cum sudoribus non subleuantibus inuadunt, nominantur, longiores: mediȩ vero inter has, semitertianæ, quod etiam in alijs morbis faciendum, nam pleuritis, peripneumonia, & phrenitis morbi acuti sunt. angina, & cholera, & distentio neruorum, peracuti. aqua inter cutē, melancholia, suppuratio, & tabes, diutiai. Si vero morborum accessiones & circuitus consideremus, & eorum, vt ait Hipp. inuicem incrementa. dicebat Galenus accessiones ita esse inter se cōferendas, vt perspiciamus si accelerant, vel non, si longius durant, vel non, & si maiores sunt vel non. Nam anticipatio sola, ait ipse, per se ipsam non est sufficiens signum incrementi, quòd sæpe morbi proprietatem consequatur. cum & tertiani, & quartani & quotidiani quidam circuitus vsque ad integram solutionem ita anticipare visi fuerint. Solent autem Medici tales formulas. Græcè typos, anticipantes nominare, sicut alios vocant tardantes, quæcunque statim ab initio futuri temporis aliquid posterius assumunt. Sed & in his plus quàm proportio exigat, vel anticipare, vel subsequi, alterum incrementi, alterum declinationis indicium est: simpliciter autem anticipare, vel subsequi neutrius. conuenit aūt non solum aduertere nunquid secunda accessio consuetā anticipauerit horam, sed nunquid etiam longitudo temporis eadem, aut magnitudo æqualis, aut quæ nunc adest sit malignior, vel simplicior. quæ etiam in intermissionibus, & declinationibus inspicienda sunt. longitudinem vero temporis facile est cognoscere: Magnitudinem vero, quā & vehementiam vocant, & morem, quem etiam modum appellant, tum ex propria morbi specie, tum ex superuenientibus symptomatibus spectanda censeo. ex propria quidem morbi specie, ea quæ propriam ipsius complent naturam, cōtemplando: vt exempli causa in pleuritide ad dolorem pungentem, febrem acutam, tussim, & spirandi difficultatem respicimus. ex superuenientibus vero symptomatibus si multa, si diuturna, & valida, atque maligna etiam extiterint, aut contra pauca, ac breuis tēporis, & parua & simplicia fuerint. sic & intermissionis ac declinationis tps, si longius pcedēte, vel breuius, aut toleratu difficilius, vel facilius, aut si quod ex accessione symptoma remanserit, aut omnia cessarint. Si ergo ex ijs, quæ diximus adsint peiora morbus augetur manifestè: si uero meliora, declinat, cum vero, quæ ad accessiones duas pertinent, æqualia fuerint: morbum consistere demonstrant. Quæ omnia tribus verbis perstrinxit Hippocrates dum dixit accessiones inuicem conferēdas: si citius fiant, vel non: si in longius tempus, vel non: si magis, uel non: statum vero indicant accessiones si in eisdem permaneant. Et quidem sæpe in morbis nullum sensibile tempus inuenitur huiusmodi, sed habente adhuc quarta, si ita contigerit, accessione indicia augmenti, quinta superueniet accessio declinationis principium, quia uidelicet statu momentaneus extiterit adeo ut nemo, cū adesset, agnouerit: sed ut exquisitè dignoscatur, primum declinationis tempus sit necessarium. Simile quiddam accidit in

Gale. 1. aphor. com. 12.

Ex qbus uniuersalium tēporum cognitio desumatur.

Res præter naturam.

Morborū formæ.

Gal. 1, de cris. cap. 4.

Gale. 1. aphor. com. 12.

Hippoc. 2. in 6. epid. 28. et 29. & Gal. lib. aduer. Lycū ca. 3.

Gal. 1. de cris. cap. 4.

Circuituum incrementa.

Gale. 1. de cris. cap. 3.

Animaduersio circa statum.

morborum

morborum augmentis. nam sæpè prior accessio principium simul habuit, & ascensum & statum, s. in prima sui parte principium, deinde ascensum, postremo vero statum, deinde secunda accessio manifestè videtur declinare. Hæc si quis rectè coniunxerit ad exquisitam dignotionem propius accedet: non tamē ad exquisitam temporũ morbi cognitionem sufficiunt: sed habent aliquid quidem artificiosæ coniecturæ: tantũ vero ab exquisita ratione deficiunt, quantũ illam, quæ nullo modo est, superat. Quare ad ea quæ ad morborum casus & symptomata spectant vnà cum Hippocrate descēdere debemus. is. n. dum in aphorismo ea, quæ mox apparent, subiunxit, symptomata casusque morborum oẽs comprehendere voluit, ex quibus morborum tēpora cognoscuntur. & ob id in primo et epidemiorum oẽs, inquit, coctiones excremētorum vbiq; esse opportunas, & bonos iudicatiosq; abscessus ostēdere. coctionesq; celeritatem iudicij, & securitatē sanitatis ostendunt. sed coctiones hæ quidem oẽs ijs adsunt, q̃ coquũtur. Quæ nam igitur hæc sunt? non alia sane (inquit Galenus) quam illa quæ mox apparentia nominauit. Siue autem casus (Græce symptomata) siue signa, ait idē Galenus, velit quispiam illa, quæ mox apparent, nominare: nihil retulerit. Sed illud de omnibus casibus signisve est cognoscendum, quod nonnulla quidem eorum significant passionem, aliqua assident, aliqua iudicant: aliqua coctionem, aliqua cruditatē, aliqua salutem, aliqua perniciem ostendunt. Passionis autem significatiua sunt, quæ vnà cum morbo inuadunt, vt vna cum morbo laterali febris acuta, lateris dolor pungitiuus, tussis, & difficilis anhelitus, & hæc non quidem morbi tempora, sed morbi speciem primario significant. Quæ verò assident aliquando simul inuadunt, aliquando superueniũt, nõnunq̃ vero neq; oĩo veniũt. Quia nõ sunt à morbo inseparabilia, neq; eorũ veluti substātiā cõstituũt. quæ etiā ex se morbi tēpora indicare nullo pacto valent, sed proprias faciũt morborũ differērias. Quod. n. in pleuritide dolor aut ad hypochõdriũ, aut ad clauim perueniat, assidēria dicũtur: sicuti quod facilius in latus patiens, quam in alterum, decũbat æger, ad idem genus assidentium attinet. & eas differentias quæ à parte affecta desumuntur, potissimum ostendunt. inter reliqua vero, quæ supersunt, tria signorum genera, quæ, vt ex Galeno colligimus, tum superuenientia, tum etiam mox apparentia possunt appellari, quæ ab Hippocrate iudicantia & à Galeno decretoria siue etiam iudicatoria, vocantur: cum primo quidem exquisite morborum principio quod accipitur pro primo morbi insultu, & indiuisibile est, non sunt apta inuadere, cum duobus autem alijs, quorum vnum trium dierum spatium, aliud totum illud tempus, in quo nullum apparet manifestum coctionis iudicium, significat, inuadere apta sunt. aliquando vero neque in his, sed, cum morbi augentur, aut iam consistunt, apparent. & proinde ab his morbi tempora non indicantur, præsertim quia infida est, ait Galenus, vniuersa eorum natura, & contraria significans, & faciens in diuersis morborum temporibus. in his n. totum est præcognitionis certamen: nam in alio quidem tempore secundum aliam dispositionem critica sunt, secundum vero aliam aliquam dispositionem, vel morbi tempus, accidentia vel signa praua fiunt, critica vero, neq; omnino sunt. Similiter salutis & mortis signa posterius apparent, quia horum generatio morbi principium subsequitur, & ab his temporum morbi cognitio pariter non desumitur. Signa vero coctionis contingunt quidem & ista nunquam in primo statim morbi principio: terminant autem illud principium quod est pars totius morbi. Signa vero cruditatis cum primo morbi principio statim inuadunt, & nonnunquam posterius apparent, sicut & mortis signa. & hæc coctionis & cruditatis indicia illa sunt, à quibus non quidem coniecturalis, sed certissima ipsorum vniuersalium temporum signa desumuntur, & semper stabilem habent potestātem propriam, siue statim in primo die, siue in sequentibus apparuerint. & vt ait Galenus signa hæc vel sputamina, vel alui excrementa, vel vrinas statuere oportet. Hæc enim tria, vt inquit ipse, signorum genera propriam cuiusque membri coctionem significant: inferioris quidem ventris excrementa, quæ secundum naturam se habuerint: venosi vero generis vrinæ: instrumentorum autem duntaxat, quibus spiramus, sputamina: sicuti vero hæc locorum ipsorum, ex quibus excernuntur, indicia præbent, eodem modo & urinæ renum, & meatuum, per quos vrina desluit, & vesicæ & penis. Sed vrinas quidem, quæ in harum partium morbis accidunt, sicuti Hippocrates in Aphorismis separatim conscripsit; quæ vero acutis assident ægritudinibus, in prognosticis, quia hic liber de solis est morbis acutis: ita nos de iam dictarum partium urinis, dum de vitijs renum vreterum, uesicæ, & penis disseruimus, pertractauimus

Margin notes:

Gal. 1. de crisi. c. 4. & 5.

Symptomata casusque morborum, qui mox apparent.

Cap. 5. Gal. 1. aphor. com. 12.

Signa omnia aut morborũ casus quotuplicia sint.

Gal. 1. de crisi. cap. 5. & 1. aphor. 12.

Tria principij significata.

Gal. loco citato in fine.

Gal. 1. de crisi. c. 14.

Gal. 1. aphor. 12

Sola coctionis, & cruditatis signa vniuersalia morbi tempora clare & certe significant.

Gal. 1. de crisi. c. 14.

Coctionis & cruditatis signa in quib⁹ constituenda sint.

Cap. 7.

mus; de febrium vero vrinis partim in præsenti tractatu, in quo earum coctionem & cruditatem tradere instituimus, partim in sequēti de putridarum præsagijs narratione, in qua saluris,& mortis signa ab ipsis desumpta proponenda erunt; sermonem habebimus. Quia vero in sermone de pleuritide de sputaminibus,& dum de læsa alui,& fecum æxcretione egimus, de alui excrementis diligētissimè disputauimus, propterea de ijs in præsentia paucis omnino transigemus. De sputaminibus igitur in primis scribebat Galenus quod si nihil prorsus educatur cum tussi sufficiens est morbi coctione carentis iudicium. Secundo vero si educatur quidem sed crudum. Ab hoc autem, quod coctum est, separatur, quod etiam proprie sputum appellant. neque enim quod sanguineum est, ac biliosum, atque spumosum, ita nominamus, sed potius quodammodo sputamen vocamus. cum vero neque sanguini, neque bili pallidæ, vel nigræ commistum fuerit, id quod tale fuerit, iam sputum vocamus. Quæ vero proprie sputamina nominātur ex his quæcunque subflaua,& subrufa,& subpallida, & subspumosa, & tenuia existunt, solam cruditatem significant: nullum vero insigne malum prænunciant. Quæ verò sine alia commistione sunt flaua ac rufa, crassa atque spumosa,& viridia, viscosa, atque rotunda & his etiā magis nigra præter id quod cruda, sunt etiam praua. minus autem cruda sunt si tenuis sanies expuatur, minus si celeriter, ac facile expuatur, commixtumque vehementer flauum sputo videatur. minus adhuc si crassiora sputa educantur: minime si perfectam habuerint coctionem, tale autem est sputum facile, velox, copiosum sed potissimum album, æquale, lene, non fœtidum, non mali saporis. Alui autem excrementum concoctum & optimum est, inquit Hippocrates & vna cum eo Galenus, quod molle est, atque coniunctum, quod ea hora exierit, qua tempore sanitatis consueuerat, quantitas vero eius sit pro ratione cibi assumpti. tali n. existente deiectione, quæ omnino cocta est, inferior venter sanus est. Sicuti verò, vt notat Galenus, si hæc omnia adsint, omnino coctum est, ita non etiam si horum aliquid non adsit, omnino incoctum est: fieri n. potest vt hic quidem venter circa proprium opus robustus sit, sed vel propter vehementem adiacentium partium caliditatem exugatur & exiccetur, quod bene concoctum fuerit, aut propter distributionis imbecillitatem humidius egeratur. excrementum itaque ab Hippocrate vti diximus descriptum exquisite secundum naturam se haber, & nullam (etiam si homo acute febricitet) vētris partibus inesse inflāmationē, significat. & neq; in ventre, neque in circumstantibus partibus aut organis, aliquod erratum esse. Et præter ea, quæ diximus omnia etiam illa duo recipit, quæ Hippocrates deinceps scribit hunc in modum. subrufum autem erit, & non admodum fœtidum: si n. rufum purum, vel nullo modo subrufum extiterit, sed etiam secundum ciborum colorem, alterum duorum significat, scilicet plus rufæ bilis in ventrem defluere, aut nihil omnino. Horum vero primum quidem si circa initia fiat, biliosiorem morbum ostendit; si vero declinationis tempore corpus integre expurgari. Incoctum autem alui excrementum est tenue & album,& asperum, & humoris expers, & comestorum seruans qualitatem. Tertium præter hæc est excrementorum genus, quod non ex ciborum fit dispositione, sed ex confluentibus ad ventrem ex toto corpore superfluitatibus, quod, quid nam indicare possit, in capite de alui fluxu abunde declarauimus. Hoc tantum in hoc loco notasse sufficiat, quod quò magis varium fuerit, atque multigenum, eò lōgiori ad coctionem indiget tempore periculumque affert multitudini æquale. De vrinis itaque deinceps dicamus, ad quas in febribus omnibus (quoniam venosi generis sunt passiones, nam & arterias in hoc genere comprehendimus) præcipue attendere oportet. circa quas ne decipiamur, Hippocrates cum in libro prognosticorum compleuisset omnem de vrinis quæ in acutis accidunt sermonem, postea in fine subiunxit: Non decipiaris autem, si vesica quopiam vitio affecta, aliquam ex his vrinam reddiderit. neque n. totius signum, sed ipsius per se ipsam. vt autem monet Galenus, vesicæ exemplo & renes, & vasa deferentia vrinam, & penem subaudire oportet. Supposito igitur vrinam nō ab his partibus, sed à solo venoso genere bonam, aut malam reddi, cuius proprium est excrementum (est enim vrina sanguinis excrementum siue serosior eius portio, aut colatura à renibus secreta & attracta) Dicebat Galenus ex vrinis illam optimam esse, quæ vrinæ sanorum est simillima. ita autem loquutus est Galenus, quia, non sicut alui naturale excrementum, & optimum, perfecteque concoctum sputum, vnicam in omnibus ferè præseferūt ideam, ita optima vrina in omni ætate, sexu, & temperatura eadem est,& ijsdem prædita cōditionibus. Qua de re non paruū inter eā q̄ naturalis est,

Marginalia: Gal. 1. de cris. cap. 5. — Coctionis & cruditatis signa ex sputaminib. desumpta. — Sputamen crudum. — Gal. 1. de constit. art. c. 15. — Sputum perfecte coctū. — Hip. 1 progn. Gal. in comm. et 1. de cris. 11 — Coctionis & cruditatis signa ab aluī excrementis desumpta. — Gal. 1. de cris. cap. 11. — Alui excremētū coctū. — Alui excrementum crudum. — Gal. 1. de cris. cap. — Coctionis & cruditatis signa ex vrinis desumpta. — De vrinis. — Gal. 1. & in 3. epid. com. 6. & 1. de nat. facul. cap. 15. Gal. 1. de cris. cap. 12. — Optima vrina quæ sit. Vrina naturalis quid ab optima distet.

est, & q̃ optima, intercedit discrimen. Naturalis n (cuiuscũq; sit vrina) illa vocari dẽt, q̃, ab eo qui sanus est, excernit, quacũq; vel ætatis, vel sexus, vel tẽperamẽti differẽtia prædictus sit, absolute aũt optima dicẽda est, quæ, vt monet Gal. in ijs, qui supremũ sanitatis obtinẽt gradũ, cõsiderãda est, tales autẽ sunt viri optima tẽperiẽ prædicti, & in ætate florente constituti, aliorũ autẽ nemini vrina talis obtigerit. Ne itaque in vrinis dijudicandis aliquo pacto erremus, tum optimæ absolutæ tum reliquarum omnium, quæ naturales, seu propriç cuiuscunque naturæ consentaneæ, notas & cõditiones tradere debemus, ab ea quæ absolutẽ optima est, & optimẽ cocta, exorsi, cum cæterarum omnium quasi lex, atque regula futura sit. Hanc igitur descripsit Galenus his verbis. Quæ quidem optimẽ est cocta, in ijs, qui supremum sanitatis obtinent gradum, consideranda est: talis.n. est subrufa, & subflaua, magisque subrufa, quàm subflaua: statim vero & hæc mediocrem crassitatem habet. nã quæ hac ipsa crassior est aut tenuior, coctionem imperfectam significat. siquidem altera nondum in humorem conuersa est, altera vero adhuc conturbata est, quare nec aquæ modo tenuis, nec vt iumẽtorũ crassa, neque turbida, sed clara debet esse. Quod autem quantitate pariter media, & hesterno, superiorumq; dierum potui respondens esse debeat, aut aliquantulum parcior, quòd potus aut liquidi cibi nonnihil in corpus absumatur, planum est. in ea vero, vt ait Galenus, hypostasis subsidet alba leuis, & æqualis, vtq; alij addunt, in acutũ fastigiata. sed potissimum læuis, & proinde in ipsa neque crassum quidquam subest, neque ampullæ, neque filamentum, neque eorum quicquam, quæ inter mala in sequenti de prognosticis putridarum tractatu referentur. Harum autem conditionum causam tradens Galenus de colore imprimis verba faciens dicebat Pallida vero iam & subrufa est. s.n. in aquam inieceris, vel rufi coloris parum, vel pallidi multum, simile tibi videbitur: hæc vero quantum ad colorem attinet concocta iam est. Optima autẽ omnium vrina subrufa, ac subflaua est, quod si quis dixerit eam subauream, aut citrinam esse etiam non errabit, quia citrinum colorem inter reliquos mediũ statuere fas est, hunc.n. moderatus temperatusq; calor efficit in homine temperato, & ætate florida. huius autẽ coloris causam reddens Galenus subdit. Veluti si etiam extra tale q̃d facere velles, sanguinis serum, ac bilem rufam aquæ permiscens, sermone vero nõ possum exprimere mistionis quantitatem, sed vel ab altero oportet addiscere de optima vrina, aut per se ipsum experientia percipere, qualis sit vrinæ secundum naturam se habentis forma, eam in sanis corporibus perquirendo. Nam cum adhuc coquitur sanguis, vrina, quæ mingitur, læuem, & æqualem, & albam subsidẽtiam, ac multam facit; iam vero perfecta coctione, color quidem vrinæ intenditur, minus autem subsidet. &, si longiori post hoc tempore hominem à cibo prohibueris, videbis ipsam fieri continuo magis rufam, quidquid.n. alimenti supra modum calefit, & præsertim si pingue fuerit, & dulce vertitur in amaram bilem. Quoniam vero & flauam, & rufam, & pallidam nominant huiusmodi bilem, melius est, hoc in loco illud rursus annotare, quod rufus color ad flauum proxime accedit: in hoc autem differunt, quod alter magis ad album, alter ad splendidum vergit. Nam & amara bilis aliquando rufa apparet, aliquãdo flaua, sæpius autem & pallida tibi videtur esse. Si quidem albior & turbulentior facta sit, rufa: si vero splendens sit, & purior, flaua. Nam quod veluti igneũ in bilẽ splendet, ipsam reddit flauiorem. Quantum vero flauo rufum est albius, tantum illo pallidum (vt enim superius quoq; dixerat pallida vrina iam & sub rufa est) quanto rursus minus album est flauum, quàm rufum, tantum flauo rubicundum: quia & sanguinis color nonnunquam flauior existit, nonnunquam rubicundior apparet: vnde & sanguinem ipsum aliquando flauum, aliquando rubrum dicunt. Nunquam vero sanguis maximẽ flauus eundem habet cum bile flauissima colorem: sed est quidem illa flauior, sanguis vero rubicundior: nam, qui apprime flauus est sanguis, medius est inter bilem & exquisitum sanguinem in ijs, qui secundum naturam se habent: quare si vterque humor in ipso coniungatur, nunquam fiet exquisitẽ flauus, sed seipso tamen magis flauus. Hæc igitur causa est, vt appellationes confundãtur. Quantum autem ad vsum refert, facillimũ inuenire est, q̃d vrinarum, quæ secundũ naturã se habent, terminus est, in optimẽ sanis corporibus primum exquisitẽ coctionis sanguinis tempus: & qui hanc fuerit contemplatus, deinde veluti regulam aliarum vrinarum sibi statuerit, quæ nam ipsam mutant dispositiones, facile inueniet. & ex hoc obiter colligimus vrinam à somno primam, & expleta cibi coctione excipiendam, & obseruandã esse porro vrinæ secundũ naturam se habentis substantiã, seu cõsistẽtiã, siue subsistẽtiã dicas declarans

Vrinæ, quæ optima cocta que absolutẽ est, conditiones.

Gal. loco cit.

Optima vrina, cur subrufa.

Gal. loco cit.

Rufus, flauus & pallidus color q̃d inter se differant.

Optima vrina cur substãtia mediocris.

declarans Galenus dicebat. quod oportet tantũ eam discedere sua crassitie ab aquosa, quantum colore siquidem bene concoqui debeat, vnde sicuti optimæ vrinæ color medius est, ita & substantia mediocris esse debet, & subinde mediocrem crassitiem vrina habere debet. nam hac crassior, vel tenuior, dicebat ipse, coctionem imperfectam significat quia altera nõdum in humorem conuersa est, altera vero scilicet crassior adhuc conturbata est. Natiuus siquidem calor, vt notat Fernelius alimentum humoresve concoquens, primum quidem & maxime substantiæ mediocritatem molitur, cui deinde pro partium natura colorem addit: proinde ex substantia magis, q̃ ex colore cõcoctio spectatur. & hac ratione dicebat Hippocrates quoad vrina rufa, tenuisque fuerit, crudum morbum significat. Mediocris vrinæ substãtia vegetum calorem, exquisitam concoctionem ventriculi iecoris atque venarum ostendit, & hac ratione in tribus illa medijs coloribus consistit, in subaureo, aureo, & croceo. crassa vrina nisi ex laxioribus patentioribusq; vijs vrinæ profluat, oppressi caloris, atq; cruditatis soboles est: non quod calor insitus intemperie, sed crudorum humorum exuperantia prægmatur, vti autem crassa nulli non colori permiscetur (vt n. in nigra, ita etiam in alba crassities interdum inest) ita tenuis sub ijs solum coloribus inueniri potest, qui ad rubrum procedunt vt albo, spiceo, aureo croceo, ad rubrum vsq;. nunquã enim cerulea, liuida, aut nigra tenuis apparuit. & nisi ex immodico potu, aut alia externarum causarum importunitate facta sit, aut renum & vreterum obstructionem sequitur, quæ cum liquore nihil crassi præterlabi sinit; aut imminutam coctionem, natiuique caloris penuriam ex intemperie sola citra humorũ vitium. At vero in optime cocta vrina hypostasis subsidet alba, læuis, & æqualis, quia cum vrina ex potulentorum liquidorumque fiat materia, & sanguis fibrarum copia crassus, limosus, ac lentus vnà cum ea veluti vehiculo permixtus per venas alioquin tenuissimas in corporis extrema deducatur: & quum vectionis munere perfuncta est, ab vniuerso venoso genere renum attractrice vi per emulgentes venas alliciatur (non tamen vniuersa, quia portio ipsius vna cum sanguine per corporis habitum distributa tum per cutis poros difflatur, tum interdum sudoribus exhauritur) necesse est vt nedum iecoris, sed adhuc magis venarum ipsarum, cum quibus diuturniorem habet commercium, potissimum maiorum, & ipsius corporis molis omnem affectionem, & omnẽ qualitatem cõtrahat, sibique asciscat. Quo fit vt si vel viscera, vel maiores venæ, vel caput, vel pulmones, aut alia corporis pars morbo teneatur, quia hæc affectionem humoribus in se cõtentis impartit, vrina profecto, quæ sanguinis, & humorum comes est, eiusdem quoque particeps fiat, & profusa affectionis notas referat. Hæc igitur omnia permeans dum concoctione, quæ in ventriculo, iecore, atq; venis fit, cibo, sanguini, humoribusq; omnibus in venis contentis permiscetur, tum coloris, tum substãtiæ suæ modum adipiscitur. nõ enim simplex existit, qualis olim potus fuerat, sed aliena perfusione crassior. quinetiam tantisper dum in nobis continebatur, innati caloris vim quandam conquisiuit, quam & Aristoteles recte notauit in ipsis quoque animantium excrementis manete. Quidquid igitur in emissa vrina crassioris inest substãtiæ mox secernitur, atque coit, ac plerunque subsidet, idque insiti caloris beneficio cuius est vis heterogenia crassioraq; à tenuioribus secernere. & hæc crassior vrinæ portio insiti caloris vi secreta, hypostasis est. quę vbiq; cũ vrina ortũ perfectionemq; nacta est. & potissimũ in maiorib. uenis, ut ob id pręsertim earũ affectionẽ hypostasis indicet. Vt aũt hypostasis, atq; urinæ substãtiæ liquidioris unus est ortus, ita & earũ substantiæ mire consentiunt inquit Fern. Multa quippe tenuissima, & prorsus aquea urina hypostasim nullã exhibet, simpliciter uero tenuis tenuẽ, ut in ijs quibus cruditas est, & infirma cibi cõcoctio: mediocris mediocrem, crassaque crassam. cum autem uasorum corpora sui natura alba sint, & in uniuersos contentos humores, & eorum uehiculum agant, quæ pars maiorẽ uasorum actionem coctionemq; suscipit, ea profecto cũ crassior, tum etiã albior euadit, cum aũt crassior portio ab ipso calore separetur, & in unũ cogatur, & subsideat, eo fit ut hypostasis alba fiat, dũmodo uenæ secũdũ naturã se habeant, & eius uis coctrix à re præter naturã nõ lædatur, ut in febribus & prauis humoribus in eis putrescentib. cõtingere solet, nã febris sicuti caloris innati, ita & ipsorũ uasorum p assio est. & quia caloris proprium est oia permeare & æquare, ideo necesse est, ut crassior hęc portio, dum à calore secernitur, & deorsum deponitur, & demũ cogitur, æqualis etiã euadat idest sui ubiq; similis, atq; etiam læuis & nihil asperum, nihil diuulsum habens. & hæc de urina quæ absolute optima est, & optime cocta satis sint. Si. n. de reliquis quæ naturales

Galenus loco citato.

Fernel. 3. patholog. cap. 14.

Crassæ vrinæ causæ, atque colores.

Tenuis vrinæ colores atque causæ.

Optima vrina cur hypostasim albã, læuem, & æqualem habeat.

Ferne. 3. pathol. c. 8. & 13.

Hypostasis quid.

Hypostasis cur alba.

Cur læuis & æqualis.

naturales

Mulieris vrina naturalis.

turales sunt sermo fiat. Mulieris, etiā si tēperatissima sit, & ætate florens, vrina non parū ab hac deficit. Substantia quippe aperte crassiuscula est, neque vt viri pura, & pellucida, sed aliquantū turbida, & multis innatantibus. huic n. plura q̄ viro superuacanea in vteri, vesicæq; sedes confluunt, quæ vrinis sæpe permiscentur. color ex albo liuescens non modo cruditatis, sed sexus præcipue index. Horū proportione hypostasis copiosior q̄ viris, crassior & albior. Senum vrina est alba, tenuis, hypostasi pauca, cruditatis, & imbecillę cōcoctionis nūcia, qđ in illis paucus & imbecillis fit calor. Puerorum vero & infantiū vrina albior quidem est sed crassior, & copiosiore sedimento, q̄ ætate florentium. licet n. in illis plurimus fit calor, attamen humoris copia obtūditur. Pueris vero ij, qui perfectā ætatē habent, sed otiosi sunt, aut aliter replentur, proportione respondent. & ob id scribebat Galenus, quod si vrina colorem exquisite seruauerit, subsidētiā vero albā, læuē, & æqualē, & multā fecerit, erit quidē signū coctionis exquisitum: plus aūt de humore, qui crudus noīatur, euacuari demōstrat. vnde & in pueris oīb. fere, & perfectā ætatē habentib. qui ociosam vitā degunt, aut quouis alio mō repleti sunt, satis multā habent vrinæ subsidentiā, quia in his oīb. plus est de incōfecto & crudo humore: his quidem pp desidē vitā. Illis vero pp satietatē: pueris vero & ob satietatem (voratiores n sunt) & ob id ēt, q vna ventriculi operatio non pōt duobus simul sufficere, augēdo. s. & alendo: anteq̄ ergo in ipso sufficienter alimētum coctum sit, ipsum ad se corpus trahit, & hinc sit, vt plurimū humoris coaceruet. Hæc quoq; cā est vt ijs, qui ex ocio, & repletione febricitant, si sanitati restitui debent, necessario plurimum subsideat: contra ijs, qui ex inedia & labore, rufæ quidem & biliosæ vrinæ sunt (soluitur n. morbus prius, q̄ aliquid subsideat, plerunq;) sufficit n. in his & nebula alba, & suspensio bona: talis autē est alba, & læuis, & æqualis nā & ex ipsis sanis, qui multum laborant, & pauciori cibo vescuntur, sunt vrinæ biliosiores. quare neq; simpliciter Hip. vituperauit vrinam rufam, sed qn simul cum rubedine babuerit subtilitatē. inquit n. donec rufa fuerit vrina ac tenuis morbū crudum significat. liquet aūt quod neq; aliquid subsidet huiusmodi vrinis: neq; n. contingit, vt q̄ tenuis sufficienter fuerit, vel si multo tpē quiera steterit, aliquā recipiat secretionē, adeo vt crassior pars, q̄ in ipsa pendebat, subsideat, tenuior vero superferatur: nā hoc solū aduenit ijs, q̄ aliquā crassitudinē habent. Horū aūt, q̄ præsertim de ætatibus dicta sunt, exēplo facile erit conijcere qualis esse debeat vniuscuiusq; temperamenti vrina, & quantum ab optima vnaquæq; distet. Qua de re cuiuspiā vrina proposita ex sexu, & tēperatura tum natiua tum adsititia, & ætate conijciendū, & æstimandū qualis nā esse debeat ea naturalis: vt si qn offeratur alia, recordatione illius planū fit ea ne præter naturā sit, & quantū à naturali absit. nec minus ex Gal. dictis admonemur, quod priusq̄ de morbo ex vrina decernere aggrediamur, præter sexū, ætatē, atq; tēperiē, æstimandū quod nā vitæ genus paulo ante præcesserit. Nā exercitiū vehemēs, vigiliæ, ira, inediæ, calidiorum esus, vt innatū calorē, ita & vrinas inflāmant, & eas bilis permixtione coloratiores reddunt cū paucis côtentis: vti etiā aer vel à regione, vel æstate, aut alia de causa exęstuans. contra vero ociū, somnus multus ac profundus, inertia, crapula, frigidorū ciborū esus albas crassasq; vrinas, & contenta multa & cruda proferunt. Sicuti & aer quacūq; de causa frigidior. Sine horum n. animaduersione parum firma futura sunt de vrinis iudicia. necquæ sanorū ab ijs q̄ ęgrotantium sunt, facile distingui possint. Ex his aūt quę de optimis, & secūdū naturā dispositis vrinis tradita sunt, minime arduū est conijcere omnes vrinas quę à naturali statu deflectunt, & pręsertim eas quę ab optime cocta cruditate aliqua vel minima, vel maiori, vel maxima, & absoluta recedunt. cum aūt eæ vel colorē, uel substantiā cōsistentiamve, uel ea quæ in urinis continentur, & ob id contenta uocātur, inspiciendo, potissimum cognoscantur. Si primū de colore ipso habeatur sermo, oēs colores qui à subrufo, uel subflauo, aut citrino per remissionē aut intensionē recedunt pter natura sunt, aut saltē non naturales, sed illi cruditatē solā, isti uero nedum cruditatē, uerū etiā perniciē nōnunq̄ ostendunt. Sciendum itaq; quod colorū causæ efficientes duæ sunt, uidelicet uiscerū corporisq; calor, & alieni humoris permixtio. nā labor, inedia, æstus, febris, & quæcunque corpus calefaciunt urinā pariter colorant, eoque magis quo uehemētiores fuerint. ita urina quæ diutius in corpore subsistit, & quæ longe à pastu meijtur prioribus coloratior existit. ita bilis irruens in uenas dū sero permiscetur illud flauo, aut citrino colore inficit, qđ etiā de alio quouis humore statuendum est. differt aūt color ex simplici intemperie profectus, ab eo quē humoris permistio tulit, quia ille uix unquā rubrū superat, consistitq; in substātia tenui aut mediocri, hic uero ad omne genus pertinet, urināq; aut

Senum vrina

Puerorum vrina.

Gal. 1. de cris. 12. in medio.

Ociosorum, & eorū qui aliter replentur vrina.

Notandum.

Suspensum bonum.

Vrinis tenuib9 nihil subsidet.

Tēperamentorum vrinæ

Quæ nam æstimāda sint priusq̄ morbus ex vrina iudicetur.

De vrinis pter naturam, quæ potissimum ab optime coctis cruditate deflectunt.

De cruditate vrinarum penes colorē

Colorū causæ.

Fernel. 3. path. cap. 13.

turbidam, aut crassam reddit. Cum aũt citrinũ, vt superius diximus, tẽperatus calor efficiat in homine tẽperato, & ætate florente, rufæq; bilis aliqualis portio sero permista. quicunque color citra colorem hunc mediũ subsistit imminuti caloris, & cruditatis est nuncius. Vrina alba, si simul tenuis, & perspicua, vereque aquea sit, nisi ex tenui copiosoque potu genita sit, aut summa renũ iecorisq; obstructio adsit, summã cruditatem seu coctionis imbecillitatem denunciat, ab extrema iecoris, & ventriculi intemperie frigida profectã; dummodo vitio renũ non statim transcurrat vt postea dicemus. Sæpe etiã per febres ardentes qnũ bilis in cerebrũ rapitur, talis apparet, & phrenitim, vt in eius tractatu annotauimus, prænunciat. Alba & crassa si pariter perspicua est vt cornu (glauca appellatur) pituitæ mucosæ dominium ostendit; si obscura, quæ lactea vocatur, crassæ, viscosæque pituitæ exuperãtiam. Hæ itaq; si diutius apparent, frigidos diuturnosque morbos portendũt. Sicuti aũt praua sufficienter est quæ tenuis, & alba sicut aqua (est n. vltimæ imbecillitatis iudiciũ) ita huic proxima est altera vrina, inqt Gal. quæ in multis apparet morbis, vt videatur mistã habere formã vini tenuis atque albi. eius aũt gñatio est ex ea quã nuper diximus alba & aquosa, vt quæ paucum ichorem ex bile rufa susceperit. nam & si exterius in aquam puram ochræ parum, vel ipsius etiam bilis inieceris, talis tibi aqua repræsentabitur. hæc igitur vrina proxima accedit ad crudam. Ab his spicea est, & subpallida, quæ minorem cruditatem ostẽdit, & calorem temperato finitimum. pallida vero iam & subrufa est inquit Gal. in huius autem cõfinio subflaua, & citrina ponẽda est quæ oium mediam sedem sortitur. Supra quã sunt rufa, & flaua, seu, vt alij dicũt, aurea, & crocea, quæ omnes sicuti etiam rubra, quæ has colore superat, calorem præter modum increuisse significant. atque si puræ hæ sunt, ac perspicuæ, simplicem intemperiem, sin crassæ ac turbidæ, humorum vitia, permistionesque referunt. Rubra si perspicua fuerit ardens flammeaq; dicitur, & iecoris exuperantem calorem, sæpe etiam ardentem febrem denunciat: sin crassa obscuraq; sit siue cum febre siue etiam citra febrem fiat, flauæ, aut vitellinæ, aut rubræ bilis seu ichoris sanguinei permistionem. talis fere apparet inclinantibus febrium accessionibus: aut maxime quum iecoris substantia viriata est à phlegmone, aut exquisito scirtho, vt in hydrope, aut quum vel illius, vel folliculi fellis ingens est obstructio ob quam bilis in venas confluit, & vrinas adeo inficit, vt si linteum immergas citrinũ colorem plane referat. & hæc præsentem, vel futuram ictericiam portendit. cruenta vero vrina cur fiat in sermone de vitijs renum declarauimus. Rubeæ vrinæ vineæ & passea vuę nigræ persimiles succedunt, quæ vel sanguinem, vel bilem præassari, & in atrã deuergere indicant. Viridis prasinæ bilis, aut æruginosæ copiam permistionemque; cerulea vero deinde etiam liuida, seu plumbea, nisi è plagis & verberibus sint, aut melancholiæ dominiũ & permistionem, aut natiui caloris extinctionem commonstrat. Omnium extrema est nigra, quæ si ex rubra, & viridi processit. Summum incendium & bilis atræ perfusionem: sin vero ex cerulea & liuida extremam caloris extinctionẽ demonstrat. Color n. viridis ait Gal. fit in trãsitu ad nigrũ, & est quoddã veluti principiũ nigri. nã si morbus malignus fuerit, & vomitib. & alui excremẽtis & vrinis viridib. postmodũ nigræ superueniũt. Color aũt liuidus est tñ frigiditatis effectus: sicuti odor grauis putrefactionis. est tñ qnũ vrinæ nigræ critice excernãt cũ in acutis, tum in diuturnis morbis & melancholicis, quod decretorio fit die, facili tolerãtia, & ægrotantis salute, quæ præsertim subsequitur, dũ pueri capitis dolore vexant. Si vero vrinæ substantiam consideremus, quæ alij consistentiã nonnulli subsistentiã vocant, de hac verba faciens Gal. dicebat quod optima vrina mediocrem statum habet substantiam seu crassitatẽ. quæ vero hac crassior est vel tenuior coctionẽ imperfectam significat, quia altera nondum in humorem conuersa est, altera uero adhuc conturbata est. Hoc aũt intelligere licet ex ijs, quæ tenues, ac puræ excernuntur, post hac vero uel remanent semper tenues, aut paulo post conturbantur, quoniã utræque coctione carent; eo aũt differunt, quod altera nondum concoqui cœpit: alteri uero quoniam flatuosi spiritus ipsi permisti sunt, perturbatio quędã, ueluti in nouis uinis adhuc feruescẽtibus, inest. Nã cũ triplex sit turbidarũ urinarũ differentia, quia uel cũ tales mictæ fuerint, paulo post residẽt, uel semper similes permanẽt, uel puræ quidẽ mingunt, postea uero cõturbantur: praua quidẽ ex dictis tertia est: mitis aũt, prima: media uero inter utrãque, secunda. Quæ n. statim residet, parum aliquid inæqualis turbulẽtiæ superesse demonstrat: quæ vero semper manet similis, vigere adhuc, quæ est in sanguine agitationem ostendit. Quæ vero extra conturbatur debet incipere concoqui: quare optimo iure ea peßima est. nam & longiori tẽpore, & virtute forti indiget ad coctionem, sed quæ turbu-

Gal. 2. de cris. cap. 12.

Gal. loco citato

Fernel. loco citato.

Fernelius loco citato.

Gal. loco citato.

Vrinæ quæ colorem medium habent.

Vrina alba tenuisque.

Vrina alba & crassa.

Vrina vini tenuis & albi mistam habens formã.

Subpallida spiceaque.

Rufa, flaua, & rubra.

Vrina cruenta.

Vinea, seu passea vrina.

Viridis.

Cerulea, & Liuida.

Nigra.

De cruditate vrinarum penes substantiam.

Triplex turbidarum vrinarum differentia

turbulenta mingatur, statimque subsidentiam bonam habet, morbum non ita multo post concoquendum significat, & idcirco mitior. media vero est secũda, cum n. vigẽte fiat conturbatione, quantũ malitia differt ab ea, quæ adhuc futuram perturbationẽ significat, tantũ superat eã, quæ iam quiescentem obtinet. Quæ oĩa de turbidis vrinis dicta clarius his verbis confirmauit. Quod si turbida, inquit, sit, qualis bouum visitur, crudis humoribus referras venas indicat, non tamen cessare naturam, sed eos valẽtet cõcoquere. si vero celeris separatio crassi à liquido in ea cernitur, sitq; quod subsidit, album, leue, & æquale, iã iã superaturam eos oẽs naturam indicat. Sin, cũ emingitur, pura sit, protinus vero turbetur, iam crudi succi coctionẽ aggredi naturam docet. At, si interposito tpe turbetur, nõ protinus, sed post aggressurã insinuat. Generalis n. turbidarum nota est ipsius crassi à liquidiore separatio aut propere, aut tarde facta, aut oĩo nulla. Si n. protinus fiat, & quod subsidit sit albũ leue, & æquale, superiorem lõge naturam succis, quos concoquit, ostẽdit. Sin bonum sit quod subsidit, sed post lõgius tps colligatur, naturã tẽporis spatio superaturam succos nunciat. Si vero vel oĩo nulla separatio, vel subsidens malũ sit, imbecillitas naturæ significatur, egetq; ope aliqua ad succos percoquẽdos. exqsite aũt aquosa has oẽs malitia vincit, neq; n. cõcoqui incipit, qualis turbulẽta, neq; in spe, vt coqui debeat, sicuti q̃ paulo post perturbaẽ, sed veluti desperatæ coctionis accidẽs: q̃ talis est, venosi generis passio existit, qualis est in ventriculo extrema cruditas. Cũ vero statim transcurrit, diabetẽ vocãt, seu vrinæ profluuiũ inter oẽs vrinas crudas pessima est. Aquosa n. quãtũ ad cruditatẽ attinet ei similis est sed quia nullũ aliud malũ cõmõstrat, minus perniciosa. Transcurrẽs vero nõ mõ virtutis alteratricis, vt alba & tenuis, sed ẽt retẽtricis imbecillitatẽ sũmã significat, quare in vrinæ profluuio duplex est vitium. Quæ aũt adhuc tenuis existẽs aut subrusa, aut subflaua est: clarũ est, quod qua quidẽ tenuis, cruda existit, qua vero talẽ habet colorẽ, iã coquit: est aũt media inter eas q̃ sunt exquisite crudæ, & coctæ, sicuti & quibus quædã alba sunt & læuia, quæ supra efferũtur, diuulsa vero, & minime continua. Quod aũt crassior vrina oppressi caloris, & cruditatis soboles sit supi⁹ diximus. Ad crassam aũt pertinẽt pinguis & oleaginea, nõ ea quidẽ cui pinguedo telis araneorũ similis innatat, sed ea cuius substãtia lentore, & crassitie oleũ adipẽve liquefactũ repræsentat, & cõmota grauis lentaq;, vt oleum appaeet, vnde ait Gal. quod si veluti oleũ mingaẽ, colliquationis est signũ. ita vel pthisi, vel hectica febre, vel causo, vel hydrope corpus liquescere demõstrat. Demũ si cõtẽta ipsa vrinarũ spectemus. Scribebat Gal. q̃d sicuti bene coloratæ q̃ subsidẽtias albas, & maxime leues, & æquales habẽt, oẽs vrinas bonitate præcellũt. ita secũdũ bonitatis obtinẽt locũ, in quib. suspẽsa talia sunt: tertiũ in quibus nebulæ similes fuerint. hæc n. coctionis signa sunt. reliqua vero oĩa partim cruditatẽ, partim perniciem ostendũt. nã q̃ alba est, & q̃ tenuis, & q̃ turbulenta cruditatẽ indicat, q̃ aũt bene colorata est sed tenuis & cõtentis destituta, qua quidẽ tenuis cruda est, qua talẽ hẽt colorẽ iam coquit, & vt superius diximus, media est inter exquisite crudas & coctas: sicuti etiã quib. q̃dã alba sunt & læuia, quæ supra efferunẽ, diuulsa vero & minime continua. Hoc vero & in subsidẽtibus cõtẽplari oporter si non mõ alba sint & læuia, sed si oĩo æqualia, & quia in nulla parte diuulsa sint, & quia oĩ tpe talia sint: nã, si alternatim mingaẽ pura in subsidẽtibus, semidoctũ esse morbũ ostendit. sed & de subrubẽtib. vrinis, & statim habẽtib. subsidẽtiã subrubẽtẽ ac læuẽ, recte dixit Hip. q̃d sunt q̃dẽ satis salutares, sed diuturniores ijs, quas paulo ante semicoctas noĩaui. Sãguinis n. serosa superfluitas istas intingit. oportet aũt non mõ hãc, sed etiã aliquid rufæ bilis admisceri. Si vero calor naturalis adeo est imbecillis, vt neq; rufam generet bilẽ, neq; sanguinẽ exquisitæ coctum, sed adhuc serosum, atq; humidũ: quod ad sui coctionẽ tpe egeat, est manifestũ: q̃d uero hæc dispositio sine periculo sit, materiæ natura cõmostrat, q̃ neq; tenuis, aut aquæ similis est, neq; integre crassa, sed neque acris quidẽ, aut putrida, sed urilis existit, & prope naturã sanguinis. Quod autem multa subsidẽtia, & magis copiosa, & crassa quã par sit cruda sit, aut plus de humore q̃ crudus est euacuari demonstret, superius, puerorum, ociosorum, & eorumq; plurimũ comedũt, exẽplo declarauimus. Nõ tñ, inquit Gal. si ẽt mediocriter urina crassa fuerit, & breue quicquã, q̃d subsideat, habuerit, iã cocta erit. Si n. uel farina hordei crassiori, uel squãmis, uel furfurib. similes subsidẽtias habuerit, uel nigras, uel uirides, uel liuidas, uel fœtidas, pter id q̃d q̃cunq; tales sunt; cruditatẽ habẽt, ẽt aliquæ sunt perniciosæ. Nã farinæ hordeaceæ crassiori similes, duarũ sunt dispositionũ indicia, grãdis. s. colliquationis, & caliditatis æstuosæ, q̃ sanguinẽ adurit. At q̃ squãmas repræsentant, sunt vasorũ partes superficiales, quæ s. oĩo resoluũtur, ac colliquant. ita & furfureæ: præter

Gal. 4. de tuen. sanit. cap. 4.

Aquosa exquisite.

Statim trãscurrens.

Tenuis sed subrusa aut subflaua quæ semicocta ẽ.

Crassior vrina.

Pinguis, & oleacea.

De vrinarũ cruditate q̃ desumitur ex cõtentis.

Gal. 1. de cris. cap. 12.

Vrina subrubẽs subsidentiam subrubentem & leuem statim habens.

Gal. loco citato.

Subsidentiæ crudæ, & simul prauæ.

Farinæ hordei similes.

Squammis similes & furfureæ.

q̃ quod, quantum hæ crassiores ac minores sunt, tantũ squãmis similes latiores ac tenuiores his sunt. Nigræ vero subsidentiæ vel excedentem caliditatẽ & igneam ostendunt, vel ex frigiditate vehementi extinctionem. Sic n. & extrinsecus nostri corporis partes nigro afficì colore videmus, partim ſ.ex nimio calore, vt qui se soli æstiuo expo suerunt: partim ex vehementi frigore, & veluti mortuas, vt in senibus, & alijs omnib. supra modum refrigeratis. ipsarum itaque vrinarum color niger, & etiam earum quæ in ipsis attolluntur, aut supra vehũtur, nebulis, ad easdem causas refertur. Pessima igitur est omnis vrina denigrata, vt neminem cum ea seruatum viderim; minus perniciosa est si solum id quod subsidet nigrũ fuerit; adhuc minus, si solum id, quod in medio iacet: ac multo minus etiam, si nebula. dicebat autem admirabilis Hippoc. quod sicut in viris, & mulierib. nigræ vrinæ pessimæ sunt; ita in pueris aquæ similes: in his n. magis consuetæ crassiores, in perfectis vero magis rufæ. quod vero maxime cõtrarium est consuetis pernitiosum. Sed de his quæ ad prognosticum attinent, in sequẽti discursu vberius agemus. hoc in præsentia annotare cum Galeno sufficiat, quod, ei, quod secundũ naturam est, maxime contrariũ existit, quod crudum est; magnamque ostendit patientium membrorum imbecillitatem. Quod si etiã vitiosæ causæ aliquod signum habuerit, vti nigrum perniciosissimum hoc est. ita etiam in vrinis se res habet. Nam quę sanorum vrinis simillimæ sunt, venosum instrumentorum genus satis robustum esse demonstrant; quæ vero crudiores sunt, eiusdem imbecillitatem significant. Quæ vero maxime sunt sanorum vrinis contrariæ hæ quidem oĩo sunt crudæ, & maximam indicant vniuersi venosi generis imbecillitatem. quæcũque vero etiam superantis causæ prauitatem ostendunt, veluti nigræ, hæ sunt extreme exitiales. Sed cum vniuersa coctionis & cruditatis signa declarata iam sint, tempus est vt declaremus vna cũ Gal. quo ex ijs, quæ inter mox apparentia primum, atq; præcipuum locum tenet, vniuersalia morbi tempora cognoscantur. ex ijs siquidem circumscriptum morbi principium licet exquisite cognoscere. ex hoc autem futurum statum coiectura artificiosa, quæ prope ad veritatem accedit, assequi valemus. Sicut igitur non habetur exquisita principij cognitio anteq̃ incipiat ascensus: ita neque ascensus anteq̃ status inuadat, exercitãdum itaq; est hoc in loco vt inuadẽtẽ statũ cognoscamus, deinde vt præcognoscamus. Quod vero Hipp. vocet principium totum illud tps morbi, in quo oĩo crudus est iã liquet. Cũ n. dixisset qđ cocta pharmaco purgare oportet, addit, nõ cruda, neque in principio, ac si principium existat, qñ crudus, incoctusq; morbus est. huius aũt cruditatis præter alia semper signũ est vrina tenuis, & q̃ nullam habet subsidentiam. totũ igitur illud tps in quo vrina hęc apparet morbi principiũ est. Quod q̃dẽ sicuti in diuturnis morbis lõgũ esse consueuit: ita in peracutis extreme angustũ est. Sin statim in prima die in vrinis appareat aliquod signũ coctionis, iã hic principiũ trãsgressum est. nam extreme breue vtrũq; tũ principiũ, tum augmẽtũ sępius fieri cõtingit, adeo vt in primo die morb. ad statũ perueniat. Quo igitur in primo die febris in statu cõsistere cognoscetur? Nõ aliter sane, q̃ si statim habuerit coctionis signa. tale n accidit circa humorũ crudorũ coctionẽ, quale etiã partib. q̃ inflãmationẽ patiũtur, aduenit. & ideo de his ait Hipp. circa puris generationẽ dolores, ac febres cõtingũt, magis quã ubi iã est generatũ. ut igitur iã suppurata inflãmatione febrẽ in statu consistere nõ cõtingit, aut dolorẽ obuiare, eodẽ mõ neq; si quicquã in urinis subsidat exquisite bonu. Nebula quidẽ sola aut quibusdã bonis suspẽsionibus factis status tps nõdũ adest: ac multo minus cũ hęc ipsa defuerint, pręterq̃ si biliosus ualde morbus extiterit. Cũ aũt coctio triplex esse possit uidelicet debilis, manifesta, & perfecta. coctio perfecta est qã in urinis subsederit aliquid albũ & lęue, & ęquale, & continuũ. Vnde si aut pus, aut crudus humor subsideat, facile ex his notis à bona & laudabili subsidentia distinguuntur, quia in pure pręter id quod signa ulceris in renibus aut hepate aut alijs partibus per urinã expurgari solitis signasse prębet, urina graueolet: in crudo aũt humore id quod subsidet inęquale est, & non sibi coherens, sed in paruas ueluti arenulas diuisum, & oĩo nõ lęue est. & statim post urinę excretionẽ ad fundũ uasis multa copia secedit: & urinę pars cõtinens seu liquor male colorata est. in bona aũt subsidẽtia, primũ supernæ apparet nubes, deinde subdescẽdẽs efficit suspẽsum: in fine uero subsidet in uasis fundo. Debilis aũt coctio est, qñ ex aquosa mediocriter subpallida facta fuerit: & quidẽ si turbulẽta apparuerit & talis permanserit, hęc quoq; occultę & debilis coctionis est signũ: & rufa etiam ac tenuis ex eodem genere est. Sed nihil horũ iam principiũ esse finitũ ostendit: hoc. n. manifestius iudicium semper expetit, uel solam nebulam albã, aut suspensionem æqualẽ, cõtinuam, atque albam. & quidem rubeus nebula, & subsidentia

Margin notes (left): Gal. 3. de cris. cap. 7. — cap. 9. — cap. 14. — cap. 17.

Margin notes (right): Morbi tempora quo ex signis coctionis & cruditatis, seu mox apparentibus cognoscatur. — Totius morbi principiũ quod quam sit. — Quo reliqua tempora vna cũ principio ex vrinis dignoscantur. — Coctio triplex. — Coctio perfecta quæ. — Coctio debilis quæ sit. — Principij signa ex vrinis — Coctio manifestã quæ. — Augmenti signa.

deutia

dētia talis, & fine subsidētia bene colorata urina, & crassitudine mediocris, principij finem manifestat. Sicuti autem ascensus manifestum & firmum est signum coctio manifestā, ita ipsius status coctio iam perfecta de qua toties diximus. quare vltimæ parti ascensus tum manifestū terminū præfinire licebit, quū status indicia conspicua erūt. & ideo de hoc Hip. loquitur, dū ait in principiis omnia debiliora, in statu vero fortiora. & vbi morbus peracutus est, statim extremos labores habet. Sed quo cognoscimus quod nūc fortissima sit ægritudo, & maximas habeat accessiones? Si. n. per crisim debeat terminari principiū crisis vltimum ascensus terminum esse statuendū est. Si vero paulatim non aūt ex toto debeat trāsmutari, ad eas quæ fiunt in periodis, accessiones est attēdendū. Si enim citius, & longiori tēpore, & magis, morbus ad statum ascendit, & augetur, si ad cōtrariū mutatio sequitur declinat. cōtingit aūt aliqñ duas accessiones vbi maxime factæ fuerint, inuicem æquales status tēpus circūscribere: nōnūquam vero vnā omnib. alijs præcedentibus, & subsequentibus esse maiorē. ad tres aūt extēdi status tēpus in acutis nō admodū accidit. in diuturnis nō modo ad tres, sed longe plures. In laterū vero pulmonumq; passionibus eā quæ proprie sputamina vocantur vrinarum subsidentijs assimilantur. nihil vero ōio expuere sed tussim tātummodo siccā habere tale quidā est, quale in vrinis extreme crudū, quod aquosum noīamus. Quod si ad expuere, sed liquida & omnino cruda fiat trasmutatio, debilis & occulta est talis permutatio & principiū nōdū finitū est. Qñ cœperit expuere pauca cocta morbus integre ad augmentū cōuertetur, reliquo vero omni tēpore ab hinc vsq; ad statū, semper eo plura, ac meliora, atque facilius expuente. cū vero exquisite cocta fuerint, & multa, & sine difficultate educta, status est tēpus. cū vero exquisite cocta & sine molestia educta, & eorū multitudo minuta fuerit, dolorq; non amplius affuerit status cessat, & subsequitur declinatio. In morituris autem initium similiter, vt in his qui seruantur, in morbi generatione constituitur. Ascensus vero nō in concoquendo: sed in cruditatis lethalibusq; signis cōsistit. queadmodū si vrina aquosa fit, & cruda & in ea nebulæ quædam, vel aliquid nigri suspendet, vel subsidet, & maximè si tota sit turbida lethalis est. quemadmodum si quædam parti farinæ crassiori similia, vel lammis in ea apparent, ita si fœditatem odoris habet, & pinguedinem oleaceam mortem ininātur. idem dicendum de sputo vel nigro, vel vehementer fuluo, vel spumāte, vel vehemētet fœtido, vel omnino non apparente ingenti dolore, vel spirādi difficultate occupante. vt aūt in his, q̄ salui fiūt, maxime accessiones statū definiūt, ita hic maxime accessiones nō æque possunt determinari, cū morbus oīo nō cōcoquati. Verū intellectu id qđ maximū est capere oportet, id quod alias morb. peruenit, alias præueniēs occidit. in inflāmatione, q̄ soluit, puris gñatio vigoris terminus est. in ea q̄ nō dēt solui fieri pōt vt in ascensu homo moriatur; fieri etiam potest, vt vires validissimæ existentes, ad extremam vsque magnitudinē perdurent. immensa vero magnitudo, dū nō soluitur, vel in gangrænam, vel in putredinem terminatur. Quousque vero horū nihil assit, augeri ipsa pōt. ita aliorū morborū incrementa censeantur. Si vero de ijs temporū motborū indicijs loquamur, quæ non naturalia sunt, aut ēt secūdum naturam. de non naturalibus Gal. sic loquitur. A tēporibus aūt anni vniuersalia morbi tpa hoc modo cognoscuntur. Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues sunt: autumnales vero longæ, & præsertim quæ ad hyemem attingūt. Sic & oīs morbus alius æstate quidem breuiorem, hyeme vero diuturniorem habet motū. & principium sic æstate breuius, hyeme vero longius habebit: similem quoq; seruabit in alijs temporibus proportionē. Nam autumno & vere medio modo se habent, autumno tamen longiora habent tempora q̄ vere. & quod de temporibus anni dictum est idem quoque de regionibus, cœliq;, aut præsentis ambientis aeris statu asserere debemus, nam hæc dum calida fuerint, singulis morbis celeritatem addūt, si frigida tarditatem. Sicuti autem in anni temporibus ita & in temperaturis ætatibusq; res se habet. Quæ. n. tempus æstiuum, eadem & ægri temperatura si fuerit natura ualidior & siccior: & ætas si in suo uigore constiteritunā indicabunt. Liquet aūt quod & industria vitæ, & assuetudo eodem modo se habent. Verum q̄m tempestiui auxiliorum usus gratia, non solum totius morbi, uerum etiam circuituū tpa distinguere proposuimus; idcirco, si de signis, quorū meriro particulārium accessionū horæ seu tempora cognoscuntur, sermo fiat: Hæc uel ipsarum primā inuasionē, seu primū insultum indicant, quem potissimum pro cibo recte propinando futurum potius precognoscere debemus. (Cum. n. indiuisibilis sit præsentem cognoscere est impossibile) vel reliqua tpa nobis oñdunt. Quę primum iudicāt insultū illa eadē sunt, quę uniuersalia morbi tpa una cū Hipp. significare posse docuimus, dū ipse dicebat

Status signa & declinationis. — Status signa & declinationis. — Signa temporū ex sputis. — Signa temporū in his qui pereunt. — Signa temporum morborum quæ nō naturalia, & secūdum naturam sunt. — De signis tēporum particularium accessionum. Insultus quo præcognoscatur.

Cap. 19. Cap. 10. Cap. 18. — Cap. 18. — Gal. lib. de tot. morb. tē. c. 6. — Gal. 1. de cris. cap. 4. — Gal 1. de cris. c. 17. & 1. aph. com. 12. Hip. & Gal. — Gal. li. de mor. tempo. c. 8. — Hip. 1. aphor. sen. 12.

dicebat quod accessiones indicabũt tũ morbi, tũ anni tpa, tũ successiua circuituũ incrementa. Hæc itaque possunt, vel accessionis insultusq; diem, vel diei partem, vel horam significare. Diem quidem quoniam biliosa febris singulis tribus, melancholica, singulis quatuor diebus, pituitosa quotidiè insultũ accessionis habebit. dũmodo circuitibus non careant, quales sunt febres synochæ, Morbo aũt laterali, atque phreniti-di, ait Galenus, magna ex parte per tertium diem accessiones fiunt, quia magna ex parte ex bilioso sanguine procreantur. quod si phrenitis ab atra fiat bile, tunc, vt ait Galenus, non simpliciter phrenitis existit, sed mali moris, suppurationibus vero, subdit Galenus, quæ ventri eueniunt, aut hepati, & tabi quotidiè & magis ad noctem: qui vero ex liene laborant & omnino melancholicis per quartũ. iecoris. n. & ventriculi morbi magna ex parte pituirosi sunt, quia vt plurimum eorum calore labefactato proueniunt. ideo iecoris inflãmattiones facile in scirrhos vertuntur tenuioribus. s. partibus sanguinis resolutis morbi tamen ex pura pituita, & exquisita œdemata in hepate non fiunt, vt notat Galenus, tum quia eius substantia compacta puram pituitam vix admittit, tum quia pituita à iecore vlteriorem coctionem accipiens, ad sanguinis naturam accedit. Anni quoq; tempora eundem diem indicare valent, quia, vt subdit Galenus accessiones per tertium quidem maxima ex parte æstate fiunt, per quartum vero Autumno, singulis vero diebus, aut noctibus hyeme. æstate. n. morbi ex flaua bile potissimum, Autumno ex atra, hyeme ex pituita, his. n. temporibus tales humores dominantur. de vere autem mentionem non egit Galenus, quia morbi ipsius proprij sanguinei cum sint, vel nullas habent accessiones, vel si habent, eã naturã illius humoris sequuntur, in quem sanguis putrescens transmutatur. Ab ijsdem quoque diei pars indicari potest, nam morbi pituitosi inuasionem in noctè potius, sanguinei matutino tempore (si tamen sanguis aliquam subit accessionem aut exacerbationem) biliosi circa meridiem, melancholici vespere futuram indicabunt, & hoc, quia, vt docuit Galenus, nox hyemi, matutinum tempus veri, meridie æstati, vesper Autumno proportione respondet. hyeme vero pituita vere sanguis, æstate bilis flaua, Autumno atra dominari, & ex sibi ipsis morbos producere consueuerant. Quo fit vt etiam anni tẽpora eodẽ prorsus modo futuras inuasiones quo ad diei partem comostrare aliquo pacto possint. non. n. ad veritatẽ horum merito prorsus accedimus, sed aliquã solummodo coniectutam sumimus. & quod de tẽporibus diximus, idem vnà cũ Galeno de regionibus, ętatibus, temperaturis, vitæ institutis, q̃ tpibus, proportione respondẽt, intelligendũ est. Inuasionis tandẽ horam ex ipsis præuidemus, q̃a sicuti acuti morbi accessionis horam anticipare consueuerunt, vel saltem eandem inuasionis horam non seruare, ita diuturni, vt ex Hipp. colligimus, insultus in eadẽ hora habere solent. Hæc tamen potissimũ ex circuituũ ipsorũ incrementis p̃uideri põt. Quæ. cũ duplicia sint, nã accessiones anticipãt, vel postponunt, longiores, & vehementiores fiunt eadẽ seruata ꝓportione, uel non, sed magis paritatẽ seruant. si seruetur ꝓportio ita vt tertia accessio tantum anticipet, vel postponat secundã aut longior, vehementiorve fiat, quantum secunda primã anticipauit, aut postposuit, vel ea longior vehementiorve fuit, & sic de quarta, & alijs, quanto tpe febris principiũ perdurabit, tãto accrescendi ꝓportio ꝑdurabit, & idem in augmẽto, & declinatione erit enunciandũ. Si. n. secunda accessio primã p horam anticipet, & fiat duplo maior, & vehementior tertia & ipsa secundã per vnã prorsus horã anticipabit, & si febris augeatur duplo maior & vehementior fiet. si secunda primã p duas horas anticipabit, tertia p duas horas secundam similiter anticipabit, & idẽ de quarta, quinta, & alijs subsequentibus accessionibus, & ipsarum postpositionibus erit dicendum, hoc tñ animaduertendũ quod in principio febris accrementi proportio solũ quo ad anticipationẽ seruatur, in augmento vero & declinatione tum quo ad hanc, tum quo ad longitudinẽ & vehementia seruari põt, sed in augmento horæ anticipatio, in declinatione postpositio fieri cõsueuit. secundę aũt principij accessionis horã nõ est in promptu p̃cognoscere, sicuti neq; primę augmenti accessionis, neq; primę ipsius vigoris, seu status febris, in quo eãdem horã deinde accessiones seruare cõsueuerũt, possumus tñ & in his tẽporibus aliquã horæ cõiecturam ex morbi, seu febris natura deprehendere, quia si viderimus morbũ acutũ, & celerẽ motu habere futurã in augmenti principio accessionẽ multo ante tp̃s primę inuasuram iudicabimus, si diuturnũ, non multũ anticipaturã p̃cognoscemus, & sic de statu & principio & declinatione statuendũ est, dũmodo horũ tẽporum natura, atq; ꝓportio rectè perpendatur. Quod si accessiones magis paritatẽ seruẽt facilius adhuc hora accessionis insultus p̃cognoscitur. nã in singulis febris tẽporib. eadẽ hora inuadũt

accessiones

Gale. 1. aphor. com. 12.

Gal. 2. in 3. epidem. 5.

Gal. 1. aph. 12.

Gal. 4. de præsag. ex puls. c. 4.

Gal. 1. aph. 12.

Gal. 1. in 6. epidem. com. 15.

Gal. 1. aph. 12.

Hip. 4. aph. 30.

Insultus dies quõ p̃cognoscatur.

In qua diei pte insultus futurus sit.

Inuasionis hora quomodo p̃cognoscatur.

accessiones.nã si in principio prima accessio.v.g.hora 12.inuadit eadẽ hora 2.3.& reliquæ ad principiũ attinẽtes inuadẽt,& ita in reliqs tẽporib.cõtinget.si.n.prima augmẽti accessio vltimã principij p horã anticipet, & v.g.duodecima hora inuadat, reliquæ augmenti eadem undecima hora initiũ exhibebunt. Vnde nulla prorsus nisi de secunda principij,& prima augmenti,& etiam status dubitatio erit. Quæ tamen & ipsæ quoquo pacto præcognosci poterunt,si ad coctionis signa aut manifestæ,aut perfectæ respexerimus. Signa uerò quæ reliqua accessionũ tempora principium uidelicet, inæqualitatem,augmentum,statum,& declinationem nobis aperiunt, uel ex ipsorum natura de qua in superiori de differentijs capite abundè egimus,vel ex ipso calore,vel pulsu,vel vrinis desumuntur. Ipsorum autem naturam non est vt frustra repetamus, cum enim accessionum principium illud sit,in quo calor & cum eo sanguis ima petit & concentratur propter causas superiori capite propositas rigor horror,aut frigus extremarum partium,vel externæ superficiei subsequitur,& quia vitiosi succi,inquit Galen. in ventriculum confluunt,quia vti suo loco declarauimus, ad vicinas hypochondriorum partes primum expelluntur, vellicatio grauitas,aut compressio stomachi vnà incedit. & sæpe nausea,& paulò post vomitus subsequitur. Ita propter caloris & sanguinis in viscera confluxum compressiones,& obstructiones fiunt, & distentiones arteriarum præcipuarum,ob quas pulsus inequales fiunt,vt etiam languidi ob stomachũ & facultatem affectam. ita fiunt & parui ob imbecillitatem facultatis & ob frigiditatem,& tardi etiam ex ingenti frigiditate. Quod si febres incompressas,vt vocant,inuasiones faciant hoc perpetuum est,& præ cæteris propriũ cuiuscunque inuasionis putridæ febris,vt arteriç contractio distentione celerior efficiatur.Perpetuum enim hoc est, & constans initij accessionis signum. in cæteris enim omnibus si frigescat totum corpus siue os ventriculi,siue deferatur sanguis in profundum ex mœrore, vel metu, aut alia de causa similis tarditas est in contractione,& distentione, & in vtraq; quiete coniuncta raritas est. In solis verò inuasionibus febrilibus vt distentio tardior fiat priore, certè contractio celeritatem nanciscitur.ad hæc restringit externas quietes vt hic pulsus crebrior euadat: at non in interna,sed vel perinde vt in priore,vel paulò rarior id temporis videtur. Proinde,cum nihil pulsus variet nisi in contractionis celeritate id habe initij accessionis indicium perpetuum; simulque fit hic pulsus in externa quiete crebrior,natura incumbente ad excrementum fumosum propulsandum. In declinationibus verò ait Gal.celeritas contractionis dissoluitur,præsertim cum ad integritatem aut propè eam peruenerint.Initio accessionum generatur,cum aliqua ratione humores incendantur: ac per incrementum augetur. vbi propè iam attigerint vigorem,succensis humoribus feruescentibusque,ingens incrementum suscipit distẽtionis celeritas: contractionis permanet par celeritas; vbi iam vigeat planè febris, in illa accessione ad summam celeritatem distentio peruenit. & diminuitur celeritas contractionis, non tamen adeò imminuta euadit,ut à distentionis celeritate superetur. Quia proprium & inseparabile signum putridarum est contractionis celeritas vt in principio huius capitis cum Galeno declarauimus. Dum enim in febribus aceruus materiæ humidæ initio accessionis ad cor peruenerit,primum mortis periculum est: quod periculum maxima mutatio pulsuum in raritatem tarditatem,paruitatẽque prænuntiat. Nam si his insignis remissio successerit,extemplo peribunt.sin autẽ absit remissio,contendit natura hanc superare, atque arteriarum motum maiorem celeriorem,& crebriorem excitat,vt uterque motus celerior quidem fiat,sed clarius cõtractionis increscatque hic breui manifeste,dum augescat accessio. Tandem ubi materiam superauerit calor quasi flamma incenditur.& hic est uigor accessionum,vbi fuliginosum excrementum expiratione,& arteriarum contractione natura expellit.cinericium verò,quia crassum per insignes quosdam meatus educit: hoc in partibus inflãmatis pus est: in ipsis vasis, sedimentum vrinæ. Purum itaque calorem motus distentionis declarat,eum qui est veluti fumosus,contractionis. Si quis autem pulsus contractionem sentire se neget,aut quia pulsus robore contentioneque careat, sentiri nõ possit,ad signa,quæ ab ipso corporis febricitãtis calore sumuntur, confugere debet; quæ adeo facilia sunt,vt nos ea sæpius in praxi tum assidentes, tum ipsas mulierculas edocere consueuerimus, ne congruam cibandi occasionem præterire vllo pacto possint. Hæc autem tum ab Hipp.tum à Gal.pulcherrime fuere conscripta. Ab Hippoc. quidem dum habet, quod sicuti refrigerati pedes magna ex parte iam affuturam febris accessionem significant,ita cum febris quieuerit, tum è contrario pedes reliquo corpore

De signis tẽporum accessionum.

Symptomata principiũ comitantia.

Accessionũ tempora quo ex pulsu cognoscantur.

Cur febricitantiũ hypostasis alba sit contra vern.

Accessionũ tpa quo pacto ex calore ipso facillime depreheńdantur.

Gal.3 de præs. ex puls.c.7.

Hipp.4.de rat vic.in acut.tex 32.

corpore fiunt calidiores: aucta enim febris pedes ipsos refrigerat: atque ex thorace incensa, flammam in caput mittit. Igitur vniuerso calore confertim superiores partes petente, & in caput exhalante, non sine causa pedes refrigerantur: quippe qui suapte natura vt carnis expertes sunt, ita neruis abundant, & multum à calidissimis locis absunt. itaque collecto in pectore calore, ipsi refrigerantur. Rursus verò cum febris soluitur, & in minutas partes redigitur, calor ad pedes proportione descendit: quo tẽpore caput & pectus refrigerantur, ac tunc cibus dandus. à Galeno verò dum ita scriptum reliquit. Accessionis autem principium fit calore omni ex toto corpore ad cor thoracemque confluente. Incrementum verò, cum paulatim ad extremas corporis partes se expandit: status, cum æquè per totum corpus fusus est: declinatio contra fit, quàm principium, cum. s. calor perspirarit, & medium corporis reliquerit. quod Hip. vno verbo declarauit hoc modo: cum calor ad pedes vsque descenderit. neque enim idem est, calidos ex frigidis pedes reddi: & ad eos calorem descendere: siquidem descendere, significat caloris ex vna parte in aliam mutationem: at calefieri pedes etiam potest cõtingere, cum calor adhuc medias corporis partes obsideat, quod in statu vsu venit. quare in declinatione calor intensior in pedibus, quàm in thorace percipitur. & ex his auctoritatibus colligimus quinetiam in febriente corpore duos calores realiter distinctos reperiri. Verum quoniam ex Galeno, mors nonnunquam in paroxismorum declinatione contingit, ideo vt ij, qui ad quandam falsam declinationem perueniunt, vigore. s. vitali soluto, ab ijs, qui verè declinant distinguantur, (in vtrisque. n. subito febrilis calor dissoluitur, sed hoc fit ex causis maxime contrarijs, siquidem naturæ robori maxime contraria est imbecillitas) ad pulsum ipsum confugere oportet. Vehementior enim fit continuè magis pulsus, & æqualior, atque ordinatior in bona declinatione: expellit enim natura fortius omnem subito febrilem calorem. Debilior verò & inordinatior, & inæqualis est pulsus in mortalibus declinationibus. Nam vnà cum alijs tunc calor febrilis expirat, & hinc species melioris exoritur. Deinde paulò post, vel cum ad leuandum ventrem surrexerint, animi defectum incurrunt, & nonnulli pauco ac tenaci sudore effuso moriuntur, vel etiam sine surrectione. Postremò accessionum tempora ab exeuntibus aliqua ex parte cognoscuntur, quia sicuti in earũ principijs sæpe vomitus vitiosorum humorum contingũt, & nonnunquam eorundem per aluum excretio, semper autem vrinæ tenuiores, & minus coloratæ cernuntur, ita in earum declinationibus sæpius sudores scaturire solent, vrinæ autem magis coloratæ, & rubræ sed crassiores, & obscuræ conspiciuntur, quia tunc accessionis materia à natura victa & superata, & concocta propellitur. in medijs temporibus verò propter causas oppositas excretiones non apparent quia natura materiæ coctioni, & assationi solum incumbit, dummodo alia accessio ijsdem temporibus non superueniat vt in cõplicatis febribus euenire solet. nam tunc etiam in augmento & statu vomitus & sudor oriri possunt propter alterius accessionis principij aut declinationis complicationem. Porrò reliquas febrium putridarum differentias, quæ ab ipsius putrescentis humoris loco capiuntur ex his quæ in earum tractatu proposuimus, haud difficile est indagare, & insuper humores extra venas putrescere tunc certo scimus, quum non solum febris continua est, & verè symptomatica, ita vt visceris alicuius inflammationem comitetur, cuius nobis indicia aperta sunt, verum etiam in pulsu durities percipitur. inquit enim Gal. quòd illis quæ ex humorum putredine fiunt febres, pulsus durus adest, quãdo aliquod viscerum vel inflammationem, vel durum tumorem patitur. Pulsus itaq; qui ab inflammatione excitantur, vt etiam alibi ait, à pulsibus ab humorum putredine concitatis sola duritie discernentur, durus enim est in inflammationibus eorum occursus. Durities enim fit ex tensione, quæ ob vasorum repletionem fit. Verum quoniam durities hæc est quidem inseparabile signum non tamen proprium, nam si unà cum putrida febre casus quispiam alius affuerit, ut tensio aliqua neruorum, aut siccitas: sicuti in his qui non in tempore frigidam bibunt aquam, aut frigida se lauant, & aliquibus arborum fructibus immodicè vescuntur, hac etiam ratione pulsus durus fit: & insuper is quoque ex alimenti inopia immodicis vigilijs, solis feruore nimio, validis exercitijs, & exinanitione proficiscitur, & magna ex parte hecticas febres comitatur: propterea non solum hæc omnia abesse debent, verum etiam ad propria inflammationum signa confugere debemus. Quamuis autem inflãmatio, quæ febris causa est, nonnunquam in initio quasi inuoluta lateat, eius tamen symptomatica febris admodum conspicua est, quæ etiam hoc modo à primaria, quæ continua est, discernitur.

Vtraque

Marginalia: Gal. 1. de rat. vit. in acut. cõmen. 46. — Gal. 3. de cris. c. 9. — Cognitio tẽporum ab excrementis. — Signa differẽtiarum quæ à loco materię putrescentis capiuntur. — Signa febris inflammationem comitãtis. — Gal. 1. de diff. feb. c. 7. — Gal. 3. de praes. ex puls. c. 7. — Gal. 1. de diff. feb. c. 7.

Vtraque enim acuta est & putredinis notas exhibet, sed symptomatica nullis statis periodis, quia a sanguine producitur, exacui solet. Vrinæ nullum putredinis indiciũ habent, nisi ex affecta sede putredo forsitan in venas obrepat; & si non statim initio: mox tamen inflammatæ sedis indicia se proferunt. Raro vel septimo, vel quartodecimo die alijsve decretorijs iudicio soluitur. In primaria febre continua omnia his contraria apparent. A primaria autem intermittente facillimè distinguitur, quia, vt alias diximus, nulla vnquam symptomatica febris intermittere visa est. Quod si humor in venis quidem putrescat, sed alicuius visceris proprijs, ita vt febris ex occulta obstructione & putredine fiat, quæ uisceri contumaciter adhærescat, impactaque sit, subindeque ea symptomatica febris oriatur quæ lenta uocatur, & quam inter primariam & exquisite symptomaticam, cuius nunc signa commemorauimus, quodammodo mediare diximus, hæc præter id quod proprias affectæ partis notas si non statim in principio saltem procedente malo exhibere consueuit; distinguitur quinetiam tũ à supra statim memorata, tum à primaria, quæ continua est, quia est omnium putridarum mitissima: æger enim nullo graui symptomate præmitur, ita vt sæpe nec se ægrotare putet. Putredinis tamen notæ interdum elucent in vrinis; pulsus frequens, celer & inæqualis, non tamen magnus aut vehemens, imò nec durus, vt in superiore. Dummodo alijs de causis superius propositis pulsui durities non accedat; vires imbecillæ, & languidæ collabuntur, vt ne progredi quidem æger possit. Corporis moles, etiam si alimentum sumitur, sensim liquescit. Diuturna pariter febris est, quæ reliquarum continuarum terminos prætergreditur, nec vigesimo, nec interdum quadragesimo soluta. Huius quum suspicio est, ait Ferne. fomes quærendus, omnesque corporis partes animo sensuque lustrandæ sunt, dum signis conspicuum sit, in qua is parte consistat. Sæpe in ventriculo, aut in iecore, interdum in liene, aut mesenterio, nonnunquã in pulmonibus cuiusuis humoris semimala putredo cumulata hanc excitat. Sedulo igitur obseruanda sunt hypochondria, & hypogastrium, num in his tumoris, aut renixus cuiusdam sensus insit. Cum autem in febre primaria omnia signa his opposita nobis se se offerant, & ob id etiam omnium maxime cõspicua sit, propterea si quis ipsam vlterius distinguere cupiat, & eam, quæ fit ab humore qui in venis purioris sanguinis putrescit, & sui natura continua est, ab ea, quæ oritur ex humore in venis chyli & imperfecti sanguinis putrescente, & suapte natura intermittẽs est, separare studeat, oportet vt is ea potissimum perlegat, quæ a nobis de rigoris horroris, & frigoris natura, & causis in superiori capite fuere conscripta. Inquit enim Hippoc. quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur, idest ad infebricitationem desinũt sic & si tertio quoque die, aut quarto. ait Gal. in cõtinua autem vt plurimum nullo rigore, aut horrore, aut frigore prægresso repente calor hominem adoritur. Aut si quãdo hæc animaduertuntur, leuiora admodum esse solent. & horroris potissimum, vt in hemitritæis contingit, reduplicationes obseruantur. Pulsusq; inæqualitas maior, quã pro caloris vehementia percipitur. Vltra horas autem vigintiquatuor exporrigitur, & accessio in omnibus suis partibus vel saltem in aliquibus, vt in principio, augmento, vel statu & declinatione prolixitatem seruat (intermittens enim omnes has partes breui tempore de necessitate percurrit) neque vt intermittens vel manifesto sudore, vel sensim hoc tempore desinit, sed perseuerans eousque durat, dum prorsus conquiescat. ita ea symptomata, quæ intermittentes & potissimum accessionum principia comitari diximus, dum de signis particularium temporum loqueremur, exigua vel nulla in continuis conspiciuntur. Altera ex parte incendium sitis, anxietas, vigiliæ, dolor capitis, & id genus alia dum adsunt, vel diutius durant, vel nunquam cessant, nisi vbi febris vel ex toto, vel pro maiori parte fuerit discussa. Ex his autem quæ de putridarum differentijs diximus facillimum est cognoscere, vtrum humor, vel in magnis, & cordi vicinis vasis, vel in remotis minoribusque putrescat. quod exactius adhuc distinguemus dum putridarum species singulas examinabimus. An verò in pluribus locis, atque fomitibus humores putrescant, dum de compositis febribus differemus, conspicuum fiet.

Signa symptomaticę febris viscerũ obstructiões comitantis.

Fern. 4. pathol. c. 8.

Signa febrẽ primariã cõtinuam ab intermittẽte distinguentia.

Hip. 4. aphoris. 63. & Gal. in comm. & 1. ad Glauc.

Gal. 3. de cris. c. 4.

De putridarum febrium præsagijs, & primo quomodo futuram putridam febrem prædicere valeamus. Cap. XVI.

Hip.li. præsag. sect. 1. tex. 1. Gal. in com.

OPTIMVM esse si quid aliud existimauit Diuinus Hippoc. vt prouidentia Medicus utatur. Non enim prouidentia, seu præsensio, aut futurorum prædictio, ad vates solum pertinere dicitur, ut antiquiores quidam, & potissimum Methodici qui uocabantur Medici arbitrati sunt, sed etiam ad Medicum cum ei maximam utilitatem afferat. Hanc autem tribus capitibus contineri dixit Hippoc. quorum primum est, inquit ipse quia si apud ægrum quæ sunt, quæ fuerunt, quæque futura sunt, præsentiat, atque prædicat, & quæ infirmi omittunt, ipse narret, ægri statum melius cognoscere putabitur: atque ita Medico se committere homines audebunt. Cum enim ait Gal. inde fiat, ut Medicus existimetur morbi naturam diligenter cognoscere, homines se Medicis concredunt, eorum imperata facilius faciunt, & subinde morbi facilius persanantur. Omittunt autem infirmi in proprijs narrationibus, non quidem quæ nullo ipsi pacto sciunt, inquit Gal. sed ex causis eas solas, quæ antegressæ nominantur, ex symptomatibus uero ea quæ sub aspectum cadunt. Quæ igitur huius generis ægro ri narrando omittunt, ea si à Medicis audiant, eos meritò admirantur. Secundũ autem utilitatis caput, quia si ex præsentibus affectionibus futuras prænoscat, optime cu rationem instituet. Cum enim Medicus laborantis affectionem accurate cognoscet, quædam mala, quæ eam sequi solent, prohibebit; quædam ne magna fiant impediet i omnibus uerò in commune recte obsistet, non secus quàm bonus gubernator, qui se ante ad futuram tempestatem comparauit. Tertium utilitatis caput ab Hippoc. proponitur dum habet. Quod cum fieri non possit ut Medicus ægros omnes sanitati restituat (quanquam hoc præstaret, quàm præsentire, quę sint in posterum euentura) sed intereant alij quidem ob morbi uehementiam, anteqnam Medicus accersatur; alij uocato etiam Medico repente, alij uno die, alij paulò longiore tẽpore moriantur, priusquam Medicus singulis morbis sua arte resistat: ideo harum affectionum naturas nosse oportet, quantum corporis uiribus superiores sint: simulque si quid diuinũ in morbis insit, eius quoque prouidentiam perdiscere: sic enim meritò admirabilem se, bonumque Medicum præstabit; nam quos superstites fore cognouerit, eos etiam conseruare rectius poterit: cum multo ante tempore singulis cõsultat: cumque morituros ui cturosque prænoscat, ac prædicat, culpa uacabit, & se cuiuscunque calumnię expertem exhibebit. Quod autem diuini, quod in morbis inest, præsensio nihil aliud sit, quàm aeris nos ambientis constitutionis cognitio, de qua Hippoc. tum in tertia aphorismorum sectione, tum potissimum copiosissime in libris de vulgaribus morbis pertractauit, in horum uerborum expositione manifestauit Galenus, qui quidem non nisi eiusdem Hippoc. auctoritate fuit adductus. Cum enim diuini præsensio vnum quidpiam de ijs esse oporteat, de quibus Hippoc. pertractauit. Præsensionis eorum, quæ in nobis ex aeris nos ambientis causa præueniunt, in locis propositis transegit. & sub finẽ libri præsagiorum ita scripsit. Morborum quoque, qui semper vulgantur, impetus, & temporis anni constitutiones, obseruare accurate oportet. vnde necesse est, si quid aliud, ait Gal. quod ad præsagiendum pertineat, vt Medicus etiam vulgarium morborum originem noscat. Quamuis autem præsensio, quemadmodum ex Hippoc. & Galeni dictis colligimus, in tribus temporibus, non autem in futuro tantum dicatur, nec minus admirabilis sit vates, qui ita præterita, quæ ipse non vidit, sicut præsentia dicat quàm qui futura prænunciet: & qui ea, quæ nunc geruntur, antequam videat, prædicit, vates sit illis nihilo deterior: Nihilominus nos de sola futurorum præsensione in hoc tractatu loquemur, tum quia præsentium præteritorumque præsensio ex his, quæ de signis morborum significatiuis, eorumque antegressis, euidentibusque potissimũ, & alijs causis tum hucusque tradita sunt, tum posterius tradentur, ab vnoquoque colligi potest: tum quia, vt Gal. admonet, vsu hæc inter se multum differunt: nam præsensio futurorum vtilissima est, præteritorum verò alijs quidem inutilis, sed vni Medico qui ostentare artem velit, vtilis existit. Similiter de præsensionibus eorum, quæ ex aeris nos ambientis causa proueniunt, in præsentia non est, vt ex professo & de omnibus disseramus, quia sicuti in singulis morbis, & affectibus præter naturam enucleandis, semper in ipsorum præsagijs eas ambientis aeris, annique temporum constitutiones

Margin notes: tex. 2. — Prima prædictionis vtilitas. — Gal. in com. — tex. 3. Gal. in com. — Secunda præsensionis vtilitas. — Pulcherrima comparatio. — tex. 4. — Tertia præsagij vtilitas. — Gal. in com. — Hip. 3. præsag. tex. 43. Gal. com. cit. in fine. — Hip. tex. 1. & Gal. loc. cit. — Cur de sola futurorũ præsensione agẽdum sit. — Gal. l. c. cit. — Cur præsensiones eorũ, quæ ex aeris cõstitutione proueniũt, hoc in loco non appunantur.

tiones appoſuimus, ex quibus procreari, vulgari, graſſarique ſolent; ita in putridis generatim & ſpeciatim & præſertim peſtilentibus febribus explicandis, idem prorſus faciemus; ad hoc, vt quiſque probè noſcat, ex qua quiſque morbus conſtitutione aeris promoueatur, ſubindeque vulgarium omnium morborum originem perſpectã habeat. Nos itaque nunc ſatis feciſſe videbimur, ſi de futurorum præſagijs loquentes, quatuor tantummodo capita examinabimus, prout.ſ. vel putridam febrem futuram, vel ipſius breuitatem, & longitudinem, vel ſalutem, & mortem, vel varium ſolutionis modum præcognoſcere, atque prædicere valemus. Ex breuitate autem & longitudine, necnon ex febris vehementia & magnitudine quam in ſalutis & mortis ſignis examinandis expendemus, tum curandi facilitas, tum difficultas & impoſſibilitas apertiſſima fiet. Quamuis autem futuram febrem putridam præuidere quibuſdam impoſſibile ferè, aut ſaltẽ perdifficile eſſe videatur: attamen facillimum fiet, ſi ad duos potiſſimum ſcopos prudens Medicus intueatur, quibus eos præſertim intentos eſſe velim, qui Regibus, Principibusque aſſident, vt eorũ tuendæ valetudini, & auertendis morbis iugiter incumbant. Porrò primus ſcopus putridæ febris naturam, ipſiusque ſubinde cauſas omnes complectitur. Reliquus verò ſigna, ſeu caſus, ſymptomatave, quæ in neutra corporis diſpoſitione ſuboriuntur, comprehendit. & ſicuti meritò huius putridam paulò poſt, ita virtute primi, ipſam alioquin multo poſt futuram, præuidere licet. Is autem primum ſcopum omnino perſpectum habebit, quicunque ea, quæ de putridæ febris cauſis à nobis tradita ſunt, in memoriam reuocabit. Cum enim & agentium cauſarum vim & paſſi diſpoſitionem rectè perpendere debeamus. Agentibus autem cauſis poſthabitis tanquam ibi declaratis, necnon etiam ijs diſponentibus cauſis omiſſis, quæ cum euitari poſſint, prædictionem noſtram falſam reddere valent, inter quas præcipuum locum tenet praua viuendi ratio, quæ ſuperfluos humores, ad putredinem maxime paratos multiplicat, corporisque meatus omnes adſtringit, de qua diligentiſſime loquuti fuimus: eas ſolum cauſas adducemus quæ quidem euitari, aut vix, aut nullo pacto poſſunt. Sunt autem, quemadmodum ex Hippoc. tum in libris de vulgaribus morbis, tum in tertia aphoriſmorum particula colligere licet, Aeris in primis conſtitutiones. hæc enim ex Galeno ineuitabiles etiam ſunt, deinde ætates & temperaturæ. Aeris porrò conſtitutiones primas ſedes tenere ſtatuimus, quia non modo corpora ad putridas febres diſponendi maximum habent momentum, ſed etiam eadem in putridas impellendi uim habent, veluti dum vehementes calores, & ſuffocationes nos vrgent, aut aer ambiens putrida aliqua inficitur labe. Hæ itaq; vel ſimplices ſunt, vel complexæ; ſimplices verò vel ad particulares anni conſtitutiones, vel ad ipſa anni tempora ſpectant. de particularibus anni cõſtitutionibus dicebat Hippoc. quod mutationes temporum; ideſt alterationes illæ, quæ ſecundum illorum temperaturas fiunt, potiſſimũ ſi alterationes hæ magnæ ſint, pariunt morbos. Quocirca ſi tempus ad magnam caliditatem & humiditatem deuergat putridæ potiſſimum febres fient, & eo copioſiores, quo talis temporis mutatio & vehementior fuerit, & diutius perdurabit. Vnde ſicuti ex eodem Hippoc. ex anni conſtitutionibus ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ: ita in pluuiarum multitudine febres longè, putredinesque magna ex parte fiunt. Pariter ſicuti quotidianæ conſtitutiones aquiloniæ corpora denſant, & bene firma, & bene mobilia, & bene colorata faciunt, ita Auſtrinæ diſſoluunt corpora, & humectant, & putredini expoſita reddunt. Veruntamen ſi annus magna ex parte ſiccitatibus vigeat, febres acutas expectare oportet. Cũ autem in temporibus eadem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare debemus: ex quibus facilè eſt videre, quid nam de reliquis anni conſtitutionibus dicendum ſit, ſiquidem morbi, vt idem Hippoc. habet, alij ad alia, bene vel malè ſe habent (ſicuti etiam & quædam ætates) ad tempora, & loca, & victus genera. nã morbi calidi in temporibus, & locis calidioribus magis generantur, & minus ſunt periculoſi, frigidi in frigidis. Cum enim morbi omnes immoderationes quædam ſint, eorũ generatio à ſimilibus locis, atque temporibus, ſolutio vero à contrarijs fit. Reliquæ verò aeris particulares conſtitutiones ex his, quæ de ventorum natura paulò infra dicemus, quos morbos pariant, clarum fiet. De anni verò temporibus tractans Hipp. inquit, quod morbi omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, ſed quidam magis in quibuſdam ipſorum & fiunt, & excitantur. Ver tamen ſaluberrimum eſt, & minime exitiale, eſt enim temperatiſſimum. & in eo, vt inquit Gal. propter aeris calorem profundum corporis expurgatur, vitioſis humoribus à partibus principalibus ad cutẽ perue-

In præſagijs putridarũ tractandis quænam capita ſint abſoluenda.

De ſignis futuræ putridæ febris.

Prędictiões quæ ex aeris cõſtitutionibus deſumũtur.

Prædictiões ex anni tpibus deſumptæ.

Verni tẽporis laudes.

Gal. 3. de hum. com. 3.

Hip. 3. aphoriſ. 1. & Gal. in cõ. & 3. in lib. de hum com. com. 16.

Hip. 3. aphoriſ. tex. 15.

tex. 16.

tex. 17.

tex. 7.

tex. 4.

tex. 3.

Gal. in com.

Hip. tex. 19.

tex. 9.

Gal. com. 20.

peruenientibus, vt ob id iustissime exercitationibus comparetur. Et hac de causa morbi ipsius proprij sunt sanguinis profluuia, lepræ, & impetigines, & vitiligines, & pustulæ vlcerosæ plurimæ, & tubercula, & articulorum morbi, quæ omnia periculo vacant. Quod si vernum tempus aliquod corpus bonos habens humores excipiat, hoc seruat salubertimum, nihil innouans ex propria natura, sicuti alia tria tempora faciunt. nam æstas flauam bilem vltra modum generare solet, autumnus atram, hiems verò pituitam. Quod si ver furores & atras biles ex Hippoc. sententia & comitiales, & anginas, qui morbi autumnales sunt, & grauedines, & raucedines & tusses, qui sunt hiemales, promoueat, id non ex propria efficit natura, sed quia vel pituita, vel flaua bile, vel atra, vt notat Gal. vel ipso ét sanguine repleta excipit corpora, qua etiam de causa proprios morbos prius dictos generat, quod innuens dicebat Hipp. si impurgatus laboraueris, vlcera erumpent. Sicut igitur ver saluberrimum & minime exitiale. Ita æstate, dicebat Hippoc. propter causam assignatam quia. s. similem habet sui principij cum vere temperaturam, nonnulli veris morbi superius enarrati, contingunt, hoc est in æstatis initio. sed insuper in æstate tanquam morbi ipsius proprij fiunt febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres plurimè, & quartanę (hę tamen in vltima eius parte fiunt) & vomitus, & alui profluuia, & lippitudines, & aurium dolores, & oris vlcerationes, & genitalium putredines, & sudamina, quæ pustulæ sunt in summa parte corporis hærentes ad instar vlcerum cutim exasperantes. Quæ omnia mala flauę bilis, æstate vigentis, soboles sunt. Autumno autem & multi æstiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ inter cutem, & tabes, & stillicidia vrinæ, & difficultates intestinorum, & eorum læuitates, & coxendicum dolores, & anginæ, & asthmata, & ilei, & comitiales, & sudores, & melancholiæ. Iure autem dixerat prius æstate quosdam veris morbos generari, autumno verò non ex æstiuis aliquos sed multos, quia in eo æstiuus humor idest bilis adhuc manet. Neq; enim sicut æstas veri superueniens humores euacuat, ita autūnus æstiuos, sed contrarium euenit ex toto, nam ex partibus extimis ad intimas ducit. nam frigidus, siccus, & inæqualis existens humores ad profundum corporis agit. & ob id superius quoque dicebat Hippoc. autumno morbos acutissimos, & exitiales maxima ex parte fieri. quia, vt ait Gal. habet dies in quibus mo do calor modo frigus est eadem die, & succedit æstati in qua humores fuere assati, & vites debilitatæ. Præsertim quia æstate homines fructibus replentur, & autumno humores non difflantur. sed ob ambientis frigiditatem ad intima retrahuntur. Hieme verò & propter ipsius frigiditatem, & pituitæ exuperantiam morbi laterales, & pulmonum inflammationes, grauedines, raucedines, tusses, dolores pectoris, & laterum, & lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexiæ oriuntur. Experientia autem cōprobatur, vt notat Gal. primas partes hiemis cum autumno morbos communicare. Hiemis autem proprij sunt ij potissimum, qui instrumenta respirationis affligunt, & caput & lumbos, & omnes partes neruosas, quia partes hæ frigiditate maxime læduntur. quia neque respirationem cohibere quis potest, neque caput sicut cæteras partes obtegere. Si verò de complexis ambientis aeris constitutionibus habeatur sermo, q̄ simplicibus, vt Gal. nos monet, natura, atque doctrina posteriores sunt, morborū præsensiones, quæ ab his proueniunt, Hippoc. in aphorismis quidem per capita, in libris autem de vulgaribus morbis copiosius pertractauit. In his itaque primam constitutionem hac verborum serie proposuit. Thasi, autumno, circa æquinoctium, & sub vergilias, pluuiæ multæ, continentes, lenes, vt cum auster spirat. Hiems austrina, parui venti aquilonij, squalores. hiems autem omnino similis ueri fuit. Ver austrinum, frigidum, paruæ pluuiæ. æstas ferè tota nubilosa: nihil pluit; etesiæ pauci, parui, sparsim spirarunt. cum esset autē totus hic ductus austrinus, & squalidus, ante ver ex priori constitutione, quæ huic ferè contraria, & aquilonia fuerat, paucis ardentes febres exortæ sunt: eisque admodum stabiles, paucisque sanguis profluxit; neque ex his moriebantur. Vt autem tumores secundum aures, cæteraque mala, quæ hoc tempore contigerunt, omittamus, & solas putridas febres de quibus nunc agimus, commemoremus, subdit postmodum. Ante ineuntem æstatem perque æstatem & hiemem multi, qui longo iam tempore subtabescebant ex tabe decubuerunt. & quibus tabes dubia erat, quorum pulmones clam à fluxione in eis comportata, exedebantur, confirmata est. His autem quorum natura ad tabidum vergebat, tabes primum cæpit. Hi autem celerius mortui sunt, quàm talibus esset consuetum. Sicut enim alios morbos & diuturniores, & cum febribus coniunctos facilè ferebant, nec moriebantur: ita sola, & ma-

Marginal notes:
Veris proprij morbi.
Veris morbi cū alijs tēporibus communes.
Hip. tex. 21.
Æstatis morbi.
Hip. tex. 22.
Autūni morbi.
Gal. in com.
tex. 9.
Gal. in com.
Gal. in com.
Prædictiones ex cōplexis aeris constitutionibus.
Gal. com. 15.
Gal. 1 prognos. com. 4.
Hip. 1. in 1. epi. à tex. 5. vsque ad tex. 8. inclusiue.
Prima constitutio ab Hip. relata.

& maxima eorum morborum, qui tum viguerunt, tabes multos peremit. Quorum quidem tabidorum plerosque (vt ad putridas tandem febres accedamus) hi affectus vrgebant, videlicet febres horrificæ (sunt autem illæ in quibus per totam ferè accessionem horror producitur) continuæ, acutæ, omnino non intermittentes, modus erat semitertianus, vno die leuiores, altero grauius iterum inuadebant. Ad summam acutiores in dies fiebant, sed alijs quæ in tabidis fiebant prætermissis, de tabidis hactenus. Aestate verò iam, & autumno febres multæ, continuæ, non vehementes: diu quidem ægros tenebant, sed in cæteris minus incommode vitam transigebant. Ex omnibus autem, quorum in hac constitutione facta est mentio, Soli tabidi in letalia inciderunt; qui verò aliam febrem habebant non item. Vt autem tradita ab Hippocrate constitutio melius percipiatur illud imprimis vnà cum Galeno notandum est, Thasum regionem esse Aquilonijs frigidisque ventis expositam, & ex aduerso Thraciæ constitutam. Secundo vnà cum eodem Galeno, quatuor anni tempora, prout tum nostro parallelo, tum Medicis inseruiunt, recte distinguere oportet. nam secus neque ea, quæ hic ab Hippocrate dicuntur neque ea, quæ paulò supra de morbis, qui anni temporum proprij, familiaresque sunt, narrauimus, assequi licet. & ob id dicebat Galenus, cum verò sydera nobis anni tempora designent, est ad totam propositam tractationem imprimis necessarium, in quacunque regione facere medicinam velis, ortus obitusque cuiusque astri cognoscere. exempli gratia in Hellesponti parallelo (qui ab Italiæ parallelo non differt) veris initium facit æquinoctium illius temporis, finem verò ortus Vergiliarum, quæ à verni temporis significatione ita vocantur, sicuti Græcis Pleiades quoque dicuntur à matre Pleia, vel etiã à Plein quod significat nauigare, tunc enim, cum scilicet oriuntur, opportuna nauigatio est, à Virgilio etiam Atlantides nuncupantur dum ait

Gal. com. 1.

Gal. loc. cit.

Annus ex Medicorũ sẽtentia quomodo secandus sit.

Ante tibi Eoę Atlantides abscondantur
Debita quàm sulcis committas semina.

Virg. 1. Geor.

fuerunt enim, vt fabulantur, septem sorores Atlantis filiæ nonnunquam ab vna earum quæ Maia vocabatur, & fuit mater Bacchi, Maiades quoque vocantur. Has autem septem stellas, quorum vnà clare non apparet quidam in fronte Tauri, alij in eius dorso, nonnulli, vt Higinius, inter Tauri finem, & Arietis Caudam ipsas collocarunt, sed nos eis concedentes vt si libet etiam sub cauda recondant, illud verè affirmabimus in signo Tauri reperiri, & quia in fine veris Sol in Tauri signo reperitur, idcirco dum crastino mane Sol tunc temporis fertur supra Orizontem, Pleiades seu Vergiliæ vnà cum Tauro de mane vnà cum Sole ortu Cosmico oriuntur. Nam ortus Cosmici crastini quoque nuncupantur. Veris itaque initium, vt ad rem redeamus, vernale æquinoctium facit, dum enim Sol est sub æquatore, & primum Arietis punctum ingreditur æquinoctium oritur, quia nox æquatur diei in vniuersa terra habitabili, nam sub Polis habitabilis non est, & momentaneam latitudinem ferè non habet. Idem autem Vergiliarum ortus æstatis principium est, æstatis autem finem, & autumni principium Arcturi exortus facit: qui quidem Arcturi exortus autumnale æquinoctium, qđ quidem fit dum Sol sub æquatore primum Libræ punctum ingreditur, duodecim fermè diebus antecedit. Occasus autem Vergiliarum hyemi principium, & autumno finem affert. Hiems autem ab Occasu Vergiliarum ad vsque vernale æquinoctium protenditur. Qui autem in septem partes, seu tempora annum diuidunt, ait Galenus, æstatem ipsam vsque ad caniculæ exortum protendunt, & ex eo tempore vsque ad arcturum efficiunt aliud tempus quod Oporam vocant, vnde alibi scribebat quod ortus Vergiliarum est æstatis initium; post quas caniculæ ortus Oporam, quam vocant, inchoat, quam, secundam æstatis partem, quidam statuunt. postquam Arcturus suo exortu autumni facit initium. Mediam verò æstatis partem Græci horan per excellentiam nominant, eam scilicet partem in qua fructus, quos horæos vocant, ad maturitatem perueniunt. Quanquam hoc nomine appellant etiam autumnum, hyemem & ver. Opora autem ex Hippocrate, laboribus & insolationibus dicata est, & vino, quia ut notat Gal. mora in sole ad bibendum homines impellit, sed ne decipiamur monet Galenus, quod quidam totius sideris nomine abutentes caniculam canem uocant. Nam canis totum sidus est, quæ uerò stella in mandibula ipsius est, caniculam nominant, quam quispiam recte non canẽ, sed antecanem nuncupabit. Hyemem uerò diuidunt in partes tres, cuius medium tempus constituunt id quod sub brumam est, q̃ uerò utrinq; adiuncta sunt, primũ sementem, postremũ uerò

Higi. in Astr. Poet.

Gal. loc. cit. & 3. de hum. com. com. 19. & 3. aphor. com. 14.

Aestatis in duas partes diuisio.

Opora.

Hora quod nam tempus per excellentiam dicatur

Gal. 1. in 1. epi. com. 1.

Gal. 3. de hum. com. com. 19.

Hip. li. de hum. com. 3. tex. 19.

Gal. in com.

Gal. 1. in 1. epi. com. 1.

Hiemis diuisio.

Galenus loco citato.

declarans Galenus dicebat. quod oportet tantū eam discedere sua crassitiæ ab aquosa, quantum colore siquidem bene concoqui debeat, vnde sicuti optimæ vrinæ color medius est, ita & substantia mediocris esse debet, & subinde mediocrem crassitiem vrina habere debet. nam hac crassior, vel tenuior, dicebat ipse, coctionem imperfectam significat quia altera nōdum in humorem conuersa est, altera vero scilicet crassior adhuc conturbata est. Natiuus siquidem calor, vt notat Fernelius alimentum humoresve concoquens, primum quidem & maxime substantiæ mediocritatem molitur, cui deinde pro partium natura colorem addit: proinde ex substantia magis, q̄ ex colore cōcoctio spectatur. & hac ratione dicebat Hippocrates quoad vrina rufa, tenuisque fuerit, crudum morbum significat. Mediocris vrinæ substātia vegetum calorem, exquisitam concoctionem ventriculi iecoris atque venarum ostendit, & hac ratione in tribus illa medijs coloribus consistit, in subaureo, aureo, & croceo. crassa vrina nisi ex laxioribus patentioribusq; vijs vrinæ profluat, oppressi caloris, atq; cruditatis soboles est: non quod calor insitus intemperie, sed crudorum humorum exuperantia præmatur. vti autem crassa nulli non colori permiscetur (vt n. in nigra. ita etiam in alba crassities interdum inest) ita tenuis sub ijs solum coloribus inueniri potest, qui ad rubrum procedunt vt albo, spiceo, aureo croceo, ad rubrum vsq;. nunquā enim cerulea, liuida, aut nigra tenuis apparuit. & nisi ex immodico potu, aut alia externarum causarum importunitate facta sit, aut renum & veterum obstructionem sequitur, quæ cum liquore nihil crassi præterlabi sinit; aut imminutam coctionem, natiuique caloris penuriam ex intemperie sola citra humorū vitium. At vero in optime cocta vrina hypostasis subsidet alba, læuis, & æqualis, quia cum vrina ex potulentorum liquidorumque fiat materia, & sanguis fibrarum copia crassus, limosus, ac lentus vnà cum ea veluti vehiculo permixtus per venas alioquin tenuissimas in corporis extrema deducatur: & quum vectionis munere perfuncta est, ab vniuerso venoso genere renum attractrice vi per emulgentes venas alliciatur (non tamen vniuersa, quia portio ipsius vna cum sanguine per corporis habitum distributa tum per cutis poros difflatur, tum interdum sudoribus exhauritur) necesse est vt nedum iecoris, sed adhuc magis venarum ipsarum, cum quibus diuturniorem habet commercium, potissimum maiorum, & ipsius corporis molis omnem affectionem, & omnē qualitatem cōtrahat, sibique asciscat. Quo fit vt si vel viscera, vel maiores venæ, vel caput, vel pulmones, aut alia corporis pars morbo teneatur, quia hæc affectionem humoribus in se cōtentis impartit, vrina profecto, quæ sanguinis, & humorum comes est, eiusdem quoque particeps fiat, & profusa affectionis notas referat. Hæc igitur omnia permeans dum concoctione, quæ in ventriculo, iecore, atq; venis fit, cibo, sanguini, humoribusq; omnibus in venis contentis permiscetur, tum coloris, tum substātiæ suæ modum adipiscitur, nō enim simplex existit, qualis olim potus fuerat, sed aliena perfusione crassior. quinetiam tantisper dum in nobis continebatur, innati caloris vim quandam conquisiuit, quam & Aristoteles recte notauit in ipsis quoque animantium excrementis manere. Quidquid igitur in emissa vrina crassioris inest substātiæ mox secernitur, atque coit, ac plerunque subsidet, idque insiti caloris beneficio cuius est vis heterogenia crassioraq; à tenuioribus secernere. & hæc crassior vrinæ portio insiti caloris vi secreta, hypostasis est. quę vbiq; cū vrina ortū perfectionemq; nacta est. & potissimū in maiorib. uenis, ut ob id pręsertim earū affectionē hypostasis indicet. Vt aūt hypostasis, atq; urinæ substātiæ liquidioris unus est ortus, ita & earū substantiæ mire consentiunt inquit Fern. Multa quippe tenuissima, & prorsus aquea urina hypostasim nullā exhibet, simpliciter uero tenuis tenuē, ur in ijs quibus cruditas est, & infirma cibi cōcoctio: mediocris mediocrem, crassaque crassam. cum autem uasorum corpora sui natura alba sint, & in uniuersos contentos humores, & eorum uehiculum agant, quæ pars maiorē uasorum actionem coctionemq; suscipit, ea profecto cū crassior, tum etiā albior euadit, cum aūt crassior portio ab ipso calore separetur, & in unū cogatur, & subsideat, eo fit ut hypostasis alba fiat, dūmodo uenæ secūdū naturā se habeant, & eius uis coctrix à te præter naturā nō lædatur, ut in febribus & prauis humoribus in eis putrescentib. cōtingere solet, nā febris sicuti caloris innati, ita & ipsorū uasorum passio est. & quia caloris proprium est oīa permeare & æquare, ideo necesse est, ut crassior hęc portio, dum à calore secernitur, & deorsum deponitur, & demū cogitur, æqualis etiā euadat idest sui ubiq; similis, atq; etiam læuis & nihil asperum, nihil diuulsum habens. & hæc de urina quæ absolute optima est, & optime cocta satis sint. Si. n. de reliquis quæ na-

Fernel. 3. pathol. cap. 14.

Crassæ vrinæ causæ, atque colores.

Tenuis vrinæ colores atque causæ.

Optima vrina cur hypostasim albā, læuem, & æqualem habeat.

Ferne. 3. pathol. c. 8. & 11.

Hypostasis quid.

Hypostasis cur alba.

Cur læuis & æqualis.

turales sunt sermo fiat. Mulieris, etiã si tẽperatissima sit, & ætate florens, vrina non parũ ab hac deficit. Substantia quippe aperte crassiuscula est, neque vt viri pura, & pellucida, sed aliquantũ turbida, & multis innatantibus. huic n. plura q̃ viro superuacanea in vteri, vesicæq; sedes confluunt, quæ vrinis sæpe permiscentur. color ex albo liuescens non modo cruditaris, sed sexus præcipue index. Horũ proportione hypostasis copiosior q̃ viris, crassior & albior. Senum vrina est alba, tenuis, hypostasi pauca, cruditatis, & imbecillę cõcoctionis nũcia, qđ in illis paucus & imbecillis sit calor. Puerorum vero & infantiũ vrina albior quidem est sed crassior, & copiosiore sedimento, q̃ ætate florentium. licet n. in illis plurimus sit calor, attamen humoris copia obtũditur. Pueris vero ij, qui perfectã ætatẽ habent, sed otiosi sunt, aut aliter replentur, proportione respondent. & ob id scribebat Galenus, quod si vrina colorem exquisite seruauerit, subsidẽriã vero albã, læuẽ, & æqualẽ, & multã fecerit, erit quidẽ signũ coctionis exquisitum: plus aũt de humore, qui crudus noĩatur, euacuari demõstrat. vnde & in pueris oĩb. fere, & perfectã ætatẽ habentib. qui ociosam vitã degunt, aut quouis alio mõ repleti sunt, fatis multã habent vrinæ subsidentiã, quia in his oĩb. plus est de incõ fecto & crudo humore: his quidem pp desidẽ vitã. Illis vero pp satietatẽ: pueris vero & ob satietatem (voratiores n sunt) & ob id ẽr, ꝙ vna ventriculi operatio non põt duobus simul sufficere, augẽdo, s. & alendo: anteq̃ ergo in ipso sufficienter alimẽtum coctum sit, ipsum ad se corpus trahit, & hinc fit, vt plurimũ humoris coaceruet. Hæc quoq; cã est vt ijs, qui ex ocio, & repletione febricitant, si sanitati restitui debent, necessario plurimum subsideat: contra ijs, qui ex inedia & labore, rufæ quidem & biliosæ vrinæ sunt (soluitur n. morbus prius, q̃ aliquid subsideat, plerunq;) sufficit n. in his & nebula alba, & suspensio bona: talis aurẽ est alba, & læuis, & æqualis nã & ex ipsis sanis, qui multum laborant, & pauciori cibo vescuntur, sunt vrinæ biliosiores. quare neq; simpliciter Hip. vituperauit vrinam rufam, sed qñ simul cum rubedine habuerit subtilitatẽ. inquit n. donec rusa fuerit vrina ac tenuis morbũ crudum significat. liquet aũt quod neq; aliquid subsidet huiusmodi vrinis: neq; n. contingit, vt q̃ tenuis sufficienter fuerit, vel si multo tpẽ quiera steterit, aliquã recipiat secretionẽ, adeo vt crassior pars, q̃ in ipsa pendebat, subsidear, tenuior vero superferatur: nã hoc solũ aduenit ijs, q̃ aliquã crassitudinẽ habent. Horũ aũt, q̃ præsertim de ætatibus dicta sunt, exẽplo facile erit conijcere qualis esse debeat vniuscuiusq; temperamenti vrina, & quantum ab optima vnaquæq; distet. Qua de re cuiuspiã vrina proposita ex sexu, & tẽperatura tum natiua tum adstitia, & ætate conijciendũ, & æstimandũ qualis nã esse debeat ea naturalis: vt si qñ offeratur alia, recordatione illius planũ fit ea ne præter naturã sit, & quantũ à naturali absit. nec minus ex Gal. dictis admonemur, quod priusq̃ de morbo ex vrina decernere aggrediamur, præter sexũ, ætatẽ, atq; reperiẽ, æstimandũ quod nã vitæ genus paulo ante præcessetit. Nã exercitiũ vehemẽs, vigiliæ, ira, inediæ, calidiorum esus, vt innatũ calorẽ, ita & vrinas inflãmant, & eas bilis permixtione coloratiores reddunt cũ paucis cõtentis: vri etiã aer vel à regione, vel æstate, aut alia de causa exęstuans. contra vero ociũ, somnus multus ac profundus, inertia, crapula frigidorũ ciborũ esus albas crassasq; vrinas, & contenta multa & cruda proferunt. Sicuti & aer quacũq; de causa frigidior. Sine horum n. animaduersione parum firma futura sunt de vrinis iudicia. nec quæ sanorũ ab ijs q̃ ęgrotantium sunt, facile distingui possint. Ex his aũt quę de optimis, & secũdũ naturã dispositis vrinis tradita sunt, minime arduũ est conijcere omnes vrinas quę à naturali statu deflectunt, & pręsertim eas quę ab optime cocta cruditate aliqua vel minima, vel maiori, vel maxima, & absoluta recedunt. cum aũt eæ vel colorẽ, uel substantiã cõsistentiamve, uel ea quæ in urinis con tinentur, & ob id contenta uocãtur, inspiciendo, potissimum cognoscantur. Si primũ de colore ipso habeatur sermo, oẽs colores qui à subrufo, uel subflauo, aut citrino per remissionẽ aut intensionẽ recedunt ꝑter naturã sunt, aut saltẽ non naturales, sed illi cruditatẽ solã, isti uero nedum cruditatẽ, uerũ etiã perniciẽ nõnunq̃ ostendunt. Sciendum itaq; quod colorũ causæ efficientes duæ sunt, uidelicet ui scerũ corporisq; calor, & alieni humoris permixtio. nã labor, inedia, æstus, febris, & quæcunque corpus calefaciunt urinã pariter colorant, eoque magis quo uehemẽtiores fuerint. ita urina quæ diutius in corpore subsistit, & quæ longe à pastu meijtur prioribus coloratior existit. ita bilis irruens in uenas dũ sero permiscetur illud flauo, aut citrino colore inficit, qđ etiã de alio quouis humore statuendum est. differt aũt color ex simplici intemperie profectus, ab eo quẽ humoris permistio tulit, quia ille uix unquã rubrũ superat, consistitq; in substãtia tenui aut mediocri, hic uero ad omne genus pertinet, urinãq; aut

O turbidam,

Mulieris vrina naturalis.

Senum vrina

Puerorum vrina.

Gal. 1. de crisi. 12. in medio.

Ociosorum, & corũ qui aliter replentur vrina.

Notandum.

Suspensum bonum.

Vrinis tenui bus nihil subsidet.

Tẽperamentorum vrinæ

Quæ nam æstimãda sint priusq̃ morbus ex vrina iudicetur.

De vrinis præter naturam, quæ potissimum ab optime coctis cruditate deflectunt.

De cruditate vrinarum penes colorẽ

Colorũ causæ.

Fernel. 3. path. cap. 13.

turbidam, aut crassam reddit. Cum aũt citrinũ, vt superius diximus, tẽperatus calor efficiat in homine tẽperato, & ætate florente, rufæq; bilis aliqualis portio sero permista. quicunque color citra colorem hunc mediũ subsistit imminuti caloris, & cruditatis est nuncius. Vrina alba, si simul tenuis, & perspicua, vereque aquea sit, nisi ex tenui copiosoque potu genita sit, aut summa renũ iecorisq; obstructio adsit, summã cruditatem seu coctionis imbecillitatem denunciat, ab extrema iecoris, & ventriculi iurem perie frigida profectã; dũmodo vitio renũ non statim transcurrat vt postea dicemus. Sępe etiã per febres ardentes quũ bilis in cerebrũ rapitur, talis apparet, & phrenitim, vt in eius tractatu annotauimus, prænunciat. Alba & crassa si pariter perspicua est vt cornu (glauca appellatur) pituitæ mucosæ dominium ostendit: si obscura, quæ lactea vocatur, crassæ, viscosæque pituitæ exuperãriam. Hæ itaq; si diutius apparent, frigidos diuturnosque morbos portendũt. Sicuti aũt praua sufficienter est quæ tenuis, & alba sicut aqua (est n. vltimæ imbecillitatis iudiciũ) ita huic proxima est altera vrina, inqt Gal. quæ in multis apparet morbis, vt videatur mistã habere formã vini tenuis atque albi. eius aũt gñatio est ex ea quã nuper diximus alba & aquosa, vt quæ paucum ichorem ex bile rufa susceperit. nam & si exterius in aquam puram ochræ parum, vel ipsius etiam bilis inieceris, talis tibi aqua repræsentabitur, hæc igitur vrina proxima accedit ad crudam. Ab his spicea est, & subpallida, quæ minorem cruditatem ostẽdit, & calorem temperato finitimum. pallida vero iam & subrufa est inquit Gal. in huius autem cõfinio subflaua, & citrina ponẽda est quæ oĩum mediam sedem sortitur. Supra quã sunt rufa, & flaua, seu, vt alij dicũt, aurea, & crocea, quæ omnes sicuti etiam rubra, quæ has colore superat, calorem præter modum increuisse significant. atque si puræ hæ sunt, ac perspicuæ, simplicem intemperiem, sin crassæ ac turbidæ, humorum vitia, permistionesque referunt. Rubra si perspicua fuerit ardens flammeaq; dicitur, & iecoris exuperantem calorem, sæpe etiam ardentem febrem denunciat: sin crassa obscuraq; sit siue cum febre siue etiam citra febrem fiat, flauæ, aut vitellinæ, aut rubræ bilis seu ichoris sanguinei permistionem talis fere apparet inclinantibus febrium accessionibus: aut maxime quum iecoris substantia vitiata est à phlegmone, aut exquisito scirrho, vt in hydrope, aut quum vel illius, vel folliculi fellis ingens est obstructio. ob quam bilis in venas confluit, & vrinas adeo inficit, vt si linteum immergas citrinũ colorem plane referat. & hæc præsentem, vel futuram icteritiam portendit. cruenta vero vrina cur fiat in sermone de vitijs renum declarauimus. Rubeæ vrinæ vinea & passea vuę nigræ persimiles succedunt, quæ vel sanguinem, vel bilem præassari, & in atrã deuergere indicant. Viridis prasinæ bilis, aut æruginosæ copiam permistionemque: cerulea vero deinde etiam liuida, seu plumbea, nisi è plagis & verberibus sint, aut melancholiæ dominiũ & permistionem, aut natiui caloris extinctionem commonstrat. Omnium extrema est nigra, quæ si ex rubra, & viridi processit. Summum incendium & bilis atræ perfusionem: sin vero ex cerulea & liuida extremam caloris extinctionẽ demonstrat. Color n. viridis ait Gal. fit in trãsitu ad nigrũ, & est quoddã veluti principiũ nigri. nã si morbus malignus fuerit, & vomitib. & alui excremẽtis & vrinis viridib, postmodũ nigræ superueniũt. Color aũt liuidus est tñ frigiditatis effectus: sicuti odor grauis putrefactionis. est tñ quũ vrinæ nigræ critice excernunt cũ in acutis, tum in diuturnis morbis & melancholicis, quod decretorio fit die, facili tolerãtia, & ægrotantis salute, quæ præsertim subsequitur, dũ pueri capitis dolore vexant. Si vero vrinæ substantiam consideremus, quæ alij consistentiã nonnulli subsistentiã vocant, de hac verba faciens Gal. dicebat quod optima vrina mediocrem statim habet substantiam seu crassitatẽ. quæ vero hac crassior est vel tenuior coctionẽ imperfectam significat, quia altera nondum in humorem conuersa est, altera uero adhuc conturbata est. Hoc aũt intelligere licet ex ijs, quæ tenues, ac puræ excernuntur, post hac vero uel remanent semper tenues, aut paulo post conturbantur, quoniã utræque coctione carent: eo aũt differunt, quod altera nondum concoqui cœpit: alteri uero quoniam flatuosi spiritus ipsi permisti sunt, perturbatio quędã, ueluti in nouis uinis adhuc feruescẽtibus, inest. Nã cũ triplex sit turbidarũ urinarũ differentia, quia uel cũ tales mictæ fuerint, paulo post residẽt, uel semper similes permanẽt, uel puræ quidẽ mingunt, postea uero cõturbantur: praua quidẽ ex dictis tertia est: mitis aũt, prima: media uero inter utrãque, secunda. Quæ n. statim residet, parum aliquid inæqualis turbulẽtiæ superesse demonstrat: quæ vero semper manet similis, vigere adhuc, quæ est in sanguine agitationem ostendit. Quæ vero extra conturbatur debet incipere concoqui; quare optimo iure ea pessima est. nam & longiori tẽpore, & virtute forti indiget ad coctionem, sed quæ turbu-

Gal. 1. de cris. cap. 12.

Gal. loco citato

Fernel. loco citato.

Fernelius loco citato.

Gal. loco citato.

Vrinæ quæ colorem remissum habent.

Vrina alba tenuisque.

Vrina alba & crassa.

Vrina vini tenuis & albi mistam habens formã.

Subpallida spiceaque.

Rufa, flaua, & rubra.

Vrina, cruenta.

Vinea, seu passea vrina.

Viridis.

Cerulea, & Liuida.

Nigra.

De cruditate vrinarum penes substantiam.

Triplex turbidarum vrinarum differentia

turbulenta mingatur, statimque subsidentiam bonam habet, morbum non ita multo post concoquendum significat, & idcirco mitior. media vero est secũda, cum n. vigēte fiat conturbatione, quantū malitia differt ab ea, quæ adhuc futuram perturbationē significat, tantū superat eā, quæ iam quiescentem obtinet. Quæ oīa de turbidis vrinis dicta clarius his verbis confirmauit. Quod si turbida, inquit, sit, qualis boum visitur, crudis humoribus referras venas indicat, non tamen cessare naturam, sed eos valerer cōcoquere. si vero celeris separatio crassi à liquido in ea cernitur, sitq; quod subsidit, album, leue, & æquale, iā superaturam eos oēs naturam indicat. Sin, cū emingitur, pura sit, protinus vero turbetur, iam crudi succi coctionē aggredi naturam docet. At, si interposito tpe turbetur, nō protinus, sed post aggressurā insinuat. Generalis n. turbidarum nota est ipsius crassi à liquidiore separatio aut propere, aut tarde facta, aut oīo nulla. Si n. protinus fiat, & quod subsidit sit albū leue, & æquale, superiorem lōge naturam succis, quos concoquit, ostēdit. Sin bonum sit quod subsidit, sed post lōgius tps colligatur, naturā tēporis spatio superaturam succos nunciat. Si vero vel oīo nulla separatio, vel subsidens malū sit, imbecillitas naturæ significatur, egetq; ope aliqua ad succos percoquēdos. exqsite aūt aquosa has oēs malitia vincit, neq; n. cōcoqui incipit, qualis turbulēta, neq; in spe, vt coqui debeat, sicuti q̄ paulo post perturbaē, sed veluti desperatæ coctionis accidēs: q̄ talis est, venosi generis passio existit, qualis est in ventriculo extrema cruditas. Cū vero statim trancurrit, diabetē vocāt, seu vrinæ pfluuiū inter oēs vrinas crudas pessima est. Aquosa n. quātū ad cruditatē attinet ei similis est sed quia nullū aliud malū cōmōstrat, minus perniciosa. Transcurrēs vero nō mō virtutis alteratricis, vt alba & tenuis, sed ēr retētricis imbecillitatē sūmā significat, quate in vrinæ profluuio duplex est vitium. Quæ aūt adhuc tenuis existēs aut subrufa, aut subflaua est: clarū est, quod qua quidē tenuis, cruda existit, qua vero talē habet colorē, iā coquit: est aūt media inter eas q̄ sunt exquisite crudæ, & coctæ, sicuti & quibus quædā alba sunt & læuia, quæ supra efferūtur, diuulsa vero, & minime continua. Quod aūt crassior vrina oppressi caloris, & cruditatis soboles sit supi⁹ diximus. Ad crassam aūt pertinēr pinguis & oleaginea, nō ea quidē cui pinguedo telis araneorū similis innatat, sed ea cuius substātia lentore, & crassitie oleū adipēve liquefactū repræsentat, & cōmota grauis lentaq;, vt oleum apparet, vnde ait Gal. quod si veluti oleū mingaē, colliquationis est signū. ita vel pthisi, vel hectica febre, vel causo, vel hydrope corpus liquescere demōstrat. Demū si cōtēta ipsa vrinarū spectemus. Scribebat Gal. qđ sicuti bene colorata q̄ subsidētias albas, & maxime leues, & æquales habet, oēs vrinas bonitate præcellūt, ita secūdū bonitatis obtinēt locū, in quib. suspēsa talia sunt: tertiū in quibus nebulæ similes fuerint. hæc n. coctionis signa sunt. reliqua vero oīa partim cruditatē, partim perniciem ostendūt. nā q̄ alba est, & q̄ tenuis, & q̄ turbulenta cruditatē indicat, q̄ aūt bene colorata est sed tenuis & cōtentis destituta, qua quidē tenuis cruda est, qua talē hēt colorē iam coquit, & vt superius diximus, media est inter exquisite crudas & coctas: sicuti etiā quib. q̄dā alba sunt & læuia, quæ supra efferunē, diuulsa vero & minime continua. Hoc vero & in subsidētibus cōtēplari oportet si non mō alba sint & læuia, sed si oīo æqualia, & quia in nulla parte diuulsa sint, & quia oī tpe talia sint: nā, si alternatim mingaē pura in subsidētibus, semidoctū esse morbū ostendit. sed & de subrubētib. vrinis, & statim habētib. subsidētiā subrubētē ac læuē, recte dixit Hip. qđ sunt qdē satis salutares, sed diuturniores ijs, quas paulo ante semicoctas noīaui. Sāguinis n. serosa superfluitas istas intingit. oporret aūt non mō hāc, sed etiā aliquid rufæ bilis admisceri. Si vero calor naturalis adeo est imbecillis, vt neq; rufam generet bilē, neq; sanguinē exquisitē coctum, sed adhuc serosum, atq; humidū: quod ad sui coctionē tpe egeat, est manifestū: qđ uero hæc dispositio sine periculo sit, materiæ natura cōmostrat, q̄ neq; tenuis, aut aquæ similis est, neq; integre crassa, sed neque acris quidē, aut putrida, sed utilis existit, & prope naturā sanguinis. Quod autem multa subsidētia, & magis copiosa, & crassa quā par sit cruda sit, aut plus de humore q̄ crudus est euacuari demonstret, superius, puerorum, ociosorum, & eorum q̄ plurimū comedūt, exēplo declarauimus. Nō tñ, inquit Gal. si ēt mediocriter urina crassa fuerit, & breue quicquā, qđ subsideat, habuerit, iā cocta erit. Si n. uel farina hordei crassiori, uel squāmis, uel furfurib. similes subsidētias habuerit, uel nigras, uel uirides, uel liuidas, uel fœtidas, pter id qđ q̄cunq; tales sunt, cruditatē habēt, ēt aliquæ sunt perniciosę. Nā farinæ hordeaceę crassiori similes, duarū sunt dispositionū indicia, grādis. s. colliquationis, & caliditatis æstuosæ, q̄ sanguinē adurit. At q̄ squāmas repræsentant, sunt valor: partes superficiales, quæ s. oio resoluūtur, ac colliquant. ita & furfuteæ: præter

Gal. 4. de tuen. sanit. cap. 4.

Aquosa exquisite.

Statim trāscurrens.

Tenuis sed subrufa aut subflaua quæ semicocta ē.

Crassior vrina.

Pinguis, & oleacea.

De vrinarū cruditate q̄ desumitur ex cōtentis.

Gal. 1. de cris. cap. 12.

Vrina subrubēs subsidentiam subrubentem & læuem statim habens.

Subsidentiæ crudæ, & simul prauæ. Farinæ hordei similes. Squammis similes & furfureæ.

Gal. loco citato.

q̃ quod, quantum hæ crasſiores ac minores ſunt, tantū ſquāmis ſimiles latiores ac tenuiores his ſunt. Nigræ vero ſubſidentiæ vel excedentem caliditatē & igneam oſtendunt, vel ex frigiditate vehementi extinctionem. Sic n. & extrinſecus noſtri corporis partes nigro affici colore videmus, partim ſ. ex nimio calore, vt qui ſe ſoli æſtiuo expoſuerunt: partim ex vehementi frigore, & veluti mortuas, vt in ſenibus, & alijs omnib. ſupra modum refrigeratis. ipſarum itaque vrinarum color niger, & etiam earum quæ in ipſis attolluntur, aut ſupra vehūtur, nebulis, ad eaſdem cauſas refertur. Peſſima igitur eſt omnis vrina denigrata, vt neminem cum ea ſeruatum viderim; minus perniciosa eſt ſi ſolum id quod ſubſidet nigrū fuerit; adhuc minus, ſi ſolum id, quod in medio iacet: ac multo minus etiam, ſi nebula. dicebat autem admirabilis Hippoc. quod ſicut in viris, & mulierib. nigræ vrinæ peſſimæ ſunt: ita in pueris aquæ ſimiles: in his n. magis conſuetæ craſſiores, in perfectis vero magis rufæ. quod vero maxime cōtrarium eſt conſuetis pernitioſiſſum. Sed de his quæ ad prognoſticum attinent, in ſequēti diſcurſu vberius agemus. hoc in præſentia annotare cum Galeno ſufficiat, quod, ei, quod ſecundū naturam eſt, maxime contrariū exiſtit, quod crudum eſt: magnamque oſtendit patientium membrorum imbecillitatem. Quod ſi etiā vitioſæ cauſæ aliquod ſignum habuerit, vti nigrum pernicioſiſſimum hoc eſt. ita etiam in vrinis ſe res habet. Nam quę ſanorum vrinis ſimillimæ ſunt, venoſum inſtrumentorum genus ſatis robuſtum eſſe demonſtrant: quæ vero crudiores ſunt, eiuſdem imbecillitatem ſignificant. Quæ vero maxime ſunt ſanorum vrinis contrariæ hæ quidem oīo ſunt crudæ, & maximam indicant vniuerſi venoſi generis imbecillitatem. quæcūque vero etiam ſuperantis cauſæ prauitatem oſtendunt, veluti nigræ, hæ ſunt extreme exitiales. Sed cum vniuerſa coctionis & cruditatis ſigna declarata iam ſint, tempus eſt vt declaremus vna cū Gal. quō ex ijs, quæ inter mox apparentia primum, atq; præcipuum locum tenēt, vniuerſalia morbi tempora cognoſcantur. ex ijs ſiquidem circumſcriptum morbi principium licet exquiſite cognoſcere. ex hoc autem futurum ſtatum coiectura artificioſa, quæ prope ad veritatem accedit, aſſequi valemus. Sicut igitur non habetur exquiſita principij cognitio anteq̄ incipiat aſcenſus: ita neque aſcenſus anteq̄ ſtatus inuadat, exercitādum itaq; eſt hoc in loco vt inuaderē ſtatū cognoſcamus, deinde vt prænoſcamus. Quod vero Hipp. vocet principium totum illud tps morbi, in quo oīo crudus eſt iā liquet. Cū n. dixiſſet qđ cocta pharmaco purgare oportet, addit, nō cruda, neque in principio, ac ſi principium exiſtat, qñ crudus, incoctusq; morbus eſt. huius aūt cruditatis præter alia ſemper ſignū eſt vrina tenuis, & q̄ nullam habet ſubſidentiam. totū igitur illud tps in quo vrina hęc apparet morbi principiū eſt. Quod q̄dē ſicuti in diuturnis morbis lōgū eſſe conſueuit: ita in peracutis extreme anguſtū eſt. Si n. ſtatim in prima die in urinis appareat aliquod ſignū coctionis, iā hic principiū traſgreſſum eſt. nam extreme breue vtrūq; tū principiū, tum augmētū ſæpius fieri cōtingit, adeo vt in primo die morb. ad ſtatū perueniat. Quō igitur in primo die febris in ſtatu cōſiſtere cognoſcetur? Nō aliter ſane, q̄ ſi ſtatim habuerit coctionis ſigna. tale n accidit circa humorū crudorū coctionē, quale etiā partib. q̄ inflāmationē patiūtur, aduenit. & ideo de his ait Hipp. circa puris generationē dolores, ac febres cōtingūt, magis quā ubi iā eſt generatū. ut igitur iā ſuppurata inflāmatione febrē in ſtatu conſiſtere nō cōtingit, aut dolorē obuiare, eodē mō neq; ſi quicquā in urinis ſubſidat exquiſite bonū. Nebula quidē ſola aut quibuſdā bonis ſuſpēſionibus factis ſtatus tps nōdū adeſt: ac multo minus cū hęc ipſa defuerint, pręterq̄ ſi bilioſus ualde morbus extiterit. Cū aūt coctio triplex eſſe poſſit uidelicet debilis, manifeſta, & perfecta. coctio perfecta eſt qā in urinis ſubſederit aliquid albū & lęue. & ęquale, & continuū. Vnde ſi aut pus, aut crudus humor ſubſideat, facile ex his notis a bona & laudabili ſubſidentia diſtinguuntur, quia in pure pręter id quod ſigna ulceris in renibus aut hepate aut aliis partibus per urinā expurgari ſolitis ſigna ſe prębēt, urina graueolet: in crudo aūt humore id quod ſubſidet inęquale eſt, & non ſibi coherens, ſed in paruas ueluti arenulas diuiſum, & oīo nō læue eſt. & ſtatim poſt urinę excretionē ad fundū uaſis multa copia ſecedit: & urinę pars cōtinens ſeu liquor male colorata eſt. in bona aūt ſubſidentia, primū ſupernæ apparet nubes, deinde ſubdeſcēdēs efficit ſuſpēſum: in fine uero ſubſidet in uaſis fundo. Debilis aūt coctio eſt, qñ ex aquoſa mediocriter ſubpallida facta fuerit: & quidē ſi turbulēta apparuerit & talis permanſerit, hęc quoq; occultę & debilis coctionis eſt ſignū: & rufa etiam ac tenuis ex eodem genere eſt. Sed nihil horū iam principiū eſſe finitū oſtendit: hoc. n. manifeſtius iudicium ſemper expetit, uel ſolam nebulam albā, aut ſuſpenſionem æqualē, cōtinuam, atque albam. & quidem rubens nebula, & ſubſidentia

Gal. 1. de criſ. cap. 7.

Cap. 9.

Morbi tempora quō ex ſignis coctionis & cruditatis, ſeu mox apparētibus cognoſcatur

Cap. 14.

Totius morbi principiū quod quam ſit.

Cap. 17.

Quō reliqua [illegible] vna cū principio ex vrinis cognoſcantur.

Coctio triplex.

Coctio perfecta. quæ.

Coctio debilis quæ ſit.

Principij ſigna ex vrinis

Coctio manifeſtā quæ.

Augmenti ſigna.

deutia

dētia talis, & fine subsidētia bene colorata urina, & crassitudine mediocris, principij finem manifestat. Sicuti autem ascensus manifestum & firmum est signum coctio manifestā, ita ipsius status coctio iam perfecta de qua toties diximus. quare vltimæ parti ascensus tum manifestū terminū præfinire licebit, quū status indicia conspicua erūt. & ideo de hoc Hip. loquitur, dū ait in principiis omnia debiliora, in statu vero fortiora. & vbi morbus peracutus est, statim extremos labores habet. Sed quo cognoscimus quod nūc fortissima sit ægritudo, & maximas habeat accessiones? Si. n. per crisim debeat terminari principiū crisis vltimum ascensus terminum esse statuendū est. Si vero paulatim non aūt ex toto debeat trāsmutari, ad eas quæ fiunt in periodis, accessiones est attēdendū. Si enim citius, & longiori tēpore, & magis, morbus ad statum ascendit, & augetur, si ad cōtrariū mutatio sequitur declinat. cōtingit aūt aliqñ duas accessiones vbi maxime factæ fuerint, inuicem æquales status tēpus circūscribere: nōnūquam vero vnā omnib. alijs præcedentibus, & subsequentibus esse maiorē. ad tres aūt extēdi status tēpus in acutis nō admodū accidit. in diuturnis nō modo ad tres, sed longe plures. In laterū vero pulmonumq; passionibus ea quæ proprie sputamina vocantur vrinarum subsidentijs assimilantur. nihil vero oīo expuere sed tussim tātummodo siccā habere tale quidā est, quale in vrinis extreme crudū, quod aquosum noīamus. Quod si ad expuere, sed liquida & omnino cruda fiat trasmutatio, debilis & occulta est talis permutatio & principiū nōdū finitū est. Qñ cœperit expuere pauca cocta morbus integre ad augumentū cōuertetur, reliquo vero omni tēpore ab hinc vsq; ad statū, semper eo plura, ac meliora, atque facilius expuente. cū vero exquisite cocta fuerint, & multa, & sine difficultate educta, status est tēpus. cū vero exquisite cocta & fine molestia educta, & eorū multitudo minuta fuerit, dolorq; non amplius affuerit status cessat, & subsequitur declinatio. In morituris autem initium similiter, vt in his qui seruantur, in morbi generatione constituitur. Ascēsus vero nō in concoquendo: sed in cruditatis lethalibusq; signis cōsistit: quēadmodū si vrina aquosa sit, & cruda & in ea nebulæ quædam, vel aliquid nigri suspendet, vel subsidet, & maximè si tota sit turbida lethalis est. quemadmodum si quædam parti farinæ crassioti similia, vel lammis in ea apparent. ita si fœditatem odoris habet, & pinguedinem oleaceam mortem minātur. idem dicendum de sputo vel nigro, vel vehementer fuluo, vel spumāte, vel vehemēter fœtido, vel omnino non apparente ingenti dolore, vel spirādi difficultate occupante. vt aūt in his, q̄ salui fiūt, maxime accessiones statū definiūt, ita hic maxime accessiones nō æque possunt determinari, cū morbus oīo nō cōcoquatı. Verū intellectu id qđ maximū est capere oportet, id quod alias morb. peruenit, alias præueniēs occidit. in inflāmatione, q̄ soluit, putis gñatio vigoris terminus est. in ea q̄ nō dēt solui fieri pōt vt in ascensu homo moriatur; fieri etiam potest, vt vires validissimæ existentes, ad extremam vsque magnitudinē perdurent. immensa vero magnitudo, dū nō soluitur, vel in gangrænam, vel in putredinem terminatur. Quousque vero horū nihil assit, augeri ipsa pōt. ita aliorū morborū incrementa censeantur. Si vero de ijs temporū morborū indicijs loquamur, quæ non naturalia sunt, aut ēt secūdum naturam. de non naturalibus Gal. sic loquitur. A tēporibus aūt anni vniuersalia morbi tpa hoc modo cognoscuntur. Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues sunt: autumnales vero longæ, & præsertim quæ ad hyemem attingūt. Sic & oīs morbus alius æstate quidem breuiorem, hyeme vero diuturniorem habet motū. & principium sic æstate breuius, hyeme vero longius habebit; similem quoq; seruabit in alijs temporibus proportionē. Nam autumno & vere medio modo se habent, autumno tamen longiora habent tempora q̄ vere. & quod de temporibus anni dictum est idem quoque de regionibus, cœliq;, aut præsentis ambientis aeris statu asserere debemus, nam hæc dum calida fuerint, singulis morbis celeritatem addūt, si frigida tarditatem. Sicuti autem in anni temporibus ita & in temperaturis ætatibusq; res se habet. Quæ. n. tempus æstiuum, eadem & ægri temperatura si fuerit natura ualidior & siccior: & ætas si in suo uigore constiteritunā indicabunt. Liquet aūt quod & industria vitæ, & assuetudo eodem modo se habent. Verum qm̄ tempestiui auxiliorum usus gratia, non solum totius morbi, uerum etiam circuituū tpa distinguere proposuimus; idcirco, si de signis, quorū merito particularium accessionū horæ seu tempora cognoscuntur, sermo fiat: Hæc uel ipsarum primā inuasione, seu primū insultum indicant, quem potissimum pro cibo recte propinando futurum potius præcognoscere debemus. (Cum. n. indiuisibilis sit præsentem cognoscere est impossibile) vel reliqua tpa nobis ondunt. Quę primum iudicāt insultū illa eadē sunt, quę uniuersalia morbi tpa una cū Hipp. significare posse docuimus, dū ipse

Margin notes:

Status signa & declinationis. — Cap. 19. Cap. 10. Cap. 10.

Status signa & declinationis.

Signa tempo rū ex sputis. — Cap. 18.

Gal. lib. de tot. morb. tē. c. 6.

Signa tempo rū in his qui pereunt.

Signa temporum morborum quæ nō naturalia, & secūdum naturam sunt. — Gal. 1. de crif. cap. 4. — Gal 1. de crif. c. 17. & 1. aph. com. 12. Hip. & Gal. — Gal. li. de mor. tempor. c. 9.

De signis tēporum particularium accessionum. Insultus quō præcognoscatur. — Hip. 1. aphor. tex. 12.

dicebat quod accesſiones indicabũt tũ morbi, tũ anni tpa, tũ ſucceſsiua circuituũ incrementa. Hæc itaque poſſunt, vel acceſſionis inſultũ, q; diem, vel diei partem, vel horam ſignificare. Diem quidem quoniam biliosa febris ſingulis tribus, melancholica, ſingulis quatuor diebus, pituitoſa quotidie inſultũ accesſionis habebit. dũmodo circuitibus non careant, quales ſunt febres ſynochæ. Morbo aũt laterali, atque phrenitidi, ait Galenus, magna ex parte per tertium diem accesſiones fiunt, quia magna ex parte ex bilioſo ſanguine procreantur. quod ſi phrenitis ab atra fiat bile, tunc, vt ait Galenus, non ſimpliciter phrenitis exiſtit, ſed mali moris, ſupputationibus vero, ſubdit Galenus, quæ ventri eueniunt, aut hepati, & tabi quotidie & magis ad noctem: qui vero ex liene laborant & omnino melancholicis per quartũ. iecoris. n. & ventriculi morbi magna ex parte pituitoſi ſunt, quia vt plurimum eorum calore labefactato proueniunt. ideo iecoris inflãmationes facile in ſcirrhos vertuntur tenuioribus. ſ. partibus ſanguinis reſolutis morbi tamen ex puta pituita, & exquiſita œdemata in hepate non fiunt, vt notat Galenus, tum quia eius ſubſtantia compacta putam pituitam vix admittit, tum quia pituita à iecore vlteriorem coctionem accipiens, ad ſanguinis naturam accedit. Anni quoq; tempora eundem diem indicare valent, quia, vt ſubdit Galenus accesſiones per tertium quidem maxima ex parte æſtate fiunt, per quartum vero Autumno, ſingulis vero diebus, aut noctibus hyeme. æſtate. n. morbi ex flaua bile potiſsimum, Autumno ex atra, hyeme ex pituita, his. n. temporibus tales humores dominantur. de vere autem mentionem non egit Galenus, quia morbi ipſius proprij ſanguinei cum ſint, vel nullas habent accesſiones, vel ſi habent, eę naturá illius humoris ſequuntur, in quem ſanguis putreſcens tranſmutatur. Ab ijſdem quoque diei pars indicari poteſt, nam morbi pituitoſi inuaſionem in nocte potius, ſanguinei matutino tempore (ſi tamen ſanguis aliquam ſubit accesſionem aut exacerbationem) bilioſi circa meridiem, melancholici veſpere futuram indicabunt, & hoc, quia, vt docuit Galenus, nox hyemi, matutinum tempus veri, meridie æſtati, veſper Autumno proportione reſpondet. hyeme vero pituita vere ſanguis, æſtate bilis flaua, Autumno atra dominari, & ex ſibi ipſis morbos producere conſueuerunt. Quo fit vt etiam anni tepora codẽ prorſus modo futuras inuaſiones quo ad diei partem cõmoſtrare aliquo pacto posſint. non. n. ad veritatẽ horum merito prorſus accedimus, ſed aliquã ſolummodo coniecturam ſumimus. & quod de tẽporibus diximus, idem vnã cũ Galeno de regionibus, ætatibus, temperaturis, vitæ inſtitutis, q̃ tpribus, proportione reſpondẽt, intelligendũ eſt. Inuaſionis tandẽ horam ex ipſis præuidemus, q̃a ſicuti acuti morbi accesſionis horam anticipare conſueuerunt, vel ſaltem eandem inuaſionis horam non ſeruare, ita diuturni, vt ex Hipp. colligimus, inſultus in eadẽ hora habere ſolent. Hæc tamen potiſsimũ ex circuituũ ipſorũ incrementis ꝓuideri põt. Quæ c̃ ĩ duplicia ſunt, nã accesſiones anticipãt, vel poſtponunt, longiores, & vehementiores fiunt eadẽ ſeruata ꝓportione, uel non, ſed magis paritatẽ ſeruant. ſi ſeruetur ꝓportio ita vt tertia acceſſio tantum anticipet, vel poſtponat ſecundã aut longior, vehementiorve fiat, quantum ſecunda primã anticipauit, aut poſtpoſuit, vel ea longior vehementiorve fuit, & ſic de quarta, & alijs, quanto tpe febris principiũ perdurabit, tãto accreſcendi ꝓportio ꝑdurabit, & idem in augmẽto, & declinatione erit enunciandũ. Si. n. ſecunda accesſio primã ꝑ horam anticipet, & fiat duplo maior, & vehementior tertia & ipſa ſecundã per vnã prorſus horã anticipabit, & ſi febris augeatur duplo maior & vehemẽtior fiet. ſi ſecunda primã ꝑ duas horas anticipabit, tertia ꝑ duas horas ſecundam ſimiliter anticipabit, & idẽ de quarta, quinta, & alijs ſubſequentibus accesſionibus, & ipſarum poſtpoſitionibus erit dicendum, hoc tñ animaduertendũ quod in principio febris accrementi proportio ſolũ quo ad anticipationẽ ſeruatur, in augmento vero & declinatione tum quo ad hanc, tum quo ad longitudinẽ & vehementia ſeruari põt, ſed in augmento horæ anticipatio, in declinatione poſtpoſitio fieri cõſueuit. ſecundę aũt principij accesſionis horã nõ eſt in promptu ꝓcognoſcere, ſicuti neq; primę augmenti accesſionis, neq; primę ipſius vigoris, ſeu ſtatus febris, in quo eãdem horã deinde accesſiones ſeruare cõſueuerũt. poſſumus tñ & in his tẽporibus aliquã horæ cõiecturam ex morbi, ſeu febris natura deprehendere, quia ſi viderimus morbũ acutũ, & celerẽ motũ habere futurã in augmenti principio accesſionẽ multo ante tps primę inuaſuram iudicabimus, ſi diuturnũ, non multũ anticipaturã ꝓcognoſcemus, & ſic de ſtatu & principio & declinatione ſtatuendũ eſt, dũmodo horũ tẽporum natura, atq; ꝓportio recte perpendatur. Q̃ ſi accesſiones magis paritatẽ ſeruẽt facilius adhuc hora accesſionis inſultus ꝓcognoſcitur. nã in ſingulis febris tẽporib. eadẽ hora inuadũt accesſiones

Gal. 1. aphor. com. 12.
Gal. 2. in 3. epi dem. 5.
Gal. 1. aph. 12.
Gal. 4. de præſag. ex pulſ. c. 4.
Gal. 1. aph. 12.
Gal. 1. in 6. epi dem. com. 15.
Gal. 1. aph. 12.
Hip. 4. aph. 30.

Inſultus diequõ ꝓcognoſcatur.

In qua diei pte inſultus futurus ſit.

Inuaſionis hora quomodo ꝓcognoſcatur.

accessiones. nã si in principio prima accessio. v.g. hora 12. inuadit eadē hora 2.3. & reliquæ ad principiū attinētes inuadēt, & ita in reliqs tēporib. cōtinget. si. n. prima augmēti accessio vltimā principij p horā anticipet, & v.g. duodecima hora inuadat, reliquæ augmenti eadem undecima hora initiū exhibebunt. Vnde nulla prorsus nisi de secunda principij, & prima augmenti, & etiam status dubitatio erit. Quæ tamen & ipsæ quoquo pacto præcognosci poterunt, si ad coctionis signa aut manifestæ, aut perfectæ respexerimus. Signa uerò quæ reliqua accessionū tempora principium uidelicet, inæqualitatem, augmentum, statum, & declinationem nobis aperiunt, uel ex ipsorum natura de qua in superiori de differentijs capite abundè egimus, vel ex ipso calore, vel pulsu, vel vrinis desumuntur. Ipsorum autem naturam non est vt frustra repetamus, cum enim accessionum principium illud sit, in quo calor & cum eo sanguis ima petit & concentratur propter causas superiori capite propositas rigor horror, aut frigus extremarum partium, vel externæ superficiei subsequitur, & quia vitiosi succi, inquit Galen. in ventriculum confluunt, quia vti suo loco declarauimus, ad vicinas hypochondriorum partes primum expelluntur, vellicatio grauitas, aut compressio stomachi vnà incedit. & sæpe nausea, & paulò post vomitus subsequitur. Ita propter caloris & sanguinis in viscera confluxum compressiones, & obstructiones fiunt, & distentiones arteriarum præcipuarum, ob quas pulsus inequales fiunt, vt etiam languidi ob stomachū & facultatem affectam. ita fiunt & parui ob imbecillitatem facultatis & ob frigiditatem, & tardi etiam ex ingenti frigiditate. Quod si febres incompressas, vt vocant, inuasiones faciant hoc perpetuum est, & præ cæteris propriū cuiuscunque inuasionis putridæ febris, vt arteriæ contractio distentione celerior efficiatur. Perpetuum enim hoc est, & constans initij accessionis signum. in cæteris enim omnibus si frigescat totum corpus siue os ventriculi, siue deferatur sanguis in profundum ex mœrore, vel metu, aut alia de causa similis tarditas est in contractione, & distentione, & in vtraq; quiete coniuncta raritas est. In solis verò inuasionibus febrilibus vt distentio tardior fiat priore, certè contractio celeritatem nanciscitur, ad hæc restringit externas quietes vt hic pulsus crebrior euadat: at non in interna, sed vel perinde vt in priore, vel paulò rarior id temporis videtur. Proinde, cum nihil pulsus variet nisi in contractionis celeritate id habe initij accessionis indicium perpetuum; simulque fit hic pulsus in externa quiete crebrior, natura incumbente ad excrementum fumosum propulsandum. In declinationibus verò ait Gal. celeritas contractionis dissoluitur, præsertim cum ad integritatem aut propè eam peruenerint. Initio accessionum generatur, cum aliqua ratione humores incendantur: ac per incrementum augetur. vbi propè iam attigerint vigorem, succensis humoribus feruescentibusque, ingens incrementum suscipit distētionis celeritas: contractionis permanet par celeritas: vbi iam vigeat plane febris, in illa accessione ad summam celeritatem distentio peruenit. & diminuitur celeritas contractionis, non tamen adeò imminuta euadit, ut à distentionis celeritate superetur. Quia proprium & inseparabile signum putridarum est contractionis celeritas vt in principio huius capitis cum Galeno declarauimus. Dum enim in febribus aceruus materiæ humidæ initio accessionis ad cor peruenerit, primum mortis periculum est: quod periculum maxima mutatio pulsuum in raritatem tarditatem, paruitatēque prænuntiat. Nam si his insignis remissio successerit, extemplo peribunt. sin autē absit remissio, contendit natura hanc superare, atque arteriarum motum maiorem celeriorem, & crebriorem excitat, vt uterque motus celerior quidem fiat, sed clarius cōtractionis increscatque hic breui manifeste, dum augescat accessio. Tandem ubi materiam superauerit calor quasi flamma incenditur. & hic est uigor accessionum, vbi fuliginosum excrementum expiratione, & arteriarum contractione natura expellit. cinctitius verò, quia crassum per insignes quosdam meatus educit: hoc in partibus inflāmatis pus est: in ipsis vasis, sedimentum vrinæ. Purum itaque calorem motus distentionis declarat, eum qui est veluti fumosus, contractionis. Si quis autem pulsus contractionem sentire se neget, aut quia pulsus robore contentioneque careat, sentiri nō possit, ad signa, quæ ab ipso corporis febricitātis calore sumuntur, confugere debet; quæ adeo facilia sunt, vt nos ea sæpius in praxi tum assidentes, tum ipsas mulierculas edocere consueuerimus, ne congruam cibandi occasionem præterire vllo pacto possint. Hæc autem tum ab Hipp. tum à Gal. pulcherrime fuere conscripta. Ab Hippoc. quidem dum habet, quod sicuti refrigerari pedes magna ex parte iam affuturam febris accessionem significant, ita cum febris quieuerit, tum e contrario pedes reliquo corpore

De signis tē porum accessionum.

Symptomata principiū comitantia.

Accessionū tempora quo ex pulsu cognoscantur.

Gal. 3 de præs. ex puls. c. 7.

Cur febricitantiū hypostasis alba sit contra vern.

Accessionū tpa quo pacto ex calore ipso facillime deprehēdantur.

Hipp. 4. de rat vict. in acut. sex 32.

corpore fiunt calidiores: aucta enim febris pedes ipsos refrigerat: atque ex thorace incensa, flammam in caput mittit. Igitur vniuerso calore confertim superiores partes petente, & in caput exhalante, non sine causa pedes refrigerantur: quippe qui suapte natura vt carnis expertes sunt, ita neruis abundant, & multum à calidissimis locis absunt. itaque collecto in pectore calore, ipsi refrigerantur. Rursus verò cum febris soluitur, & in minutas partes redigitur, calor ad pedes proportione descendit: quo tẽpore caput & pectus refrigerantur, ac tunc cibus dandus. à Galeno verò dum ita scriptum reliquit. Accessionis autem principium fit calore omni ex toto corpore ad cor thoracemque confluente. Incrementum verò, cum paulatim ad extremas corporis partes se expandit: status, cum æquè per totum corpus susus est: declinatio contra fit, quàm principium, cum.s. calor perspirarit, & medium corporis reliquerit. quod Hip. vno verbo declarauit hoc modo: cum calor ad pedes vsque descenderit. neque enim idem est, calidos ex frigidis pedes reddi: & ad eos calorem descendere: siquidem descendere, significat caloris ex vna parte in aliam mutationem: at calefieri pedes etiam potest cõtingere, cum calor adhuc medias corporis partes obsideat, quod in statu vsu venit. quare in declinatione calor intensior in pedibus, quàm in thorace percipitur. & ex his auctoritatibus colligimus quinetiam in febriente corpore duos calores realiter distinctos reperiri. Verum quoniam ex Galeno, mors nonnunquam in paroxismorum declinatione contingit, ideo vt ij, qui ad quandam falsam declinationem perueniunt, vigore.s. vitali soluto, ab ijs, qui verè declinant distinguantur, (in vtrisque.n. subito febrilis calor dissoluitur, sed hoc fit ex causis maxime contrarijs, siquidem naturæ robori maxime contraria est imbecillitas) ad pulsum ipsum confugere oportet. Vehementior enim fit continuè magis pulsus, & æqualior, atque ordinatior in bona declinatione: expellit enim natura fortius omnem subito febrilem calorem. Debilior verò & inordinatior, & inæqualis est pulsus in mortalibus declinationibus. Nam vnà cum alijs tunc calor febrilis expirat, & hinc species melioris exoritur. Deinde paulò post, vel cum ad leuandum ventrem surrexerint, animi defectum incurrunt, & nonnulli pauco ac tenaci sudore effuso moriuntur, vel etiam sine surrectione. Postremò accessionum tempora ab excuntibus aliqua ex parte cognoscuntur, quia sicuti in earũ principijs sæpe vomitus vitiosorum humorum contingũt, & nonnunquam eorundem per aluum excretio, semper autem vrinæ tenuiores, & minus coloratæ cernuntur, ita in earum declinationibus sæpius sudores scaturire solent, vrinæ autem magis coloratæ, & rubræ sed crassiores, & obscuræ conspiciuntur, quia tunc accessionis materia à natura victa & superata, & concocta propellitur. in medijs temporibus verò propter causas oppositas excretiones non apparent quia natura materiæ coctioni, & assationi solum incumbit, dummodo alia accessio iisdem temporibus non superueniat vt in cõplicatis febribus euenire solet. nam tunc etiam in augmento & statu vomitus & sudor oriri possunt propter alterius accessionis principij aut declinationis complicationem. Porrò reliquas febrium putridarum differentias, quæ ab ipsius putrescentis humoris loco capiuntur ex his quæ in earum tractatu proposuimus, haud difficile est indagare, & insuper humores extra venas putrescere tunc certo scimus, quum non solum febris continua est, & verè symptomatica, ita vt visceris alicuius inflammationem comitetur, cuius nobis indicia aperta sunt, verum etiam in pulsu durities percipitur. inquit enim Gal. quòd illis quæ ex humorum putredine fiunt febres, pulsus durus adest, quãdo aliquod viscerum vel inflammationem, vel durum tumorem patitur. Pulsus itaq; qui ab inflammatione excitantur, vt etiam alibi ait, à pulsibus ab humorum putredine concitatis sola duritie discernentur, durus enim est in inflammationibus eorum occursus. Durities enim fit ex tensione, quæ ob vasorum repletionem fit. Verum quoniam durities hæc est quidem inseparabile signum non tamen proprium, nam si unà cum putrida febre casus quispiam alius affuerit, ut tensio aliqua neruorum, aut siccitas: sicuti in his qui non in tempore frigidam bibunt aquam, aut frigida se lauant, & aliquibus arborum fructibus immodice vescuntur, hac etiam ratione pulsus durus fit: & insuper is quoque ex alimenti inopia immodicis vigilijs, solis feruore nimio, validis exercitijs, & exinanitione proficiscitur, & magna ex parte hecticas febres comitatur: propterea non solum hæc omnia abesse debent, verum etiam ad propria inflammationum signa confugere debemus.. Quamuis autem inflãmatio, quæ febris causa est, nonnunquam in initio quasi inuoluta lateat, eius tamen symptomatica febris admodum conspicua est, quæ etiam hoc modo à primaria, quæ continua est, discernitur.

Vtraque

Gal. 1. de rat. vit. in acut. cõmen. 46.

Gal 3. de cris. c. 9.

Cognitio tẽporum ab excrementis.

Signa differẽtiarum quę à loco materię putrescentis capiuntur.

Signa febris inflammationem comitãtis.

Gal. 1. de diff. feb c. 7.
Gal. 3. de præs. ex puls. c. 7.
Gal. 1. de diff. feb. c. 7.

Vtraque enim acuta est & putredinis notas exhibet, sed symptomatica nullis statis periodis, quia a sanguine producitur, exacui solet. Vrinæ nullum putredinis indiciũ habent, nisi ex affecta sede putredo forsitan in venas obrepat; & si non statim initio: mox tamen inflammatæ sedis indicia se proferunt. Raro vel septimo, vel quartodecimo die alijsve decretorijs iudicio soluitur. In primaria febre continua omnia his contraria apparent. A primaria autem intermittente facillimè distinguitur, quia, vt alias diximus, nulla vnquam symptomatica febris intermittere visa est. Quod si humor in venis quidem putrescat, sed alicuius visceris proprijs, ita vt febris ex occulta obstructione & putredine fiat, quæ uisceri contumaciter adhæræscat, impactaque sit, subindeque ea symptomatica febris oriatur quæ lenta uocatur, & quam inter primariam & exquisite symptomaticam, cuius nunc signa commemorauimus, quodammodo mediarè diximus, hæc præter id quod proprias affectæ partis notas si non statim in principio saltem procedente malo exhibere consueuit; distinguitur quinetiam tũ à supra statim memorata, tum à primaria, quæ continua est, quia est omnium putridarum mitissima: æger enim nullo graui symptomate premitur, ita vt sæpe nec se ægrotare putet. Putredinis tamen notæ interdum elucent in vrinis; pulsus frequens, celer & inæqualis, non tamen magnus aut vehemens, imò nec durus, vt in superiore. Dummodo alijs de causis superius propositis pulsui durities non accedat: vires imbecillæ, & languidæ collabuntur, vt ne progredi quidem æger possit. Corporis moles, etiam si alimentum sumitur, sensim liquescit. Diuturna pariter febris est, quæ reliquarum continuarum terminos prætergreditur, nec vigesimo, nec interdum quadragesimo soluta. Huius quum suspicio est, ait Ferne. fomes quærendus, omnesque corporis partes animo sensuque lustrandæ sunt, dum signis conspicuum sit, in qua is parte consistat. Sæpe in ventriculo, aut in iecore, interdum in liene, aut mesenterio, nonnunquã in pulmonibus cuiusuis humoris fentimala putredo cumulata hauc excitat. Sedulo igitur obseruanda sunt hypochondria, & hypogastrium, num in his tumoris, aut renixus cuiusdam sensus insit. Cum autem in febre primaria omnia signa his opposita nobis se se offerant, & ob id etiam omnium maxime cõspicua sit, propterea si quis ipsam vlterius distinguere cupiat, & eam, quæ fit ab humore qui in venis puriotis sanguinis putrescit, & sui natura continua est, ab ea, quæ oritur ex humore in venis chyli & imperfecti sanguinis putrescente, & suapte natura intermittẽs est, separare studeat, oportet vt is ea potissimum perlegat, quæ a nobis de rigoris horroris, & frigoris natura, & causis in superiori capite fuere conscripta. Inquit enim Hippoc. quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur, idest ad infebricitationem desinũt sic & si tertio quoque die, aut quarto. ait Gal. in cõtinua autem vt plurimum nullo rigore, aut horrore, aut frigore prægresso repente calor hominem adoritur. Aut si quãdo hæc animaduertuntur, leuiora admodum esse solent. & horroris potissimum, vt in hemitritæis contingit, reduplicationes obseruantur. Pulsusq; inæqualitas maior, quã pro caloris vehementia percipitur. Vltra horas autem vigintiquatuor exporrigitur, & accessio in omnibus suis partibus vel saltem in aliquibus, vt in principio, augmento, vel statu & declinatione prolixitatem seruat (intermittens enim omnes has partes breui tempore de necessitate percurrit) neque vt intermittens vel manifesto sudore, vel sensim hoc tempore desinit, sed perseuerans eousque durat, dum prorsus conquiescat. ita ea symptomata, quæ intermittentes & potissimum accessionum principia comitari diximus, dum de signis particularium temporum loqueremur, exigua vel nulla in continuis conspiciuntur. Altera ex parte incendium sitis, anxietas, vigiliæ, dolor capitis, & id genus alia dum adsunt, vel diutius durant, vel nunquam cessant, nisi vbi febris vel ex toto, vel pro maiori parte fuerit discussa. Ex his autem quæ de putridarum differentijs diximus facillimum est cognoscere, vtrum humor, vel in magnis, & cordi vicinis vasis, vel in remotis minoribusque putrescat. quod exactius adhuc distinguemus dum putridarum species singulas examinabimus. An verò in pluribus locis, atque fomitibus humores putrescant, dum de compositis febribus differemus, conspicuum fiet.

Signa symptomaticæ febris viscerũ obstructiões comitantis.

Fern. 4. pathol. c. 8.

Signa febrẽ primariã cõtinuam ab intermittẽte distinguentia.

Hip. 4. aphoris. 63. & Gal. in comm. & 1. ad Glau.

Gal. 3. de cris. c. 4.

De pu-

De putridarum febrium præsagijs, & primo quomodo futuram putridam febrem prædicere valeamus. Cap. XVI.

Hip.li præsag. sect.1.tex.1. Gal.in com.

OPTIMVM esse si quid aliud existimauit Diuinus Hippoc.vt prouidentia Medicus utatur. Non enim prouidentia, seu præsensio, aut futurorum prædictio, ad vates solum pertinere dicitur, ut antiquiores quidam, & potissimum Methodici qui uocabantur Medici arbitrati sunt, sed etiam ad Medicum cum ei maximam utilitatem afferat. Hanc autem tribus capitibus contineri dixit Hippoc. quorum primum est, inquit ipse quia si apud ægrum quæ sunt, quæ fuerunt, quæque futura sunt, præsentiat, atque prædicat, & quæ infirmi omittunt, ipse narret, ægri statum melius cognoscere putabitur: atque ita Medico se committere homines audebunt. Cum enim ait Gal.inde fiat, ut Medicus existimetur morbi naturam diligenter cognoscere, homines se Medicis concredunt, eorum imperata facilius faciunt, & subinde morbi facilius persanantur. Omittunt autem infirmi in proprijs narrationibus, non quidem quæ nullo ipsi pacto sciunt, inquit Gal.sed ex causis eas solas, quæ antegressæ nominantur, ex symptomatibus uero ea quæ sub aspectum cadunt. Quæ igitur huius generis ægro ti narrando omittunt, ea si à Medicis audiant, eos meritò admirantur. Secundū autem utilitatis caput, quia si ex præsentibus affectionibus futuras prænoscat, optime cu rationem instituet. Cum enim Medicus laborantis affectionem accurate cognoscet, quædam mala, quæ eam sequi solent, prohibebit; quædam ne magna fiant impediet : omnibus uerò in commune rectè obsistet, non secus quàm bonus gubernator, qui se ante ad futuram tempestatem comparauit. Tertium utilitatis caput ab Hippoc. proponitur dum habet. Quod cum fieri non possit ut Medicus ægros omnes sanitati restituat (quanquam hoc præstaret, quàm præsentire, quę sint in posterum euentura) sed intereant alij quidem ob morbi uehementiam, anteqnam Medicus accersatur; alij uocato etiam Medico repente, alij uno die, alij paulò longiore tēpore moriantur, priusquam Medicus singulis morbis sua arte resistat: ideo harum affectionum naturas nosse oportet, quantum corporis uiribus superiores sint: simulque si quid diuinū in morbis insit, eius quoque prouidentiam perdiscere: sic enim meritò admirabilem se, bonumque Medicum præstabit; nam quos superstites fore cognouerit, eos etiam conseruare rectius poterit: cum multo ante tempore singulis cōsultat: cumque morituros ui cturosque prænoscat, ac prædicat, culpa uacabit, & se cuiuscunque calumnię expertem exhibebit. Quod autem diuini, quod in morbis inest, præsensio nihil aliud sit, quàm aeris nos ambientis constitutionis cognitio, de qua Hippoc. tum in tertia aphorismorum sectione, tum potissimum copiosissime in libris de vulgaribus morbis pertractauit, in horum verborum expositione manifestauit Galenus, qui quidem non nisi eiusdem Hippoc. auctoritate fuit adductus. Cum enim diuini præsensio vnum quidpiam de ijs esse oportear, de quibus Hippoc. pertractauit. Præsensionis eorum, quæ in nobis ex aeris nos ambientis causa præueniunt, in locis propositis attigit. & sub finē libri præsagiorum ita scripsit. Morborum quoque, qui semper vulgantur, impetus, & temporis anni constitutiones, obseruare accurate oportet. vnde necesse est, si quid aliud, ait Gal. quod ad præsagiendum pertineat, vt Medicus etiam vulgarium morborum originem noscat. Quamuis autem præsensio, quemadmodum ex Hippoc. & Galeni dictis colligimus, in tribus temporibus, non autem in futuro tantum dicatur, nec minus admirabilis sit vates, qui ita præterita, quæ ipse non vidit, sicut præsentia dicat quàm qui futura prænunciet: & qui ea, quæ nunc geruntur, antequam videat, prædicit, vates sit illis nihilo deterior: Nihilominus nos de sola futurorum præsensione in hoc tractatu loquemur, tum quia præsentium præteritorumque præsensio ex his, quæ de signis morborum significatiuis, eorumque antegressis, euidentibusque potissimū, & alijs causis tum hucusque tradita sunt, tum posterius tradentur, ab vnoquoque colligi potest: tum quia, vt Gal. admonet, vsu hæc inter se multum differunt: nam præsensio futurorum vtilissima est, præteritorum verò alijs quidem inutilis, sed vni Medico qui ostentare artem velit, vtilis existit. Similiter de præsensionibus eorum, quæ ex aeris nos ambientis causa proueniunt, in præsentia non est, vt ex professo & de omnibus disseramus, quia sicuti in singulis morbis, & affectibus præter naturam enucleandis, semper in ipsorum præsagijs eas ambientis aeris, anniique temporum constitutiones

Marginal notes: tex.3. — Prima prædi ctionis vtilitas. — Gal.in com. — tex.3. Gal. in com. — Secunda præsensionis vtilitas. — Pulcherrima comparatio. — tex.4. — Tertia præsagij vtilitas. — Gal.in com. — Hip.3.præsag. tex.43. Gal.com.cit.in fine. Hip. tex.1.& Gal. loc.cit. — Cur de sola futurorū præsensione agendum sit. — Gal l.c.cit. — Cur præsensiones eorū, quæ ex aeris cōstitutionib prouenīūt ocs hoc in loco non appo nantur.

tiones

tiones appoſuimus, ex quibus procreari, vulgari, graſſarique ſolent; ita in putridis generatim & ſpeciatim & præſertim peſtilentibus febribus explicandis, idem prorſus faciemus; ad hoc, vt quiſque probè noſcat, ex qua quiſque morbus conſtitutione aeris promoueatur, ſubindeque vulgarium omnium morborum originem perſpectã habeat. Nos itaque nunc ſatis feciſſe videbimur, ſi de futurorum præſagijs loquentes, quatuor tantummodo capita examinabimus, prout. ſ. vel putridam febrem futuram, vel ipſius breuitatem, & longitudinem, vel ſalutem, & mortem, vel varium ſolutionis modum præcognoſcere, atque prædicere valemus. Ex breuitate autem & longitudine, necnon ex febris vehementia & magnitudine quam in ſalutis & mortis ſignis examinandis expendemus, tum curandi facilitas, tum difficultas & impoſſibilitas apertiſſima fiet. Quamuis autem futuram febrem putridam præuidere quibuſdam impoſſibile ferè, aut ſaltè perdifficile eſſe videatur: attamen facillimum fiet, ſi ad duos potiſſimum ſcopos prudens Medicus intueatur, quibus eos præſertim intentos eſſe velim, qui Regibus, Principibusque aſſident, vt eorũ tuendæ valetudini, & auertendis morbis iugiter incumbant. Porrò primus ſcopus putridæ febris naturam, ipſiusque ſubinde cauſas omnes complectitur. Reliquus verò ſigna, ſeu caſus, ſymptomatave, quæ in neutra corporis diſpoſitione ſuboriuntur, comprehendit. & ſicuti meritò huius putridam paulò poſt, ita virtute primi, ipſam alioquin multo poſt futuram, præuidere licet. Is autem primum ſcopum omnino perſpectum habebit, quicunque ea, quæ de putridæ febris cauſis à nobis tradita ſunt, in memoriam reuocabit. Cum enim & agentium cauſarum vim & paſſi diſpoſitionem rectè perpendere debeamus. Agentibus autem cauſis poſthabitis tanquam ibi declaratis, necnon etiam ijs diſponentibus cauſis omiſſis, quæ cum euitari poſſint, prædictionem noſtram falſam reddere valent, inter quas præcipuum locum tenet praua viuendi ratio, quæ ſuperfluos humores, ad putredinem maxime paratos multiplicat, corporiſque meatus omnes adſtringit, de qua diligentiſſime loquuti fuimus: eas ſolum cauſas adducemus quæ quidem euitari, aut vix, aut nullo pacto poſſunt. Sunt autem, quemadmodum ex Hippoc. tum in libris de vulgaribus morbis, tum in tertia aphoriſmorum particula colligere licet, Aeris in primis conſtitutiones. hæc enim ex Galeno ineuitabiles etiam ſunt, deinde ætates & temperaturæ. Aeris porrò conſtitutiones primas ſedes tenere ſtatuimus, quia non modo corpora ad putridas febres diſponendi maximum habent momentum, ſed etiam eadem in putridas impellendi uim habent, veluti dum vehementes calores, & ſuffocationes nos vrgent, aut aer ambiens putrida aliqua inficitur labe. Hæ itaq; vel ſimplices ſunt, vel complexæ; ſimplices verò vel ad particulares anni conſtitutiones, vel ad ipſa anni tempora ſpectant. de particularibus anni cõſtitutionibus dicebat Hippoc. quod mutationes temporum, idest alterationes illæ, quæ ſecundum illorum temperaturas fiunt, potiſſimũ ſi alterationes hæ magnæ ſint, pariunt morbos. Quocirca ſi tempus ad magnam caliditatem & humiditatem denergat putridæ potiſſimum febres fient, & eo copioſiores, quo talis temporis mutatio & vehementior fuerit, & diutius perdurabit. Vnde ſicuti ex eodem Hippoc. ex anni conſtitutionibus ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ: ita in pluuiarum multitudine febres longè, putredineſque magna ex parte fiunt. Pariter ſicuti quotidianæ conſtitutiones aquiloniæ corpora denſant, & bene firma, & bene mobilia, & bene colorata faciunt, ita Auſtrinæ diſſoluunt corpora, & humectant, & putredini expoſita reddunt. Veruntamen ſi annus magna ex parte ſiccitatibus vigeat, febres acutas expectare oportet. Cũ autem in temporibus eadem die modo calor, modo frigus ſit, autumnales morbos expectare debemus. ex quibus facilè eſt videre, quid nam de reliquis anni conſtitutionibus dicendum ſit, ſiquidem morbi, vt idem Hippoc. habet, alsj ad alia, bene vel malè ſe habent (ſicuti etiam & quædam ætates) ad tempora, & loca, & victus genera. nã morbi calidi in temporibus, & locis calidioribus magis generantur, & minus ſunt periculoſi, frigidi in frigidis. Cum enim morbi omnes immoderationes quædam ſint, eorũ generatio à ſimilibus locis, atque temporibus, ſolutio vero à contrarijs ſit. Reliquæ verò aeris particulares conſtitutiones ex his, quæ de ventorum natura paulò infra dicemus, quos morbos pariant, clarum fiet. De anni verò temporibus tractans Hipp. inquit, quod morbi omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, ſed quidam magis in quibuſdam ipſorum & fiunt, & excitantur. Ver tamen ſaluberrimum eſt, & minime exitiale, eſt enim temperatiſſimum. & in eo, vt inquit Gal. propter aeris calorem profundum corporis expurgatur, vitioſis humoribus à partibus principalibus ad cutẽ perue-

Marginalia (left): In præſagijs putridarũ pertractandis quam capita ſint abſoluẽda. — De ſignis futuræ putridæ febris. — Prædictiões quæ ex aeris cõſtitutionibus deſumũtur. — Prædictiões ex anni tpibus deſumptæ. — Verni tẽporis laudes.

Marginalia (right): Gal. 3. de hum. com. 3. — Hip. 3. aphoriſ. 1. & al in cõ. & 3. in lib. de hum com. com. 16. — Hip. 3. aphoriſ. tex. 15. — tex. 16. — tex. 17. — tex. 7. — tex. 4. — tex. 3. — Gal. in com. — Hip. tex. 19. — tex. 9. — Gal. com. 20.

peruenientibus, vt ob id iustissime exercitationibus compararetur. Et hac de causa morbi ipsius proprij sunt sanguinis profluuia, lepræ, & impetigines, & vitiligines, & pustulæ vlcerosæ plurimæ, & tubercula, & articulorum morbi, quæ omnia periculo vacant. Quod si vernum tempus aliquod corpus bonos habens humores excipiat, hoc seruat saluberrimum, nihil innouans ex propria natura, sicuti alia tria tempora faciunt. nam æstas flauam bilem vltra modum generare solet, autumnus atram, hiems verò pituitam. Quod si ver furores & atras biles ex Hippoc. sententia & comitiales, & anginas, qui morbi autumnales sunt, & grauedines, & raucedines & tusses, qui sunt hiemales, promoueat, id non ex propria efficit natura, sed quia vel pituita, vel flaua bile, vel atra, vt notat Gal. vel ipso et sanguine repleta excipit corpora. qua etiam de causa proprios morbos prius dictos generat, quod innuens dicebat Hipp. si impurgatus laboraueris, vlcera erumpent. Sicut igitur ver saluberrimum & minime exitiale. Ita æstate, dicebat Hippoc. propter causam assignatam quia s. similem habet sui principij cum vere temperaturam, nonnulli veris morbi superius enarrati, contingunt, hoc est in æstatis initio. sed insuper in æstate tanquam morbi ipsius proprij fiunt febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres plurimæ, & quartanæ (hę tamen in vltima eius parte fiunt) & vomitus, & alui profluuia, & lippitudines, & aurium dolores, & oris vlcerationes, & genitalium putredines, & sudamina, quæ pustulæ sunt in summa parte corporis hærentes ad instar vlcerum cutim exasperantes. Quæ omnia mala flauę bilis, æstate vigentis, soboles sunt. Autumno autem & multi æstiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ inter cutem, & tabes, & stillicidia vrinæ, & difficultates intestinorum, & eorum læuitates, & coxendicum dolores, & anginæ, & asthmata, & ilei, & comitiales, & sudores, & melancholiæ. Iure autem dixerat prius æstate quosdam veris morbos generari, autumno verò non ex æstiuis aliquos sed multos, quia in eo æstiuus humor idest bilis adhuc manet. Neq; enim sicut æstas veri superueniens humores euacuat, ita autũnus æstiuos, sed contrarium euenit ex toto, nam ex partibus extimis ad intimas ducit. nam frigidus, siccus, & inæqualis existens humores ad profundum corporis agit. & ob id superius quoque dicebat Hippoc. autumno morbos acutissimos, & exitiales maxima ex parte fieri. quia, vt ait Gal. habet dies in quibus modo calor modo frigus est eadem die, & succedit æstati in qua humores fuere assati, & vires debilitatæ. Præsertim quia æstate homines fructibus replentur, & autumno humores non difflantur. sed ob ambientis frigiditatem ad intima retrahuntur. Hieme verò & propter ipsius frigiditatem, & pituitæ exuperantiam morbi laterales, & pulmonum inflammationes, grauedines, raucedines, tusses, dolores pectoris, & laterum, & lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexiæ oriuntur. Experientia autem cõprobatur, vt notat Gal. primas partes hiemis cum autumno morbos communicare. Hiemis autem proprij sunt ij potissimum, qui instrumenta respirationis affligunt, & caput & lumbos, & omnes partes neruosas, quia partes hæ frigiditate maxime læduntur. quia neque respirationem cohibere quis potest, neque caput sicut cæteras partes obtegere. Si verò de complexis ambientis aeris constitutionibus habeatur sermo, q̃ simplicibus, vt Gal. nos monet, natura, atque doctrina posteriores sunt, morborũ præsensiones, quæ ab his proueniunt, Hippoc. in aphorismis quidem per capita, in libris autem de vulgaribus morbis copiosius pertractauit. In his itaque primam constitutionem hac verborum serie proposuit. Thasi, autumno, circa æquinoctium, & sub vergilias, pluuiæ multæ, continentes, lenes, vt cum auster spirat. Hiems austrina, parui venti aquilonij, squalores. hiems autem omnino similis ueri fuit. Ver austrinum, frigidum, paruæ pluuiæ. æstas ferè tota nubilosa: nihil pluit: etesiæ pauci, parui, sparsim spirarunt. cum esset autẽ totus hic ductus austrinus, & squalidus, ante ver ex priori constitutione, quæ huic ferè contraria, & aquilonia fuerat, paucis ardentes febres exortæ sunt: eisque admodum stabiles, paucisque sanguis profluxit; neque ex his moriebantur. Vt autem tumores secundum aures, cæteraque mala, quæ hoc tempore contigerunt, omittamus, & solas putridas febres de quibus nunc agimus, commemoremus, subdit postmodum. Ante ineuntem æstatem perque æstatem & hiemem multi, qui longo iam tempore subtabescebant ex tabe decubuerunt. & quibus tabes dubia erat, quorum pulmones clam à fluxione in eis comportata, excedebantur, confirmata est. His autem quorum natura ad tabidum vergebat, tabes primum cœpit. Hi autem celerius mortui sunt, quàm talibus esset consuetum. Sicut enim alios morbos & diuturniores, & cum febribus coniunctos facilè ferebant, nec moriebantur: ita sola, & ma-

Veris proprij morbi.

Veris morbi cũ alijs tẽporibus communes.

Hip. tex. 21.

Aestatis morbi.

Hip. tex. 22.

Autũni morbi.

Gal. in com.

tex. 9.

Gal. in com.

Gal. in com.

Prædictiões ex cõplexis aeris constitutionibus.

Gal. com. 15.

Gal. 1 prognos. com. 4.

Hip. 1. in 1. epi. à tex. 1. vsque ad tex. 8. inclusiue.

Prima constitutio ab Hip. relata.

& maxima eorum morborum, qui tum viguerunt, tabes multos peremit. Quorum quidem tabidorum plerosque (vt ad putridas tandem febres accedamus) hi affectus vrgebant, videlicet febres horrificæ (sunt autem illæ in quibus per totam ferè accessionem horror producitur) continuæ, acutæ, omnino non intermittentes, modus erat semitertianus, vno die leuiores, altero grauius iterum inuadebant. Ad summam acutiores in dies fiebant, sed alijs quæ in tabidis fiebant prætermissis, de tabidis hactenus. Aestate verò iam, & autumno febres multæ, continuæ, non vehementes: diu quidem ægros tenebant, sed in cæteris minus incommode vitam transigebant. Ex omnibus autem, quorum in hac constitutione facta est mentio, Soli tabidi in letalia inciderunt; qui verò aliam febrem habebant non item. Vt autem tradita ab Hippocrate constitutio melius percipiatur illud imprimis vnà cum Galeno notandum est, Thasum regionem esse Aquilonijs frigidisque ventis expositam, & ex aduerso Thraciæ constitutam. Secundo vnà cum eodem Galeno, quatuor anni tempora, prout tum nostro parallelo, tum Medicis inseruiunt, recte distinguere oportet. nam secus neque ea, quæ hic ab Hippocrate dicuntur neque ea, quæ paulò supra de morbis, qui anni temporum proprij, familiaresque sunt, narrauimus, assequi licet. & ob id dicebat Galenus, cum verò sydera nobis anni tempora designent, est ad totam propositam tractationem imprimis necessarium, in quacunque regione facere medicinam velis, ortus obitusque cuiusque astri cognoscere. exempli gratia in Hellespon ti parallelo(qui ab Italiæ parallelo non differt) veris initium facit æquinoctium illius temporis, finem verò ortus Vergiliarum, quæ à verni temporis significatione ita vocantur, sicuti Græcis Pleiades quoque dicuntur à matre Pleia, vel et à Plein quod significat nauigare, tunc enim, cum scilicet oriuntur, opportuna nauigatio est, à Virgilio etiam Atlantides nuncupantur dum ait

Gal. com. 1.

Gal. loc. cit.

Annus ex Medicorũ sententia quomodo secandus sit.

Ante tibi Eoę Atlantides abscondantur
Debita quàm sulcis committas semina.

Virg. 1. Geor.

fuerunt enim, vt fabulantur, septem sorores Atlantis filiæ nonnunquam ab vna earum quæ Maia vocabatur, & fuit mater Bacchi, Maiades quoque vocantur. Has autem septem stellas, quorum vnà clare non apparet quidam in fronte Tauri, alij in eius dorso, nonnulli, vt Higinius, inter Tauri finem, & Arietis Caudam ipsas collocarunt, sed nos eis concedentes vt si libet etiam sub cauda recondant, illud verè affirmabimus in signo Tauri reperiri, & quia in fine veris Sol in Tauri signo reperitur, idcirco dum crastino mane Sol tunc temporis fertur supra Orizontem, Pleiades seu Vergiliæ vnà cum Tauro de mane vnà cum Sole ortu Cosmico oriuntur. Nam ortus Cosmici crastini quoque nuncupantur. Veris itaque initium, vt ad rem redeamus, vernale æquinoctium facit, dum enim Sol est sub æquatore, & primum Arietis punctum ingreditur æquinoctium oritur, quia nox æquatur diei in vniuersa terra habitabili, nam sub Polis habitabilis non est, & momentaneam latitudinem ferè non habet. Idem autem Vergiliarum ortus æstatis principium est, æstatis autem finem, & autumni principium Arcturi exortus facit: qui quidem Arcturi exortus autumnale æquinoctium, qđ quidem fit dum Sol sub æquatore primum Libræ punctum ingreditur, duodecim fermè diebus antecedit. Occasus autem Vergiliarum hyemi principium, & autumno finem affert. Hiems autem ab Occasu Vergiliarum ad vsque vernale æquinoctium protenditur. Qui autem in septem partes, seu tempora annum diuidunt, ait Galenus, æstatem ipsam vsque ad caniculæ exortum protendunt, & ex eo tempore vsque ad arcturum efficiunt aliud tempus quod Oporam vocant, vnde alibi scribebat quod ortus Vergiliarum est æstatis initium; post quas caniculæ ortus Oporam, quam vocant, inchoat, quam, secundam æstatis partem, quidam statuunt. postquam Arcturus suo exortu autumni facit initium. Mediam verò æstatis partem Græci horan per excellentiam nominant, eam scilicet partem in qua fructus, quos horæos vocant, ad maturitatem perueniunt. Quanquam hoc nomine appellant etiam autumnum, hyemem & ver. Opora autem ex Hippocrate, laboribus & insolationibus dicata est, & vino, quia ut notat Gal. mora in sole ad bibendum homines impellit, sed ne decipiamur monet Galenus, quod quidam totius sideris nomine abutentes caniculam canem vocant. Nam canis totum sidus est, quæ uerò stella in mandibula ipsius est, caniculam nominant, quam quispiam recte non canē, sed antecanem nuncupabit. Hyemem uerò diuidunt in partes tres, cuius medium tempus constituunt id quod sub brumam est, q̄ uerò utrinq; adiuncta sunt, primũ sementem, postremũ uerò

Gal. loc. cit. & 3. de hum. com. com. 19. & 3. aphor. com. 14.

Aestatis in duas partes diuisio.
Opora.
Hora quod nam tempus per excellentiam dicatur

Gal. 1. in 1. epi. com. 1.
Gal. 3. de hum. com. com. 19.
Hip. li. de hum. com. 3. tex. 19.
Gal. in com.
Gal. 1. in 1. epi. com. 1.

Hiemis diuisio.

P inserendi

inferendi tempus vocant. Sed & vtilis est in quatuor partes totius anni facta diuisio, vt Hip. prius declarauit, quia aeris temperamentorum quatuor sunt differentiæ. licet enim æstatem in duas partes diuidas, id tamen erit eis commune, vt totum illud tempus moderatam siccitatem excedat. vt etiam hyemi vt frigidior & humidior sit, licet in tres partes diuidatur. atque ita magnæ temperamenti differentiæ quas genericas merito quis appellarit, annum in quatuor tpa diducunt specie inter se diuersa. Hæcq; diuisio ex ipsorum spatio ducitur. siquidē tēpus qđ inter Vergilias, & Arcturū intercedit quatuor est mensiū, quod inter Vergiliarū Occasum, & vernū æquinoctiū interest plurium est, q̄ quatuor: vernū aūt tēpus ne duos quidem integros menses cōtinet. autumni tempus verno maius in duos menses protenditur. Qm̄ aūt menses sunt singulis gentibus sui, idcirco Diu. Hip. volens omnibus gentibus æque prodesse menses quidem contempsit, & Vergiliarum & Arcturi, & æquinoctiorum in anni descriptione mentionem egit, cuius initiū ab æquinoctio auspicari voluit, quia vniuersale maxime est. nam solstiria, & æquinoctia in omnibus mundi plagis eodē tpe fiunt: Ortus autem obitusq; syderum ita variant, vt quæq; plaga suum habeat. Verum qm̄ pleriq; Medici Astronomiæ sunt imperiti. ideo breuibus nos annū à Romanis imprimis in duodecim menses distributum, & deinde à Gregorio XIII. Pont. Opt. Max. intercalatione nuper reformatum in quatuor præcipua, prout ad Medicos attinent tēpora diuidamus, non. n. Medici quemadmodum astronomi fecere, quatuor anni tpa ad rōnē quatuor punctorum æqualiter in quatuor partes Zodiacum diuidentium, quæ Cardinalia vocātur, secare voluerunt, sed ad qualitates in diuersis anni tpibus in aere dominantes atq; vigentes respiciendo alia ab astronomis cōstitutionum initia statuerunt. Dicamus itaq; quod cū Arcturus duodecim ferè diebus ante autumnale æquinoctiū oriatur, proinde principium autumni, si ad Solis eleuationē & depressionē, aut accessum & recessum & ipsius per signorum circulū proprium motum respiciamus, erit die duodecimo Septēb. cū aūt ex Gal. snīa autumnus in duos menses protendatur proinde ipsius finis & hyemis principiū vndecima dies Nouemb. statui debet. hyemi verò æquinoctium vernale & proinde dies vigesima prima mensis Martij finem imponet, & veri principium tribuet. cum autem ex eodem Gal. ortus Vergiliarum æstatis principium, ortus aūt arcturi eius finis sua tempestate fuerit, & subinde quatuor mensiū spatium continuerit, propterea pro veris fine & æstatis principio quintadecima dies mensis Maij assignanda erit, æstatis enim finis duodecima Septembris dies fuit assignata: quia tunc autumnus principium sumit. Verum si ad astrorum & arcturi, & pleiadarum Ortum & Occasum respicere velimus, sicuti veris principium in verno æquinoctio, & proinde ad rationem emendati Calendarij vigesimaprima die Martij ponendum est, ita eius finem & æstatis principium affert exortus Pleiadis Cosmicus qui quidem ætate nostra in gradu 13. 14. & 15. Tauri reperitur, hoc est die 4. 5. 6. Maij post emendatū annum. Autumni uerò principium & æstatis finem arcturi ortus significat qui est in gradu 4. Libræ hoc est die 27. Septemb. sicuti demum principium hyemis & finis autū ni collocatur in Occasu Pleiadarum, qui est in gradu 26. 27. 28. Scorpionis, hoc est die 19. 20. 21. Nouemb. Hi autem Ortus & Occasus, & subinde constitutionum initia nostris temporibus aliquantulum immutata sunt, tum ob immutatum annum, tum quia Stellæ motu proprio aliquantulum progressæ sunt, tum ob quandam parallelorum diuersitatem. Quibus explicatis animaduertendum est Hip. in narratione constitutiones omnes perpetuo exordiri ab ea anni parte, in qua fiunt præter naturam mutationes, quæ quidem cum cognosci non possint nisi prius naturales cuiuscunque temporis status, & constitutiones cognoscamus. ideo annum quem constantem Hipp. appellat, & qui saluberrimus est, ab eodem Hip. nobis discere licebit in lib. de aere loc. & aquis. postquam enim qualem esse constantem annum velit, sciuerimus, facilè erit etiam inconstantem intelligere. Hunc igitur paucis exponit inquiens. si in astris Orientibus Occidentibusque signa ex ratione fient, sique in autumno pluat, atque hyems moderata sit, vt neque valde clemens, neque suo frigore modum illius temporis excedat, ac vere & æstate pluuiæ tempestiuè decidant: tunc verisimile est annum fore saluberrimum. Insuper quia nulla res est, quam vitare non possimus, prter aerem nos ambientem, & animantium corpora cum aere nos ambiente immutari necesse est. is. n. immoderatius calefactus, aut refrigeratus, aut humidior, aut siccior redditus nostrā immutat naturā, & symmetriā corporū, quæ sanitas est, corrūpit: & in aere semper morari, & ipsum spiritu ducere oportet: & perinde corpora ad illius immutationem, simul afficiuntur,

Marginalia:

Cur Hipp. in 4. partes annū diuiserit.

Hip. cur anni descriptionē ortibus & occasibus syderum & æquinoctijs trāsegit.

Gal. 2. in 1. epi. com. 1.

Loc. cit.

Hip. li. de aqua loc. & aere, & Gal. 3. de hum. com. com. 20. & 3. aphoris. com. 8.

Anni cōstantis, & saluberrimi descriptio.

Gal. 3. de hum. com. 3.

ciuntur,& necessario immutantur:ideo Medicus qui morbos præuisurus est, & eos recte curaturus tum optimũ,tum vitiosum aerem debet cognoscere vt qui ex illo morbi fiant,qui secus,& qui vitandus aer sit,aut non,intelligat.subinde.n.& regionũ,& particularium locorum vim ad morbos gignendos & eorundẽ præcognitionẽ melius cõsequi poterit.quare summatim cũ Gal.dicamus. Aer accurate purus,esse optimus videtur.est aũt huiusmodi qui neq; è stagnorum,aut paludũ halitu sit perturbatus,neque ex profundo specu emissus,cuiusmodi sunt,quæ charonia vocantur.hæc.n.quia aerem corrumpunt,morbos creant. idem facit is aer, qui vitiũ ex cloacis magnã aliquã vrbem expurgantibus,contraxit:itemq; is prauus est,qui ab aliqua corruptela,aut fimo inquinatur:vt ille ẽt,qui pp vicinum stagnum,aut flumen nebulosus est. Qui verò cauo in loco altis montibus est ex omni parte conclusus,nec vllũ perflatum recipit suffocans putrisq; censetur. qua ob rem Cranon in loco concauo,&ad Meridiem sita, ac præter cætera incommoda ab aquilonis auersa ventis,ventorumq; subiecta trãquilitatibus,morbis putridis vexabatur. Quemadmodũ aũt omnibus æque conducit,vt optimũ aera spiritu ducant:sic prauũ vitare oẽs decet,quia ætates oẽs lædit.Cæterum aer à Sole illustratus,ab eo,quem Sol nõ attingit,& ab vmbroso, itemq; diurnus,à nocturno differt.nam quem Sol tangit calidior tenuiorq; est:vmbrosus verò crassior.Calidior porrò,ac tenuior corpora,quæ melius perflentur,efficit: frigidus,& crassus,cõtraria. Præterea peior est is qui in vrbe est,quã qui ruri habetur: quia vrbanus aer nõ secus,quam qui conuallibus cohibetur,calidior,crassiorq; est.Sol.n.aerem,perflatu vacãtem calfacit,motionis verò vacuitas crassum reddit.id,quod pati aer uidetur, quia multæ & oĩs generis exhalationes ex urbe in ipsum fluunt,qui uerò ruri aer est, cũ tenuis,purusq; sit,homines cibi appetentiores facit: & ut meatus magis fluxiles sint, & sensus uegetiores fiant,& melius alantur homines,meliusq; concoquant. Eũ tñ aerẽ, qui in hortis habetur,uitare conuenit:idq; pp cloacas, quæ latrinas plerunq; in hortos repurgant,& magnũ quoq; fœtorem,&halitum ex oleribus,arboribus,fruticibusque prodeuntem,qualis est quem brassica,& carea,& buxus mittunt: quorũ uicinitas aerem circũfluũ uitiat,ut ob id Hip.censeat cognoscendum esse qui nã morbi ex odoribus cœnosis aut palustribus oriantur:siquidem hi &uulgares,& oĩs generis morbos excitare consueuerunt.auctor.n.lib.2.de natura humana aerẽ cõissimã morborũ causam appellat. Quod aũt per imbres humidior,per squalores siccior aer reddatur planum est.unde cũ corpora una cũ aere immutentur,per imbres humidiora, per squalores sicciora redduntur,ad quod accedit ut per imbres humores frigidiores,& pituitosiores fiant:quia ab humiditate infitus eorum calor obtunditur: sicut uicissim per squalores magis biliosi efficiantur. quæ res facit ut admirari non debeamus si dolores circa articulos oriantur, cum pluuiæ futuræ sunt, & item cutanei affectus prurituũ excitent. Fieri itaq; posse uidetur,ut quis aeris & temporum habita ratione,& eorum cognita mutatione,possit futuros morbos prædicere,pluuię autem futuræ multis modis cognoscuntur:ut à Luna uelut Aratus his uersibus cecinisse uidetur

Cum verò incedit sublimi Cynthia cornu
Tum segnes Borea campi spirante rigebunt.
Sin prono, terris pluuium denunciat Austrum.

Hip.uerò ait arcturo exoriente pluuiam cum uentis frigidis plerunq; decidisse.&idẽ ait.Pluuiæ multæ,continuæ,lenes,ut cum auster flat.His habitis & recte perceptis, facilè erit,Hip.dicta,& constitutionem ab eo traditam,& ex ea genitos morbos, tũ intelligere,tum eorum rationem reddere. Dum.n.ait Thasi,autumno circa æquinoctiũ sub uergilias, pluuias multas.i.diuturnas sed lenes non autem largas extitisse cũ autũnus circa æquinoctium sit,& duorum mensium spatium contineat,non statim sub initium illẽ status cœpit,sed circa æquinoctium exortus ad Vergiliarum usq; Occasum, dies circiter quinquaginta pertinuit. Vergiliæ enim occidunt cosmice mense Nouembris,matutino uidelicet tempore,& Oriente Sole. in mane siquidem dum sol unà cũ Scorpione fertur supra Orizontem, ex opposita Zodiaci parte Taurus, in quo Vergiliæ resident,tendit ad Occasum.unaq; cũ eo Vergiliæ Cosmice occumbere dicuntur. Cum autem dixisset Hippo. hiemem,austrinam,omninoq;ueri similem fuisse,addidit uer austrinum, frigidum, cum paruis pluuijs, intelligens uer austrinum fuisse, non ita tamen, ut omnino uentis aquilonijs caruerit, ut exponit Galenus, sed quod paucissimi illi initio fuerint,& adeo pauci,vt totum illius temporis statum austrinum vocarit.si quis aũt,quæ de æstate dicta sunt,colligat,hanc austrinam, simulq; siquatidã

Optimi & vitiosi aeris descriptio.

Gal.1.in 1.epid.com.2.
Gal.3.de hum. com. com.3.

Gal.3.de hum. com.2.

Futuræ pluuiæ signa.

Constitutionis ab Hipp. traditæ breuis declaratio.

Gal. in com.

fuiſſe affirmabit. Eteſiæ enim pauci, parui, ſparſim ſpirarunt. Porrò qui nam venti eteſiæ ſint declarauit Gal. dum dixit. Sũt prætereà eteſiæ, qui tranſeunt ad Occidentalis plagæ incolas ex Aparctia, in Thraſcias, Argeſtas, & Fauonios: incipiuntq́; à Septẽtrione, & in eos, qui procul abſunt, deſinunt. apud Orientales verò, vſq; ad Subſolanũ trãſeunt. atq; hi flant cum canis oritur: & æſtatis leniter æſtũ ſolent. ac quædam quaſi ſuffocatio æſtate eſſe ſolet, cum ſui natura calida ſit, niſi venti, qui præcurrant, quos Prodromos vocant, & qui conſeqnũtur, quos Eteſias nominant, perflarent: quos canis ortus diſtinguit: ambo aũt oriuntur ob magnos calores liqneſcentibus niuibus, & terra madefacta, & ſunt venti boreales. & alibi de iiſdem loquẽs vnà cũ Hip. ſcribebat quod dũ in æſtate conduplicatur calor, ſi circa canis ortũ & pluuia, & tẽpeſtas accedãt & Eteſiæ ſpirẽt, morbi ſedãtur, & autũnus fit ſalubris. ſin ſecus pueri, & mulieres piclitãtur. Demũ Hip. totũ hũc ductũ ſiue cõſtitutionẽ colligit, inquiens totũ fuiſſe auſtrinũ & ſqualidũ, non quod toto anno nõ plueric, ſed pauciſſimũ, vt notat Gal. ex quibus Hip. verbis vnà cum Gal. colligimus auſtrum non perpetuo, ut quidam voluerunt, humidũ eſſe, ſed nonnunquam ſiccũ, quẽ Leuconotũ plerią; vocant. qui tamen Leuconotus vocatur, interdum frigidus videtur. ſed de ventorum natura & numero vt nihil eorum, quæ ad artẽ Medicam eminenter Hippocraticeq́; pertractandam attinent: in hoc opere deſideretur, ſtatim poſt loquemur, vbi breuiter morborum propter iam dictam cõſtitutionem procreatorum rationem vnà cum Gal. reddiderimus. is itaq; vt id præſtaret hæc tanquã omnium fundamenta iecit, & primo quod cũ calores dominantur caput erit firmũ, cum frigora, ipſum quidem leuiſſimum, ſed pulmonis thoraciſq́; partes laborabunt. Secundo quod cũ conſtitutio ab Hip. propoſita media ſit inter exquiſite, puram & ſerenam, & pluuioſam, corpora ei ſubiecta hanc eandem mediam tẽpamenti conſtitutionem habebunt, quam ẽt nebuloſam licet appellare. nam corpora cum aere ſimul immutari, eiq; reddi ſimilia neceſſe eſt. quo fit vt cũ nubilus aer ſit ſi pituita in corpore dominatur pituita nebuloſa, ſi bilis, nebuloſa bilis euadat. Tertio ſupponit Gal. quod ſemper aliquid è noſtro corpore vaporoſum emanat, ſed in ſiccis conſtitutionibus plurimum, in humidis verò pauciſſimum, quod ſi in corpore aceruatum ſit, ſpiritum nobis innatum ſimilem nebulæ, caliginiq; reddit. Quarto ſupponit fieri poſſe vt vapor calidus in ſublime vehatur meritò caliditatis, conſtipetur autem & cõſtringatur ab excipiente aere. cum igitur aer nec euidenter calfacit, nec perinde refrigerat, nebula in eo ſublata neceſſario manebitur talis, qualis initio erat, ac per ſe planè candida fiet, cum à Solis ſplendore cieatur: media verò inter albam & nigram cum eã Sol non omni ex parte colluſtret. itaq; deſine mirari cur animantium corpora quandoq; ſimilem huic conſtitutioni affectionem in ſe habeant: quin potius crede Hipp. dicenti auſtri auditum hebetant caliginoſi, caput grauantes, pigri, diſſoluentes. cum enim his verbis vitia corporis perſequatur, exiſtimandum eſt caliginoſum eſſe dictum, vt indicet, non aeris caliginem, ſed eam, quæ in nobis ab illo fit coaceruata. His iactis fundamentis inquit Gal. quod dum air Hip. Ante ver ex priore conſtitutione, quæ huic ferè contraria, & aquilonia fuerat, intelligendum eſt breuem fuiſſe conſtitutionem aquiloniam, quoniam nuper totum temperamentum auſtrinum vocauit. vt aũt cauſam reddat cur paucis ardentes febres ortæ ſunt, eiſq; admodum ſtabiles, ſubdit. Aeſtas porrò quæ autumnum præceſſerat naturalem ſuum ſtatum obtinuerat. Hip. enim inde orditur conſtitutionum narrationem, vnde aer primum de ſua natura deflexit. Neceſſe aũt erat in æſtate naturali, in iis qui pquã bilioſi ſunt, maiorẽ huius humoris copiam aceruari. Conſtitutio aũt quæ ſucceſſit per totã hiemẽ vſq; ad ver, cũ calida vehementer, & ſicca non eſſet, ſicut æſtas eſt, hunc humorem non auxit, nec ẽt quicquã imminuit, cũ nõ ſatis frigida eſſet, qualis eſt hiems, quæ ſuã naturã ſeruet: nec per halitũ digeſſit, cũ non eſſet ſicca exquiſite. reſtat igitur illũ integrũ eſſe ſeruatũ, ſibiq; formam quaſi caliginoſam & nebuloſam ppmodicã aeris humiditatẽ, ac caliditatem, quę cum vapore nutrita erat, aſſumpſiſſe. Cũ aũt ante ver ſubito, præter morem, aquilo ſpiraſſet, humoreſq; in intimas corporis partes compuliſſet, tenuiſſimus primus fluebat, & ita febrem ardentem excirauit. hic tñ humor in qnibuſuis corporis partibus coacervatus non poteſt ardentẽ febrẽ excitare, ſed cũ in ventriculo præcipueq; in eius ore, & in finiis iecoris partibus colligitur. & hæc de prima conſtitutione ſatis ſint, nam reliquorũ affectuũ, q in ea reliquis tpib. contigerũt, cauſã reddere, ex his q̃ à Gal. & à nobis expoſita ſũt, haud difficile erit. Sed qm̃ ex Gal. ſnĩa. huiuſce tractationis fructus maximus ẽ. qm̃ vbi primas conſtitutionũ virtutes didicerimus, q̃ tanq̃ reliquarũ omniũ elemen-

Gal. 3. de hum. com. 13.

Com. 10.

Gal. 3. de hum. com. com.

Gal. 1. in 1. epi. com. 8. & 9.

Gal. 1. in 1. epi. c. m. 1.

Eteſię venti, & Prodromi quinam dicãtur.

Cur morbi enumeratiiã dictã conſtitutionem ſequuti ſint.

Huius tractatiõis fructus maximus.

elementa ab Hip. prolata sunt: quarũ vestigijs in quibusuis statibus, qui inciderint, poterimus nos via & ordine progredientes inuenire, quales morbi impendeant, & quemadmodum prohibendi sint, aut si iam constent qua ratione sint curandi, & in horũ elementis est etiam locus, qui ipse quoque ad prouidendum morbos nonnihil indicationis affert, prout etiam facit cuiusque natura, ætasque (de quibus post dicemus) & institutum, & victus ratio: propterea cum ad exactam harum constitutionum notitiam nihil aliud deesse nobis videatur nisi ventorum cognitio, tum enim in iam proposita & declarata, multa de ventis fuere prolata, tum multo plura in subsequentibus erunt apponenda, opportunissimum esse censemus, vt hoc in loco de ventorum natura, & differentijs, seu numero breuiter disseramus. Potissimum cum Gal. scriptum reliquerit ventorum disciplinam, atque dignotionem magnum ad res omnes vsum Medico præstare: siquidem & ad præsagia facienda conducit, & ad curationem adhibendam vtilis est, vel maxime. Venti itaque qui & flatus, & spiritus ad libitum appellari possunt vel quo ad vniuersalem naturam, vel particularem possunt considerari. Si primo modo perpendantur, ventus, vt ex Gal. & alijs Philosophis colligimus, est aeris fluens vnda cum incerta, seu ignota motus redundantia. nisi enim impetu quodam violenter, celeriterque aer feratur, quemadmodum volatilia volare conspiciuntur, ventus nõ dicitur, & ob id vates ille Diuinus Deum optimum super ventorum pennas ambulare dixit. Ventorum autem materiam proposuit Aris. dum tradidit ventum esse calidam & siccam exhalationem quam etiam suscepit Gal. ita scribens. Itaque scire conuenit halituum duo genera esse, quorum vnus humidus est, aridus alter. atque ille quidem vapor appellatur: qui verò est aridus is veluti fumus est, atque vt humor sine siccitate. ita nec siccitas sine humore constabit. hæc tamen omnia ex materia in ipsis redundante dicuntur. quocirca halitus qui plus habet humoris, is pluuiarum est principium. Aridus verò, quem etiam exhalationem proprie vocant, est flatuum omnium origo & natura. ex quo fit, vt flatus sit aridus vapor. & ob id quia continenter, sed plus, vel minus, & maior vel minor fieri halitus solet, semper nubes, ac flatus in singulis anni temporibus fiunt, quia verò multis partibus magis vaporosus, interdum verò aridus, ac fumeus, ideo fit, vt anni modo pluuij & humidi, modo ventosi & squalidi sint. Terra.n. post pluuiam & suo & superno calore resiccata halitum, qui ventorum materia est, profundit; cumq; huiusmodi secretio existit, tunc venti vigent. Quibus ponentibus, qua calor semper secernitur, & in sublime fertur: vapor refrigeratus consistit, & aqua efficitur. Hac de causa venti plurimi à Septentrione, & Meridie spirant, quia Sol ea loca non adit: cum ad Occasum, ortumq; semper feratur. Ventus enim nascitur, cũ feruor humorem inuenit, & impetus feruoris vim spiritus flantis exprimit: nubes autem ad latera cursus Solis profecto consistunt, & cum Sol accedit, humor exhalat: cum recedit aduersam in partem, imbres, hiemsq; excitantur. atq; vbi terra plurimas aquas recipit, ibi maximam vim halituum gigni necesse est: ipse aũt halitus vẽtus est. illud itaque obscurũ non est ventos à Sole comprimi & excitari. halitus enim imbecillos & exiguos tabefacit, & suo calore qui est amplior, calorem halitus, qui minor est, discernit, ac dissipat: præterea verò terram prius exiccat, quàm affatim fiat secretio: sicut magnus ignis exiguã materiã deurit priusquam fumum excitet, quam ob rem circa exortum Orionis, quẽ Vrsarum custodem Nauitæ vocant, maximè venti ponunt vsq; ad Etesias, & Prodromos, quod duabus de causis vsu venit, vel quia halitus vi frigoris extinctus sit, aut quia ab æstu elanguescat. A Sole igitur qui vapores excitat, vt ex Arist. & Gal auctoritatibus iã descriptis colligimus, fit ventus: & ab illius immenso calore, qui eosdem absumit, finitur, & ob id calidissimis & frigidissimis in locis & regionibus minores venti, ac rariores, quàm in medijs fiunt. quod aũt calida & sicca exhalatio ab humido vapore vi caloris Solis secreta ventorũ materia sit, & non aer, plerũq; alijs rationibus comprobare cũ Arist. nobis licet. cũ.n. aer humidus sit, si aer ventus esset, motus humectaret, nihilominus plerunq; siccat. neq; enim credendũ est ventum generali ratione siccare, vt quidam opinati sunt, eo quia celerrimè moueatur, cũ sæpius magno cum impetu ferratur & nihilominus humectet, & insuper cũ ea quæ humida sunt, quo magis impetuose in aliquod corpus impingunt, eo magis in illud proprias qualitates imprimant. Præterea uentorũ materiam exhalationem esse ex eo deprehenditur, qđ uicissim pluuiæ, & uenti succedunt, & uigentibus uentis pluuiæ cessant: & ubi descẽderit pluuia cessant uicissim uenti. ad hæc succedunt terremotibus, & chasmati, & globis quibusdam, qui circa Lunam apparent, & cum exiguæ firmamenti Stellæ obscurantur. id

De ventorũ natura, & differentijs.

Nomen.

Vniuersalis vẽtorum natura & causa.

Ventorum materia.

Pluuiarum materia.

Cur à Septẽtrione & Meridie plurimi venti spirent.

Ventorũ efficiens.

Gal. 3. de hum. com. 13.

Arist. 2. lib. meteoro. sum. 2. c. 1.

Gal. 3. de humor. com. 13.

tur. Id autem fieri non posset, nisi præcederet vapor, qui stellarum splendorem occuparet, globosque illos effingeret. Similiter huius veritatis argumentum est, terras fistulosas, velut Siciliā, ventis quasique perpetuis abundare. Ex cauernis autem & scissuris non nisi vapores prodire possunt. quod si à vaporibus fiunt flatus à calidis, & siccis fieri necesse est. nam à contrarijs oritur pluuia. Meritò itaque voluit Philosophus vapores hos calidos & siccos ad aeris sublimem regionem delatos (quæ quanto altior est, eo purior, & frigidior existit) reflecti versus terram cum impetu, & ita ventū procreari. Qui ab initio, vt in aquis riuuli primum, atque ex his riui, inde fluuij: sic tenuis admodum inde successu fit maior, & amplior: si tamen non augeatur ab alijs, eo est validior, quo principio propinquior. Totus verò maioris partis impetum sequitur. Mouetur verò ad contrariam partem illius à qua eliditur, vt pilæ facere solent. Ob id etiam circulari quodam motu, dum à terra surgens resilit à nubibus, & ad nubes; quasi in speciem lineæ circularis ex pluribus rectis compositæ. Non fit autem motus hic à naturali aeris motu, tum propter alia multa, tum etiam ob id, quod ventorum motus mille modis fiat: naturalis autem aeris motus qui ex cœlestium corporum raptu proficiscitur, est semper ab Oriente in Occidentem, vt in stellis crinitis, alijsque repentinis sublimibus ignibus videre est. Neque inconuenit ventos impetu suo quamuis à vaporibus oriantur, aerem tamen expurgare. non enim aerem replere & obtenebrare valent, cum calidus & siccus vapor sui natura tenuis, rarus & diaphanus sit. Concludendum itaque vnà cum Arist. & Galeno, aerem, qui nos ambit, etiā si vehementius moueatur ventum non esse, absurdum enim foret, ait Gale. si aer vnde vis motu pulsus, ventus esset. Quidam tamen dum vaporum penuriam pertimescerent, & eos totum orbem ventis replere non posse existimarent, ausi fuerunt asserere proprium quidem ventum à vaporibus generari, & hunc vix vnam regionem excedere, sed communem ex sola aeris motione fieri. Moueri autem aerem uolunt ab astro rum impetu quasi concitato, atque uibrato. Vt enim aqua à Luna, inquiunt, ita aer ab alijs astris quasi perpetuo agitatur. Cum uerò aer multo aqua maior sit, par est ut à pluribus etiam astris moueatur. Quā tamen sententiam ualde absurdam esse, tum ea quæ dicta sunt patefaciunt, tum insuper quia præter omnem rationem erit, vt uenti communes, seu vniuersales tum quoquouersum, tum recto cursu, tum varijs sæpius & minime certis temporibus moueantur ab astris, quæ solummodo circulari, & eo vel diurno & ab Oriente in Occidens, vel proprio, & huic opposito motu mouētur, & statutis quibusdam certisque temporibus oriuntur & occidunt. præsertim cum aqua, dato quod à Luna fluxum & refluxum suscipiat, determinato, & certo quodam, & inuariabili motu cieatur. Sed his omissis tanquam Medico inutilibus præstat, vt iam ad particularem ventorum naturam expendendam descendamus. & eorum primas differentias, numerum, situm, temperaturam proprietatesque, & spirandi tempus perscrutemur. Porrò duas primas eorum differentias statuit Gal. inquiens quosdam esse vniuersales, quosdam locorum proprios, qui etiam regionibus attributi vocantur, cuiusmodi est, qui in Apulia flat, Arabulus nomine. Vniuersales autem sunt, qui vbique locorum eodem nomine vocantur. De ventorum autem numero inter omnes non constat, inquit Gal. alij enim esse quatuor præcipuos volunt, tum alios innumeros statuunt; alijs octo esse placet, alijs duodecim, alij quatuor & viginti commemorant. Reuera autem si quis eos numeret, qui à locis, fluminibus, paludibus, stagnisque mittuntur, quamplurimos certe comperiet. Nos autem terrarum orbe in quatuor partes vt censuit Eratosthenes Cyrenaicus, diuiso, in ortum videlicet, occasum, Meridiem, & Septentrionem principes ventos in ijs locabimus. & deinde alios statuemus qui inter illos quatuor erunt interiecti. Quatuor itaque venti aliorū principes sunt Subsolanus qui ab Ortu Solis, Auster, seu Notus qui à Meridie, Fauonius, qui & Zephyrus dicitur, qui ab Occasu Solis, & Boreas, aut Aparctias, qui à Septentrione spirat. Hæc autem loca inter se opposita sunt, magnamque latitudinem habēt. Inter eum autem qui Subsolanus vocatur, & Austrum ad Ortum Solis hibernum ponemus Eurum. Inter Austrum & Fauonium ad hibernum Occasum, Africum qui & Libs, & Libanotus vocatur, inter Fauonium & Aparctiam eum qui Caurus, nec non Argestes nominatur; inter Aparctiam & Subsolanum, Aquilonem. Ab Ortu autem æstiuo flat Cæcias, seu Circius cui contrariatur Aphricus, qui ab hiberno flat Occasu: sicut ab Ortu hiberno flare Eurus videtur, qui est Noto propinquus. Ex quo fit, vt sæpe flare Euronotus dicatur. Ei verò contrarius est Argestes qui ab æstiuo Occasu flat.

Arist. loc. cit. — Vent quo generentur

Gal. loc. cit. — Cuiusdā falsæ opinionis reprobatio.

De particulari ventorum natura.

Gal. loc. cit. — Ventorū differētiæ & numerus.

Ventorum situs & nomina propria.

flat. Inter argestem & Aparctiam est is, quem Thrasciam vocant: medius vero inter Circium & Aparctiam est is quem Mesem nominant. est præterea alius inter eos qui Phoenicias appellatur. Tres igitur orientales sunt Eurus, quia ab Aurora ruat; alter ab æstiua & solstitiali meta venit Aquilo: tertius est, qui ab oriente hiberno spirat, qui cũ inter Eurum & Notum medius sit, Euronorus, seu vt alij volũt Vulturnus dicitur. His oppositi sunt alij tres occidui, vnus Argestes, quem etiam Caurum nominant, qui aduersus Euronotum; alter est Fauonius qui aduersus Eurum flat: tertius Africus qui aduersus Aquilonem spirat. Meridies vnum habere dicitur, qui à sua natura nomen duxit. Notus n.i. Auster appellatur, quia nebulosus est, & humectus. Septentrio quoque vnũ habet Aparctiam. Cuius rei causa est quia ortus & occasus com mutantur, nam solis ortus modo æquinoctialis est cum sol sub equatore constituitur, modo æstiuus dum sub tropico cancri reperitur, modo brumalis dum sub tropico capricorni locatur. ita occasus modo æquinoctialis, modo æstiuus, seu etiam solstitialis vt vocant, modo hibernus existit. meridies vero & septentrio stabiles, fixiq; sunt. sed circa horum ventorum situm animaduertendum eos qui ad nos ex meridie veniunt, ex polo antarctico non venire, sicuti neque noster borealis ad æquinoctialem vsque peruenit, quia rationabile est ab immensa solis caliditate finiri. Potentior vero est qui ex austro ad nos venit, quàm apud illos noster Boreas. Impetus n. & robur tribus causis fit. Prima est cum magna vi vapores, ex quibus fiunt, sursum feruntur. Secũda cum multus ventus in faucibus seu angustis aliquibus locis retinetur, & inde exit. tũc n. validior longe exit, quàm prius fuerit. quod etiam aquis & torrentibus commune est. Tertia quanto ventus proximior fuerit initio tanto erit validior. ob id validissimi apud nos sunt Boreas, Circius, & Corus. & ob id etiam serenissimi nisi ob nimiã frigiditatem cum debiles fuerint, humectauerint. Venti autem qui ab occasu flant frigidiores sunt, qui ab ortu calidiores, quia diutius sub sole morantur. Eos vero qui ab occasu sol citius deserit, tũ vero serius ad ea loca accedit. Humidi porrò sunt Africus, & Cæcias. atque hic quidem serenus non est, quia in seipsum reflectitur ita adeo validus est, vt nubes ferat, non tamẽ adeo validus vt expellat. Argestes, & Eurus sicci sunt, sed in fine ob dictam causam Eurus humidus esse solet. Aestuosi sunt Auster, Fauonius & Eurus. Auster autẽ, vt superius declarauimus, perpetuo humidus nõ est, quia nonnunq̃ siccus apparet, & Leuconotum vocant. ac talis Auster subinde vehemẽs est, eiusq; motus semper est perspicuus. alter est Auster qui lenis est, at in aere, & nubibus motum habet, qui sensum fugiat. & hic quidem est perpetuo calidus. at qui Leuconotus vocatur interdum frigidus videtur. quid Etesiæ sint, & Prodromi superius explicauimus. æstuosi autem fiunt venti propter regionem vnde veniunt qua ratione Auster, Euronotus, & Libonotus omnes calidi & humidi cẽsentur. & ideo caput replent. Quia vero Boreas, Circius & Corus validissimi apud nos sunt, ob id etiã serenissimi, nisi ob nimiam frigiditatem cum debiles fuerint, humectauerint. & propterea dicebat Galenus, quod Argestæ, Thrasciæ, & Aparctiæ sæpe nubes dispellunt, ac cœlũ sudum reddunt, nisi forte vsu veniat, vt frigidi simul sint, quia tunc sereni esse non solent. Meses vero, & Aparctias niuosi sunt. Aparctias Thrascias, & Argestes nec non etiam Circius grandinosi; validi n. cum sint & frigidissimi grandines gignunt, & ob id etiam coruscationes, quemadmodum & Aquilo, quia frigidus, & robustus, generare solent. Boreas autẽ & Aquilo ob vehemẽtẽ frigiditatem nebulosi sunt. Sicuti etiam æstuosi, propter regiones è quibus proficiscuntur, nubes adducunt. At vero contrarij venti vt Galenus admonet, flare simul non possunt: sed necesse est, ut eorum alteruter vi alterius compressus conquiescat. Eos uero, qui non sunt per diametron oppositi, nihil uetat simul spirare. Iam uero etiam in contrarijs anni partibus uenti contrarij flant maxime: ut uernali æquinoctio, Cæcias: autumnali Africus; Tropico cancri Fauonius, hyemali Eurus, & Subsolanus: Boreas, Circius, & Corus, uere: Ecnephias, autũno. Ab æstiuo solstitio diebus uiginti flant Etesiæ diebus quadraginta & diu persenerant, quia nec materia deficit, boreales n. sunt, & fiunt ob magnos calores liquescentibus niuibus, & terra madefacta. Contra Ornichiæ & ipsæ boreales uenti spirare solent septuaginta diebus ab hyemali solstitio neque ualidi, nec perpetui, propter caloris imbecillitatem. Initia uero uentorũ & fines necessario ab aura & leui uento sunt, quia uentum aer præcedit, & subsequitur. Quod uero intermittat uicissim, ac reflet, causa est plerunque impetus uaporum aut locorum angustia. in mari autem uentus generatur quasi semper ob concussionem aquarum, & materiæ uaporosæ copiam.

Originem

Marginal notes: Venti orientales. — Venti occidentales. — Cur meridies & septẽtrio vnũ habeant ventũ. — Ventorum qualitates, Vẽtorum vis & robur. — Ventorum temperies. — Gal. loco citato — Vẽti sereni. — Vẽti Niuosi. Venti Grandinosi. Venti Nebulosi. Quibus temporib. diuersi uenti spirare consueuerint.

originem autem ventorum difficillimũ est sentire & quia ab initio fit exiguus,& quia è sublimi per transuersum feratur. in mõtibus tamen origo quandoque sentitur. Qui autem silicem, aut marmor habent leue, facile agnoscunt ventorum naturam: quoniã quidam, imo plerique adeo frigidi sunt & humidi, vt cum flant, lapides illos madefaciant,& etiam aquæ guttis aspergant. Venti autem, qui ad loca pertinent, eorumque proprij sunt, naturam sequuntur locorum, à quibus spirant: vt qui à salubribus salubres, qui à morbosis morbosi sint: & qui à terra spirant, sicciores: qui ab aquis humidiores censeantur, & qui à mari salubres sint, maxime hyeme, & vere: æstate vero calidiores, quàm par sit. qui à fluminibus mittuntur, sunt his humidiores, sed hiberno tempore deteriores habentur: æstiuo meliores. qui à stagnis, vtrisque absurdiores: pessimi autem sunt, qui è paludibus prodeunt. qui à campis & terra, quę recte perflentur, meliores existimãtur. Ad summam omnes qui sunt locis attributi, sunt vniuersalibus morbosiores. Aquilones vero saluberrimi: Fauonius humidus ac lenis, minus tamen salubris quam Aquilo. noti quoque ab oriente flantes sunt ad bonã valetudinem praui. itaque melior ventus est is, qui è magno mari flat. hunc vero in bonitate sequitur qui à montibus descendit: peior, qui à cloacis vrbem,& sordes expurgantibus, quique è stagnis, & locis palustribus emittitur. inter hos medium locũ tenet is, qui ab alijs locis effunditur. planum n. est, loca sublimia, quia vndique aperta sunt, nec quicquàm est, quod flatus arceat, facilius perflari. proinde fit, vt qui in illis vitam degunt, fere sani viuant: humilia vero minus salubria sunt propter calorem: præsertim vero æstate: & quia minus perspirent, quod regio sit humilior. Loca vero in quibus stagna,& paludes sunt, morbosa putantur, quia omnis adiacens regio humida redditur,& aer, qui ijs locis continetur, humidus crassusque est, & multos halitus excitat: ac si quis aliunde in ea loca se recipiat, is grauibus morbis corripietur. vt etiã solet in occasu, ortuque Orionis propter mutationem cõtingere. etenim mutationes locorum non secus, quàm temporum turbationem propter ipsarum varietatem afferunt. Ventus autem, vt scriptum reliquit Galenus, magnam sępe vtilitatem, aut damnum innehit: quia non semper conducit hominem aeri exponere, vt hyeme propter frigus, æstate propter calorem: itemque quia vitare ventos oportet. horum n. causa sæpe fit, vt non modo in liberum aerem, verumetiã ad ianuas, & fenestras, qua ventus vehementer perflat, deducere ægrotum caueamus. in illis autem potissimum ventos cauemus, in quibus neruos pati aliquid veremur: sicut etiam Solem in putrescentibus vitamus, cum ea ad sanguinis eruptionem esse apta videantur. Hæc itaque non modo pulchrum, & honoratum sed etiam vtile est scire. Venti n. si sint ab habitationibus exclusi, non solũ efficient corporibus integra sanitate vtentibus, salubrem locum, sed etiam si qui morbi ex alijs occasionibus forte excitarentur, qui alijs in locis difficulter curarẽtur, in his, quia exclusi venti sint, expeditius curari possent. morbi autem, qui difficulter curantur in regionibus, quæ ventis subiectæ sunt, hi fuerint, grauedo, tussis, morbus articulorum, pleuritis, tabes, fluxus sanguinis, & qui non detractione, sed potius adiectione curantur. Et hæc de ventis generatim, & speciatim dicta sufficiant. Sed vt eas quæ relinquuntur constitutiones ab Hippocrate traditas facilius adhuc assequamur, quædam particulatim de Austro & Aquilone, & ijs malis, quæ afferunt, notanda sunt, hi igitur cõtrariam habent temperiem. nam Aquilo siccus & frigidus. Auster calidus & humidus est natura. ideo ille absumit omnia, quæ in corpore sunt, superuacanea, instrumenta stabilit, constringit, ac cogit: animales, naturalesque actiones meliores facit, vt corpora ad audiendum, mouendumque aptiora, & coloratiora reddantur: sed aluum sistit, oculos mordet, & antecedentes pectoris dolores irritat. Auster vero maiora aduehit mala: nam corpora dissoluit, capiti grauitatem affert, difficultatem auditus parit, vertigines excitat, quæ comitiales, & attonitum præcedunt. & alia efficit praua symptomata, ut est difficultas motionis in oculis,& toto corpore. Cum n. cerebrum humidiorem persentiscit constitutionem voluntariæ actiones deteriores redduntur, & hinc torpor, & veluti dissolutio,& languor corporis exoritur: aluum autẽ humectat. pariter cum regnat homines patiuntur ulcera madentia, præsertim in ore & pudendis. quæ n. putrescunt in caloris maxime putrescunt, cui rei adiumento est humiditas. Auster uero utranque qualitatem habet. Cum autem Hippocrates ait Austrum, uel Aquilonem dominari indicat eas cõstitutiones quæ longo tempore perdurarint. non itaque intelligendus, dum utitur hac dictione (dominari) de uentis breui tempore flantibus, neque de ijs qui pluribus

dicbus

Gal. 3. de humor. com. 13.

Ventorum natura quõ cognoscẽda.

De qualitatibus ventorum qui ad particularia loca pertinent. & qui salubres, & insalubres.

Loca salubria & insalubria.

Gal. loco citat.

Ventorũ magn. vtilitas, atque pernicies. & cautelæ in eis adhibẽdæ in ægrotãtibus.

Austri, & Aquilonis vires, & mala ab ijs genita.

diebus sed infirmiter spirent, sed de ijs, qui vehemẽter perflent. Sed cum omnia quę ad Hippocratem intelligendum faciunt, conspicua & adaperta iam sint, ad secundam ab eo traditam constitutionem accedamus. Eam porrò hisce verbis descripsit. In Thaso ante autumnũ frigora non in tempore sed repente, Aquilone, Austroque mul tum spirãtibus, humida, & quæ prius proruperunt, Hæc autem vsque ad Vergiliarum occasum, & sub Vergilijs perdurarunt. Hyems aquilonia. Pluuiæ multæ largæ, & magnæ: niues, mista suda plurima (nam hyems modo largas, modo magnas pluuias per interualla habuit: cum interim aer esset plerunque purus, niues autem nec multas nec paucas sed quæ vrbis consuetudini responderent) frigora vero non admodũ erant intempestiua. post hybernum vero solstitium, & cum Fauonius spirare cœpit, aspera erat extrema hyems. Aquilones multum spirabant: niues, pluuiæque multæ, & continuæ, cœlum procellosum, ac nubilum, hæc autem durauerunt, nec ad æquinoctium vsque remissa sunt: Ver autem frigidum, aquiloniũ, pluuium, nubilum: Aestas non admodum feruens fuit: Etesiæ perpetuo spirarunt: mox circa arcturum, Aquilone perflante, pluuiæ admodum multæ fuerunt. Vnde omnes notæ, vt interpretatur Galenus, hyemem frigidam & humidam fuisse declarãt. Sed humidiorem quàm par esset. Ver pluuiosum, frigidum & aquilonium, & nubilum. Aestatem vero quodammodo moderatam sed circa arcturum multas pluuias. Totius itaq; anni summam concludens Hippocrates subdit cum totus annus humidus, frigidus, aquiloniusq; fuisset per hyemem commode fere habebant: sed sub Ver multi atque adeo plurimi laborabant. ibi n. inquit Galenus morbos incipere consentaneum est, vbi plurima esset aeris facta mutatio. primum igitur incæperunt lippitudines humidæ, dolorem afferentes, incoctæ, lemiæ paruæ, ægre ob tunicarum densitatem ex frigore aeris contractam, excidentes: plurimis redibant, sero sub Autumnum recesserunt, nam æstate affectio illa scirrhosa quæ lippitudines comitari solet, paulatim ad concoctionem deducebatur. Iam vero Aestate, & Autumno lienteriæ, dysenteriæ, tenesmi, alui fluxiones biliosæ, tenues, multæ, crudæ, & mordaces, quibusdam etiam aqueæ: multis præterea profusiones cum dolore, biliosæ, ramentosæ, purulentæ, stranguriosæ, non nephriticæ: sed his alia pro alijs. cum n. totius corporis excrementa in renes & vesicã defluerent, excretiones nephriticis consimiles subsequutæ sunt. pro membrorum autem natura alij alijs morbis conflictati sunt, huic n. iecur erat imbecillius, illi lien, illi, venter, illi intestinum, illi quicquam aliud. idem addit, vomitus pituitosi, biliosi, & incoctorum ciborum reiectiones. Sudores, omnibus omni ex parte multa humiditas superuacua. Hæc autem multis rectis, febrisque expertibus acciderunt: multis vero febricitantibus, de quibus scribemus. Quibus vero, quæ subscribuntur, omnia cum dolore acciderunt, hi Autumno secundo s. & sub hyemem secundam videlicet, tabescebant. Iam vero etiam febres continuæ & Autumno, & Hyeme fuerunt (quãnis Hyems proprium seruauerit temperamentum, nam quibusdam anni temporibus morbi proueniunt cum tempora nihil affecta, vitia superiorum excipiunt) & paucis eorum ardentes (neque n. torridus, neque squalidus status eas excitauerat, sed solum admodum biliosi temperatura eis fuere correpti) Diurnæ, nocturnæ, semitertianæ, syncеræ, quartanæ, errantes. & singulæ ex dictis multos corripuerunt. Cum n. esset cohibita totius corporis perspiratio, quæ in quacunque natura redundare solent, euacuari prohibebantur. Tertianæ verò plures erant ardentibus, & grauiores. Quartanæ multis ab initio ordine quartanæ inceperũt: alijs multis ex alijs febribus, & morbis abscessus in quartanas facti sunt. Quotidianæ vero & nocturnæ, & erraticæ multæ multos, & multo tẽpore propter humidã & frigidã constitutionem concoctionem prohibentẽ, tenuerũt, tã rectos q̃ decũbentes. Horum plurimos febres sub Vergilias, & vsq; ad hyemẽ comitabantur. Multos cõuulsiones, præsertim vero pueros ab initio tentabant: febriebantque, & febribus conuulsiones succedebant. Quæ autem continuæ omnino erant, nihil intermittebant: quæ vero more tertianæ naturam referentis inuadebant, vno die erant paulo leuiores, altero grauius inuadebant, erantque omnium illius temporis violentissimæ, longissimæ, & maximis cum laboribus coniunctæ: lenes à principio, sed omnino semper increscebant, & criticis diebus accedebãt, ac peiores inuadebant. rigores omnibus inordinati, errantesque erant: atque his quidem paucissimi, & minimi; in alijs vero febribus maiores. Sed alijs symptomatibus quæ eis superuenerunt omissis, concludit Hippocrates quod ex omnibus moriebãtur, sed omnium plurimi pueri à lacte nuper distracti, & item natu maiores, & octo

& decem

Margin notes:
Secũda constitutio ab Hippocrate relata.
Hippo. 3. in primo epid. à tex. 1. vsque ad 5. inclusiue.
Gal. in comment.
Gal. in com.
Tex. 6.
Tex. 7.
Tex. 8. 9. 10. et 11. 12. & 13.
Febres quæ iam dictã cõstitutionem fuerunt sequutę.
Tex. 14. 15.
Tex. 20. 21. 22 23. 24. 25.
Tex. 40. 41 & 34.

& decem annos nati, & qui pubertatem iam attingebant. Vnum autem bonum, maximum eorum signorum quæ extabant, quodque plurimos è maximis periculis eripuit, fuit in ijs, quibus ad vrinæ stillicidium diuerteret, & in hoc abscessus fierent. maximum vero ac pessimum signum vsque ad finem subsequutum, fuit, vt quamplurimi omnem cibum fastidirent. At vero tertia constitutione ab Hippocrate tradita nunc omissa tanquam ad ardentium febrium particularem sermonem potissimū attinente, Nec non etiam ea posthabita, quam in tertio epid. lib. sect. tertia describit, quippe quæ febrium pestilentium propria est, ad eas, quas in tertia aphor. particula scriptas posteritati reliquit, deueniemus, quas quidem, vt ait Gal. pro aliarum exemplis Hippocrates adduxit, quia hæ frequentius quàm aliæ contingere solent. Ait igitur Hippocrates, De temporibus, si quidem Hyems sicca & aquilonia fuerit, Ver autem pluuiosum, & Australe, necesse est Aestate febres acutas fieri, & lippitudines, & intestinorum difficultates, præcipue vero mulieribus, & viris, qui natura sunt humidiores. hi autem morbi vt Galenus notat in Vere alioquin pluuioso, & Australi non vulgantur, quia antecessit Hyems frigida sufficienter & sicca. ipse vero Hippocrates dixerat, non simpliciter præsentes constitutiones fore considerandas, sed ex qualibus, ad quales fiant permutationes. Præsiccatum itaque corpus per Hyemem ex vernis pluuijs potius iuuabitur ad naturalem rediens mediocritatem. Si vero totum ver humidum ad contrariam duxerit corpus constitutionem mediocritatem excedentem, æstas subsequēs paratum excipiet offensioni, cum terra adhuc humecta sit, & ob hanc causam suffocationem efficiat vtpote etesijs nondum spirantibus, quare totum tempus medium habebit febres acutas, ptopter caliditatem & humiditatem humoribus in corpore putrescentibus, nec non lippitudines, & intestinorum difficultates pro aptitudine partium quæ noxam recipere aptæ sunt. liquet autem quod putredo magis humidis aduenit corporibus. Manente igitur putredine in corpore febres fiunt: si vero per ventrem euacuetur, difficultates intestinorum. & hæc per totam æstatem contingent, nisi circa canis ortum aqua & hiberna tempestas fiat, & etesiæ perflauerint. Si vero hyems australis, subdit Hippocrates, & pluuiosa & serena seu tranquilla fuerit. Ver autem siccum, & Aquilonium: mulieres quibus partus in ver incidit, ex quacunque occasione abortiunt: quæ vero parient, imbecilles, & morbidos infantes pariunt: quare vel statim intereunt, vel tenues & valetudinarij viuunt. Cæteris vero mortalibus difficultates intestinorum & lippitudines siccæ fiunt, senioribus vero destillationes, quæ cito interiment. quam quidem constitutionem in partium morbis in suis proprijs locis declarauimus. postea inquit. Si vero æstas fuerit sicca & aquilonia, autumnus vero pluuiosus & australis: dolores capitis ad hyemem fiunt. & tusses, raucedines, atque grauedines, quibusdam autem & tabes. (nullam enim plenitudinem vlla in parte corporis hyems dissoluit) si vero aquilonius & siccus, humidioribus, & mulieribus conferet: reliquis vero erunt lippitudines siccæ, & febres acutæ, & grauedines, nonnullis vero & atræ biles. nam bilis pars humidissima & aquosissima exiccatur & absumitur, crassissima vero, & acutissima linquitur, & sanguis pariter eadē ratione, ex quibus hi morbi ipsis contingunt. Galenus vero animad tit omnes ab Hippocrate traditas constitutiones in locis terræ habitabilis temperatis fuisse. Zona vero exquisitam habens temperiem ac orbis terrarum media, est, quæ per Gnidum, & Co, & quæ loca ab his nō multum vel ad Aquilonem, vel ad Austrum recesserunt. vnde ab hoc sermone & Thraciæ loca, quæ à mari distant, tanquam nimiū frigida & humida: & quæ ad Aegyptum, & Libyam attinent, tanquam calidiora, & sicciora excludenda sunt. Via autem ac ratio, quaquispiam vtens omnes constitutiones complecti potest, talis est. oportet primum à simplicibus aeris ambientis temperaturis, veluti ab elementis incipere: & ipsas diuidere in valde paruas, valde vehementes, ac medias: & tum dicere de qualibet earum, quæ dictæ sunt intemperaturarum in singulis temporibus contingentium, quos s. morbos secundum vnamquamq; naturam generabunt. posthac duorum temporum intemperaturas inuicem connectere. hic vero transactis omnibus, deinceps trium temporum coniungere omnes omnibus intemperaturas, deinde quatuor. Sic n. foret integra, atque perfecta meditatio. sed tempus est vt iam ad ætatum & naturarum contemplationem descendamus. Dicebat n. Hippocrates quod naturarum hæ quidem ad æstatem, hæ vero ad hyemem bene, maleue se habent. Ad æstatem n. sicuti frigidæ & humidæ optime afficiuntur, ad hyemem vero calidæ & siccę; ita male afficiuntur calidæ & siccæ ad æstatem, frigidę

& hu-

Marginalia: Tex. 69. — Gal. 1. in 1 epi. com. 1. — Hipp. 3. aphor. Tex. 11. — Constitutiones in aphorismis propositæ. — Gal. in com. — Tex. 12. — Alia constitutio. — Tex. 13. — Alia constitutio. — Tex. 14. — Hip. 1. de aquis locis, & aere. — Gal. in com. Tex. 14. — Qua via aliæ constitutiones complecti possint. — Hipp. 3. aphor. Tex. 2. Gal. in com. — Prædictiones quæ ab ætatib. temperaturisq; capiuntur.

& humidæ ab hyemem. & hæ naturæ ad dicta tempora optimè, vel pessime afficiūtur. Mediocriter verò, quæ aliquo modo à temporibus, vel iuuantur, vel læduntur sicuti humida & calida, æstate & hieme. pariter scribebat Hip. morbi quoq; alij ad alia bene vel male se habent, & quædam ætates ad tempora & loca & victus genera. Nam intemperatorum contrarij quidem ad cōtraria bene se habent; similes autem ad similia male. Temperatorum verò similes ad similia bene se habent. nam ætas temperata & victui & regioni, & loco temperato comparata bene se habet. De ætatum autem morbis hæc habet Hip. in ætatibus talia contingunt. Paruis & nuper natis puerulis aphtæ, vomitus, tusses, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates. In progressu verò cum iam dentire incipiunt gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, alui profluuia: & maxime cum caninos edunt dentes: & ijs præsertim pueris qui crassissimi sunt, & aluos duras habent. Febricitant autem & propter dolores & vigilias, & gingiuarum inflammationes. Cum verò iam magis adoluerint, tonsillæ, & vertebræ, quæ in occipitio, ad interiora luxationes, anhelationes, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucæ, satyriæ strumæ, & alia tubercula, sed præcipuè antedicta. Grandioribus verò & iam accedentibus ad pubertatem plurima ex his, & febres diuturnæ magis (nam in iam dictis febres sunt acutæ magis) & ex naribus profluuia sanguinis. Plurimæ autem diutinæ passiones puerulis iudicantur nonnullæ in quadraginta diebus, nonnullæ in septem mensibus, nonnullæ in septem annis, quędam ad pubertatem iam accedentibus. Quæ verò permanserint nec in pubertate finierint puerulis, aut fœminis, cum menses erumpunt, consenescere consueuerunt. nam dies quadragesimus vt notat Gal. est primus inter eos, quibus morbi diutini iudicantur, & vltimus eorū qui acutos ex intercidentibus iudicant, in pubertate verò magnæ fiunt in corporibus mutationes. Iuuenibus verò sanguinis spuitiones, tabes, febres acutæ, morbus comitialis & alij, sed præsertim antedicti. nō quidem pp ætatis imbecillitatem ait Gal. sed pp incontinentiā iuuenib. plurimæ accidūt ægritudines. sed potissimū tertianæ febres, & ardētes. iuuētus aūt 5. septimana terminatur. Vltra hāc ætatē anhelationes, melācholiæ, morbi laterales, pulmonis inflāmationes, lethargi, phrenitides, ardores, diuturna pfluuia, choleræ, difficultates intestinorū, læuitates intestinorum, hæmorrhoides. Nā omniū ferè ætatum, ea, quæ iam declinat paucissimis eget ad corporis resumptionem. senibus spirandi difficultates cum tussi (nam eorum partes ad caput attinentes in eis facillimè refrigerantur, & superfluitates copiosæ pituitosæ generantur) vrinæ stillicidia, vrinæ difficultates, articulorum dolores, renum passiones, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, prutitus totius corporis, vigiliæ (quia enim pleni curarum, & quia corpus habent siccum, cum integra fruuntur sanitate magis vigilant) alui, oculorum & narium humiditates, visus obtusus, glaucedines, auditus graues. Ex cognitione autem morborum qui diuersarum ætatum peculiares sunt, clarissimum est etiam quibus nā morbis diuersæ naturæ, tēperaturæve obnoxiæ sint. & ex his morborum prædictiones longe ante quam fiant, quæ nonnullis impossibiles, aut saltem difficillimę videbantur facillimæ, & ferè certissimæ fieri poterunt. Quis enim adeò pinguis erit Mineruæ, qui temporum præteritorum præsentiumque vim contemplatus, & eorum, quæ pro ratione temporis anni futura sunt, præuidens, & insuper corporum temperaturam, ætatemque, regionem, vitæ genus, & vniuersam viuendi normā optime noscens, nesciat in multis, multa morborum febriumque genera præcognoscere? cum enim ab ijs tanquam à præcipuis causis morbi generentur, impossibile est vt positis causis, proprij ipsarum effectus non subsequantur. Vbi itaque omnes has causas tanquam primum nostræ prædictionis scopum fuerimus contemplati, nil aliud remanebit, vt febres morbosque alios certo præsagire possimus, nisi vt ad neutrorū corporum neutræve dispositionis indicia omnis nostra contemplatio conuertatur. & hoc maximo iure, cū causæ omnes iam relatæ non nisi per medium neutrum corporis statum, tanquam per pręuiam quandam dispositionem, ægritudines mortalibus afferant. quæ quidem neutra dispositio, vbi affuerit, ægritudinem non longè abesse significat. Signorum itaq; quæ neutrum statum, subindeq; futurum morbum præmonstrant, differentia duplex est. Vel enim ex eorum genere sunt, quæ secundum naturam dicuntur, quia proprijs speciebus, vt ait Gal. ab eo quod secundum naturam est, non euariant; vel sunt omnino præter naturam. si sint secundum naturam hæc vt diximus non proprijs speciebus, sed vel quantitatibus, vel qualitatibus, vel temporibus ab eo quod secundum naturam est differunt. & quomodocunq; sit, vel ad ipsius corporis actiones, vel qualitatē, aut quātitatem,

Marginalia: tex. 3. Gal. in com. — Singularum ætatum morbi proprij. — tex. 24. tex. 25. — tex. 26. — tex. 27. — tex. 28. — tex. 29. — tex. 30. — tex. 31. — De neutrorū corporū, seu neutrę dispositionis indicijs. — Signa ab his quæ sunt secundū naturā, desūpta. — Gal. li. ar. med c. 82.

fitatem, vel excrementa pertinere dicuntur. si ad actiones attineant, vel animales, vel naturales sunt operationes. animales verò aut rectrices sunt, aut sentientes, aut ad voluntarium motũ, aut appetitũ spectãtes. Rectrices itaq; sunt mẽtis, seu animi hebetudo non naturalis, aut obliuio quædam non consueta. Sentientes vel ad communem vocatum sensum, vel proprios sensus attinent, qua de re vigiliæ plures, ac somnus, aut non consueto tempore, sicuti etiam somni, qui pluribus imaginationibus abundant, quàm prius: sicuti auditus, odoratus, visusve hebetiores, aut turbulentiores futuræ ægritudinis sunt indicia. si ad voluntarium motum spectent, torpor ad motiones, inquit Gal. aut si moueri tentauerint, grauitas, aut vehemens exolutio futurum morbũ denunciant. si vero de his quæ ad appetentiam reducuntur sermo fiat, vel ad cupe dictã quam vocant, vel ad concupiscibilem, vel irascibilem appetitum attinent. Vnde ciborum appetentia intenta, vel dissoluta, aut quæ non seruet tempus consuetum, aut quæ ad edulia non visitata feratur, aut potus pluris, aut paucioris, calidi, aut frigidi insolẽs appetitus: aut si voluptas in cibo potuque non sit priori voluptati similis: & rerum venerearum intempestiua concupiscentia, & immodicus vsus aut excandescentia, vel ira quæ priorem modum non seruet, ægritudinem futuram indicant. ex actionibus autem naturalibus sunt sternutamenta, & eructuationes plures aut pauciores quam conueniat. Similiter ipsius corporis moles maior aut minor, aut magis alba, aut magis rubra, velut etiam liuidior, aut nigrior morbum futurum præmonstrant. denique sũt signa quæ excretiones respiciunt, siue sint cibi superfluitatum, quæ aut pauciores, aut plures, aut humidiores, aut duriores existant, siue humidiorum excrementorum vel defectus, vel superabundantia præter consuetudinem naturalem, aut in colore, aut in consistentia varietas aliqua, aut in tempore excretionis: & sudores plures, & pauciores, quàm conueniat: & menstruorum occultatio, vel immodica, aut diminuta euacuatio. Sic, & quæ per ora venarum, (Græci hæmorroidas appellant) fit sanguinis effusio: & flatus plures & pauciores his qui secundum naturam; & quæcunque per nares, vel palatum, vel aures, per quos meatus cerebrum expurgatur, vel temporibus, vel quantitatibus, vel qualitatibus immutata: & in summa quæcunque secundum naturam inerant hæc quidem augmentata, hæc vero comminuta, hæc vero temporibus quibusdam, aut qualitatibus immutata, futuras ægritudines indicant. Hæc igitur omnia ex genere eorum sunt, quæ secundum naturam. Morsus autem ventris, vel in ore vẽtriculi, vel in aliquo intestinorum, aut cum aluus subducitur, aut cum vomitus excitatur, aut cum mingitur, siue aliquis alius dolor mediocris ex genere quidem existit eorum, quæ præter naturam sunt, nõ tamen, qui ita se habent, ægrotare dicuntur: sicuti neque qui capite grauantur, aut vigilant, aut dolent, cum nondum in consuetis impediũtur operationibus. Hic.n. in huiusceemodi dispositionibus terminus est ægrotandi. & ideo in eo, quod ad aliquid, eandem dispositionem ægram, & neutram appellabimus. Nam pro vigore potentiæ, quæ facile sustinet, vel vincitur, vnaquæque ex his, quas antea diximus, vel morbus est, vel neutra dispositio. Sic & quæcunque in sensibus, non in eo quod magis aut minus inuicem differunt, sed toto genere sunt præter naturam. & hæc sunt signa morborum, donec modica fuerint, & nondum hominem à consuetis operibus sufficiunt amouere. Talia sunt in gustu quidem, cum vel salsæ, vel amarę aut alterius qualitatis sapor nobis indicatur, siue in omnibus, quæ bibuntur, aut manducantur, aut præter quod aliquid assumatur, salina ipsa talis sentiatur. in odoratu vero, quando alicuius vnius qualitatis sensum habemus nullo odorabili præsente: aut, cum plura differentia naribus admouemus, omnia veluti similia sentimus. Sæpius vero nihil sentimus, aut aliquid fœtens, etiam si nihil adsit, quod fœteat. Quantum vero ad auditum, soni & strepitus ad id, quod præter naturam, pertinent. vt in visu quæcunque ante oculos apparere creduntur, nigra, & atra, & coerulea, & rufa, & flaua: & nonnulla rotunda, nonnulla autem ob longa: quædam gracilia, quædam crassa oculis prætendi videntur. In sensu autem tactus, cum inæqualitas aliqua, vel spissitudo, vel grauitas, vel tentio, vel torpida, vel vlcerosa dispositio in toto corporis habitu sentitur: sic & in singulis partibus, vel tentio, vel compressio, vel morsus, vel grauitas, quando modicæ fuerint, ac minime sitmæ neutrã dispositionem adesse significant, futuram vero ægritudinem præuunciant. & hac de causa scribebat Hippocrates spontaneas lassitudines morbos pręnunciare. neque enim lassitudinum meminit, quę ex nimio motu, & fatigatione proueniunt, sed quę sponte contingunt, quę cum ad totum corpus referantur, & tres sint, nam prima vlcerum, secunda ten-

Marginalia: Corporis actiones. — Corporis quantitates, & qualitates Corporis excremẽta. — Indicia desumpta ab his, quæ præter naturam sunt. — Signa in gustu. — In odoratu. — In auditu. — In visu. — In tactu. — Hip. 2. aphor. 5. Gal. in com. & 3. de c. en la sal. cap. 5.

da tentionis, tertia quæ inflammationis sensum habet ex his composita. prima ex vitiatis humoribus ortum habet, secunda ex plenitudine, tertia ex vtrisq; simul iunctis. ita vt phlegmonosa lassitudo sit ex duabus prioribus, vlcerosa. s. & tensiua, composita non tamen ratione symptomatum, & affectuum, sed ratione causæ. nam alibi non quidem causam, sed essentiam considerans Galenus etiam phlegmonosam inter simplices reposuit, quia affectus simplex est ab vlceroso & tensiuo omnino distinctus. pariter licet asserere Galenum ibi de lassitudine ex motibus loqui, quæ tunc composita non est. in Aphorismis vero de spontanea, quæ ratione causæ composita est. ex propositis itaque Medicus non modo futuros morbos prænunciabit, sed etiam, si prudens sit, quales nam futuri sint, præuidebit. exempli causa ex vlcerosa dispositione morbos ex acrioribus humoribus, quales sunt biliosi, melācholiave, aut salsa & acida pituita, procreandos præcognoscet, ex tensiua, quæ ex plenitudine suboritur, synochos febres, venarum fracturas, obstructiones, sanguinis eruptiones, aut similes affectus sanguineos, ex inflammatoria, quæ à multitudine vnà cum humorum oritur acrimonia, caloris suffocationem, vel prauissimas febres, aut synochos cum putredine expectabit.

Apparentis in Galeni dictis contradictionis solutio.

Gal. 3. de tuend. 5. & 9.

Quod si præter spontaneam lassitudinem, motus grauis, & piger, somnus turbulētus, immoderatæ vigiliæ, hypochondriorum distentio, respiratio difficilis, venarum repletio, capitis temporumque dolor grauis, ac interdum pulsans, excrementa præter consuetudinem copiosa, sudor insolens, sputum mucusve exuperans, nausea, aut vomitus: aut alui deiectio, aut vrina copiosior, & fœtidior adsuerint, non solum putridam futuram febrem timebit, sed si plura ex his symptomata vrgebunt, eam quam celerrime aduentantem, & quodammodo in ianuis esse certo sciet. Vt. n. admonet Gal. vigilāt cibos fastidiunt, capite grauantur, segnes, & ad motum pigri fiunt, toto corpore lassitudinem sentiunt aliaque id genus infinita patiuntur plurimi ægrotaturi. Atq; hæc primo adueniunt modicæ, verum semper magis augescunt, paulatim obambulantibus iam, & consueta facientibus. Posteaquā vero nimisquā displicere sibi cœperint, ac ab affectu victi primū fuerint, tūc decūbunt, tuncq; morbi principiū statuere cōuenit.

Signa febris putridæ propinquæ & cito futuræ.

Galenus lib. de caus. morb. c. 2.

Gal. 1. de dieb. decret. cap. 6.

De febrium & morborum breuitate, & longitudine præcognoscenda. Cap. XVII.

VBI Morbus iam præsens fuerit, generosi Medici & arte Hippocratica digni officium est, antequam morbi principium perfectum iam sit, futurum statum, an proximus, vel remotus sit & subinde breuitatem, aut longitudinem ipsius morbi præcognoscere, cum omnem victus rationem ad statum ipsum inspiciens instituere debeat. Quicunque. n. Medicus primo vel saltem secundo die non præcognoscit morbum, qui extra primum septenarium nequeat extendi, hunc per multum erraturum sit verisimile. Vtrum itaque morbi vigor, aut propinquus, aut remotus longeque à principio distans futurus sit, vel artificiosa coniectura, ut ex ipso Galeno licet colligere, vel magis exquisita ratione assequi licet. Artificiosam porrò coniecturam consequi poterit ex his, quæ ab Hipp. traduntur dum inquit. motborum cōstitutiones tum morbos ostendere, tum anni tempora, tum successiua circuituum incrementa, hæc enim non modo morborum ipsorum tempora, dum adhuc fiunt, & præsentia sunt, verum etiam, antequam fiant, magna ex parte nobis indicare valent, vti in sermone de putridarum signis abunde declarauimus. nā febris ardens exempli causa, tertiana exquisita, pleuritis, peripneumonia propinquū statum habent, quartana vero, morbus comitialis, & articularis, & coxēdicum, & renum dolores remotum. Sed præter morbi naturam, ēt anni tempus, & laborantis ętas, & temperatura ex superabundanti vero etiam regio in qua ægrotat, & modus eius, qui antecesserit, victus, cū nondum morbo correptus esset, & circuitnum incrementa sicuti etiam morbi motus statum propinquum remotumve & subinde breuitatem, vel longitudinem morbi præmonstrare valent, vt ad vnguē in citato de signis capite aperuimus. nam omnis morbus ęstate quidē proximiorē, hieme vero remotiorē statū habebit. ita ex Gal. sententia in tēporibus pluuiosis febres erūt diuturniores in siccitatibus vero acutiores, & idem de regionibus, ætatibus atq; naturis statuendū erit, nam calidiores statum accelerare, frigidiores in longū protrahere valent. Similiter accessiones si anticipent, longiores, maiores seu vehe-

Gal. 1. de cris. cap. 3.

Futuri status ex artificiosa coniectura præcognitio

Gal. 1. de crif. cap. 16.

Gal. 1. de crif. cap. 5. Hip. 1. aph. 12.

Gal. 1. aphor. com. 12. & 1. de crif. cap. 4.

Gal. 1. de crif. cap. 17.

Gale. 3. aphor. com. 16.

Q mentio-

meliores fiat, proximũ, si opposito modo progrediatur, remotũ futurũ statũ denunciat. Simili modo morbi motus, quãto velocior fuerit, tãto propinquiorẽ statũ, brevioréq; morbũ ostẽdit, quãto tardius mouebitur, tãto remotiorẽ statum, longioréq; morbũ prænũciat. Morbi aũt motus vtrũ velox, an tardus sit, tũ ex symptomatibus comitãtibus, & eorũ more, tũ ex ipsius morbi natura etiã à principio perspecta, tũ potissimũ ex tpe accessionis partiũ, vt scribit Gal. nobis innotescit. Morbi aũt motu recte cognito, illico futuri status, & iudicationis morbi tẽpus præuidere nobis licebit, quod, vt planum fiat, sciendũ, ex Hipp. & Galeni doctrina, cui maxime fauet experientia, morborum in primis triplicem esse differentiam, nam partim diebus, partim mensibus, partim annis totis iudicantur. Quod si naturalem horum omnium differentiam inuenire moliamur, quot dierum decretoriorum circuitus sunt, tot quoq; morbi statuendi erunt. Præstat autem doctrinæ gratia maioribus eos terminis comprehendere, ne plurimi fiant, non tamen ita magnis rursus, vt multum differentes inter se mutuo collocentur. Queadmodum & admirandus in omnibus Hippocrates ab euidentibus sermonem capiens aliquando ait, vbi morbus peracutus est, statim etiam labores extremi sunt, & longe tenuissimo victu vtendum; interdum scribit. Acuti morbi quatuordecim diebus iudicantur. Deinde rursus: Hi ergo per quatuor aucti ad viginti perueniunt. Iterum postea: spirandi facilitas maximam vim ad salutem habet in omnibus morbis acutis, quibus febris copulatur quique quadraginta diebus iudicantur. Quin etiam sexagesimi, octogesimi, & centesimi, & centesimi vigesimi rursus meminit: atque his denuo relictis, æstatis morbos hyeme solui ait, hibernos æstate quin etiam ait: Plurimi puerorum affectus diebus quadraginta iudicantur: quidam septem mensibus, aliqui septem annis: nonnulli ad pubertatem vsque perueniunt. Hæ itaque omnes ad doctrinam simul clariorem. & ægrorũ vtilitatem admodum vtiles sunt differentiæ: etenim sua cuiusque victus species est. Quas quidem vt omnes tum breuiter, tum facile persequamur, &, vt Hippocratis dicta, quæ nonnullis contradictionem implicare visa sunt, plana & aperta reddantur; & cuiuscunque morbi motus nobis conspicuus fiat: Dicendum Morbos omnes, vti nos docuit Galenus, vel peracutos, vel acutos vel diuturnos esse. Vocatur autem peracutus morbus, qui ad septimũ vsq; diẽ extẽditur: qui enim longius procedit, inquit Gal. simpliciter acutus dicitur; peracuti aũt duæ sunt differẽtiæ vel. n. exacte peracutus est, & hic quartũ diẽ attingit: vel nõ exacte, & hic ad septimũ vsq; producitur. eadẽ ratione inter acutos alius exacte acutus est, qui ad vsq; decimũquartũ porrigitur: alius nõ exacte, qui ad vigesimũ vsque durat; q̃q̃ & ipse acutus sit. Acuti aũt ij dicũtur (queadmodũ Archigenes in hoc recte sentire, & multis nominibus laudandum esse, fassus est Gal.) quibus motus velox, & subito pericula adueniunt. quibus, si continua febris accedat, acuti absolute, & proprie & simpliciter appellari debent; si vero continua febre sint destituti, vti exquisita tertiana febris existit, non absolute & simpliciter, sed ex parte, & secundum quid, acuti vocari debent. nam prẹter motus velocitatem periculum quoque exigũt acuti absolute vocati morbi. Tertiana vero, & quæcunque febres tertia quaq; die fortiores factæ ad intermissionem veniunt, periculo vacat, quemadmodum Hippocrates scriptum reliquit. Verum, vt nulla acutorum differentia nos effugiat, & Hippocratis & Galeni dicta recte percipiantur, animaduertendum vnà cum Galeno morbos acutos esse duorũ generũ: nã quidam sunt simpliciter, & absolute tales: quidam vero nõ absolute, & simpliciter, sed ex decidentia, seu delapsu vocantur acuti. At vero acuti absolute dicti rursus duplices sunt: nam quidam à primo sui principio & ortu acutorum motum, seu velocem motum recipiunt, & hunc perpetuo vsque ad finem seruant, & hi decimum quartum diem nunquàm excedunt, & à Galeno acuti exacte nuncupantur: Quidam vero non à prima sui origine velocem sortiuntur motum, sed, vt monet Galenus, tanquàm submersi, lento grauique motu incipiunt, deinde vel in primo quaternione, vel in secundo exacte acutorum motum recipientes, ad decimumseptimum aut vigesimum diem excidunt, & à Galeno acuti non exacte vocati sunt. Verum Hippocrates hos quoque sub acutis absolute dictis, & ijs, qui in quatuordecim diebus iudicantur comprehendit, dum dixit absolute acutos morbos quatuordecim diebus iudicari, quoniam & ij, vt notat Galenus, detractis ijs diebus in quibus graui & lento procedũt motu, & ijs solum computatis, in quibus velociter, & proprio acutorum motu mouentur quartumdecimum diem non excedunt: si enim in primo quaternione acutorum motum recipiant, ad decimũseptimum, si in secundo quaternione

Margin notes:

Gal. loco citato

Hipp. 2. & 3. aphor. & Gal. 2. de dieb. decr. c. 10. 11. & 12.

Ex morbi natura & motu quomodo futurus status præcognosci potest.

Morborũ triplex differentia.

Gal. 2. de dieb. decret. c. 12.

Peracuti & eorum differentiæ.

Acutus morbus quis dicatur.

Gal. 2. de dieb. decret. c. 12.

Acutorũ differentiæ.

Acuti absolute

nione ad vigeſimum vſque diem excidunt. quare quocunque modo intra decimũquartum ſuum iudicium ſumunt, & ipſum nunquam excedunt. Vnde ſi quis phreniti-de quinto die (non.n.à primo die ſtatim adeo fit) laborare cœperit, & ſeptimodecimo iudicatus fuerit: vel inceperit ſeptimo die, & iudicatus fuerit vigeſſimo; nulli dubium hunc intra decimumquartum ſuum diem criſim ſuſtinuiſſe. In hoc. n. dicebat Galenus iam maxime etiam vigeſimũ diem ambiguitatem adferre puto: quippe qui potentię ancipitem naturam habeat, tum quod ſepe poſt primos dies morbos acutos factos iudicet, interim de prius iudicatis iterum decernat. Nullus.n.à primo die acutus in vigeſimum illabitur, qui non prius iudicium expertus ſit. Quod ſi in priore quodam die imperfectè iudicatum ſic prorſus diſcuſſerit, non impedit quominus acutorum morborũ decimuſquartus dies terminus exiſtat, ut Diuinus Hippocrates ſcriptũ reliquit. Qui vero non ſimpliciter, & abſolutè, ſed ex delapſu decidentiave vocantur acuti, ij ſunt, inquit Galenus, qui acuto quodam morbo imperfectè intra diẽ vigeſimum iudicato, deinde vehementia eius confracta, reliquum eius intra quadragesimum diem ſoluunt, ſubdit tamen Galenus acutos ex decidentia nunc quadrageſimum, nunc ſexageſimum diem aſſequi. Quemadmodum.n.tum ex peracutis, tum ex acutis abſolutè quidam exactè, quidam autem non exactè tales exiſtunt, ita acutorũ ex decidentia nonnulli exactè tales ſunt & ij quadrageſimum diem attingere ſolent, aliqui vero non exactè tales ſunt, & ad ſexageſimum diem vſque protenduntur, ij autem ſunt qui acutum imperfecte, ſed tardius iudicatum ſoluunt, de acutis autẽ ex decidentia meminit Hippocrates dum dixit in prognoſticis. Facilis ſpiratio in omnib. acutis morbis, quibus febris copulatur, quique intra quadraginta dies iudicari ſolẽt, admodum magnum ad ſalutem momentum habere putanda eſt. tanquam acuti quidam ſint, qui perfectę ſolutionis gratia ad eum diem prolongentur: quare ſicuti acuti ſimpliciter intra decimumquartum iudicari ſolent. ita qui quadrageſimum attingunt interim hi ipſi ſunt, qui intra decimumquartum diem imperfecte iudicantur: interim ſunt illi, qui ſtatim ab initio velut prohibiti & lenre tardeque moti, & nullam interea ſubitam mutationem moliti ad quadrageſimum perducuntur. Duplex autem horum quoque natura eſt: vel enim acceſſionum remiſſiones in exactam integritatẽ finiunt, vel continua febris ſemper perdurat, atq; huiuſmodi morbi, ait Gal. de acutorum natura obtinent. quaſi voluerit ſignificare non oĩmodam acutorum naturã habere, ſed aliquid ſolummodo de natura acutorum obtinere. nam vel continua febre, vel veloci acutorum motu deſtituti ſunt: qui tamen non adeo frequenter eueniunt, inquit Galenus. cæterum uniuerſum prędictum genus acutum ex decidentia vnà cum ipſo nominetur. potiſsimum cum etiã Hpp. vt demonſtrauit Gal. in prognoſticorum libris, in quibus de acutis morbis oĩbus differit, & de ſimpliciter acutis, & de ijs, qui ex illorum decidentia fiunt, ſermonem habeat. cum.n.ad libri calcẽ in vniuerſum de illis pronunciaſſet.i.de acutis, & qui inde proueniut, membratim de aqua inter cutẽ hunc ſermonem protulit. aqua inter cutẽ ſi ex acuto morbo cœpit, oĩs mala eſt. pari modo cum de purulentis & phthiſicis, tabidisq; affectibus, item de ijs, qui ex abſceſſu in longum tempus porriguntur, verba facit, clare innuit ſe propoſiti oblitum non eſſe, morbos, qui ex acutis diuturni fiunt, commemorans. Quinetiam in dierum decretoriorum enumeratione, qui in Prognoſtico recenſentur, ad ſexageſimum vſque diẽ neceſſario proceſsit, & in præceptis de abſceſſuum ruptura ſexageſimi diei cõmeminit. Demum ij morbi diuturni, & appellari, & cenſeri debent, qui manifeſto iam tardi acutis opponũtur. Qui.n.ab initio ſubmerſi, & lenti apparent, & inde ubi ad quadrageſimũ vſq; diem tales perdurauerint, rurſus intendantur, hos iure diuturnos appellaueris. Vnde Hipp. ſupra propoſitos, vt poſtea apparebit, alios decretorios dies ꝓpoſuit, & decretoriorũ dierũ ſupremum finem centeſimũ, & vigeſimũ diem conſtituit, quatuor videlicet menſium tp̃s: deinceps morbos alios menſium decretoriorum numero, alios annorũ ſolui ſcribit. Si vero morbi acuti quidem manifeſte conſpiciantur, ſed qui ante vigeſimũ non ſecure iudicati ſunt: deinde remiſerint poſt hęc reuerſi, mox rurſus fracti fuerint: nouiſsime quadrageſimo die iudicati: hos dubitaueris, ait Gal. abſolute ne, an ex decidentia acuti nominãdi veniant: imo magis, an diuturni quippe in ambiguis, & obſcuris certũ iudiciũ querere non oportet. nã pro rerũ natura certã ſemper ſententiã ꝓnunciare cõuenit. vbi vero natura ſimplex prorſus eſt, ibi & manifeſto, & ſimpliciter pronunciandum eſt. Ex quibus colligimus non ſolum temporibus ſolis nudis, ſed motu, & natura magis acutum & non acutum morbum appel-

Gal. 2. de dieb. decret. c. 13.

Acuti ex decidentia, qui non ſint.

Gal. 2. de dieb. decret. c. 12.

Gal. loco cit.

Diuturni morbi, q nã dicendi.

Morbi ancipitis naturæ.

lari. nam cum segni lentoque motu cum interuallis à febre remissis ad quadragesimum extēditur, nemo sanæ mentis acutum non. nauerit: nam etiamsi ante quadragesimum cessset huiusmodi, iam diuturnus est. alij vero morbi breues vocantur, qui tamen nec acuti nec diuturni appellandi sunt. vti paruæ hæ febres & à periculo remotæ, etsi ab acutorum natura recedant, omnes tamen non diuturnas esse sciunt. Vides igitur inquit Galenus cum solutio interdum eandem temporis præfinitionem habet, nos vel acutum, vel non acutum nuncupare: & quandoque alium acutum, alium diuturnum ipso motu solo distinguentes. Non.n.subdit, complures ad quadragesimum vsque continua febre conflictatos esse. quapropter talem morbum non fuisse diuturnum dicere possum: non tamen, simpliciter acutum nominare par est. insuper ex dictis liquet, quadragesimum diem tum acutorum ex decidētia, tum etiam quorūdam diuturnorum morborum terminum status posse. Constat itaque, quo nā pacto, ex ipsius morbi natura & motu recte perspecto, futuri status præfinitū tempus, & subinde breuitatem aut longitudinem morbi præuidere possimus. Qui autem morbi velocissimum, & qui velocem, & qui tardum sortiti sint motum ex particularibus præsertim eorum tractatibus vnusquisque poterit conijcere. & insuper dum infra de signis futuræ crisis loquemur indicia morbi motū significantia proponemus. Illud hoc in loco notare debemus. quod ex Hippocrate quibuscunque accessiones fiunt; quacunque hora febris dimiserit, si eadem cras occupauerit, vt secunda accessio eadē hora inuadat, in qua prima inuasit, & sic de alijs, difficile solubiles sunt. vbi.n.accessionū causa firmara est & stabilita, inquit Gal. eundem terminum seruat. quæ autem firmara sunt, magnam vim demolientem exposcunt. idem autem Hipp. ait, quod in febribus abscessus, qui ad primas iudicationes non soluuntur, longitudinē morbi significant. & deinde habet, quod quibus circa dentes in febribus quidam lentores nascuntur, ijs fortes fiunt febres. fiunt.n.caloris multitudine pituitosiorem humorem exiccante. & paulo infra scribebat, quod febricitanti sudor superueniens febre non deficiente, malum. Prorogatur.n.morbus, & multā significat humiditatem. & alibi ait quod febris nocturna quæ.s noctu inuadit, die intermittit, non admodum lethalis est: longa tamē est. diurna vero quæ die inuadit nocte intermittit longior est. Verum quoniā, vt testis est Galenus, hæc ad futuri status exquisitam præcognitionem non sufficiunt, idcirco Hippocrates voluit vt ad exquisitam præcognitionem illis ea addantur quæ mox apparent. Subdit.n. quod etiam ex ijs, quæ mox apparent, conijcere oportet; veluti in laterali morbo si sputu statim appareat facit breuiorem, si vero posterius, longiorem. & vrinæ, & alui excrementa, & sudores vel bonā morborum crisim, vel malam, & longum, vel breuem futurum morbum post apparentia cōmostrabunt. Quodcunq; igitur ait Galenus, coctionis signum post apparuerit, breuem & salutarem morbum futurum ostendit. Cruditatis autem signa vel longum, vel etiam lethalem commonstrant. quod.n.illi, quod secundum naturam est, maxime contrarium existit, crudū est: magnamque ostendit membrorum patientium imbecillitatem. considerare igitur oportet quantum distant præsentia cruditatis signa ab ijs, quæ aderunt in manifesta coctione, & vtrum morbus acute vel tarde moueatur, ita necessarium est scire dignoscere quantum inuicem superant, & superantur coctionis, & cruditatis signa, nam hæc nō paruam inter se differentiam habent adhuc autem magis & coctionis. Si enim integre cruditatis signa in primis quatuor diebus permaneant, longum erit huic morbo principij tempus. si debilis mediocriter in eo apparuerint, non adeo longum erit, vt prius. Si autem parua fuerint cruditatis signa futurum principij tempus paucum erit, his addenda quæ ab Hippocrate dicta sunt longioris temporis esse significatiua. nunc exempli gratia aphorismi illius meminerimus. frigidi sudores cum acuta febre mortem significant. cum mitiori vero morbi prolixitatem. Si.n.primis diebus, prævalentibus adhuc cruditatis signis talia appareant principij tempori. addēt & ita etiā ascensus longius erit, & status post multum tempus occurret, & ita etiam morbi solutio. Sed ad ea, q̄ certiora sunt deueniamus in nulla.n. re adeo exercitandus est Medicus, quantum in status præcognitione. Si quis vero puret nullā esse futuri status pcognitionē, hic ne minimā artis partē est assecutus. Ego vero, inquit Gal. tātū absum, vt, qđ futurū sit, penitus incognitū putē, vt sæpe de eo certissimā haberi sciētiā existimē. Quid.n.si quis 1. statim die nullū habēs signū periculosum, verū insuper oīa salutaria, acute quidē febricitet, vrinā autē mingat bene coloratā, ac mediocriter crassam: an nō in propatulo est, hūc in primis quatuor diebus crisim habiturū? & eo magis, si nebula

Gal. loco citato & 3. de dieb. decret. cap. vlt.

Hipp. 4. aphor. 30.

Gal. in commē. aphor 51. 53. & 56.

Hipp. 3. in 1. epid. 6.

Gal. 1. de cris. cap. 5.

Hip. 1. aph. 12.

Futuri status ex certiori ratione præcognitio.

Gal. 1. de cris. cap. 7.

Gal. 3. de cris. cap. 5.

Gal. 1. de cris. cap. 16.

bula aliqua, vel suspensio bona ibi afforet, & etiam tanto plus, si bona subsidentia? quomodo enim aliter in primo die febrem in statu consistere cognoscetur quàm si statim habuerit signa coctionis? ob id dicebat Hippocrates quod mitissimæ febres, quæ cum signis securissimis fiunt, quarto die finiunt, vel prius: malignissimæ & cum signis grauissimis quarto die occidunt, vel antea. mites quidem nominans contrarias malignis. Sicuti vero quæ omnia habet signa tutissima febris acuta in primo quaternione soluitur, sic, quæ isti proxime adiacet, diem septimam non transcendet. est autem illa cui nõ omnia sunt tutissima signa (neque enim securũ & securissimum, neq; malignum & malignissimum, neque graue, & grauissimum eandem vim habent) si.n. iam à primo statim die febris acuta, sed non supreme & simplicissima, & cum tutissimis signis, sed simplex & cũ signis tutis, quam Hippocrates mitem nominat, ego hanc clarioris doctrinæ causa simplicem voco, hæc febris ad secundũ quaternarium progredietur. Nunquid vero vel quinto die vel sexto, vel septimo iudicabitur proceden te sermone determinabitur. eodem modo maligna, & cum grauibus facta signis (quę autem sint tuta aut grauia signa in sequenti capite clatum fiet) Nam & hæc quantum abest à malignissima, & cum grauissimis signis adueniente, tanto & mortem afferet tardiorem. oportet itaque, vt non decipiamur, simplices, & simplicissimas, malignas, ac malignissimas febres cognoscere, & signorum vires intelligere. neque enim sufficit simpliciter opinari hæc quidem bona, illa vero mala tantummodo esse. Sed de his in sequenti capite pertractabimus. Quod si quis acutè febricitet, inquit Galenus, nullũ vero lethale adsit, immo nec aliqua concoctionis nota, fieri non potest, vt hic quartanus decedat. ideo distinguendũ hic rursus est, vtrum, sicut nulla coctionis nota adest ei, eodem modo neque temporis longi vlla: an præter quòd concoctionis indicia desunt, etiam temporis longi signa adsunt. Si nanque, vt concoctionis, ita temporis omnino signa absint, in secundo quaternione morbus statum accipiet. Quod si longi temporis indicium adfuerit, diem septimum excedet. Cæterum, quantum extendetur, hoc non licet statim ab initio, cognoscere: sed in sequentibus diebus distinguetur. & ideo alibi scribebat Galenus, quod si in primo quidẽ die (vigintiquatuor.s.horarũ) vrina quidem sit exquisite aquea, febris vero debilis. hæc in longum protraheretur tempus: sed quantum hoc erit in primis diebus cognosci non potest, neque cognitu vtile est, quia formam victus conuenientem iam habemus, cum status post plurimos dies sit subsequuturus. Si tamen singulis quaternarijs signa diligenter obseruabimus status tempus exquisite poterimus præcognoscere. oportet.n. ait Hippocrates, à primo die considerare, & in singulis quaternarijs adiectis animaduertere: neque te latebit quo se morbus conuertet. Quod igitur talis morbus in quo sicut concoctionis signa absunt, ita longi temporis signa adsunt secundum quaternionem excessurus sit, statim à principio manifestum est, secũdo vero, & tertio die accuratius intellexeris, in quantam temporis prolixitatem protrahetur. in quarto vel proxime conieceris futurum statum & crisim. Nam si cruditatis signa & temporis nihil mentione dignum referũt, etiam tertio quaternione longius ægritudo extenderur. Enimuero si claram aliquã mutationem faciat, non tamen iam signum aliquod cõcoctionis in primo quaternione appareat, in tertio quaternione crisis expectanda est. At si crudus adhuc videatur in septimo die, non tamen insigne quoddam, & magnum temporis indicium habens, sperandum in quartum quaternionem, hoc est in decimumquartum diem crisim eius extensum iri. dinniendũ vero est exacte in vndecimo quia decimiquarti index est, sicut quartus septimi. Vbi vero clarum aliquod & fidum adamussim signum coctionis iam antea innotuerit, in decimoquarto iudiciũ fore indicat: obscuru si eueniat, alijs iam attendẽdũ est. Si.n morbus celerẽ motum obtineat, & aliorũ nullũ obstet, forsan etiã decimusquartus decernet: sin minus, in decimoseptimo crisis erit. At si nihil in vndecimo prorsus ante fuerit indicatũ, in decimoquarto iudicium esse nequit. Quare cõsiderãdũ hic totius morbi motus, aliaq; symptomata oĩa, & indicia vtrũ decimoseptimo, vel etiã decimooctauo crisis sperãda sit, an lõgius progressura. interdu.n. in his quoq; iudicat pleruq; vigesimo, interim vigesimoprimo. Porrò si morb. quispiã mox ab initio nõ adeo celeriter moueat, sed velut cõburẽs inuadat, & alia signa longioris tẽporis adsint: huius statũ præsagire in principijs nemini licet: verũ quod intra decimũquartũ crisim nõ accipiet, liquido constat: quousq; vero extẽdet, nõ cõstat: sed distinguere oportet prius periculosus ne sit, an nõ. si periculosus sit, & ꝑterea vires imbecillę, mors anteq̃ in longu extẽdatur, prauertet: si periculo vacat, procul oĩo crisis

Q 3 eri.

Quæ nam febris in septẽ diebus finiatur.

Qui nã morbi septimum excedant.

Qui nã morbi vndecimã diẽ excedãt, & qui infra ipsum & in 3. quaternione iudicentur.

Qui nam ad quartũ quaternionem extendantur.

Qui ad decimũseptimũ protrahãtur, vel, vltra.

Hipp. 3. progn. tex. 2.
Gal. 3. in 1. epi. 21.

Gal. 1. de dieb. decret. c. 13.

Gal. 1. de cris. cap. 16.

Hipp. 3. progn. tex. vi.
Gal. 1. de dieb. decret. cap. vlt.

est. Quantum igitur tempus adamussim ei accedet, non modo non primo die, aut secundo, aut tertio, sed ne quarto quidem inuenire absolute sperandum: verum in decretoriorum dierum sequentibus periodis perspicuum fiet. In secundo autem quaternione latior est coniectura, in tertio accuratior. Si enim ad septimum vsque diem cruditatis, & temporis indicia vehementiora compareant, ante vigesimum diem crisis esse non potest: si moderatiora eueniunt, aut permanent æqualia, potest. Itaque si ante vigesimum decerni non posse clare noueris, idq; temporis notis vehementibus, inspice tertium quaternionem, & si adhuc temporis, cruditatisque signa in hoc intendantur, procul à vigesimo crisim productum iri spem habeto. Aequalibus signis manentibus, hic quoque post vigesimum venturam dicere licet: diem vero ipsum cognoscere iam nõ est: tertius autem & quartus quaternio eum indicabit. Si enim semper magisque cruditatis signa exoluantur. primo post tertiam septimanam quaternario crisim morbi sperato: si nulla insignis mutatio fiat, in quartam hebdomadem progredietur. Qui autem morbi ad decimumquartum crudi omnino sunt, & tardius quodammodo mouentur, non citius quadragesimo iudicantur. Post quadragesimum vero iudicia dissolui, & lentis concoctionibus magis, quam subitis mutationibus, morbi solui consueuerunt. præsagiendi autem in eis summa hæc est, vt signorum non numerum sed vires cognoscere oporteat. Ex dictis itaque manifestum est non solum vigoris tempus nos exacte prædicere posse, verum etiam interdum ipsius solutionis diem. vbi.s.dierum decretoriorum differentias, atque virtutem potissimum cognouerimus, de quibus statim post loquemur, vbi prius lectores vna cum Galeno admonuerimus, quod quicunque animo pusillus, humilisque fuerit, non solum non singula, quæ recensuimus in ęgris cognoscere studebit, sed ne speculationem quidem ipsam ediscere sustinebit. At generosus aliquis, verique amator, tum qui labores in optimis quibusque rebus non refugiat, neque theorematum difficultatem, neque temporis prolixitatem, neque exercitij laborem veritus, ad commemoratorum perfectionem veniet, vt non solum diem firmiter aliquando possit prædicere, sed etiam horam ipsam in qua ægrum quempiam liberari, vel mori necessarium est. Posteaquàm enim diem aliquando verbi gratia mortis cognoueris, inquit Galenus, considerandum est inde in quo potissimum accessionis tempore æger maxime grauetur. Si enim statim inuadente ipsa refrigeretur vehementius, vt vix ad calorem reduci possit: calor diutissime absit: pulsus exiguus, aut nullus, aut malus, appareat: motus pigritia, vel etiã somnus veternosus, aut aliud quidpiam: hoc maxime tẽpus cõsiderandum est. Quod si hoc quidem moderatum fuerit, in statu vero, vel delirantem, vel cum impetu exilientem, vel dissolutum videas, aut febris magnitudinem non tolerantem, sed vehementer inardescentem, vertigine laborantem, capite dolentem, cordis morsu conflictatum, aut id genus alijs, hoc maxime tempus esse suspicari conuenit. Si vero principio, vigoreque mediocriter euenientibus, declinatio quædam; animi deliquia, sudores inæquales, frigidos, vel circa caput solum, vel ceruicem, vel pectus inferat: pulsus obscuros exiguosq; efficiat & his similia: hoc præcipue tempus obseruandum est, sciendumque manifesto in pessimo accessionis tempore hominem moriturum. cum itaque secundus dies, verbi gratia, & quartus vehementiorẽ accessionẽ adferat, quàm primus, tertius, & quintus: ad sextum diem mors prædicetur. Si vero pars accessionis grauissima, in ipsius insultu, eaq; sexta hora apparet, in hac moriturum hominem non est operosum dicere. quare vbi hæc tuto definiri possunt, prædicere conator: si autem quid obscurum fuerit, sequentem diem expectare oportet. Porrò si nihil in ipso firmiter præsagire possimus, satius est tacere, quàm temere pronunciantem falli. In omni autem principio futurum cognoscere non licet, nisi quis ex amussim morbi speciem perspectam habeat. cuius cognitionem tum in præcedentibus libris tradidimus, tum in hoc & subsequentibus, quoad fieri potest, sigillatim trademus. Verum quoniam solutionis diem prænoscere apprime vtile, & honoratum est, & insuper horam præcognoscere est impossibile, nisi prius diem ipsum exquisite precognoscamus, ideo vt præcognitio hæc nobis certa exactaq; succedat, & non decipiamur, quędam à Galeno proposita recte animaduertenda sunt, & in primis illud supponendum quod, quemadmodũ dicebat Hip. septenorum quartus est index, vti etiã decimiquarti, dies vndecima, cũ & ipsa cõtẽplabilis sit. Hoc stãte scribebat Gal. qđ si morb. acutus nullũ periculosum signũ referat, & 4. die euidẽs quędã cõcoctionis nota cõpareat, septimo crisis futura est. periculos s vero symptomatib. presentibus, vnã cũ aliqua cõcoctionis

Qui ante vigesimum crisim non recipiant.

Qui non citius quadragesimo iudicentur.

Gal. 1. de dieb. decret. cap. 11. & 12.

Aliquando non solũ diẽ, sed etiã horam salutis, & mortis prouidere contingit.

Vt solutionis dies melius præcognoscatur q̃ nam consideranda sint.

Hipp. 2. aphor. tex. 24.

Gal. 1. de dieb. decret. cap. 11.

nota

nota quarto die apparente, iudiciũ ſi paribus dieb. acceſſio fiat, ſexto expectandũ eſt: quod ſi hũc exceſſerit, octauo; ſi in imparib. ſeptimo. Bonis ſignis apparentib. ſeptimo die morbus diſcutietur. Etenim letalia ſigna cum notis concoctionis nunquã euenerint. Hæc autem non minus quàm periculoſa & ſalutaria inſpicienda ſunt, quia, ſi quarto apparuerint ſeptimo aderit mors. neceſſe eſt autem letalium ſignorum tũ magnitudini, tum copiæ animum aduertere. Si enim multa magnaque die quarto euenerint, acceſſionibus diſtinguendum erit de morte futura: ad hæc cognoſcendum hominem ſexto die moriturum eſſe, modo acceſſio diebus paribus facta ſit: ſi imparibus ſeptimo. Interdum ſextus hominem iugulat, etiam ſi acceſſio in imparibus contigerit propter morbi celeritatem, & magnitudinem, & ſymptomatum in quarto euenientium copiam. Quare accidentium magnitudo, quæ ex potentia ſumitur, exacte dignoſcenda eſt. Verum hoc in loco vnà cum Galeno animaduertendum eſt, quartũ diem ſui natura in ſeptimo futuram criſim indicare, & omnes diſtinctiones propoſitas veritatem habere dummodo, vel aliquod erratum & magnum extrinſecus incidens, aut ipſa morbi conditio, aut ægrotantis vires non obſtent, & noſtram prædictionem euertant. Si enim malum aliquod extrinſecus præter ſpem euenerit, & morbus non ſimpliciter acutus, verum peracutus ſit, & vehementer ad iudicium propellatur, & ægri vires imbecillæ ſint; ſignum malum, quod in quarto die apparuit, ſeptimum diem non expectat, verum ſexto eger morietur: præſertim ſi paribus diebus acceſſiones fiãt. Quod ſi nihil extrinſecus erratũ ſit, & morbi motus non ita præceps ac velox, & eger validus: ſi manifeſtum in quarto malum indicium fuit, ſeptimo morietur: ſi obſcurũ hunc excedet, & ſi acceſſiones paribus diebus contigerint, octauo, ſi imparibus, nono æger decedet. Si verò euidenter bonum in quarto die ſignum appareat, & nullius periculi circa ægrum ſit ſuſpicio, fieri non poteſt, quo minus ſeptimo die fiat iudicium, ſi nihil extrinſecus peccatum fuerit. Hæc autem extrinſecus peccata vel à medio, vel ab ægrotante, vel à miniſtris committuntur, vel extrinſecus adueniunt. Quæ omnia tetigit Diu. Hip. dum dixit oportet autem non ſolum ſe ipſum, quæ res poſtulat, facere, verum etiam ægrum, aſſidentes, & exteriora, ſi quis ſupple, quidpiam indagare, aut diſquirere ex noſtris cogitat. A Medicis quidem imperitis, dum aliquid extra rem factitauerint. Hi enim quoties ad ægrum accedunt, toties peccant. Cum enim naturæ motus ſtatutis periodis pro ſui ratione contingant, ab exterioribus peccatis circuitus ſeruare prohibetur. ideo dicebat Hip. natura oĩno ſufficit. Peccatur in hãc extrinſecus cataplaſmate, inunctione, & totius, & partis aſperſione. Ab ægrotantibus verò errata committuntur, quotieſcunq; Medici præceptis in omnibus non obtemperant, &, quod plurimum fit, intemperantes in victu ſunt. A miniſtris autem dum vel iram ob delicta concitant, vel triſtitiam ex intempeſtiuis nuncijs afferunt, vel offenſam, qđ imperfectius in ex adminiſtranda ſe gerant. Apparatus enim omnis ante iudicij tẽpus prompte ſtatuendus: obſonia pulchre paranda, miniſterium inculpate exhibendum. Quæ autem extrinſecus adueniunt errata ſunt vt pluuiæ, tonitrua, fulgura, vicinorum tumultus, canum latratus, latronum inſultus, domus ruina, defluens aqua ſupra caput ægri, fluuius irruens, incendia, ictus, triſte nuncium & eius generis vniuerſa, quæ exterioribus attribuuntur. Hæc igitur quatuor errorum genera dum naturæ motus impediunt, circuituum ordinem deſtruunt, & criſim v.g. ſeptimo futuram impediunt. Ex quo patet non alium quendam eſſe qui exacte præſagiuit, alium qui rectã victus rationem inſtituet, ſed in eundem vtraque conuenite neceſſarium, niſi alterum ab altero corrumpendum ſit. Quod autem nec victus ratio proba ſine ſtatus morbi & criſis præſagio inſtitui poſſit in proprio capite declarabitur. Si ergo hæc mutua opera perpetuo egent, non alius quiſpiam Medicus recte curauerit, alius exacte præſagiet, ſed quicunque optimus fuerit, is præſagiet vnà, & curabit. Quare cum quartus dies aliquod indicium bonum habeat, ſeptimo iudicium forè innuat, ſi nullus comitatur error. ob id ſi quis contingat, magnitudo eius inſpicienda eſt; ſi enim leuis planè contigerit. ita quoq; criſis in ſeptimo veniet, non tamen exacte bona (nam perfecte, ſalubriter, ſine periculo, & ſimilia bonis criſibus adſunt) ſi verò magnus error fiat, ita vt à ſeptima in ſequentium aliquem recidat, attendendum eſt noxæ magnitudini, qa huius regula clarum fiet, an in nonum, vel vndecimum criſis delabatur. Itaque morbi, qui prorſus ſine periculo ſunt, ob delicta diuturni eſſe ſolent. Qui incolumitatem pollicentur, non tamen ſine periculoſis ſymptomatis, ob errata letales fiunt. Quinetiam illi, qui omni periculo vacant, multis magniſque deinceps erroribus commiſſis, in

Quæ nõ criſis diem pertrahere, aut accelerare poſſint, & noſtram prædictionẽ euertere.

Gal. loc. cit.

Quæ nõ ſint errata, quę cõmittuntur in morbis.

Hip. 1. aphor. 1

Medicorum peccata.

Ægrotãtium peccata.

Aſſidẽtium errores.

Errata extrinſecus aduenientia.

Maxime notanda.

fis, in

sis, in letalium naturam incidunt. Cum enim in sanis delicta grandia morborum letalium causæ sint, quid in egrotis expectandum est? Quemadmodum itaque in morbis tutis iudicia tantum remorantur, quantam ex peccatis interim noxam ægri acceperint, ita in letalibus præueniunt. Sed cũ iam permulta de quaternionibus, diebusq; decretorijs commemorata à nobis sint, tempus est, vt ea omnia, quæ ad exactã ipsorum ab eo, qui artem Medicam profitetur, cognitionem attinent, hoc potissimum loco breuiter aperiamus. præsertim cum prænotiones ad salutem, vel mortem, & ad modum solutionis exitusq; morborum pertinentes, sine dierũ criticorum notitia, assequi non liceat. In ijs autem pertractandis primo de ipsorum numero & differentijs loquemur: secundo, quoniam interdum iudicium ad plures dies pertinere videtur, notas seu regulas quasdam trademus, quibus decretorius dies comprehendatur; vltimo loco de ipsorum causis agemus. Quantum attinet ad numerũ, & differentias, hæc prius, prout ab Hippoc. Galeno & compluribus alijs veterib. Medicis experientia fuere adinuenta, in medium afferemus: deinde obiectiones illorum qui decretorios dies è medio tollere, & euertere conati sunt, diluemus. Porrò omnẽ integrumq; decretoriorum dierum numerum Hip. in epidemijs hisce verbis posteris Medicis reliquit. Est autem primus decretorius circuituum, qui paribus diebus decernunt, quartus, sextus, decimus, decimusquartus, decimusoctauus, vigesimus, vigesimusquartus, vigesimusoctauus, trigesimus, trigesimusquartus, quadragesimus, sexagesimus, octogesimus, centesimus, centesimus vigesimus. Eorum qui imparibus circuitibus iudicant, primus est tertius, quintus, septimus, nonus, vndecimus, decimus septimus, vigesimusprimus, vigesimusseptimus, trigesimusprimus. Hoc itaq; sermone omnes decretorios dies comprehendit. Recordationi siquidem, ac memoriæ, inquit Gal. præparatio hæc conuenit. Epidemiorum enim libri Prognostico, & Aphorismis prius scripti sunt, quòd memoriam rerum prius obseruatarum suggerant. Verum in Prognosticis, & Aphorismis eos solummodo, qui maximam virtutem habent, & naturæ suæ ratione perfecti sunt, & non mediocrem vsum ad futuri status, iudicijq; prænotionem exhibent, conscripsit. Idcirco in Prognostico hoc modo scribit. Febres, siue sanus ab his quis euadat, siue pereat, æquali dierum numero iudicantur. Vt enim saluberrimæ febres, quæ videlicet tutissimis fulciuntur notis, die quarto, vel antea quiescere solent, ita malignissimæ quæque, & quibus periculosissima signa adsunt, die quarto vel citius interficiunt. Primus itaq; earum insultus ita finitur, secundus quaternarius in septimum diem producitur, tertius in vndecimum, quartus in decimumquartum, quintus in decimumseptimum, sextus in vigesimum. Hi autem ex acutissimis morbis per quatuor in viginti ex additione perueniunt. Verum huiuscemodi supputatio per dies integros nimirum fieri non potest, quippe cum nec annus, nec menses ipsi integris numerentur diebus. Deinde eadem ratione atque additione primus circuitus ad quatuor & triginta, alter ad quadraginta, tertius ad sexaginta dies peruenit. In Aphorismis autem cum prædixisset acutos morbos in quatuordecim diebus iudicari, mox infert, septimorum quartus est index, alterius septimanæ octauus principium est, contemplatorius autem rursus vndecimus: hic enim quartus est secundæ septimanæ. contemplatorius iterum decimusseptimus: hic enim quartus est à decimoquarto. Septimus autem ab vndecimo, & ita in duobus his commentarijs omnes decretoriorum dierum circuitus hebdomadis, & quaternionibus adscribit. ex quibus planum est cur Gal. dixerit in duodecimo, & decimosexto se nullũ unquã iudicatũ vidisse. & insuper cur Hip. neq; primæ, neq; secundæ diei meminerit. Quamuis enim Dioclis imitatoribus hi quoq; de morbis decernere visi sint, attamen, si præceps ac subita in ægrotantis corpore perturbatio morbi solutionem præcedens crisis, siue iudicium nominatur, neq; primum diem, inquit Gal. neq; secundum decretorios esse censebimus: quia velut fluctuatio solutionem præcedens, nequaquã in his est conspicua. si verò solutionem simpliciter, iudicium voces, hi quoq; erunt decretorij, quia omnes diariæ febres solutionem partim in primo statim die, partim in secundo nanciscũtur. cur autẽ Hip. reliquos omiserit in Prognosticis & Aphorismis in ꝓgressu patebit. De dierum autem decretoriorum differentijs sermonem instituens Gal. scribebat. Quod tot dierum decretoriorum sunt differentiæ, quot ipsorum sunt iudiciorum. Differunt autem iudicia, seu crises, quòd aliæ bonæ aliæ malæ eueniant. quædam cum pluribus & difficilioribus symptomatis, & maiore certamine: nonnullæ statim ab initio tuto inuadunt. ita in hoc plurimum differunt, quod hæ deficientes, illę verò perfectæ sunt:

Marginal notes:

De dieb. decretorijs.

In eis pertractandis quot nã capita sint absoluenda.

Dierum criticorum numerus.

Hip. 2. epid.

Gal. 2. de dieb. decret. c. 6.

Hip. 3. Progn. tex. 6. & 7. & 8. & 9.

Hip. 2. aph. 24.

An 1 & 2. dies decretorij sint.

Gal. 1. de dieb. decret. c. 2.

Gal. 1. de dieb. decret. c. 9.

Gal. loc. cit. c. 2.

Dierum decretoriorum differentiæ.

nec minus,quod aliæ certis statutisq; diebus iudicatæ prius fiunt; aliæ repente,& ex improuiso non idiotis modo,sed etiam artificibus eueniunt,quare tot etiam erũt dierum decretoriorum differentiæ. Quas,vt rectius percipiamus, oportet, vt in primis videamus,quæ nam sint diei decretorij optimæ cõditiones,&notæ,qui enim has omnes possidebit.ille optimus decretorius dies statuendus erit,& aliorum veluti lex atque mensura censebitur,tanto autem magis reliqui ab optima huius natura deflectẽt quanto pauciores,& minoris momenti conditiones obtinebunt. De ratione itaq; optimi iudicatorij diei est vt plurimos iudicet,& in eo crisis,seu indicatio ne dum absoluta,sed etiam firma seu fida,tuta,manifesta,cum bonis signis,atq; bona subsequatur. Voco autem absolutam inquit Gal. quæ in morbo nihil facit reliqui. Fidam, firmã, securam,quæ nunquam reddit. Tutam, quæ sine periculosis symptomatibus accidit. Manifestam cui excretio quædam,vel abscessus insignis,ac conspicuus adest. Cum bonis signis factam illam,quæ à contemplatorio die prius indicata est. Bonam, quæ ad sanitatem desinit. sicuti è contra imperfectam appello,cum ex morbo quippiam relinquitur. infidam seu incertam cum morbi recidiua contingit. Periculosam, quæ cum grauibus symptomatis accidit, obscuram quæ citra excretionem vel abscessum euidẽtem euenit, sine signis,quæ à nullo priore die indicata est. Malam,quæ in ægri perniciem omnino desinit. Cum igitur in ijs diebus,qui omnes notas iam propositas habent,omnes scriptores consentiant(nemo enim vel 7.vel 11.vel 14.vel alios similes nõ dixerit esse indicatorios) in ijs verò quibus nonnullæ notæ adsunt, quædam non, ambiguitatem aliquam habeant,& simili modo ab omnibus non scribantur. Nos igitur ait Gal.ipsorum iudicio integre manum admoliamur,&primos sanè tanquam regulas quasdam omnes iudiciorum notas habentes, apponamus: secundos, his proximos: deinde tertium quendam,& quartum ordinem statuamus, & cuiusq; dignitatem indicemus. Etenim huiusmodi cognitio ad curationes morborum & solutiones non leue momentum adfert: ne.s.ijs timeamus,qui fidis diebus iudicati sunt,aut tenuem victum præbeamus: neve perfidis diebus iudicatos parum diligenter obseruemus. Primum itaq; omnium decretoriorum septimum dicimus,non numero .s. & ordine primum,sed potentia,& dignitate: omnes enim decretoriorum notas occupat,& vt plurimum quartus eum prænunciat. Nam si vrinæ in illo planè, vel sputi,vel deiectionis, vel appetitus, vel mentis, vel sensus, vel alterius cuiusdam similis manifesta contingit mutatio: illam similis in septimo iudicatio comitatur, bona, si ad salutem,mala, si ad peiora pertendat. Plerunq; tamen bona iudicia eueniunt in eo; hoc enim ei præter cæteros accedit,quanquam nonnulli etiam in eo moriantur, & euidenti conuersione ad peiora pergentes,in sequenti quodam decretorio intereunt. Sextum autem diem quanto pauciores in eo iudicantur,quàm in septimo,tanto etiam maligniorem inuenio,vt qui ferè ex aduerso natura septimo oppositus sit. Qui enim in quarto ad peiorem statum recidunt,plerię; sexto moriuntur. & contrario rursus, si bona conuersio contingat, septimum expectabit. Et, si raro interim ad meliora conuersionem in quarto die euenientem sextus excipiens iudicarit, incredibile est,quanta cum perturbatione, periculo,& metu hoc fiat,quasi æger statim adeo fato sit functurus. Nam si in cataphoram incidant, sopori graui simile quid eis obuenit: fiuntq; tum omnis sensus,tum vocis expertes, & si quæ excretio fiat,animo consternuntur, pulsus concidunt,color abit,tremunt, collabuntur, at septimus semper pro excretionis portione magis recreat.ita sexto maligna,acria,fœtida magna ex parte tum deijciunt, tum vomunt. Sudores rari quidem æquales,toto manantes corpore,calidi:& quales,si quãdo oboriuntur,sæpenumero intercipiuntur. Timor inuadit spectantes: interdum parotides malignę vel etiam arquatus,vel alius quidam abscessus,alterum certamẽ,quo discutiatur,requirens, emergit.Ex vrinis iudicas: Nec interim in his boni quippiam inueneris. nam crudæ, & decolores, tenues, boni nihil, quod subsidet, habentes, sed nunc quasi testaceum nunc arenosum; in totum inæquale, incoctum, ipsa copia tantum in sexto die, quibus apparent, conducens. atq; hæc leuissima sunt, quæ illo die incolumi futuro contingunt: plurimos autem alios syncope corripi, vel suffocari largo sanguinis profluuio,vel euacuatione parum moderata,item vel quadam cathoche, vel insania,vides: alios in manifestam perniciem iniecit, arquatos inducens. parotidas non bonas educens, & marcorem insanabilem interim excitans. Demum quod mali genus non affert? Mihi equidem sępe in mentem venit septimi naturam Regi assimilare, sexti verò Tyranno. Quare sicuti duodecimum & decimum sextum quòd nullam

Decretorij diei optimæ conditiones

Gal. 1. de dieb. decret. c. 2.

Malæ conditiones.

Cap. 3.

Septimus omniũ primus cur dicatur.

Cap. 4.

Sexti natura & vis conditionesve.

nullam decernendi notam habeant, non decretorios dicam; ita de sexto non tam absolutam enunciationem statuere possum: decernit.n.frequenter de morbis, sed dolose, & praue, quare eius summam complectens, sextum diem malum esse decretorium dixero, quemadmodum septimum bonum. clarum est itaque sextum à septimo plurimũ differre, nedum quia pauciores iudicat, sed etiam penes solutionis modũ, neque.n. bonæ & salubres in eo iudicationes fiunt, sed plurimæ malitiosæ, neque si bonæ omnino & perfectæ: neque si perfectæ etiam statim cum fide, quia aliquando morbus reuertitur, cum periculo vero & obscure iudicare ei maxime proprium est. attamẽ sine signis iudicium non ita sexti proprium est, quia quartus ipsius, vt etiam septimi index est.

Cap. 7.

Iam vero septimi naturam decimusquartus maxime imitatur. Proximi his sunt nonus, vndecimus, & vigesimus. Prope hos vero septimusdecimus, & quintus, post hos quartus, hunc sequitur tertius, & decimus octauus. At sexti naturam nullus exactè aliorum dierum imitatur. Si aliquãdo autem in octauum diem, vel decimũ subita morbi solutio incidat, similis fere ei est, quæ in sexta accidat: verum raro in his soluitur, nec cum fide, nec bene, nec perfectè: insuper ad hæc obscure simul, & citra notas: unde alterius esse naturæ ipsi cum supradictis ostenduntur. Quemadmodum vero in his morbus subito non soluitur, ita nec ijs, quos statim recensebimus, duodecimo, sextodecimo, & nonodecimo. Medius inter hos ordines dierum subito non soluentiũ, octaui dico, decimi, duodecimi, decimisexti, deciminoni, & altera ex parte tertij, quarti, quinti, sexti, septimi, noni, vndecimi, decimiquarti, decimiseptimi, decimioctaui, vigesimi, decimustertius mihi maxime positus esse videtur. Nec.f.ita reijciendus, sicuti hi, qui secundæ sunt notæ; nec ita soluere morbos est natus, sicuti ij, qui primæ sunt notæ.

Decimiquarti, necnon et noni, vndecimi, vigesimi decimiseptimi, quinti, quarti, tertij & decimioctaui natura.

Gal. cap. 10.

Post vigesimum vero, inquit Gal si de reliquis sermo fiat, vigesimus septimus uigesimooctauo anteponẽdus, sicuti vigesimus vigesimo primo antepositus fuit. Habet aũt trigesimusquartus potentiam mentione dignam, atq; hoc magis quadragesimus. His minus decernunt vigesimusquartus, & trigesimusprimus, & his multo adhuc minus trigesimus septimus: ita ut in dierum decernentium, & eorum, qui nõ decernunt, medio collocatus esse videatur, & magis ex non decernentibus esse. alia vero tota dierum multitudo inter uigesimum & quadragesimum, decernendi omnino expers est. At vero usque ad quartumdecimum magnæ quidem sunt perturbationes in morbis. Proximo loco succedunt, quæ vsque ad vigesimum habentur. Quæ post hunc ad quadragesimum succedunt paulatim uehementiam & efficaciam remittunt. adeo ut, qui post quadragesimum sunt omnes, prorsus langueant, concoctione potius & abscessibus, quam excretionibus morbos finientes. Accidunt in his quoque per excretiones interdum iudicia, sed raro, nec magnam habent vehementiã: & frequenter pluribus diebus ut duobus, vel tribus iudicia complẽtur, maxime cum in abscessum finiunt. Quanto.n. morbi ulterius excedunt, & diuturniores fiunt, perturbatio sanè, quæ præcipitem alterationem ꝓcedit, conquiescit. Alios uero qui post quadragesimum habentur, Hipp. plane contempsisse videtur sexagesimi tamen, & octogesimi, & centesimi, & centesimi uigesimi rationem habet. Ab ijs alios quidem septem mensibus, alios septem annis finiri ait: alios vero, ut uerisimile est, in binis annorũ hebdomadis, & ternis.

De iudicatorijs, qui post vigesimũ enumerantur.

Gal. 2. de dieb. decr. cap. 5.

Gal. 2. de dieb. decr. cap. 6.

Cum autem ex Gal. sententia decretoriorum dierum rursus tũ vsus tum natura duplex sit, Hippoc. quoque duplicem eorum doctrinam instituit in Aphorismis, & prognostico eorum, qui secũdum quaterniones, & hebdomadas inuicem complexi sunt mentionem faciens: in primo autem Epidem. non horum modo, sed etiam aliorum omnium coincidentium. natura.n. & usu mutuo differunt. Natura sanè, quod omnibus pulchre euenientibus, ad quaternionis circuitus iudicia maxima ex parte perueniunt: erratis autem quibusdam, in coincidentes recidunt: Vsu quod ad futuræ crisis cognitionem, quaternionis circuitus sufficit. Ad iam factam uero crisim iudicandam omnes semper sunt cognoscendi, vt v.g. tutiorem esse crisim, quæ nono, quàm quæ octauo die accidit: minus fidam quæ octauo, quàm quæ nono fit, iudicemus. Proinde fides iudicij, vel fallacia hoc est certitudo, vel incertitudo ad bonam victus rationem iudicatis morbo præscribendã conducit, Præcognoscere uero, quando ꝓtissimũ accidet, ad nondum iudicatos necessarium est.

Decretorij coincidẽtes, quid ab alijs differant.

Quod autem quartus vndecimusq; indicatorij sint atq; appellentur, quia quid nam in septima, & decimaquarta, futurum sit, prænunciant, satis est dictũ. Vbi enim prima hebdomas, ait Gal. bifariam diuisa fuerit, quartus sectionem recipiens, qualis finis futurus erit, prænunciat, & secunda similiter. quomodo itaque non quis intelliget septimanam quamque perfectam

Indicatio rei qui nam fit & cur tales fiant.

Gal. 2. de dieb. decr. & c. 2.

fectam quandam esse periodum, cum medium ab vtroque extremo ex æquo distet, & propterea quoque ad ambo communionem similem obtineat? Nam quartus morbos qui primo die non cessarunt, soluit: vndecimus rursus, quos septimus non discussit. Quod si morbus maior sit, quàm vt quarto die crisim recipiat, dies quidem quartus præparat, finem verò imponit septimus. Pari modo, qui septimo non desierunt, vndecimo die natura soluere molitur: atque sic in ipso vel decernit, vel ipsi decimoquarto præparat. Ex eiusdem autem Galeni sententia, proportio dierum decretoriorum perpetuo seruatur vt enim decimusquartus secundæ septimanæ finis est, & 3. principiū, ita trigesimusquartus quintæ terminus est, & sextæ principium. Quare tres septimanæ viginti diebus semper describuntur. ideoq; sexagesimus, octogesimus, centesimus, & centesimusuigesimus decretorij fient: vt enim iudiciorum vehementia paulatim procedente tempore dissoluitur, ita & imbecilles decretorios obscurari planè accidit: solos autem persistere, qui perfectum decretoriorum numerorum circuitum describunt. Liquet autem experientia primum circuitum perfectum esse, qui viginti diebus constat. non enim septimus circuitus primus etiam perfectus est, cum secundus à primo disiunctus sit (octaua enim dies alterius hebdomadæ principium est) tertius autem secundo cohæreat (quartusdecimus enim secundæ septimanæ finis, & tertiæ principinm est) Respōdebit ergo trigesimusquartus decimoquarto, & quadragesimus vigesimo, & ob id Hip. in Prognostico vbi de vigesimo verba fecit, deinde ait, post hos eadem ratione, eademq; additione primus ad quatuor & triginta dies peruenit. Hoc igitur ipsum & non aliud perfecti circuitus est indicium: vel compositi semper, & sæpius in se aucti, quod alium non magis requirat, quod neq; septimus, neq; quartodecimus periodus obtinent. Quartus verò ne periodus quidem euidenter est, sed periodi veluti dimidium, nam septimana dupliciter diuisa, quartus sectionem accipiens primi quaternionis terminus, secundi autem initium est, & hęc de dierum criticorum numero differentijs & potestate, proportioneq;, nec non de omnibus siue imperfectis siue perfectis ipsorum periodis dicta sufficiant. Verum quoniam nonnulli hos dies è medio tollere conati sunt, ideo tempus opportunum est, vt ipsorum obiectiones iā diluamus, non quidem omnes, sed vnicam solummodo, quæ pondus aliquod habere videtur, reliquæ enim adeo friuolæ sunt ac leues, vt responsum vix mereantur. Porrò eorum potissima ratio ea est. Dierum decretoriorū numerus atq; cognitio fine morbi principio haberi non potest, sed principij, & primi diei ipsius morbi adinuentio pdifficilis, & sæpe impossibilis est. ergo primo die ignorato, reliquos omnes ignorare ē necessarium. Quod autem morbi principium statuere non leuis sit negotij inde perspicuum est, nam fortiores quidam sunt, malių; patientes: ita quidam aliquo ciuili negocio detinentur, longiusq; eunt, & procul à domo deducuntur, vnde ob alias tales causas potest quis nondum decumbere, sed malè affectus quidem esse: altera ex parte mollis quispiam animo, imbecillis, timidus, & de qualibet leui causa suspiciosus statim decumbit, quare decubitum ipsum morbi principium statuere non licet. Primum autem exactæ principium, cum insensibile sit, capere non licet. Huius autem obiectionis prima & maxima solutio est, ait Gale. quod multi morbi repente inuadunt, vel simul cum rigore, vel dolore vehementi, nullo planè sensibili symptomate eos prægresso. Quin & cœnatis facillimè plerisque, & exercitatis, lotisq; subito morbus aduenit. sed insuper morbi initium tempus illud ipsis putandum est, cum manifesto febricitare incipientes decubuerint. Non enim idem sunt capitis dolor & febris, sicut nec vigilia, & cibi fastidium, & totius corporis grauitas, vel lassitudinis sensus: sed singula hæc diuersa quædam à febre existentia, febrem denunciant. Febris autem inuadens, maximeq; acuta, neq; nos, neque idiotam quemlibet latere potest, quinimo febres, cum acutæ sunt. in quibus decretoriorum dierum contemplationem requirimus, neque ægrotantem alioquin sensus expertem, vnā hora latuerint. Hipp. autem, non vbi primum capite doluit, sed cum primum quis febricitauit, morbi initium constituit. In muliere tamen, quæ peperit, vt aiunt Hip. & Gal. licet secundo, aut tertio die ægrotare à partu cœperit, tum dies iudicatorij debent incipi numerari à die partus. In febribus autem quæ ad integritatem deueniunt vt ex Hip. & Gal. colligimus, non primi dies, vel sequentes, sed accessiones & circuitus attendendi. Verum cum nonnunquam iudicium ad plures dies attinere videatur, quibus notis decretorius dies deprehendetur? Neque enim simpliciter adhibendus animus est accessionum initijs, etiā si cum decretorijs notis inuadant, neque cum primum sudare, vel alio quouis pacto incepe-

Cap. 9. — Solutio rōnū quæ criticos dies euertere vidētur. — Gal. 1. de dieb. decret. c. 6. — Hip. & Gal. 3. Prognost. 15. — Dē notis qb. dies criticus comprehēdi pōt vbi crisis ad multos dies pertinere videatur. — Hip. & Gal. 3. in 1. epid. 17. — Cap. 8.

dẽ ſcire non licet niſi ad alias rurſus cauſás cõfugiamus quippe quæ non modo excretricẽ vim ad excernendũ impellũt, verũ ẽt, ne debito tpe propellat, nonnunquã impediũt. cũ itaq; ex Gal. teſtimnnio, duo prima oĩum quæ fiunt, primordia ſtatuenda ſint: inordinatũ videlicet, quod ex hac mũdi materie proficiſcitur; ordine verò ornatuq; ꝓcedens ſemper, quod cæleſtibus originẽ fert acceptam (oĩa ſiquidẽ in hoc orbe ab illis decus, ornamentũq; capeſſunt) rationabile ẽ dies intercalares, tanq̃ ordine proportioneq; carentes, ab ipſa materia. eos aũt qui per quaterniones circuitus numerãtur, ceu ordinatos proportionatosq; ab ipſis cæleſtibus propriã originẽ cauſamq; ſortiri. Horũ porrò, tanq̃ ordine prioritateq; naturæ, & dignitate priorũ, cauſam inueſtigare primũ aggrediens Gal. inquit, quod tametſi oĩum ſuperiorũ aſtrorũ potentia fruamur; attamẽ Sol maxime hũc orbẽ exornat, & cõcinne diſponit; adeo vt ipſe, velut rex quiſpiã maximus ſit, ad nullã.n. rẽ maximã alterius cuiuſdã aſtri operã deſiderat, Luna verò vt princeps nõ mediocris inter illũ & nos medius conſtitutus, terreſtrẽ regionẽ merito gubernat. hæc.n. quãuis ſicuti lumẽ à Sole mutuatur, ita Solis auxilio in oĩb. indigeat, cæteriſque planetis potentia, atq; virtute inferior ſit, eos nihilominus oẽs vicinitate exuperat, & particulares cuiuſq; menſis dies diſponit, paruæ tñ mutationis, reſpectu Solis, facultatẽ habens, eamq; non ſimpliciter ex ſe, verũ ex Solis aſpectu conſequitur. Vehemẽtiores itaq; mutationes eueniũt vbi ipſa cũ Sole coit: & in apparitionibus plenilunij: minores his contingunt dũ medio orbe apparet: obſcuræ, dũ curnata in cornua, ac falcata vĩ. cum aũt non ſemper vnum tẽpus ſit, quo clare Luna conſpicitur, & ſæpiſſime triduo in coitu Solis remorata, planè inuiſibilis ſit, ita vt tẽpus occultationis integri ferè ſignicurſum expleat, quo nondũ hæc terrena immutare poteſt, hinc fit, vt tẽpus tum peculiaris eius circuitus, tum in nos actionis in idẽ quodãmodo recidant. Etenim circuitus vicenis diebus, ſeptenisq; & tertia ferè diei parte peragitur: in tanto.n. tpe ſignorũ circulum percurrit. At, quo nobis luceſcit circuitus, ꝙ is quoq; eidẽ cõueniat numero planè intelliges, ſi occultationis tẽpus de toto menſtruo eximas. quod aũt menſtruũ tempus non oĩno 30. diebus conſtet, ſed minus vnius diei ferè dimidio, Hipparchus demonſtrauit. Quemadmodũ igitur annum integrum Sol diſponit, ita Luna menſem, immutatione per ſeptimanas ei accedente. cęterum aera nos ambientẽ magnas afferre mutationes dum Luna primum occultatur, & rurſus primũ apparet, nemo mortaliũ ignorat. quemadmodum & plenilunium, & eius dimidium mutationes quaſdã afferre, tũ Aratus, tum experientia ipſa confirmat. Oĩs aũt velox mutatio, criſis appellatur. ſed pleniluniũ validas vires obtinet ſemilunaris ſtatio imbecillior eo ẽ, etiã ſi hęc quoq; de aere decernat. Quare menſem à Luna immutari ſecundum ſeptimanas iam eſt perſpicuum. Quod aũt aliæ res vniuerſæ inde quoq; mutantur, ijs, qui huiuſmodi accuratæ obſeruarint, in cõfeſſo ſunt. Quæ.n. in diem oĩbus, quæ ſubſiſtunt, incidunt, horũ cauſam Luna habere obſeruata eſt, maxime in tetragonis, ſeu quadratis quas vocant, & diametris ſtationibus ea immutans. Nam ſi Luna in Tauro exiſtente ſemen concipiatur vel partus, vel alterius cuiuſdã principium contigerit, magnas eius mutationes inuenias cum in Leone, Scorpio, & Aquario Zodiacum ambit, Verum in Leone quadrata ſtatio ſeptimanę vnius exiſtit. in Scorpio diametra duas ſeptimanas habet: ita in Aquario ſecunda quadrangularis ſtatio in 3. ſeptimanã procedit, eo quia Luna vicenis diebus, ſeptenisq; & particula quadam adiecta, maxime tertia diei parte vniuerſum ſigniferi ambitum peragit. ſi.n. in toto tpe totum orbem pertranſire oportet, conſtat quartam ipſius partem in 7. dieb. nõ tñ integris expedituram. Porrò illud denuo repetendum eſt, quod nos obſeruantes, ſubdit Gal. veriſſimũ ſemper eſſe comperimus, ab Aegyptijs aſtronomis inuẽtu m Lunam non mõ ægris, ſed ẽt ſanis, dies quales tandem futuri ſint, poſſe prænunciare. ſi.n. ad planetas temperatos ſteterit, quos ſalutares noĩant (ſunt aũt Mercurius, Venus, & Iouis) fauſtos ac bonos dies producere: ſi ad intemperatos graues, moleſtosq;: fingamus hoĩe naſcente ſalutares planetas in Ariete, malignos in Tauro eſſe: is hõ nimirum, cum Luna in Ariete, Cancro, Libra, & Capricorno fuerit, pulchre deget: cum verò Taurum ipſũ vel tetragonum aliquod, vel diametrum ſignum, & ſubinde, vel Leonem aut Aquarium quæ tetragona ſunt, vel Scorpionem quod diametrum eſt, occupat, malè tũc & moleſtè vitam tranſiget. atq; iam morborum initia huic cum Luna in Tauro, Leone, Scorpione & Aquario fuerit, peſſima: ſine periculo aũt, & ſalutaria ſunt, cum Arietem Cancrũ, Libram, & Capricornum Luna permeat. Ad hæc alterationes magnas, quas in tetragonis & diametris per ſeptimanas fieri diximus, in letalibus quidẽ morbis letales, in ſalubribus bonas euenire neceſſe eſt. Quamobrem Hip. damnat maxime immutationes, quę in diebus decretorijs ad peiora declinant: quippe quod letalis morbi ſymptoma ſit, quẽ-

Intercalariũ, & quaternionum cauſæ remotæ.

Dierũ, qui ꝑ quaternarios circuitus numerãtur, cauſæ in morbis acutis.

Gal. 3. de dieb. decret. c. 1.

Cap. 2.

Cap. 3.

Cap. 4.

Cap. 5.

Gal. lib. cit. c. 6

admodum, vt arbitror, benigni, ſeu ad ſanitatem tendentis contrarium. Lunæ itaq; tetragonę, & diametræ ſtationes in principijs bonis bonas faciunt alterationes, in malis malas. & ita ſuo quæque res principio circuitus ſequentes vniuerſos conſonos hēt. quēadmodum aūt circuituū alij numero quodam dierum conſtant, alij menſibus: ita q dlebus conſtant, ſeptimani ſunt, & Lunæ mō incedunt. qui menſibus, ad Solem referuntur, eodē modo euenientes, vnde cū Hip. dicat æſtiuos morbos hieme, hiemales æſtate ſolui: hoc longorum, & q.d. annalium morborum iudicij præfinitum tempus eſt, quemadmodum acutorum 14. dies. cum enim à menſis principio vſq; ad plenilunium totius lunaris circuitus dimidium ſit. eandem proportionem habet cum interuallo quod ab hieme ad æſtatem vſq; intercedit. vtrunque. n. tempus dimidium Zodiaci curſum comprehendit. ita tempus quod à plenilunio vſq; ad occultationem intercedit, ſpatio quod ab æſtate ad hiemem vſq; porrigitur, proportione reſpondet: ſed horum vtroq; biſariā ſecto: in acutis ſeptimana eſt, in diuturnis clariſſimorum ſiderum exortus, vt in ſuperiori c. quatuor anni tpa deſcribi cum Hip. demonſtrauimus. Rurſus ſicuti ſeptimana acutorum decretoria eſt, ſic tpis anni mutatio diuturnos diſcutit, vt hieme factū morbū verdiſſoluat, & ſic de alijs. Anni aūt tpa, ſingulis partibus bifariam diuiſis, mēſis quaternionibus proportione rńdent. nā cuiuſq; ēt anni tpis medietas alterius rurſus ſideris exortu diſtinguitur. menſis aūt quaterniones & ipſi aliquam ab aſpectibus, ſeu ſtationibus Lunæ diuerſis virtutem ſuſcipiunt, nam in quarto ſextillis, in 11. & 17. morbi die trinus aſpectus exoritur. præter hos aūt & diametros atq; tetragonos alius aſpectus non datur. Itaq; vniuerſas particulares morborum mutationes, vel tanquam ad proprium ipſorum principium, vel ambientis nos aeris cōuerſionem, euenire neceſſe eſt. Qui igitur ex proprio principio mutantur, Lunam ſequuntur: q verò ceu ab aere nobis circunfluo immutantur, in toto quidem anno Solem, in ſingulis menſibus Lunam. Hic iam accidit mutationes validiſſimas eſſe, quæ. ſ. cuiq; per ſeptenos dies proprie contingunt: q̃uis ēt ipſis quodāmodo commiſceantur, quas aer excitat. Quare meritò inde, quod ſemper eodem modo accidant, in id, vt in plurimis morbis fiant, decidunt. Poſtremò de cauſis dierum decretoriorum coincidentium agens Gal. ſtatim ſubdit. Adhuc aūt magis acceſſionum violentia criſes añ tēpus inuadere compellens, ipſarum ordinē perturbat: & ęgrorum in ſe peccata, & Medicorum, & miniſtrorum, & ea, quę extrinſecus accidunt. vñ ſeptimanorū circuituum virtutem mirari conuenit, ſi tot cauſis eos imminuentib. multo tñ allis fortiores inueniuntur. in acutis aūt coincidētes plures ſunt, qm̃ & corpus mutationi accōmodum, in motu & perturbatione vehementi conſtitutū eſt: in longiorib. via & ordine magis ſeptimanarum circuitus procedit. Nā perturbationis violentia naturam ēt añ tempus, ea quæ moleſta ſunt, propulſare compellit Facultas. n. alienorū expultrix criſes in morbis efficit: & ob id optimæ fiunt, cum iā oīa concocta fuerint. Præuenire aūt, ſeu, vt Hip. vocat, prærumpere criſim malum eſt, quia idonea ſimul cū lædentibus excernuntur. Vnum autem vt ſæpius diximus, ex illis quæ naturam ſtimulant, acceſſio eſt, nullam quietē, nec morā cōcedens, ſed incitās, mouensq;: & veluti pugnā indicens. Vnde acutorū morborū in diebus imparib. criſis cōtingit, quia & in his acceſſiones ſunt. Criſis aūt acceſſione plurimum indiget. quæ tertio quoq; die in acutis morbis euenit. In diuturnis verò ſicut acceſſionum vehemētia, ita coincidentium numerus minuitur. peracuti verò in omnibus ferè diebus iudicantur, quia ipſorum vltimus dies decretorius ſeptimus eſt. & ante hunc tertius, quartus, quintus, & ſextus etiam aliquando decernit. nam quidam peracuti licet per triduum maximas habeant acceſſiones; attamen media ipſorum dies tantam acceſſionem ſępe affert, vt magnis aliorum acceſſionibus nihil ſit inferior, quæ, potiſſimum ſi aliquid extrinſecus naturam irritet, criſim in ſexta venire compellet. inſuper inuadunt quidam morbi ſecundum diem primo grauiorem habentes, & totas acceſſiones diebus paribus, qui longorum morborum naturam habent, protinus autem, vt acuti propter acceſſionis vehementiam iudicantur, & ſecundo die interficiunt, & quarto, ſed plurimos ſexto. nā in ſecundo & quarto licet virtus ſit magis valida q̃ in 6. in his tñ nōdū in certamē venire audet: at in ſexto acceſſionis vehemētia ſæpe ipſā ad certamē ꝓuocat. & hęc ſunt. q̃ de cauſis decretoriorū dierū litterarū monimentis Gal. conſignauit. ſed quia videbat aliquem de vigeſimæ diei cā ambigere poſſe, cū. n. ſupius dixiſſet circuitus Lunæ modo per ſeptimanas incedere, apparet potius vigeſimāprimā q̃ vigeſimā decernere debere. ideo tandem ſubinfert quod multo magis vigeſimus decernit, primū, quia huiuſmodi morbus diuturnus iā eſt, & paribus diebus acceſſiones fiunt. deinde quod ſeptimana non integris ſeptem diebus cōſtet, vt prius expoſitū eſt. ſed tres ſeptimanæ viginti diebus & ſexta vnius diei parte cōprehendun-

Cap. 7. Decretoriorū dierū cā in diuturnis morbis.

Epilogus.

Coincidentium dierum cauſæ.

Dubitatio.

Cap. 8. Solutio.

henduntur, adeo vt vigesimusprimus horas quatuor, aut, vt alij statuerunt, quatuor cũ dimidia iudicatorias comprehendat.& hæc de causis criticorũ dierũ ad aures Gal. dicta sint. quarũ cœlestes, atq; Lunares potissimũ aspectus, aliquis forsitam magis cões quàm particularibus morborũ initijs conueniat, & minus firmas, aut ẽt deceptionum plenas, vel prorsus inanes existimabit. siquidem absurdũ videtur esse, vt quis à mense Lunari tres integros dies subripiat mensemq; medicinalẽ vocatũ constituat, pp id qđ in Lunæ cũ Sole coitione ipsa per triduũ lumine destituatur. quãuis.n.cũ Sole congrediens per aliquod instans ac ferè imperceptibile tempus lumine quod in nos reflectatur, priuari possit, nihilominus illico idẽ lumen ab alia & opposita circũferentiæ regione rursus à Sole recipit, quod quidẽ, licet à nobis pp nimiã splendoris Solis propinquitatẽ cerni non possit: nihilominus nihil prohibet, quin possit in nos agere, & terrenis omnibus corporibus proprias vires impartiri. sed insuper etiam si concedamus per triduũ lumine quodãmodo destitui, idem nihilo secius Gal. veritate experientiaq; compulsus fatetur, quod cũ aliæ Lunæ affectiones hæc inferiora immutent, longè tñ potẽtius immutat, dũ cũ Sole Luna congrediens, sub eius radijs delitescit. cũ.n.eo tpe corpora eius lumine destituta sint, effatu dignas mutationes suscipere possunt. si quis itaque causas has repudiare velit, ei non nostrum solummodo, sed eiusdẽ Gal. sit cõe pręceptũ atq; consiliũ, vt ijs omissis tanquã ab ipso, amicis quibusdã ita cogentibus, prolatis eis potius contentus sit, quæ superiori libro ab eodẽ in hunc modũ scribũtur. Naturalem, inquit, conuenit esse qui hæc iudicet & persuasum habere, naturã prorsus sufficere & summa quadã prouidentia corpori nostro prospicere: item proprijs ẽt motibus ordinatis, si quid aliud, ita & ipsam vti. Nã cuiuscũq; animantis conceptui suũ generis statutũ tẽpus exacte seruatur, natura videlicet õrdinatos motus semper habẽte. sic ẽt post partũ vnũquodq; animãs increscit absoluitur, & declinat præfinitis tpibus. & hæc primus omniũ Hip. credidit, post eũ Philosophorũ præcipui. nã & Arist. scriptũ reliquit omniũ, quæ natura constant, suũ esse cuiq; peculiarem periodũ generationis & corruptionis. expedit itaq; si quid aliud hoc certè persuasum habere experientiam iudicare, naturã tẽ quandã esse ordinatã, &, cũ materiã superauerit, proportionib. q-busdam definitis & periodis ordinatis motiones ipsius fieri. At quæ præter rationem incidunt aliqñ, ordineq; confundunt, tũc ipsi obueniunt, cũ non plenè materiã vicerit, sed impeditur ab ea prohibeturq; suis proportionibus moueri. Cũ itaq; planũ sit in terrenis ẽt animantibus, qñ exacta fruuntur valetudine, aliud aliã impregnationis, partus, incrementi, perfectionis, vigoris, inclinationis, & dissolutionis numeri proportionẽ possidere, facillimũ quoq; erit credere decretorios dies numerũ quendã ordinatũ habere: interim tñ hunc in morbis ex dispositionibus naturę contrarijs cõfundi. hæc Gal. ex cuius sententia toties repetita, cũ natura, & potissimũ facultas alienorũ expultrix illa sit, quę crises molitur, hæcq; in proprijs motibus ordine statutis q; periodis semper vtatur, remotiores superioresq; causas frustra quærimus, vt sciamus cur ipsa statutis & decretorijs diebus quæ noxia & iã concocta & superata sunt, expellat. potissimũ cũ vnusquisq; morbus (& potissimũ si acutus, aut peracutus sit) & ipse propriũ solutionis terminũ habeat. acuti.n. quatuordecim, peracuti septẽ diebus vt plurimũ iudicari solẽt. materia siqdẽ morbũ efficiẽs, put & qualitate, & copia diuersa, & varia ẽ, diuerso quoq; tpe eget, vt à natura cõcoquatur, & psus uincatur, & expellatur añ pfectã verò coctionẽ à natura nõ expellitur dũmodo à nimia ipsius copia. aut simili irritamẽto natura valde nõ stimuletur, & cõtra, vbi cõcocta pfecte fuerit, statim expellitur, dũmõ vel ab imprudẽti Medico aut ministro, vel ab eodẽ ęgrotãte, aut ijs q̃ extrĩsecus accidũt, natura ab expulsione nõ interturbetur, aut ipsa fortè nouã quãdã imbecillitatẽ cõtraxerit. sed qa demũ ad naturã stimulãdã ipsorũ morborũ accessiones (vt supius cũ Gal. toties diximus) potissimũ locũ hñt, quia in eis humores vitiosi maxime agitantur & cõmouentur, & quia morbi, qui per crises soluuntur, acuti poissimũ & peracuti sunt, hi aũt ex calidis succis & potissimũ biliosis fiunt, quia si non ex bile, saltẽ ex sanguine, qui, dũ putrescit, in bilis naturã migrat, procreãtur, biliosi aũr humores & morbi de tertia in tertia accessiones faciũt, hinc fit vt crisis in accessione incidens in imparibus potissimum diebus fiat. & ob id scribit Hip. quod sudores febricitanti si inceperint, boni, 3. die, & 5. & 7. & 9. & 11. & 14. & 17. & vigesimoprimo, & vigesimoseptimo, & trigesimoprimo, & trigesimoquarto. hi enim morbos iudicant. Decimus enim quartus, & trigesimusquartus maximam habent vim iudicatoriam, quia septenarios circuitus tum naturæ, tum morbis ipsis valde familiares, præfiniunt. omittimus quod

Aliç criticorũ dierũ veriores causæ, quæ ex Gal. dictis hauriũtur.

Gal. 3. de dieb. decret. c. 3.

Gal. 3. de dieb. decret. c. 10. Gal. 2. de dieb. decret. c. 2.

Arist. 2. de gener. & corrup. Gal. loc. cit.

Gal. in loc. citatum 17. de partium vsu, c. 2. tum 3. de dieb. cris. c. 8. tũ 2. aphor. com. 13. tum innumeris alijs in loc.

Hip. 4. aphoris. 36.

dum in his & medijs diebus crises fiunt, sæpius ad plures dies attinere conspiciuntur. Verum quoniam nonnulli reperiuntur morbi, qui diebus paribus exacerbantur, ideo inquit Hip. quod tales morbi paribus diebus iudicantur, ficuti quorum accessiones diebus fiunt imparibus, ij imparibus, vt dictum est, diebus iudicantur. vt ex hoc colligendum sit, iudicationes sæpissime vnà cum accessionibus & potissimum in morbi vigore factis, in quo cocti humores sunt, coincidere. sed quia rarius paribus diebus exacerbantur morbi, rarius quoque in ijs crises fiunt, & potissimum in sexto & in quarto, in quo Archigenes duos, Gal. vnum tantum, vt ipse refert, crisi iudicatum in acutis febribus obseruauit. Quibus addimus Medicos nonnunquam in dierum criticorum enumeratione falli, quia plures febres prima die ephemeræ, secunda die in putridas abeunt, & subinde accessiones deinceps diebus paribus habere videntur. & Medici tertium diem quartum, quintum verò sextum esse perperam arbitrantur.

De salute, & morte in putridis febribus & morbis omnibus prædicenda. *Cap. XVIII.*

Gal. 3. de crif. c. 5.

GALENVS non solum Hip. verum etiam Dioclis, Plistonici, Praxagoræ, Philotimi, omniumq; probatissimorum Medicorum auctoritate ductus, scribebat nullum alium modū aut viam adinueniri posse, qua morituros à saluandis distinguere possimus, quàm si tria hęc exacte dignoscamus. Videlicet naturæ, seu virium robur, morbi magnitudinem & futurum statum. sine horum enim exacta dignotione nihil de salute, aut morte inuestigare contingit, non magis, quàm hoc, nunquid aliquis portando oneri sufficiat, sciri potest, hominis robore, oneris magnitudine, & viæ longitudine antea nō perspecta. Nam ægri vires portanti onus, morbus verò oneri, tempus autem, quod vsque ad statum extenditur, longitudini viæ respondet. Verum quoniam quis quærere potuisset, cur de solo statu præcognoscendo, non autē de declinatione, aut alio vniuersali morbi tempore soliciti esse debeamus. Idcirco respondit Gal. statum ipsum adeo magnam vim habere, quia in eo perfectæ coctiones fiunt, vt si morbi in hoc tempore crisim non habuere, fieri non potest, vt in declinatione habeant. Quicunque enim status tempus semel prætererint, hi sine crisi persenerant, & paulatim soluuntur. & nullū est mortis periculum tempore status elapso. qui enim in declinationibus periere, non ratione & vi morbi, sed omnes erroribus interiere, pręcipuè quidem suis ipsorum, sed & aliquando Medicorum. Non enim possibile est, vt postquam natura superauerit, ac causæ morbosæ iam coctæ sunt, æger moriatur, modo recta curatio à Medico adhibeatur. Vbi enim natura superauit, & debellauit, & restitit vehementiori morbi conatui, & quæ infestabant expugnauit (hoc enim coctio est) fieri non potest, vt deinceps succumbat. Quod si à morbo natura non vincatur, mortē subsequi nullo modo contingit: nil enim aliud mors est, nisi omnimoda naturæ prostratio. Vbi verò perdurat dominatur ac vincit, hominem necesse est liberari. Ratio itaq; nos cogit in id maxime esse incumbendum, vt eam morbi partem prænoscamus, quam statum vocant. Tunc.n. primum mori ægrotantem est necessarium, quando vires morbo succubuerint. & quidem, vtrum prius superabitur, sciri non potest, si futurū penitus status tempus fuerit incertum. Nam si crisis intra vnū diem esse debeat, saluabitur æger antequā vires, siue natura (idem enim sunt) à morbo prosternatur. si verò ante viginti dies non possit status aduenire, fieri potest, vt interim natura fatigetur, adeo vt, cū ægroti omnino similiter hēre videātur, alter qdē saluetur alter moriatur ob status futuri tēpus. & ob id scribebat Hip. coniectura asseq oportet, an ęger cū eo victu vsq; ad morbi statū pdurabit, & vtrū ipse prius deficiet, neq; cū eo victu perdurabit, vel morbus antea finietur, & obtundetur. Ex omnibus igitur ratio cogit nil tam studiose esse discendū, quā futuri status præmotionē. Neq; enim conueniens victus adhiberi potest, neq; salutē, vel mortē præcognoscere contingit. neq. de crisi nūquid futura sit, aut omnino non erit. & si fiat qñ & qualis erit, sciri potest, si pręcognitio status non habeatur. si. n. cognouerimus ex magnitudine morbi, & viribus ægri, & tempore status salutē aut mortē, colligere aliqd poterimus de crisis tempore & modo. si. n. morbus salubris inueniatur, & neq; eius acumen, neque magnitudo festinent, neque error circa ægrum admittatur, status, tempus crisis expectat, & optima crisis hæc est, fit enim morbo iam cocto. Si verò, vel

Tria ad quæ respiciendū, vt salus, vel mors præcognoscatur.

Pulcherrima & vtilissima analogia

Futuri status præcognitio necessarijssima.

Hip. 1. aphoris. tex. 9.

Gal. 3. de crif. c. 6.

vel propter morbi magnitudinem, vel motus celeritatem, vel aliud irritamentum ante statum crisis venire cogatur, tanto hæc optima deterior erit, quantum statum anticipauerit. Quod si nec vsque ad statum sufficere possit, necessario morietur æger, non tamen omnino propè statum. Contingit enim & celerius, & statim circa principium. crisis enim vel in statu, vel parum ante ipsum fit, mors autem in tribus temporibus, principio augmento & statu. Quare maximum hoc erit artis opus, status scilicet præcognitio, & cæteris omnibus anteferendum. sed quoniam, quo pacto hoc fieri possit, superiori capite sedulo declarauimus, reliquum est vt naturæ & vitalis potentiæ tam in robore, quàm in imbecillitate, dispositionem cognoscamus: & vbi in his exercitati fuerimus, studendum deinceps, vt omnes morborum tam in magnitudine, quàm etiam in motu differentias, prompte percipiamus. Vt autem virtutis dispositionem statumque calleamus, sciendum ipsam triplicem esse. Gubernant enim animal, & vitam ipsam tuentur, vt tradit Gal. tres diuersi inter se generis facultates, toti corpori ex suo quodam veluti fonte quæq; distributa, quarum vna ad nutriendum animal necessaria, ac cum stirpibus communis, cuius organum præcipuum iecur est, canales verò ab hoc in totum corpus sparsi venæ sunt. Hanc autem naturalem, seu altricem vocant. Altera est quæ non modo vt stirpibus, aut vita præditis, sed etiam vt animalibus anima est insita. quæ sedem habet in corde, quod insiti caloris quidã veluti fons est. à quo canales arteriæ sunt, & hæc facultas seu virtus vitalis, & animosa, & anima animosa dicitur. Tertia animalis est, cuius præcipuum organum cerebrum est: quæ voluntarijs actionibus vnà cum sensibus præsidet, & neruis ceu canalibus vtitur, sensum, motumq; per hos in totum animal transmittens. Has itaque omnes, & earum dispositionem exactissime cognoscere debemus, siquidem qualibet earum amissa, vel labefactata, reliquas quoque vnà perire, ac labefactari necesse est, vnde non solum ad prædictiones, verum etiam ad morborum curationes cognitio hæc omnium necessarijssima est. Nam vires morbo ceu aduersatrices oppositæ sunt. Propositumq; Medico est, his omni ratione subuenire, & opitulari, sicuti enim in tuenda valetudine, propositum est vitam conseruare, & proinde iam dictas virtutes animal gubernantes custodire. ita in medendis profligandisq; morbis Medici scopus est morbi sublatio, quæ cum ab ipsis viribus fiat, (naturæ enim siue vires morborum medicatrices, dicebat Hippoc. harum autem minister Medicus est) ergo vitæ, quæ in his virtutibus consistit, custodia, vtrique communis est. tum enim vt valeamus, tum vt à morbis liberemur, necesse est, vt viuamus. inter reliquas verò eam potissimum cognoscere debemus, quam vitalem siue animosam vocant, & quam in corde residere diximus, cum enim tum hæc, tum reliquæ omnes virtutes, seu facultates, in proprijs functionibus spiritibus, atque innato calore ipso veluti principali organo vtantur, spiritus & calor omnis in corde ipso, vt in cap. de ipsius virtutibus demonstrauimus, fouetur, & generatur. Vt itaque harum omnium virtutum & facultatum statum, & conditionem adinueniamus, nulla nobis potior se se offert via, quàm ea, quæ ab ipsarum operationibus ducitur. Quamobrem quamprimum homo febricitans nobis offertur, statim tum naturales, tum vitales dictas, tum animales operationes, diligenter perpendere, & examinare debemus. A naturalibus autem tanquam magis necessarijs, & ordine primis exorsi, quamuis plures sint, concoctiones nihilominus potissimum rimari debemus, quippe quæ, cum optimæ fiunt, reliquas quinetiam tum functiones, tum facultates naturales nutritioni destinatas optime habere nobis ostendant, nutritio autem illa est, quàm in curandis morbis custodire debemus, cum ab hac vitæ omnis custodia dependeat. Auctrix autem facultas ex nutritoria dependet, & hæc in morbis vnà cum generatrice virtute ferè contemnitur. Cum itaque concoctiones ab exeuntibus potissimum excrementis explorari debeant, propterea de his loquens Gale. dicebat. Quodcunq; igitur coctionis signum post apparuerit, breuem & salutarem morbum futurum ostendit. Tale quidem est sputum quod in pleuritide apparet. Nam cuiusq; partis in corpore superfluitas, eam quæ illi inest, dispositionem ostendit, si cocta quidem fuerit, salubrem; cruda autem ægram, & Hip. scribebat. Alui excrementa optima sunt, quæ mollia sunt, & cohærentia, & quæ eandem exitus horam seruant, quàm in sanitate habuerunt. quantitas verò esse debet pro ratione cibi, qui assumitur. si .n. exeuntia talia fuerint ventrem inferiorem sanum esse indicant. Pariter sputũ qđ fuerit exquisite simile illi, qđ aduenit sanis, integrã sanitatem spiritaliũ organorũ significat. si verò sputum impediatur, & à naturali recesserit habitu, tũ ea læsa esse demonstrat,

Marginal notes (left): De virtutis, seu naturæ robore, & imbecillitate dignoscenda. — Viriũ cognitio non solũ ad prognostica, verũ et ad morborũ curationẽ apprime necessaria. — Cur potissimũ vis vitalis sit cognoscenda. — Naturalium operationũ contemplatio. — Cõcoctionũ consideratio

Marginal notes (right): Gal. 9. met. c. 10. — Gal. 10. meth. c. 3. — Gal 1. de cris. c. 7.

quantum ipsam formam naturalem amiserit. Quod vero illi, quod secundum naturam est, maxime contrarium existit, crudum est: magnamque ostendit membrorum patientium imbecillitatem. Quod si etiam vitiosæ causæ aliquod signum habuerit, vt nigrum perniciosissimum hoc est. ita etiam in vrinis res se habet. nam & hæ, quæ sanorum vrinis simillimæ sunt, venosum instrumentorum genus satis robustum esse demonstrant: quæ vero crudiores sunt eiusdem imbecillitatem significant. Quæ vero maxime sunt sanorum vrinis contrariæ hæ quidem omnino sunt crudæ, & maximā indicant vniuersi venosi generis imbecillitatem. quæcunque vero & superantis causæ prauitatem ostendunt, veluti nigræ, hæ sunt extreme exitiales. sicuti enim coctionis signū in principio statim apparēs cito salutē futurā indicat, cruditatis vero morbū in longius tempus extendi debere: ita signum exitiale hominem moriturum significat, & si valde exitiale fuerit, cito: si vero remissius extiterit, in longo tempore. Quare sicut nigrum sputamen præter id quod crudum est, etiam mortem portendit: sic & vrina nigra non cruda solum, sed etiam lethalis est. Est autem simpliciter cruda, quæ alba est, ac tenuis, quam aquosam nominamus. Hæc igitur signorum genera proptiam cuiusque membri coctionē significant, & cruditatem. & sicuti sola coctio, vt Gal. testis est, tum crisis celeritatem, tum salubrem securitatem ostendit (neq;.n. vel animo concipi potest, quod post morbi exquisitam coctionem crisis mala sequatur, exquisita autem coctio fit tempore status) ita cruditas mala erit magis vel minus, prout magis vel minus à naturali statu, & optima coctione deflectit. Quomodo vero in sputis, alui excrementis, & vrinis coctiones & cruditates dignoscantur, in sermone de pleuritide, de læsa fœcum excretione & de putridarū signis exquisite declarauimus. illud in præsentia scire sufficiat, Primum, & maximum inter omnia esse considerare coctiones ex vrinis, alui excrementis, & sputaminibus. Si quidem ego millies (ait Gal.) cum dū crises fierent, interessem, neminē vnquā vidi intereūtē, qui præcedentibus coctionibus crisim habuisset. Non tamen æqua omnium signorum dignitas existimāda est, sed in morbis quidē thoracis atq; pulmonis præcipue sputamina sunt animaduertenda; non tamen vrinarum contemplatio negligēda, sed & alui excrementa sunt inspicienda. Si vero tantum febricitent sine alicuius visceris passione, aut cum inflammatione hepatis, vel renū, vel vesicæ, vel splenis, maxime vrinis animum oportet adhibere: sicut, si circa ventriculum passio sit, primum excrementis alui; deinde neq; vrinæ sunt negligendæ. Semper.n. cum febris affuerit vel ex sola humorum putredine accensa, vel ex mēbro inflāmationē pariente, præcipue vrinas inspiciendas cēseo, atq; inde coctiones agnoscendas, sicuti & prius definiuimus. Coctiones itaq;, tanq̄ maximū quoddā, inspicere oportet, ait Gal. & harū præcipue effatu dignis trāsmutationibus mentē adhibere. Si.n. in diebus iudicatorijs fiāt, indicia sunt, quod sequentes iudicatorij dies ægrū morbo liberabūt. Verū circa vrinas nigras iā propositas, lectorē admonitū esse velim, ne falso arbitretur nos, morbi maligni signa, cum his, quæ cōcoctricē vim imbecillā indicant, cōfudisse. ne dum.n. vrina nigra semper cruditatis est nuncia, q̄nis vnā interdū causæ & morbi malignitatem, atq; perniciem significet; sed etiam aliq̄n vrinæ nigredo extinctionis caloris, à quo concoctiones fiunt, soboles est. quod quidem cognoscitur, quia tunc primum liuida fit aut cerulea, deinde nigra, sicuti dum nigra propter extinctum calorem, aut malignæ materiei permixtionem euadit, non quidem primo liuida, sed potius rubra, aut viridis, deinde nigra euadit. Post coctiones & cruditates, vt in præsagijs non decipiamur, bonas & malas expulsiones obseruare, ac diligenter perpendere vtilissimum erit. eæ autem optimæ censeri debent, in quibus superfluæ, & noxiæ materię, cum facilitate, tempore debito, per conuenientes regiones, in debita & conuenienti mensura, & patientis vtilitate, & bona tolerantia expelluntur. Hæ siquidem nedum per viam causę, sed etiam per viam signi optimæ sunt, quia vim excretricem validam omnino significant. quanto autem ab his recedunt, tanto minus bonæ, aut etiam malę, vel magis tales existimandæ. cum autem vel ad vniuersum corpus, vel ad particulares partes pertineant, in præsentia illas, quæ ab vniuerso corpore, seu pluribus partibus, procedunt, potissimum considerabimus, tāquàm febribus, quæ totius corporis morbi sunt, magis attinentes. & proinde tum bonas tum malas crises contēplationi subijciemus, inquit.n. Galenus, quod sicuti in ventriculo, ita in singulis totius corporis partibus alienorum expultrix facultas viget, quæ quidem crisim in morbis efficit, Quod autē bonam iudicationem perpetuo salus, malam vero sæpius mors subsequatur apertum est, & in progressu adhuc magis

Gal. 1. de cris. cap. 5.

Gal. 3. de cris. cap. 5.

Gal. 3. de cris. cap. 3.

Signorū ex coctione dignitas quomodo extimanda sit.

Gal. lib. cit. c. 4

Notandum.

Expulsionū contēplatio. Optima expulsio.

Gal. 3. de dieb. decret. c. 8.

Bonæ crisis indicia.

magis clarum fiet. Bonæ itaque crisis indicia proponens Gal. sic habet. Primũ quidem & maximum instantis bonæ crisis indicium sunt coctiones. Secundum verò qđ ab aliqua die indicatoria antea indicetur, cui annexa est diei iudicantis potentia. Deinceps verò inspicere oportet & speciem morbi, & morem: speciem quidem si tertiana, vel quotidiana, vel febris ardens, vel pleuritis, vel peripneumonia: morem autē si moderatus, & mitis, vel prauus, atque malignus, deinde si formæ morbi excretio respondeat. Si enim fit febris ardens, vel sanguis è naribus profluet, vel post vehementem rigorem sudor multus, & calidus per totum corpus emanabit, aut per vomitum, vel aluum biliosa excernentur. Ita tertiana vomitibus, & excrementis alui biliosis, & sudoribus multis toto corpore fluentibus iudicabitur. Plurimum autem pituitæ in quotidianis excernetur, & multi in toto corpore sudores fient. Iudicat autem & phrenitidem sudor bonus, & præcipuè si ex capite multus, & calidus fluxerit, sudante simul reliquo corpore. Contingit autem aliquando etiam per sanguinem è naribus fluentem iudicari. Non tamen lethargus & peripneumonia fluxum sanguinis amant. Inter ipsas verò pleuritis medium locum tenet, minus enim quàm causus & phrenitis, magis autem quàm lethargus, & peripneumonia profluuio sanguinis soluitur. Soluit autem lienis & hepatis inflammationes sanguis è naribus profluens, cum viscera hæc vnà cum acutis febribus habent inflammationes, & omnes quæ in præcordijs sunt calidæ, atque acutæ inflammationes, fluxu sanguinis iudicantur. Oportet autem per directum fluere sanguinem ex dextra quidem nare hepate patiente, vel locis in dextris præcordijs positis, ex sinistra autem liene, locisq; vicinis. Iuuat autem & sudor bonus omnes calidas & acutas præcordiorum inflammationes. Hepatis verò conuexæ quidem partes inflammationem patientes tribus præcipuæ modis crisis obediunt, fluxibus sanguinis è nare dextra, sudoribus bonis, & vrinis abundantibus. Cauæ autem partes excrementis alui biliosis, atque sudoribus nonnunquam verò & vomitibus. Magis autem expetunt per vrinas expurgari quàm conuexæ hepatis partes omnia ea quæ vel in partibus renum, vel vesicæ laborant: sicuti loca quæ ad thoracem, & pulmonem pertinent, sputaminibus. Sudores verò omnibus febribus proprij sunt, & præcipuè incendentibus. iuuant autem non parum & efferuentes inflammationes, quando, vt antea diximus, vnà cum coctionibus emanauerint. Iudicant & quotidianas febres simul vomitibus, & excrementis alui pituitosis adiunctis: & quartanas etiam, si atra simul, ac varia excernuntur. Semitertianas verò si biliosa simul & pituitosa. Iudicāt autem parotides lethargos, & reliquos omnes capitis affectus. Alijq; decubitus, omnes ferè diuturnas febres securæ iudicare consueuerunt, repentinæ tamen mutationes non diuturnorum, sed acutorum sunt. Quarum optima illa est, quæ omnino sine coctione non est, & aliquo die indicatorio fit, & ab aliquo indicatorio præindicata fuit, & crisis motum, seu excretionis speciem facit morbo conuenientem. vbi enim hęc adsint impossibile est, vt etiam tuta non euadat, & sine pluribus, & difficiliorib. symptomatibus & maiori certamine non fiat. Præter hæc autem, subdit Gale. hortor hoc loco, vt ægrotantis ætatem, naturam, antecedentem victum, locumq; in quo ægrotat, & anni tempus, & præsentem temporis statum consideres. si enim sicuti morbus forte biliosus est, hæc etiam singula æque biliosa sint, oportet bilem crisi expurgari. si pituita superabundauerit, pituitam, si varij humores variam oportet esse euacuationem. Cum verò hæc vniuersa tibi fuerint bene explorata, tunc euentus iam tibi sunt considerandi. Si enim dum ægrotans iudicatur, febris soluatur, & alijs accidentibus liberetur, & melius fuerit coloratus pro ratione euacuationis, cum melioribus pulsibus, & ad surgendum robustior, hæc optima crisis est: si verò ex his aliquid desit, tantum ab optima deficit, quāta est eius quod deficit vis, & hoc modo præsentem crisim optimā cognoscimus. quomodo verò futura præcognoscatur superiori capite docuimus. Nec est vt quis Gal. obijciat in optimæ crisis conditionibus temporis opportunitatē fuisse prætermissam, quia dum concocta materia fit, necesse est vt status tempore fiat, quod quidem tempus opportunissimum est, quia in eo optimæ indicationes fiunt. semper enim omnis excretio naturæ lege perfecta sequitur concoctionem. & propterea scribebat Gal. Quæ enim in tempore opportuno fiunt, (qđ sanè idem est, ac in statu, & coctionibus) etiam si nullum adsit irritamentum, in calidis & magnis morbis videmus accidere. Quæcunque verò ante dirumpuntur, seu ante statum ad crisim ruunt: ob aliquod irritamentum id patiuntur. & tanto deterior fit crisis, quàm illa quæ in statu fit, quanto magis anticipauit. In exitialibus autem morbis eodem modo res se habet, ne-

Quæ excretiones quib. morbis conuenientes.

Optimæ crisis conditionũ epilogus.

Obiectio. Solutio.

Gal. 3. de cris. c. 3.

Gal. 1. de dieb. decret. c. 2. Gal. 3. de cris. c. 3.

Gal. 4. de præs. ex puls. c. 12. Gal. 3. de cris. c. 10.

bet, neque.n.crisis status tempus expectat, aut admodum raro. Sed maxime ex parte in augmentis occidit, vel in principijs. & si aliqua dies indicatrix futuram crisim præostenderit, simul & malam futuram præostendit (in breui.n. iudicaturis facile morituri ab ijs, qui superstites futuri sunt, discernũtur quia signa valde differunt ex Hippo. & Galeno) Age.n. in quarto die visa sit primum nebula vel suspensio nigra, vel quid huiusmodi, sint vero & omnino alia signa & accidentia perniciosa: morietur quidem omnino hic ægrotus: sed si in imparibus diebus accessio facta sit, die septimo crisis accidet: si in paribus in sexto. Quemadmodum autem retentricem vim tunc temporis robustam esse certo scimus, quando ea, quæ continenda & amplexanda sunt, debito tempore detinentur, & quæ vtilia sunt nullo pacto præterlabi finuntur; ita dum quid vtile intempestiue exit, etiam si copia expultricem non irritet, vel etiam quod inutile est, non tamen aut quantitate immodica, aut praua qualitate molestum ægreditur; ipsam imbecillam esse cognoscimus. & hoc eo magis, quo exiens ipsum minus inutile, & minus molestum extiterit, & per vias minus consuetas, & magis intempestiue, & præter consuetudinem egredietur. Hac de causa scribebat Hippocrates. Quicunque in febribus vel alijs morbis ex voluntate illachrymant, nihil absurdum; qui vero non ex volũtate, absurdum. vt.n.declarat Galenus, debilitas quædam ostẽditur potentiæ contentiuæ, quando etiamsi oculus nullum proprium affectum habeat, vt lippitudinem, aut in palpebris asperitatem, vel tale quid, attamen illachrymant, eadẽ de causa nonnunquàm frigidi sudores & diaphoretici contingunt, potissimum si circa caput & ceruicem solum fiant, hi.n.etiam si frigidi non sint, vt Galenus testis est, animi deliquium minãtur, si autem simul frigidi sint omnium pessimi sunt, quia iam animi defectio incipit. Sudorum autem malitia, subdit ipse, ex febris vehementia distinguuntur. Etenim si acuta febris sit, tam frigidi illi sudores, etiam si ex toto corpore manent, quàm alij, qui solum caput atque ceruicem, quamuis forte calidi, occupent: mortem prorsus afferent. at si mitis febris est, poterunt tandem vires vitiosos humores spatio temporis concoquere, nisi prius à febris vehementia consumantur. Quod autem vrina statim transcurrẽs in diabetica passione inter omnes vrinas crudas pessima sit, & non solum coctricem, sed retentricem quoque summe imbecillam facultatem significet, in sermone de vrinis declarauimus. Similiter dum assumpta alimenta nullatenus retinentur, sed prorsus immutata deijciũtur, vel etiam clysteria, quæ prius continebantur, nullo temporis ferè momẽto retinentur, & febricitans nullum in ventriculo, aut intestinis, dolorem, vel tristem sensum percipit, retentricem omnino labefactatam esse, ægrũq; non multo post moriturũ opinandum est. Simili modo facultatem corpus nutrientem, & potissimum attractricem vim imbecillam in morbis arguit aridum & siccum vlcus. vt ideo scriptum reliquerit Hippocrates, quod vlcus siue ante, siue in ipso morbo natum sit, obseruari debet: si.n.moriturus homo est, aridum & liuidum, aut pallidum & siccum ante mortem erit. Color autem, vt interpres ait Galenus, pro humorum varietate, & pro modo læsionis variatur, biliosis.n.humoribus exuperãtibus vlceris color pallidus erit, melancholicis vero aut liuidus, aut ęrugini similis. Simili modo si magna sit noxa liuidum, si minor rubrum, & viridem gignit. Horum quæ diximus exemplo quilibet potest alia signa nutrientis facultatis dispositionem significantia excogitare præcipue si his, quæ à nobis de vitijs iecoris & ventriculi fuere proposita, animum adhibuerit. Sed ad facultatis vitalis vocatæ statũ, qui quidem maximum in prædictionibus momentum habet, aperiẽdum accedamus, facultatum.n.omnium princeps & conseruatrix est vitalis, vt etiam superius diximus, quia spiritus, & calorem in quo vita consistit subministrat. ex hac itaque uita omnis, & uirium robur extimari solet. quia hac una constante nemo interire potest. cum autem huius operationes, ut in capite de cordis uirtutib. declarauimus, tres præcipuæ sint, assidua uidelicet agitatio, siue pulsatio, quę ab ipso corde profecta omnibus arterijs impartitur, spirituum generatio, & animæ tenor, siue animi mores: A pulsatione, & uirtute ipsius effectrice dignoscenda exordiamur tanquam omnium prima atque præcipua. Cum.n. pulsus cordis uitæ nuncius sit, idem omnium quoque uirium, & facultatum iudex erit. hunc autem ex arteriarum pulsu qui cordis pulsui semper proportione respondet, deprehendere, & ad unguem explorare licebit. Hic igitur ubi robustus & uehemens est & tactum euertit, pulsatilis facultatis robur ostendit; eoq̃ne magis, quo fuerit uehementior, & sicuti in sanis uitæ longitudinem, ita ægrotantibus securitatem, & salutem pollicetur. & corporis humores quantitate, & qualitate laudabiles

Hippo. & Gal. 3. progno. tex. & com. 13.

Retentionis consideratio

Hip. 4. aphor. 52.

Gal. in com.

Gal. 1. progno. com. 36.

Altricis & attractricis virtutis speculatio.

Hip. 1. progno. 22.

Gal. in com.

Vitalium dictarum operationum cõtemplatio.

Pulsatilis virtutis dignotio.

Vehemens pulsus quid indicet.

dabiles ac probe coctos indicat, aut naturam ipsam semicrudorum (quales in salubribus morbis sunt) concoctionem vehementer moliti. præsertim si nec ab ira nec exercitatione, nec vini aut cibi vsu immodico processit. Languidus autem pulsus, qui à tactu euertitur imbecillem denunciat vitalem facultatem. Quemadmodum vero vehemens pulsus vt plurimum magnus est, nō tamen necessario, ita languidus necessario paruus non est. lethargicis.n. languidus, non tamen paruus inest, sed propter nimiam mollitiem tunicarum arteriarum magnus existit. Vt itaque pulsatilis virtutis imbecillitatem certius ex pulsu dignoscamus, duplicem imbecillitatis differentiam statuere debemus. Vel.n vt monet Galenus, infirma per se facultas est, quam ipse dissolutam, & dissipatam vocat, vti dum vel alimenti inopia, aut morborum malignitate, aut animi affectuum vi, vel dolorum vehemētia, vel diuturnitate, aut immodicis euacuationibus dissoluitur: vel non est per se imbecilla, sed abūdantia humorum degrauatur, & ab instrumentorum affectibus deprimitur, & ob id Galenus eam depressam, & grauatam appellat, vti dum materię copia, inflammationibus, scirrhis, tumoribus, abscessibus, varijsque corruptionibus degrauatur, qua posita distinctione, inquit Galenus, quod dissoluta facultas pulsum paruum, languidum, & crebrum admodum efficit, depressa vero & quasi degrauata vertit in inæqualitatem pulsus, & in ordinem perturbatum cum omnem alium, tum vero vehementiæ, & magnitudinis. Hę siquidē in primis inæqualitates propriæ sunt facultatis præssæ: grauatæ autem insigniter in pluribus differentijs; parum, in paucis. & etiam pulsus plures paruis magni sunt, & languidis vehementes cum pusilla sit offensa: contra, si magna. & nonnulli pereunt etiam integri motus in eiuscemodi affectibus: intercurruntque: verum minorem intercurrentes noxam, deperditi grauiorem significant. Cum itaque omnes pulsus languidi sunt, infirma per se facultas est. Quod per totum corpus fiet, ait Galenus, cum ipsum cordis corpus intemperatum sit: in vna parte, cum sola illa pars. Vbi vero arteriarum nunc languidus pulsus sit, nunc vehemens, facultas non est per se imbecilla, sed abundantia humorum degrauatur. solam autē nec in toto corpore hanc inæqualitatē, nec vna in parte inueni vnquam, sed alia simul tria genera immutantur, fiuntq; inęqualia. Tria genera inquam magnitudinis, & paruitatis, celeritatis & tarditatis, crebritatis, & raritatis. Etenim magni, parui, medij: celeres, tardi, medij: crebri rari medij: non aliter ac languidi, vehementes, medij facultatibus accidunt, quæ à copia humorum grauantur. Ac, si pulsus vehementes & magni numero contrarios vincant, minus facultas offenditur à copia: sin parui & languidi, magis. Non omni itaq; facultatis offensioni collectiua iam dicta inęqualitas succedit, ait ipse, sed cum per se infirma sit, creat pulsus non ita crebro inęquales. Quare cum aut valide comprimuntur arterię, aut cum obstruuntur, vt integra omnino facultas sit, inęqualitas quędam corripit pulsus. at si facultas vnà sit affecta cum eo instrumentorum affectu, clarissimum est magis variam oportere inęqualitatē existere: & item si ipsum cor infestet inęqualis intemperies. At si instrumentorum illęsus status sit, sed magnopere facultas infirma, inęqualitas illa, de qua iam diximus, non existet, sed murila & decurtata, quam uocant, inæqualitas. Ab admotis.n. digitis uicta facultas, minores semper, imbecilliores que pulsus creat. Non est autem necesse facultatis ipsius imbecillitatem in omnibus affectionibus parem esse: sed in ea per magnus est excessus, & defectus. Nam prima quidem & parua minores, languidiores que, nō autem decurtatos pulsus facit. Quę uero est hac tanto maior, ut iam facultati sint oneri applicati digiti, hęc pulsuum decurtatorum anctor est. Sed, quia duplex est in his ipsis differentia: (quidam enim illorum ad pristinum motum reuertunt, quos decurtatos reciprocos uocant: aliqui illic alicubi permanent:) priores scito minorem anunciate imbecillitatem. adhuc.n. resistit quodammodo facultas, & ueluti colligens seipsam, & sępe concitans magnitudinem ita auget pulsuum: auget item contentionem. At qui permanent in extrema paruitate, nec omnino recipiunt se se, languidiorem quàm in his ostēdunt facultatem esse. Sic si semel deficiant, significabunt ultimam quandam imbecillitatem. Verum hæc explorari omnia applicandis digitis arteriæ, nequaquàm suspensis, apertissimum est. Nam si eleuatis ijs, & mox applicatis inueniamus in singulis applicationibus motum deficientem, ueram abolitionem pulsus uocamus, non deficientem pulsum. longe enim abest abolitio à pulsu deficiēte. illa enim uelut est defectus, vt sensus quidem indicat, totius functionis: hic dimidiatæ amissio. Ergo, ubi admouenti digitos ui deatur motus exolutus, & tenenti applicatos paulatim prorsus desinat, eos pulsus uo camus

Languidus quid significet.

Facultatis debilitas duplex.

Gal. 4. de præsag. ex puls. c. viti. & lib. de puls. ad Tyrones. c. 11. & 2. de cau. puls. c. 1. 2. & 3.

Depressę, seu grauatæ facultatis pulsus.

Collectiua inæqualitas.

Gal. 4. de præsag. ex puls. ca. 12.

Gal. 2. de caus. puls. c. 1. 2. & tertio.

Dissolutæ, seu per se imbecillæ facultatis pulsus.

camus deficientes. Illumque statum medium numeramus inter decurtatos,& perfectam pulsus abolitionem: & quãto decurtatis grauiorem,tãto abolitione leuiorem. Ac hi quidem tres status quantitate noxæ differunt. Quartus reciprocorum est decurtatorum,qui omnium est leuissimus. Quintus his addatur, intermittentium,qui præcedit deficiẽtium statum. Quod.n.in vno aut altero erat,aut certe in numero pulsuum certo, id status deficientium in omnibus efficit. Manifestæ etiam ipsorum intermittentium differentiæ sunt. Grauius.n.facultas offensa est,vbi plures: leuius,vbi pauciores motus deficiũt. diuturna porrò censetur quæ tempus excedit duorum pulsuum, breuis quæ citra hoc manet. Iuuenibus autem periculosissima pulsuum intermissio, minus pueris, minime senibus. ex vnius pulsus intermissione multi senes,pariter & pueri euasere,at iuuenum ne vnus quidem(dummodo eis per bonam valetudinem familiaris non sit) diutius autem perseuerans inopinatam,repentinamque mortem minatur: & cordis vitalem calorem de repente extinctum iri. Iam vero intercurrentes alia ratione,ac intermittentes fiunt. incidunque vbi facultas valens copia humorum,vel instrumentorum oppilatione impeditur. Vt ergo ad molestantia repellenda maiores sæpe, & vehementiores edit, celerioresque pulsus: ita plures quoque in eiuscemodi præsertim statibus,atq; alti pulsus fiunt,& decretoriam excretionem portendunt. Porrò non solum facultatis infirmitas intermittentem pulsum inducit, sed etiam valida instrumentorum oppilatio,aut compressio,& constrictio: vbi in se nihil prorsus arteriæ allicere valeat. & hæc de collectiua inæqualitate,quæ,vt ait Galenus, longe apertior est, ad præsentem locum satis erunt,nam reliqua ex traditis ex pulsuũ causis elicienda erunt. Si vero de inæqualitate in vno pulsu, & primo in vna arteriæ parte sermo fiat, scribebat Galenus quod tum hi, quorum motus à quiete media interpellatur, tum qui perpetuam habent distentionem sed inæqualem, qui etiam impares vocantur, sicuti priores intercisi, cum omnes hi oriantur cum vsus vrgeat, & facultas ex se obsequatur,sed aut vitio instrumentorum interrumpatur,aut ab humorum insigni abundantia,ita tamen vt intercisi causam habeant vehementiorem,hi omnes,si fines motuum validiores & celeriores efficiant, vti in caprizantibus contingit, nunciant facultatem esse robustiorem omnibus, qui languidiorem, & tardiorem efficiunt. cum tamen facultas per se solum languida in his non sit. Vndosi autem,vermiculantesque qui in pluribus arteriæ partibus in vno ictu inæquales sunt & propter facultatẽ per se languidam,& propter humorum copiam, & summam instrumentorum mollitudinem fiunt. cum autem propter languidam fiunt facultatem, hanc adhuc magis insigniter dissolutam vermiculans significat, quem proxime formicans vocatus subsequitur,omnimodam virium dissolutionem denuncians. In vna vero distentione decurtatus & ipse facultatis imbecillitatem in extenuato corpore nobis ostendit. Quocunque autem genere ordinatus sit pulsus, fidus existit,inordinatus autem infidus.proinde bonus pulsus ordinatus certissimus est,& optimus,malus ordinatus pessimus,& inordinato malo deterior. Pulsatilis autem virtutis dispositionem,eius quæ spiritus gignit conditio perpetuo comitatur. Vnde dum hęc bene se habet & inculpatos copiososq; spiritus producit,pulsus pleni,robusti,magnique conspiciuntur.contrarij vero dum male se habet. Verum, vt ipsius statum exactius cognoscamus, præter pulsum innati ipsius caloris mensuram & operationes diligenter obseruare debemus,siquidem natiuus calor ab ipsis spiritibus re & subiecto non differt, cum spiritus vitales caloris innati vehiculũ sint. Proinde cum quis acute febricitans omnino mente constet, à cibo autem perpetuo abhorreat, & loqui non possit, & linguam aridam habeat,non tamen sitiat,aut febris sine signis remittatur,symptomatibus tamen permanentibus,& obdormiscat parum soporatus. ita vt inuitus conniueat,vt ne apertos quidem tenere oculos possit,hæc omnia,inquit Galenus,sunt natiui caloris,& vitalis facultatis emorientis signa. qui pariter scribebat quod in febre acuta præsertim in iuuene & tertio die si extrema frigida & liuida fiant,aut nimiam viscerũ inflammationis magnitudinem,aut natiuum calorem moriẽtem significant. & idem habet,quod perfrigerationes morbis calidis & siccis succedentes incurabiles.De animosæ aut em virtutis seu animæ tenoris signis plura in vitijs capitis & potissimum in phrenitide tradita sunt. hoc solum hoc in loco annotasse sufficiat, quod sicuti animi constantia,& mores à naturalibus & consuetis non immutati, vitalem robustam esse facultatem arguit,& spem salutis affert,ita incõsueta animi deiectio, & hebetudo,& nimius mortis timor in acutis febribus oppositum significat. Animalis denique facultatis dispositio

Intermittentium pulsuũ differentiæ.

Intercurrẽs pulsus quid significet.

Gal. 2. de caus. puls.c.1.

Inæqualitas in vno pulsu quam viriũ dispositionẽ significet.

Gal.4. de præsag.ex puls.ca. 22.

Gal.2. de caus. puls.cap.8.

Ordo,& eius perturbatio quid denunciet.

Spiritus creatricis virtutis dignotio.

Gal.1.in 3.epi. com.10.& 11.

Gal.2.in 3.epidem.5.

Animosæ virtutis cõtemplatio.

dispositio & ipsa ex proprijs ipsius functionibus, quæ adhuc apertiores sunt, prõptius dignoscitur. cum autem vel rectrix, vel sentiens, vel appetens vel mouens sit. de rectricis signis verba faciens Gal. ex Hippocratis mente ita scriptum reliquit. Mente constare, atque ad ea, quæ offeruntur, bene se gerere, & decens accubitus, bonum. Vnde vt habet Hipp. medicus deprehendere ægrum debet in dextrũ, sinistrumve latus cubantem, brachijs, ceruice, ac cruribus parum reductis, & toto corpore humentem, hoc est figura inter extremam extensionem, & flexionem media seruata; sic.n. plurimi sani cubant. ac cubare quomodo sani solent, optimum est. non tamen si contra cubẽt inquit Galenus, protinus vt malum signum damnare debemus, sed prius interrogare num ita cubare consueuerint, quæ.n. cuinis ægro peculiaria insunt, ea nõ sunt oscitanter expendenda. Mentis autem alienatio, & omnia, his, quæ dicta sunt, contraria, mala. & propterea ex Hipp. supinum iacere, manibus, collo, cruribusq; extentis minus bonum est, imo, vt Gal. interpretatur, nullo modo bonũ, sed mediũ inter ea quæ sanitatẽ, vel mortẽ indicant. Si.n. æger supinus cubare solitus sit, nec magnam ingredientis medici curam gerat bonũ est; si vero neque hoc modo iacere, & medicum vereri consueuit, non bonum signum est, præcipue si natura prudentior sit; si vero declinis sit, & à lecto ad pedes delabatur, id peius est inquit Hippocr. hic.n. decubitus, vt testatur Galenus extinctionem quandam facultatis corpus gubernantis significat. Sed ne eadem frusta repetantur reliqua delirij signa in capite de phrenitide perquirenda sunt. Potissimum cum actionum deprauationes potius morbi vim, quàm facultatum imbecillitatem nobis commonstrent; sicuti autem optimæ sensationes, quæcunque sint, optimã indicant animalis facultatis potissimũ sentientis dispositionẽ, ita prauæ, debiles, & labefactatæ cõtrariũ indicant, & si propter præsentis acuti morbi vim tales euadant, malæ sunt, & mortis periculum minantur, & maius, si maiores & numerosiores sint noxæ, & ad nobiliores pertineant sensationes. vnde non ab re scripsit Hipp. in febre non intermittente, si labrum, vel palpebra, vel supercilium, vel oculus, vel nasus peruertatur, vel non videat, vel nõ audiat, iam debili existente corpore: quidquid horũ euenerit, mors proxima est; Sicuti autẽ in morbis, inquit Galenus, ciborũ cupiditas integra magni ponderis est ad salutem, cõtra maximum & pessimum signũ est ex Hipp. cuiuscunque cibi fastidium. Sed maximũ, ait Gal. tibi signum sit facultatẽ ciborum appetentem esse plane extinctam si parata ea, quæ appetere dicebant, ut primum gustarũt, reprehendant, nec amplius eis vescantur. cumq; hi pessime affecti sint, tamen multo deteriore in statu sunt, qui nihil appetunt, idest neq; sitiunt, nec degustare quicquam possunt. extremam.n. extinctionẽ appetentis facultatis id significat. Similiter cum aut calida & æstuosa febris est, aut fluxio acris in ventriculũ delabitur, & non sitiunt, valde prauũ est signũ, quia indicat facultatẽ sentiẽtem extinctam esse. reliqua vero signa ad appetentem facultatem attinentia in capite de læsa appetentia petenda sunt. Similiter, sicuti promptæ, & faciles totius corporis, & omnium mẽbrorum motiones, & potissimũ si facilè conuertantur & ad surgẽdum prompti & alacres ægrotantes sint, mouentem facultatem validam indicant, & bonum est signũ, ita dum mẽbra difficulter mouent, & potissimũ si brachia subtremẽtia dimoueãt, malũ est indiciũ, ideo subdit Hip. sin aũt tũ reliquũ corpꝰ, tũ manus & pedes graues esse videant maius periculũ est. Quod si hians quis dormiat, mortale est inquit Hipp. quia signũ est imbecillitatis musculorũ os claudentiũ, vt notat Gal. Pariter si per somnos, ait idẽ Hipp. palpebræ nõ committẽtur, sed inter eas aliquid albi oculorũ appareat, neq; id ex aluo fluente, aut medicamẽti potione existat, aut non ita quis dormire cõsueuerit hoc & malũ, & admodũ mortale signũ est: hoc.n. symptoma fit ob imbecillitatem facultatis mouẽtis palpebras, quod cũ nulla causa externa inuexerit, perniciosum est. sicuti autem morbum leuiter perferre, facilisque tolerantia bonũ est, quia plures vires robustas esse significat; ita si quis, inquit Hipp pedes nudat, neque ijs calor admodum subest, & brachia, ceruicem, & crura inæqualiter dispergit, ac nudat, cum tamen mollior natura non sit & rebus omnibus quamuis minimis facile nõ cedat, atque vincatur; malum est: significat enim angorem; quod nomen, vt Galenus interpretatur, significat omnem situm ei molestum esse: ac subinde mutari. Ac si te præsente æger eo modo cubans, quo dictum est, protinus se in aliam figuram vertat, scito aut vitio oris ventriculi, aut virium infirmitate sic conflictari. Similiter sopor, vt Galenus habet, ex insigni cerebri perfrigeratione, aut virium imbecillitate perniciosissimus. qui etiam scribebat, quod recidiuæ ob id lethales sunt, quia cum in principio morbi

non

Marginalia (left): De animalis virtutis statu dignoscẽdo. Rectricis facultatis statũ indicantia. — Sentiẽtis facultatis notæ. — Appetentis virtutis signa. — Mouentis facultatis indicia. — Indicia plurium virtutũ statum indicantia.

Marginalia (right): Gal. 1. de cris. cap. 14. Hipp. 1. progn. tex. 13. — Tex. 14. Gal. in com. — Tex. 15. — Gal. in com. — Hipp. 4. aphor. 49. Gal. 3. in 3. epidem. 80. Hip. 2. in 1. epidem. 34. Gal. 2. in 3. epidem. 3. — Gal. 1. in 1. epi. com. tex. 30. — Hipp. 2. progn. 6. & 7. — Hipp. 1. progn. tex. 17. Tex. 11. — Gal. in com. — Hipp. tex. 16. — Gal. 1. in 3. epidem. com. 7. Gal. 7. in 6. epid. com. 1.

non admodum maligni sint, quia vires adhuc valentes eis repugnant, dum intermittunt, & iterum inuadunt, viribus ante prostratis inuentis, grauius affligunt. His autē, vel similibus, quæ in membrorum particularium læsis functionibus & potissimum labefactaris à nobis sparsim in primis duobus libris tradita sunt, virium statu iam explorato: Morbi magnitudo diligenti inquisitione perquirenda erit. Quam quidem in primis recte distinguere, & declarare ad vnguem expedit, ne propter verborum æquiuocationem in plurimos errores incidamus, paginasque multas, vt quidam fecere, innumeris frustratorijs disceptationibus, quæ legentium mentem omnino confundant, impleamus, &, quod longe magis refert, inanem prorsus prognosticandi methodum afferamus. Itaque animaduertendum morbi magnitudinem in primis dupliciter accipi posse, vno modo, prout paruitati opponitur, & tunc eius significatum in concreto clarius exprimitur, vti dum dicimus hunc vel illum morbum magnum esse: altero modo quatenus nō solum de magna, & maxima, verum etiam de parua & minima magnitudine enunciari solet, interdum enim & pedalem, & digitalem magnitudinem appellamus, cuius nomen & significatum in abstracto tantummodo proponitur. Sicuti prior quocunque modo in concreto.s. & in abstracto à Galeno & alijs suscipitur. Rursus animaduertendum Galenum magnitudinem primo modo acceptā dum loquitur de morbi magnitudine dupliciter accipere consueuisse. nonnunquàm.n. ipsam vniuersaliter accipit, prout commune quoddam genus est quamcuuque morbi grauitatem seu vim seu validitatem roburve, seu momētum, seu fortitudinē, seu etiam efficaciam significans, atque comprehēdens. interdum ipsam magis particulariter accipit, quatenus scilicet solum queudam recessum à naturali habitu, siue is magnus sit siue paruus, significat. Ipsam porrò hoc duplici modo sumpsit in quarto libro de medendi methodo dum scribebat, quod non modo vulnera, vlceraque, sed etiā reliqua omnia vitia grauia, magnaque trifariam redduutur, nempe vel propter affictæ partis præstantiam, vel propter affectus magnitudinem, particularem.s. vel propterea quòd sunt cacoethe, idest mali habitus, siue mali moris, siue rebellia, & contumacia, siue, vt clarius loquamur, maligna. eodem prorsus modo ipsam dupliciter accepit in septimo methodi libro dum dicebat quod triplici genere morbus quisque grauis seu etiam magnus est, quia ipsius magnitudo genetica videlicet alia ex læsæ actionis præstantia spectatur, alia ex propria affectus essentia, & tertia pręter has, quæ ex facultate, quæ læsum corpus gubernat, æstimatur. diuersis enim verbis eandem prorsus cum superiori sententiam protulit. nam actionis præstantia cum membri affecti præstantia coincidit, cum actiones organorum sint, & ab ijs proficiscantur. Vnde membro quodam affecto necesse est vt eius actio lædatur, & è conuerso. propria autem affectus essentia, nihil aliud indicat, vt ex Galeno colligimus, quam propriam morbi tum speciem tum à naturali statu, seu habitu declinationem & proinde ipsius morbi specificam magis seu particularem magnitudinem, quam vndecimo libro de methodo medendi dicebat duplicem esse.s. vel propriæ substantiæ ratione, vel declinationis à naturali habitu. nam magnitudo magis specifica seu particularis, quæ penes propriam affectus essentiam spectatur, vtramque comprehendit.s.& magnam morbi speciem, & magnū recessum. exempli gratia iecoris inflāmatio morbus est magnus propter affectæ partis præstantiam, insuper magnus est ratione propriæ substātiæ seu speciei, quia inflammatio est morbus compositus ex malâ compositione & intemperie. quod si non solum iecur obsideat hæc inflammatio, verum etiam magna sit, ita, vt nedum simam verum etiam eius gibbā occupet partem, etiam ratione declinationis à naturali habitu morbus erit magnus. pariter putrida febris quia totius & potissimum ipsius cordis est morbus, magnus est affectus primo modo, scilicet propter partis pręstantiam, quam magnitudinem Galenus etiam nonnūquàm sub magnitudine ratione dignitatis comprehendit. quod si fuerit semitertiana, aut causus, & valde intensa sit, ita vt calor ipsius sit exureus. & reliqua ipsius symptomata magna sint, & vehementia, etiam ratione propriæ substātiæ morbus magnus dicitur, quia in ea magnus à naturali statu recessus adest, tum penes speciem, tum penes intensionem. Hoc autem in loco iubeat mirari maximam in verborum delectu Galeni diligentiam, quamuis enim in morbis in intemperie, morbus magnus in secunda magnitudinis significatione, quæ particularis est, & penes propriam spectatur essentiam, rectius intēsus vel remissus diceretur, quàm magnus & paruus; quia intemperiei recessus rectius penes quosdam gradus quàm mensuras dicuntur, attamen, quia tria sunt vniuersalia morbi genera, & reliqua duo,

De morbi magnitudine dignoscēda.

Magnitudo, quæ paruitati opponitur dupliciter dicitur.

Gal. 4. meth. 6.

cap. vij

Gal. 8. meth. vltimo.

Gal. 8. meth. vltimo & 3. de sanit. tuen. c. 9.

duo, quæ in mala compositione & soluta vnitate consistunt rectius magna & parua dicuntur, quia mensuram quandam suscipiunt vt tumor magnus & paruus, vlcus magnum paruumque, & insuper quia etiam in intemperie magnum in ea & paruum à naturali statu consideramus recessum, ob id dixit Galenus morbum magnum, non quidem propter ipsius intensionem, sed ipsius affectus magnitudinē nūcupari. Demū dum proponit Galenus magnitudinem, quæ ex facultate, quæ læsum corpus gubernat, æstimatur. nihil ab ipsa cacoethia seu morbi malignitate diuersum proponit. Galenus enim (vt nugas omittamus) illa vitia cacoethe, & maligna esse voluit, in quibus prauorum symptomatum periculum instar, vt ipse de vulneribus articulorum exemplum affert; modo symptomata nullo modo praua, aut maligna esse dicuntur, nisi aliqua ab his insignis faculras, quæ læsum corpus gubernat, vel maxime lædatur, vel etiam valde læsa significetur, vt postea clarissime manifestabimus, dum de signis malignum morbum indicantibus loquemur. Patet igitur, quod prima magnitudinis morbi significatio, quæ paruitati opponitur vel vniuersalis est, vel particularis. & quod vniuersalis triplicem magnitudinis speciem coplectitur, vnam quæ penes affectæ partis aut actionis præstantiam, alteram quæ penes ipsius malignitatem æstimatur, & tertiam, quæ ratione ipsius affectus magnitudinis dicitur, quæ magis propria est & specifica. vt autem post hac æquiuocationes, & obscuritatem euitemus, non erit ab re vniuersalem morbi magnitudinem, vt Galenus sæpius cōsueuit, grauitatem vocare (præsertim cum nomen hoc exemplo superius proposito oneri. s. à viribus gestando magis arrideat) specificam autem morbi magnitudinem vel (hoc idem nomen seruantes) magnitudinem, vel recessum, vel etiam vehementiam vnà cum Hippocrate & Galeno appellare conueniens erit. Is enim, cum dixisset Hippocrates, quod acutissimi, & maximi, & grauissimi morbi sunt, & maxime omnium mortiferi in febre continua, inquit quod Hippocrates acutissimos vocat qui breuissimo tempore iu dicantur, maximos qui vehementissimi sunt, grauissimos qui periculum inuehunt, quod ipse interpretatus, maxime omnium mortiferos appellauit. Neque inconstantiæ in scribendo Galenus aliquo pacto arguendus est, dum alibi inquit magnitudinem affectuum, vniuersalem videlicet, non quidem triplicem, sed duplicem esse alteram scilicet quæ ex eorum, quæ indicant, dignitatibus, seu viribus censeatur; alteram, quæ ex ipsorum propria essentia seu substantia spectetur: siquidem Galenus tunc temporis de lassitudinibus, & ephemeris febribus agens, in quibus neque malignitas morbi, neque particularis membri præstantia aut considerat io locum habet, duplici solum magnitudinis differentia contentus fuit; ea tamen lege & ratione, vt sub prima differentia quæ ex affectuum dignitate spectatur, tum morbi vis, & species seu forma, tum pars affecta atque subiectum, tum etiam, si opus sit, malignitas seu cacoethia contineatur. Sicuti sub alia differentia morbi magnitudo particularis, seu recessus à naturali statu, qui cuiuscunque morbi proprius est, comprehenditur. Quod si de ea morbi magnitudine, quæ solum in abstracto, & de quacunque magnitudine, siue magna sit, siue parua, enunciatur, sermonem habeamus, hæc illa est, quæ nostro proposito, & prognosticandi methodo inseruit. eamque in medium attulit Galenus dum in tertio de crisibus scribebat, quod nisi quis morbi magnitudinem, & naturæ robur, & futurum statum præcognoscar, nihil de salute inuestigari contingit. Hæc autem magnitudo hunc in modum suscepta & ipsa vel generica est, quæ omnem morbi magnitudinem sub se complectitur, vel specifica quæ solum de quadam magnitudine, prædicatur, vt iam apparebit. De ea porrò quæ generica est Galeni auctoritatem iam attulimus. Quod autem omnes morbi magnitudinis differentias complectatur, & non modo eas quas superius proposuimus & grauitatis nomine insigniuimus, sed etiam omnes paruitates eis oppositas iam declarabimus, & vnà apparebit, quę nam sit huius generis magnitudo magis specifica. Cum itaque dixisset Galenus in salute aut morte præsagienda, ad morbi magnitudinem ad virium robur, & futurum statum respiciendum esse, morbi magnitudinem, de qua nunc loquimur & eius species omnes, exactius declarare volens. Diuinus hic vir tria nomina excogitauit, quæ non modo omnes morbi magnitudines siue grauitates, siue fortitudines comprehenderent, verum etiam omnes paruitates, siue leuitates, siue dicas imbecillitates ipsis oppositas. quam ob rem absolute nos docere volens quomodo præcognoscere debeamus, nunquid

[Marginal notes: Gal. 4. meth. 6. — Epilogus. — Gal. 4. met c. 6 — Hip. 3. in 1. epidem. tex. 3. Gal. in com. — Galeni dicta inuicem non discrepant. — Gal 8. meth. c. vltimo, & 3. de tuen. valet. c. 9. — Magnitudo morbi quæ prognosticandi methodo inseruit. — Gal. 3. de cris. cap. 5. — Tria ad quæ in salute vel morte præsagienda respicere debem' dum morbi magnitudinē perpēdimus. — Gal. 3. de cris. c. 4.]

morietur æger aut saluabitur, inquit in eodem libro, quod ad hæc tria respiciendo id inueniemus, videlicet ad morbi ideam, & morem, & magnitudinem, sed tamē maxime morem inspicere oporret subdit ipse. per magnitudinem autem in his verbis non solum specificam quandam magnitudinem intelligit, & à morbi malignitate, & magnitudine quæ penes affectæ partis præstantiam æstimatur, contra distinctam, verum etiam omnem à naturali habitu recessum tam magnum, tum paruum sub se continentem. Quod autem sub morbi idea, & more reliquas omnes magnitudinis species quomodolibet acceptas complexus sit, clarum est. Sub ipsa enim morbi idea seu specie tum morbi ipsius species & forma specifica, tum ipsa affecta pars siue præstans sit, siue non, continetur, quamprimum enim morbi idea nobis perspecta & euidens est, tamprimum partem affectam & principaliter laborantem tanquàm ipsius morbi materiam atque subiectum exploratam habemus. nam, vt ipse se ipsum exposuit, tertiana, & quotidiana, & quartana, & semitertiana, & pleuritis, & peripneumonia, & phrenitis sunt species morbi, siue ideæ. quas dum exacte cognoscimus, illico partes læsæ siue præstantes sint, siue non, nobis apertæ sunt: vnde ad eam morbi magnitudinem, quæ ratione dignitatis spectatur, dignoscendam, nobis sufficit morbi ideam recte callere. qua cognita, an morbi vis & species grauis sit, & periculosa; an potius leuis & sine periculo, nobis statim innotescit. Sub ipso autem morbi more tum ipsius benignitas, tum malignitas comprehenditur. Vnde dicebat quod hic mos, & vtrum benignus, aut malignus sit morbus, ex subsequentibus ipsum accidentibus cognoscitur, quæ omnia ferè Hippocrates in prognosticis enumerauit. in quibus etiam annumerare oportet coctionis & cruditatis signa. Sicuti autem morbi idea ex proprijs accidentibus cognoscitur, ita specifica magnitudo (quæ à more ipso valde differt) ex eorundem symptomatum quātitate, magnoq; vel paruo à naturali statu recessu inuestigatur. Sed oīa hæc exēplo illustranda sunt. ex pungitiuo dolore laterali, spirandi difficultate, tussi, acuta febre, & duro vel etiā ferino pulsu pleuritim, & subinde morbi ideam, phlegmonē scilicet, & proinde compositū morbū cognoscimus, & vna cum ipsa parte affectam, pleurā videlicet mēbranā inflāmatione affectā: vtrum vero inflāmatio hæc magna vel parua sit, & magnus vel paruus in ea sit à naturali habitu recessus, id ex quinq; iam dictorū symptomatū magnitudine vel paruitate conijcimus. symptomata.n. simul inuadentia & patognomica si magna sint seu vehementia magnam inflammationem esse declarant, si parua, & imbecillia paruam. ex sputo aut liuido, aut nigro, aut viridi, aut spumeo, aut simili praua qualitate affecto, huius inflammationis malum morem seu malignitatem cognoscimus, sicuti ex sputo cocto, facilique benignitatem. Quod autem morbi magnitudo & mos inuicem differant, declarat Galenus dum habet, quod debiles quidem & paruæ febres quandoque valdè malignæ sunt, & aliæ calidæ atque incendentes, vt stomacho angustiam & calorem, & sitim afferant intolerabilem, nihil tamen habent nonnunquàm periculosum. Cum itaque ad morbi magnitudinem dignoscendam, & ipsius ideam, & magnitudinem, quam clarioris doctrinæ gratia vocabimus recessum, & morem inspicere oporteat; De ipsius ideæ vi & magnitudine non est, vt plura proponamus, cum in cuiuscunque morbi specie speciatim pertractanda eius magnitudo sigillatim expendenda sit. e.g. partis alicuius, q̄ præstās sit, intemperies, non contēnendam de se profert ideam, vehemētiorem adhuc si cum materia in eius substātiam impacta cōplicata sit, ita vt pars ipsa phlegmone laboret, quia tunc tēporis morbo multipliciter cōposito conflictatur, adhuc maiorē si soluta vnitate teneatur, quæ si vlcus sit, & subinde cū morbo in numero vel magnitudine im minuta cōplexa, longe maiorē ideā promit. Si tñ putridæ febris ideā genericā perpendere velimus, oportet, vt ad ipsius iam traditā essentiā recurramus, & tum putredinis causam, tū humoris putrescentis conditiones examinemus. putredinis quidē causam, an vnā cū febre adhuc cōplicata sit, an nō. si.n. maneat adhuc maius nobis facessit negociū, quod, si nō solum adhuc persistat, sed etiā efficax sit, adhuc grauiorē putridam febrē reddit, curatuque difficiliorem. Humoris autem putrescentis conditiones sunt ipsius substantia, quantitas, qualitas, & locus. vnde quo minus humor putrescens fuerunt naturæ intensius, & noxius, & in minori copia. & minus intensa molestaque qualitate præditus, & minus ægre dissipabilis, & in loco minus nobili, & à nobilioribus visceribus cordeque remotiori, substiterit, tāto minus periculosam febris vim & ideā exhibe-

Renūciat.

Gal. 3. de crif. cap. 4.

Ideæ magnitudo in morbis quō cognoscenda.

exhibebit. vbi enim in venis omnibus & arterijs putrescit, maximam febrem accendit, si solum in maioribus vasis & cordi vicinis valde magnam, si in venis puri sanguinis sed à corde remotioribus, non adeo magnam, in his enim omnibus locis putrida febris continua excitatur, dicebat autem Hippocrates quod acutissimi, & maximi & grauissimi morbi sunt, & maxime omnium mortiferi in febre continua. Quod si in vasis ignobilioribus, & impurum sanguinem continentibus id accidat, & febris ad integritatem omnino deueniat, ex se periculo vacat. Si vero in pluribus locis putrescat humor aliquod periculum subesse potest. quod si locus tum ad venas ignobiles tum etiam ad venas nobiliores pertineat, vt in hemitrithæo contingit, maxima tunc, & valde periculosa producitur febris. Si autem extra venas quidem, sed in præcipuorum viscerum substantiam infixus, & incuneatus humor putrescat, febris continua fit, quæ, vt ex Hippocratis sententia declarauimus, acutissima & maxima, & grauissima similiter esse consueuit. Cuius veritatis testis est idem Hippocrates, dum dicebat, quod ex bubonibus febres omnes malæ, præter diarias. quia bubones, vt Galenus exponit, dum sine causa manifesta fiunt, in febribus, & subinde non diarijs, vt verisimile est, ex viscerum inflammatione fiunt. & idem ait. Quibus in febribus morbus regius ante diē septimum accidit, malum. quia ex Galeni sententia signum est iecoris inflammati, vel obstructi. & postea subdit. Quibus in febribus morbus regius septimo, vel nono, vel vndecimo vel quartodecimo superuenerit, bonum, nisi dextrum hypochondrium obduruerit. idest nisi hepati aliquis malus affectus ex ijs, quos iam diximus, acciderit. Quare vt putridæ febris ideæ magnitudinem & paruitatem cognoscamus, oportet ad putridarum differentias, quippe quę ipsas ideas circumscribunt, atque distinguunt, perpetuo confugere. Illud autem circa morbi ideas è memoria non excidat, Acutorum morborum non in omnibus vt ait Hippocrates esse certas prænunciationes, aut salutis aut mortis, aliquando enim, vt notat Galenus, licet raro medicus aberrat. & hoc propter subitam in iudicatione permutationem, quæ naturam humorum sequitur morbificorum, & quia aliquando humor noxius ex vno loco transfertur ad alium. Morbi autem magnitudinem, quam recessum à naturali statu nuncupauimus, & proinde vtrum magnus, aut paruus recessus sit à naturali habitu ex symptomatum proprias morborum ideas comitantium, distinguentiumque, magnitudine, aut paruitate, seu vehementia, & imbecillitate potissimum deprehendere licet, vt nobis insinuauit Galenus. nam febres, exempli gratia, quo magis calidæ, & incendentes sunt, eo maiorem membris exquisito sensu præditis & potissimum stomacho & angustiam, & calorem, & sitim intolerabilem afferunt. debiliores vero imbecilliora inferunt propria symptomata. vt parua spirandi difficultas, parua tussis, parua pulsus durities, paruus dolor pungitiuus, & febris remissa paruam pleuritidem subesse significant. sed insuper ne in hoc recessu diiudicando aliqua ex parte decipiamur, oportet etiam ad causas prægressas (validæ siquidem intensum & magnū morbum producunt, dibiles è contra) nec non etiam ad ægrotantis corporis dispositionem, & inter ipsum & morbum proportionem oculos dirigere. Quamobrem Diuinus Senex nos admonuit, in morbis ægros minus periclitari, quorum naturæ idest temperaturæ, aut ætati, aut habitui, aut anni tempori magis congruit morbus, quam quibus in nullo horum congruit. & ob id asserit Galenus, quod, si quando, in frigido ambiente vehementer vri ægrotum contingat, exigua salutis spes est. Neque huic sententiæ obstat ratio Dioclis qui in libro de septimanis notauit morbos à similibus quidem incitari, sed à contrarijs curari, vt ob id eius auctores putarint febrem ardentem factam hiberno tempore facilius posse sanari ea, quæ fit in æstate. Sed decepti sunt, non animaduertentes quod vehemens dispositio causa est, vt febris ardens hyeme fiat. neque enim ait Galenus, ab initio facta fuisset, nisi causa potentior temporis contrarietatem superasset. cum igitur anni tempus cohibere non potuerit causæ magnitudinem, quamuis habeat sanitatem sibi suffragantem: multo minus morbo iam facto, ipsam superabit, non amplius assistente sanitatis robore. demonstratio sane Galeno dignissima, qui subdit deinde. quod si ardens febris æstate ortum habuerit, vel calidiore temporis constitutione, & subita deinde ad frigus mutatio facta fuerit, ipsi vtraque constitutio bona fuerit, prima quidem, in qua morbus factus est, tanq̃ signū, altera tanq̃ causa. Hac eriā de causa sicuti in senibus febres non similiter acutæ fiunt. frigidum.n. eorum corpus est, inquit Hipp. ita si aliqñ (q̄nis raro quia paruæ & potius veluti sepultæ in senib. febres fiūt) talis his accidat febris, qualis iuuenibus,

Margin notes: Hipp. 3. in 1. epid. 3. — Hipp. 4. aphor. tex. 55. — Gal. in com. — Hip. 4. aph. 62 — Tex. 64. — Gal. in com. — Hip. 2. aph. 19 — Gal. in com. — Recessus à naturali status in morbis quomodo cognoscatur. — Gal. 3. de crif. cap. 4. — Hip. 2. aph. 35 — Gal. 11. meth. cap. 9. — Gal. 2. aphor. com. 35. — Hipp. 1. aphor. tex. 14.

inquit Gal. omnino hæc ad interitum terminatur. Indicio.n. est immensam quandam esse magnitudinem causæ febrem facientis, à magna autem causa magnus quoque producitur effectus. & idem de cæteris tum ætatibus, tum temperamentis, & alijs morbo non congruentibus statuendum erit. nec quis obijciat raucedines valde senibus alioquin familiares in ipsis concoctionem non suscipere. quia aliud est non concoqui, aliud periculosum esse. & insuper in valde senibus ob virium imbecillitatem omnia periculosa sunt. Hac de causa quoque obseruandum esse iubebat Hippocrates an candidi febricitent: & horum labra, & modos, & tempora, vt de febris magnitudine coniecturam faciamus. nam senes inquit Galenus, quos in candidorum numero comprehendidit, propter frigidum corpus non nisi vehementi de causa febricitant. quos vtpote exangues fere, & natiuo calore destitutos, exalbescentes vocauit. Spectanda autem labia sunt, quia si vlcerata sunt, de febris magnitudine conijciendum. videntur enim nullam aliam ob causam vlcerari, nisi quia acer quidam vapor illuc à vehementia febris amandatur, qui partes illas quasi ardore quodam consumit. Sin aliter labia affecta sint pro ratione affectionis ipsa æstimanda sunt. Sed & modus considerandus est vt de vita aut morte fiat præsagium. Sed morbi ideam & magnitudinem non est vt pluribus examinemus, cum ab vnoquoque ex proprijs symptomatibus & eorum magnitudine & ex proprijs morborum particularium febriumque tractatibus distingui facile possint. Quare ad morbi morem recte dignoscendum potissimum accedere debemus, quia, vt nobis insinuauit Galenus, hunc potissimum inspicere oportet, vt, nunquid æger morietur, aut saluabitur, inueniamus. id autem dixit Diuinus vir, quia morbi idea ex se nullum fere certum salutis & mortis præsagium exhibet, sed solummodo si vel ad naturam ipsam, seu vires robustas vel debiles, aut ad morbi recessum magnum vel paruum conferatur. nam etiam si morbi idea magna sit, dummodo virtus robusta sit, æger potest saluari, & id multo magis si paruus recessus sit. pariter etiam si recessus magnus sit: si tamen morbi idea non adeo grauis sit, & vires validæ, æger seruari facile potest. Sicuti in contrarijs dispositionibus mori. Morbi autem mos maximam in præsagijs certitudinem nobis affert; quia sicuti benignus morbus nunquam ferè occidit, ita malignus morbus, quippe qui omnes vires exuperat, & labefactat, omnes fere interficere sufficiens est. quare de benigni malignique morbi signis accurate differendum est. Hæc autem cum omnia mox apparentia, seu etiam superuenientia sint. trifariam ipsa diuidere vna cum Galeno opere pretium erit, quatenus vel sunt, signa salutis vel mortis, quæ etiam morbi morem natura ostendere proprie apta sunt: vel sunt signa coctionis & cruditatis; vel sunt signa decretoria. Hęc autem inuicem differunt, inquit Galenus, quia cruditatis & coctionis signa semper stabilem habent propriam potestatem, siue statim in primo die, siue in sequentibus apparuerint. neque enim vnquam vsu venit quin bonum aliquod magnum ostendant coctionis indicia. & ob id scribebat Hippocrates quod coctio, crisis celeritatem, & salubrem securitatem significat: cruda autem, & incocta, & in malos conuersa abscessus, crisium defectum, aut vehementes labores, aut mortes, aut eorundem malorum reuersiones. ex coctionibus itaque benigni, ex cruditatibus maligni, atque rebelles morbi significantur. criticorum autem accidentium, quorum duplex est natura (aliqua enim sunt tanquàm causæ & signa, aliqua tanquàm signa solum) eorum omnium natura vniuersa infida est, & contraria significans, & faciens in diuersis morborum temporibus. In his autem, inquit Galenus, totum est præcognitionis certamen: nam in alio quidem tempore secundum aliam dispositionem critica sunt, secundum vero aliquam aliam dispositionem, vel morbi tempus, accidentia, vel signa praua fiunt, critica vero neque omnino sunt. De hisce vero ab Hippocrate sæpius etiam dictum est. Sufficit autem impræsentiarum eius dicti ex secundo epidemiorum libro meminisse: Decretoria, quæ non decernunt, quædam mortalia sunt, quædam vero difficulter decernunt. & in libro de humoribus scribebat, quod Decernentia in melius non statim apparent. Vnde sanguinis profluuia & sudores, & tumores post aures, & reliqui decubitus si opportune fiant, prodesse possunt: intempestiua autem nihil iuuant, & signa mala sunt. Dum autem in malignis febribus parotides post aures fiunt obseruandum est an resoluantur, vel potius suppurationem subeant. si resoluantur, & noxius humor per excretionem aliquam euacuetur in die decretoria, salus subsequi potest. Secus prauum est iudicium. si ad suppurationem veniant, non tamen salus prædicenda, quia vt ex Hippocratis

Gal. in com. — Obiectio. — Responsio. — Hip. 3. in 6. epidem. 21. Gal. in com. & com. 28. — Morbi mos quibus signis deprehendatur. — Gal. 3. de crif. cap. 4. — Superuenientia salutē vel mortem indicantia triplicia sunt. — Gal. 1. de crif. cap. 14. — Gal. 1. de crif. cap. 7. — Gal. loco citato — Hipp. 2. epi. 2. 81.

pocratis dictis colligimus, fieri potest, vt in uniuerso corpore materia cruda subsistat. quæ autem decretoria signa sint in sequenti capite declarabimus. sicuti coctionis & cruditatis signa superioribus capitibus satis superq; fuere proposita. Quod autem inter signa benignum aut malignum morbum indicantia, coctionis & cruditatis signa annumerare oporteat Gal. in 3. de crisibus lib. manifestè statuit, quod etiam de decretorijs asserere visus est, dum. n. nō decernunt, morbi materiam prauam incoctam atq; rebellem denunciant. quod si quis velit hæc pernitiē denunciare, quatenus vim excretricem imbecillem esse significant, coctionis autem & cruditatis signa salutē, aut mortem, iudicare quatenus concoctricis virtutis statum bonum, vel malū esse declarant, id etiam concedemus, non tamen à mox apparentibus & primis signis decretoria nō decernentia, & cruditatis signa excludenda erunt, sicuti contraria, inter bona connumeranda nihilominus erunt. imò quis rectius hæc duo signorum genera & sub validam, aut imbecillem virtutem, & sub benignum, aut malignum morbum, indicātibus signis collocabit. Quæ vero morborū morem propriè, & præserrim patefaciunt, hæc neque decretoria nominantur, quoniam neque ostendunt, neque faciunt crisim: neque omnino fida sunt, sicut coctiones, neque infida ex toto, sed est inuenire inter ea, quædam bona semper, quædam autem mala: atq; hæc quidem esse talia, vt plurimum, omnibus inest. Mente igitur constare, atq; ad ea, quæ offeruntur, bene se gerere, bonum: bonū etiam facilis anhelitus, & facilis tolerantia, & pulsuum bonitas, & facies simillima sanis, & decens accubitus, & totius corporis æqualitas, & quæcunque alia Hippocrates in prognosticis scribit. His contraria, mala, hoc est difficilis tolerantia, pulsuum malitia, & spirandi difficultas, & maxime, quæ per frigidi spiritus expirationem fit, sudare semper sed non toto corpore, magna extremitatū perfrictio, vt vix incalescant, non sitire, cum calida, & æstuosa febre, aut acri fluxione in ventriculum delabente: atque alia multa, quæ in prognosticis ab Hippocrate dicta sunt. Quæ cum sint summi momenti ad futuram mortem præsagiendam, & insuper, quia ex eorum carentia futuram quoque salutē arguere ferè nobis licet, vt rectius memoriæ inhæreant, methodo diuisiua vna cum Galeno, vti consueuimus, in medium afferenda sunt. Hæc itaque tripartita sunt. Nam quædam in vrinis, & alui excrementis, & sputis, & alijs exeuntibus apparent. Quædam in dispositione totius corporis, & potissimū mutata qualitate inueniuntur. Quædam in animalibus, & naturalibus videntur operationibus. Vrina itaque, vt Gal. testatus fuit, si vel farinæ hordei crassiori, vel squāmis, vel furfuribus similes subsidentias habuerit, vel nigras, vel virides, vel liuidas, vel fœtidas, præter id quod quæcunque tales sunt cruditatem habēt, etiam aliquæ sunt perniciosæ. cur autē tales fiant, & perniciosæ sint in sermone de vrinis aperuimus. Ipsarum itaque vrinarum color niger, atque etiam earum, quæ in ipsis attolluntur, aut supra vehuntur, nebulis, aut ad calorem immodicum, aut caloris innati mortificationem refertur. Pessima igitur est omnis vrina denigrata, adeo vt neminem cum ipsa seruatum viderit Galenus: minus vero perniciosa, si solum id, quod subsidet, nigrum fuerit: adhuc minus si solum id quod in medio iacet; ac multo minus, si nebula. color autem viridis fit in transitu ad nigrum, & quoddam veluti principium est nigri. liuidus vero est tantum frigiditatis effectus, odor uero grauis, putrefactionis, quod si veluti oleum mingatur, colliquationis est signum, omnes itaque iam dictæ vrinæ ex Hipp. perniciem significant. In viris autem & mulieribus nigræ vrinæ pessimæ sunt, in pueris autem aquæ similes, in his enim magis consuetæ crassiores, in perfectis autem magis rufæ: quod vero maxime contrarium est consuetis, perniciosum. De alui porrò excrementis loquens Galenus scribebat, quod tertium quoddam excrementorum genus est, quod non ex ciborum fit dispositione, sed ex confluentibus ad uentrem ex toto corpore superfluitatibus. vnde purum rufum fit, quando rufæ, amaræque bilis humor impermistus & multus ad ventrem fluxerit. Viridæ autem est æruginosæ bilis indicium, sicuti nigrum, vel atræ bilis, vel sanguinis cuiuspiam in eo loco perusti. Si autem veluti liuidum quoddam in excremento apparuerit, vbi non fuerit tale aliquid intus assumptum, partium infernarum validum frigus, ac veluti mortificationem indicat: si vero pingue, vbi non fuerit tale aliquid assumptum, pinguis colliquationis est signum. Quinetiam viscosum nisi & hoc ex assumptorum natura tale sit, quod semper subintelligere oportet, coliquationis est indicium, sed pingue ex pinguedine fit liquefacta, viscosum ex ipsis solidis partibus contabescentibus; quare multo grauius. quod autem vehementer fœtet, si hoc ex cibo non accidat

Marginalia (left): Signa, quæ maxime propriè benignū morbū significant. — Signa morbi malignitatē indicantia. — Signa quę ab exeuntib. capiuntur. — Ab vrinis desumpta. — Ab alui excremētis desumpta.

Marginalia (right): Cap. 4. — Gale. 1. de cris. 14. — Hipp. 2. aphor. 33. — Gal. 1. in 1. epi. com. sex. 24. et 30. — Gal. 1. de cris. cap. 12. — Hipp. 4. aphor. 47. — Gal. 1. de cris. cap. 11.

accidat, vehementem putrefactionem oſtendit. Stridens autem ab eo, qui inſit ſo-
no, cum excernitur, nominatur. indicat autem ipſum excrementum, flatum cum
tenui humiditate habere permiſtum, organa verò in vnum coacta, & in anguſtum
reſtricta. Spumoſum verò fit, cum feruor ineſt, vel aliquis flatuoſus ſpiritus hu-
miditate commiſtus eſt. Primum, immoderatæ caliditatis corpus colliquantis:
ſecundum verò eſt inæqualis perturbationis effectus. Varium autem varijs cor-
pus affectibus detineri indicat. ob hoc igitur & diuturnum & malignum exiſtit: multi
enim varijque affectus ad coctionem longiori indigent tempore, periculumque affe-
runt paſſioni æquale. Ait autem Hippoc. quod morbis quibuſlibet incipientibus, ſi
atra bilis vel ſupra, vel infra exierit, letale. nihil enim inchoante morbo excernitur
naturæ ratione, ſed omnia ſunt caſus earum, quæ præter naturam ſunt diſpoſitionum.
euomitionem enim debet præcedere concoctio, & diſcretio, vt fiat bona criſis. in mor-
bi autem principio ſemper ſigna ſunt cruditatis. & idem ſcribit. quod quibuſcunque
ex acutis, morbis. aut diuturnis, vel ex vulneribus, aut quouis alio modo extenuatis,
nigra bilis, ſiue vti ſanguis niger ſubierit, poſtridie moriuntur, propter morbi ſæuitiā
& virium imbecillitatem. De ſputis autem in capite de pleuritide ſufficienter tra-
ctauimus. ſicuti autem Hippoc. & Galeni teſtimonio ſudores in omnibus acutis mor
bis optimi ſunt ſi in criticis diebus otiantur, & febrem prorſus finiant. Boni autem
ſunt, qui toto corpore manant; faciuntque vt æger facilius morbum ferat; ita qui ni-
hil horum efficiunt non ſunt vtiles, ſed peſſimi ſunt frigidi, & qui circa caput ſolum, &
faciem, & ceruicem oriuntur. ſiquidem vt alibi ſcribit Hippoc. cum acuta quidem fe-
bre, mortem: cum mitiori autem, longitudinem morbi ſignificant. Acuta enim fe-
bris, vt explicat Gal. cauſa eſt & ſignum pernicioſiſſimum: cauſa quidem quia prom-
pta eſt ad diſſoluendum corpora: ſignum, quoniam humorum multitudinem eſſe fri-
gidiſſimam oſtendit. vt quæ neque à natiuo, neque à febrili calore tranſmutetur, & ca
leſiat. Febris verò moderata, cum non anticipet hominem diſſoluere, permittit tem
pore longiore à natura multitudinem concoqui. ſimiliter ſudare ſed non toto corpo
re febrium malignarum eſt ſymptoma. ſed de reliquis ad ſudorem attinentibus in p-
prio ſermone vberius agemus. Sanguinis autem atri ſtilla de naribus, vt ex Galeno
colligimus, ſignum pernicioſiſſimum eſt, in morbo enim mortifero nunquam rubri
ſanguinis ſtilla de naribus, ſed atri ſemper viſa eſt. quod ſi vnà cum hac ſudores frigi
di appareant, citam mortem impendere ſignificat. quia materia maligna, & imbecilla
virtus ſignificatur. immo etiam ſi ſanguinis rubri ſtilla in acutorum principijs appa-
reat propter eaſdem cauſas, malum eſt inditium, præcipuè ſi eis non ſit conſueta. At
verò circa totius corporis diſpoſitionem illud imprimis vnà cum Hippoc. & Galeno
recte notandum, quod. Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, & ni-
hil imminui, vel plus quàm ratio poſtulat, colliqueſcere, malum. nam permanere, ex
cutis ſpiſſitudine accidit & craſſitudine humorum: & propterea longitudo morbi ſi-
gnificatur. colliqueſcere autem nonnunquam fit ob humorum tenuitatem, & cutis ra
ritatem. contingit vero & ob ſolam cutis raritatem. Inſuper quemadmodum in acu-
tis morbis optimum eſt, vt totum corpus calidum & molle æqualiter ſit, ita ſi caput,
manus, ac pedes frigeant, ventre lateribusque calentibus, malum eſt. nam in diutur-
nis morbis extremæ corporis partes refrigerantur propter imbecillitatem caloris na
tiui ad vltimas partes peruenire non potentis. in acutis autem ob magnitudinem inflā
mationis. melius eſt autem, vt ventre lateribusque calentibus, ſic accipiamus, vt hæc
multo calidiora eſſe intelligantur, quàm cum ſtatum naturalem ſeruarent, vti lipyriā
febrem eſſe nouimus. quare optimus corporis ſtatus in acutis quo ad calorem & quo
ad conſiſtentiam attenditur. in ardentiſſimis autem febribus corpus eſt æqualiter ca-
lidum, non æqualiter molle, ſed mordicans, & aridum. & propterea alibi quoque ſcri-
ptum reliquit Hippoc. in morbis acutis frigus partium extremarum, malum. Acutos
enim vocat, ait Gal. quorum febres maxima ex parte continuę ſunt: in quibus cum fue
rint ſine magna inflammatione, ne dum extrema ſtigeſcere, ſed exuri contingit. Qui
etiam alibi teſtatus fuit, quod ſi malignus morbus fiat, extrema ob virium imbecillita
tem, & inflammationis totum ad ſe ſanguinem trahentis magnitudinem, refrigeran-
tur; ſine his enim morbus nunquam letalis efficeretur. In totius autem corporis par
tibus primum facies ſpectanda eſt. inquit Hip. an ſanorum faciei, & præcipuè ſui ipſius
ſimilis ſit; ita enim optima erit, quæ verò ſimili maxime aduerſatur grauiſſimum peri
culum portendit. Erit autem huiuſmodi, naſus acutus, oculi concaui, collapſa tempo-
ra, fri-

Hip. 4. aphoriſ. 22.
Gal. in com. Aphoriſ. 23.
Hip. & Gal. 1. præſag. tex. & com. 26.
Hip. 4. aphoriſ. 37.
A ſudore.
Gal. 1. in 1. epi. com. 24.
Gal. 3. in 1. epi. 18.
Hip. 2. aph. 28 & Gal. in com.
Ex corporis diſpoſitione & mutata qualitate de ſumpta.
Hip. 2. progn. tex. 5. & 4.
Totius corporis inæqualitas.
Gal. in com.
Hip. 7. apho. 1.
Gal. 4. de rat. vic. 16.
Hip. 1. progno. tex. 5. Tex. 6. & 7.
Facies cadauerosa.

ra, frigidæ contractæque aures, & imis partibus leniter versæ: cutis circa frontem dura, intenta, & arida: totiusq; faciei color, aut pallidus, aut niger, aut liuidus, aut plumbeus. Hæc autem omnia Gal. primo per communem rationem, seu epilogismum comprobauit, inquiens, quod quæ naturæ maxime contraria sunt, perniciosa, quæ similia salutaria sunt: deinde per analogismum subdens hæc omnia oriri, aut ab aliqua causa consumente, corrumpenteque carnosas partes: aut ob natiui caloris infirmitatem, q non iam in extremas partes extendi queat, sed exiguus in solis visceribus conseruetur. ex hoc autem sequitur, vt nec tantum sanguinis, aut spiritus ad extremas partes confluat, quantum antea cum in naturali essent statu, confluebat. proinde in facie maxima apparet à naturali mutatio. Cum enim osseæ & carnosæ partes humidioresque inuicem adiunctæ sint, osseæ propter terream essentiam sibi similes permanent, humidiores & carneæ facilè collabuntur. oculi verò quanto sunt summis narib. humidiores ac molliores, tanto citius cauantur. ita sunt multi spiritus animalis participes, & caloris non parum habent: quibus eos deficientibus, meritò contrahuntur. sic tempora concidunt, quod sola in capite musculos extra caluariam habeant, aures frigidæ & cõtractæ quia cartilagineæ, & carne vacant, & paucum sanguinem continent, & ita celerrime refrigerantur. earum autem fibræ prædictis de causis extenuantur, inuertuntur siccantur, & constipantur, & ita affectæ retrorsum tenduntur magis ad originem neruorum qui eis sensum præbent. ob eandem siccitatem, ac stipationem cutis totius faciei dura intentaque videtur. sed clarius in fronte, quia hac in parte carnosa substãtia tenuior sita est. Coloris autem mutatio pessima est, quæ in nigrum vergit sanguine. s. refrigerato. moderatior cum ad pallidum, aut viridem, qui rubro nigrior est, & est tãquam initium quoddam nigri & liuidi, quem frigus non secus ac nigrum efficit. Hæc itaque facies in diuturnis morbis sæpe fieri spectatur, sed in principijs, perraro. itaque periculosissima est, vt quæ nullam à tempore causam habeat. notat autem Gal. quod sicut in diuturnis morbis non admodum perniciosa est, ita nec in frigida regione hyeme, frigida constitutione, & senecta. quia in morbis minus periclitantur ęgri quorum naturæ aut ætati, aut tempori morbus conuenit. Si autem, subdit Hipp. in principio morbi huiusmodi facies appareat, neque ex alijs signis coniectura sumi possit, inquirẽdum est, an vigilia, vel mœror, aut vehemens ventris resolutio aliave immodica euacuatio, aut inedia præcesserit: quorum si quidpiam deprehenderis, minus periculi timendum est. at si ob huiusmodi causas hæc faciei species orta est, vna die, nocteque finitur. si verò eas præcessisse æger negauerit, hæcque forma prædicto tempore non destiterit, scire conuenit, hoc mortale signum esse. si verò in morbo antiquiore, quàm sit triduum talis facies sit, inquirenda sunt ea, quæ supra monui, & reliqua item signa nõ solum quæ in tota facie, sed quæ in corpore, & præsertim in oculis appatent, considerãda. Nam si lumen refugiunt, & præter voluntatem illachrimant, aut peruertũtur, alterq; ex his minor est, & quæ in ipsis alba esse debent, rubescunt: atque in ijsdem venulæ pallent, aut nigricant, aut sordes in his innatans angulis inhæresćit, hique aut sublimes hoc ẽ instabiles, & ꝑpetuo motu agitati, facti sunt, aut vehementer subsederũt, aut facti tumidiores prominentioresve sunt: aspectusq;, horridus aut obscurus sit, aut vniuersæ faciei color mutatus: hæc signa omnia mala, perniciosaque putanda sunt. cur autem affectiones iam dictæ in oculis fiant, in capite de phrenitide potissimum explicauimus. sed insuper illud circa oculos præsertim notandum, quod vbi turbulenti, mę rentiumque aut flentium oculis similes fuerint, nullaque mœstitiæ, aut fletus causa ꝑcesserit, letale signum est, potissimum si pulsus languidus apparuerit. imo pulsus languiditas signum est propter internam affectionem & spirituum penuriam tales euasisse. sicuti enim à spirituum copia splendidi viuacesque redduntur, ita dum exigui, & vitiosi sunt, oculi viuido colore destituuntur, reliqua autem ex oculis signa in tractatu de læsa visione sunt perquirenda. sicuti ex capite de phrenitide ea omnia quæ delirij sunt nuncia signaque, siue sint manuum gesticulationes siue alia eliciẽda erunt. Quod si de alijs corporis, & potissimum faciei, quæ prima in conspectum venit, particulis sermo fiat, ait idem Hip. quod si palpebra, aut labrum, aut nares, cum aliquo ex cæteris signis. ex Hip. proxime de facie & oculis propositis, peruertatur, aut liuescat, aut palleat scire conuenit, mortem instare. ita portendunt mortem labra resoluta, suspensa, frigida, ac candicantia. Palpebræ enim contractio extinctionis est signum, vti etiam liuor. peruersio autem signum conuulsionis, aut resolutionis oppositi musculi, & vtrunque perniciosum, & neruorum principium pessime affectum indicans. addit autem Hipp. (cum

Gal. in com. 7.

Tex. 8.

Tex. 9.

Indicia ex oculis.

Tex. 10.

Ex alijs faciei particulis.

Tex. 12.

Gal. in com.

(cum aliquo ex cæteris signis) quasi vnum solum ex his non sit ad mortem indicandá satis. Postremò sunt signa, quæ in animalibus,& naturalibus operationibus apparēt. Quorum vnum litteris mandauit Hippoc. dum dixit, quod vbi in ipso morbi vigore residere eger vult, cum in omnibus acutis morbis malum est, tum verò in peripneumonia est pessimum. id enim vel à magna spirandi difficultate, vel angore, aut delirio progredi conijciendum est. & idem alibi tradidit, quod vbi in febre non intermittente difficultas spirandi,& delirium acciderit, letale. nam omnes actiones principales & ad vitam necessariæ peruersæ & deprauatæ morbi malignitatem arguunt, sicuti imminutæ virium potius imbecillitatem. Veruntamen tum hos, tum potissimum ablatas, sicuti non sitire in æstuosa febre, licet quoque vnà cum Galeno inter symptomata morbi malignitatem indicantia recensere. Insuper ex eodem Hippoc. in acutis febribus conuulsiones (ex inanitione enim sunt) & circa viscera dolores fortes, malum. Viscera enim sentiunt dolores, vt fidelissimus ait interpres, propter incendij vehemētiam ac siccitatem. Hac etiam de causa paulò infra ait, quod in febribus spiritus offendens, idest respiratio in medio interrupta, malum, quia conuulsionem significat. & ex eodē in febrib. ex somnis timores, vel cōuulsiones, malū. nā in fer. de somno pter naturam à nobis dictum est, qđ somnus lædēs ægrotātē mortalis ē, q aūt nō lædit nō est mortalis. qdā verò non timores, sed labores legūt. & sanè, ait Gal. nos sępe vidimus in morbis exitialibus & timores, & labores, & conuulsiones ex somno fieri, quod vr̄ cōtingere quando in somnis ad cerebrum humor infestus peruenerit, tunc magis intra, quàm extra, natura mota. vt enim à cibo ad somnum conuersio implet caput, sic in plethoricis dispositionibus, somni ipsum replentes aggrauant cerebrum. si igitur multitudo magis ad atræ bilis naturam vergit, timores fiunt: si talis non fuerit labores, ac conuulsiones. somni enim semper nocerent quatenus in eis ad profundum, & viscera materia fluit, nisi concoctionis causa plus afferent nullitatis quàm damni. Non solum autem in cerebro mali humores aceruati tales afferunt casus, sed & in ipso ore ventriculi: quare & in somnis magis euaporant cum incocti permaneant: sicuti coctiones vtiles somnos inducunt. Tandem ex eodem Hippoc. in febribus circa ventriculum, & fortis æstus, & cordis morsus, malum. nam fortis ventriculi æstus à flaua bile in eius tunicis ebulliente generatur. si ergo & eius os mordeatur est malus casus. si quis verò per morsum cordis crebrum, & velocem cordis motum cum præcipuè qui palpitationi similis sit, intellexerit, extremum ex eo malum significatur, vim vitalem (quæ etiā & naturalis à Galeno, & mixta nonnunquam à nobis nuncupatur) maximo incendio laborare. reliqua autem praua signa ad deprauatas actiones attinentia ex earum proprijs discursibus elici possunt. Illud autem circa maligni morbi signa prætereundum non est, quod vbi tales morbi grassantes vt plurimum mortem afferunt, ita vt ex decē ægrotantibus nouem pereant, semper mortem ipsam pertimescere oportet. Verum salutis & mortis signa simpliciter cognoscere, ad recte præsagiendum, non satis est, sed, vt nos admonet Gal. cuiuscunque signi potentiam definire oportet. & ob id necessarium est signi cuiusque naturam exquisite considerare, ait ipse, si quis vult recte pręcognoscere, vt ex vi vniuscuiusque præcognitionem faciat. Neque enim quæ plurima sunt illa omnino, vt fatui quidam opinantur, paucioribus sunt potentiora. Sæpe enim signum vnum forte multis debilibus fidelius existit. Hæc igitur admirabilis dicebat Hippoc. in Prognosticis, signa ediscentem omnia, iudicare vires eorum, inuicem comparantem. Quare & rationabiliter secundum vires eorum tradidit disciplinam, non simpliciter, deinceps bona signa connumerans, deinde rursus mala, annotás autem in appellationibus vniuscuiusque naturam, perniciosum & graue nominans, & grauius, & grauissimum, & minus graue, & magis graue. sic & prauum, & prauius, & prauissimū, & mortiferum quoque per Iouem, & malum simpliciter, nōnunquam verò, valde, adijciens vtrique signorum generi, & ijs quæ praua, & ijs quæ bonum aliquod ostendunt. nam & in illis hoc quidem optimum dicit. hoc verò bonum, hoc magis, hoc minus. & bonum valde, & magnam habere vim ad salutem. Nonnunquam verò nihil ex his, addens. quod temporis indicium erit, & longè solutionis meminit, nobis ratiocinandum relinquens, quæ neque omnino praua sunt, neque penitus extra periculum, sed cum vi quidem forti salutaria, cum debili periculosa. semper itaque considerare oportet quæ optima, quæ pessima, & quæ in medio horum veluti gradus quosdam habentia, quædam optimis, quædam deterrimis proximiora, & quæ quidem minus, quæ verò sunt magis proximiora, vel remotiora: & quæ exquisite media ponenda sunt inter bona

Hip. 1. Progn. tex. 20.

Signa quę ab animalib. naturalibusq; operationibus desumuntur.

Hip. 4. aphoris. 50.

Hip. 4. aphoris. 66.

Gal. in com. Hip. aphor. 68. & 67.

Gal. in com.

Hip. 4. aph. 65.

Salutis & mortis signa quo inuicem conferenda, & perpendenda sint.

Gal. 1. de cris. 13. 14. & 15. & 1. de diebus decret. in fine.

bona & mala. Deinde considerandum quæ semper mala, & quæ continuo bona, & quę nã in totius morbi temporibus permutentur, cũ aliquando bona fiant, aliquando mala, & nonnunquam fida, nonnunquam infida. Etenim hoc ab Hippoc. dictum est admiratione dignum. Quod ijs, qui non secundum rationem leuiores facti sunt nõ est credendum, neque pertimescendum valde mala, quæ venerunt contra rationem. Quod nisi quis nouerit instante crisi nihil à vulgaribus differre videbitur, sed simul perturbabitur, ac compauescet de futuris: nonnunquam verò putans ęgrum à morbo liberatum ei victus libertatem permittens, magni alicuius mali occasionem afferet. Cum igitur hæc ab Hippoc. frustra dicta non sint, erit omnino aliquod signum fidum, quo id, quod secundum rationem est, ab eo, quod præter rationem separatur. & coctio imprimis crisis celeritatem, & salubrem securitatem ostendit. Cruda autem, & incocta, & in malos conuersa abscessus, crisium defectum, aut vehementes labores, aut mortes, aut eorundem malorum reuersiones significant. sed de crisibus, & quibuscunque morborum solutionibus, ne vel minima ex parte prognosticandi methodus imperfecta relinquatur, sermonem iam transigemus.

De varijs solutionis morborum modis præcognoscendis. *Cap. XIX.*

Quot modis morbi soluãtur.

MORBI omnes dupliciter finiri, aut terminari dicuntur, vno modo exacte atque perfecte, absque eo quod alius morbus eis subsequatur, altero modo dum priori finito, alius ei succedit. Horum autem modorum priorem clarioris doctrinæ gratia solutionem appellabimus, tametsi solutio in ijs, qui ad salutẽ veniunt, proprie, & præcipuè dicatur. secundum verò commutationem vocabimus. Dum enim priore morbo non sedato, sed adhuc permanente, alius subsequitur, nõ permutatio, sed complicatio rectius dici debet. Porrò solutionum vt ex Galeno licet colligere, tres sunt differentiæ, vel enim subito ad sanitatem veniunt, aut interimunt, vel paulatim horum utrunque contingit, vel mistim. Paulatim quidem, vel scilicet morbo decrescente, vel ægri viribus debilitatis: mistim verò, quando subita aliqua ad melius, uel peius commutatio facta fuerit, deinceps vsque ad omnimodam solutionem vel mortem reliquũ tempus fuerit absumptum. De prima autem solutione imprimis, atque potissimum loqui debemus, quia cum repente fiat, omnium, quas antea diximus, optima est, quoniam natura, quæ præter naturam sunt. superante exquisite perficitur. &, vt Gal. testatus est, ex iudicatione plures sanantur, quàm moriantur, nisi pestilens sit constitutio. atque ideo ipsam per excellentiam crisim nominamus, sicuti illas, quæ sensim emorięte vel virtute, vel morbo contingunt, solutiones simpliciter, non crises nominamus. At verò subita hæc morbi solutio, siue mutatio, seu conuersio crisis, siue iudicium nominatur, quia cum in ea fiat noxij humoris expulsio aliqua expulsionem hanc tũ plura symptomata, de quibus postea loquemur, tum non mediocris in ægrotantis corpore perturbatio antecedunt, vnde non paruus inspicientes timor inuadit. Et quispiam homo vulgaris cum istis adesset, ipsa re cogente ita pronunciauit, quòd iudicium tũc de vita, ęgrotantis ageretur. neque enim Medicorum aliquis id nomen primus inuenit, sed omnino necessarium fuit, vt, qui præsens esset, conturbaretur, atque ideo exclamaret, & crisim idest iudicium nominaret. siue autem subitam in morbo mutationẽ, siue ad meliorem statum inclinationem solam, siue eam, quæ antecedit, agitationem, siue integram omnem morbi solutionem, siue eam tantum, quæ bona sit, crisis velit quis appellare, non est nobis de his nisi obiter hoc in loco distinguere propositum, sed quo pacto hæc omnia quispiam optime præcognoscat, percensere instituimus. illud solummodo circa nomen annotandum, quod non modo vbi morbus subito & exacte finitur, sed etiam vbi subito vel ad bonum, vel ad malum mutatur, non tamen soluitur, crisim appellant, sed illa crisis perfecta, hæc verò cum additione crisis imperfecta, vel crisis defecta vocatur. Si quis enim subito morbo liberatur omnino huic aliqua euacuatio effatu digna contingit, vel abscessus, & quidem antecedit his omnibus atque assidet non modica in ægrotantis corpore perturbatio. & vnus quidem inquit Galenus, hic est morborum solutionis modus, quem crisim omnes nominant,

Gal. 3. de cris. c. 1.

Gal. 2. aph. 13.

Crisis quenã dicatur, & q solutio simpliciter.

Crisis nomẽ vnde deriuatum.

Gal. 1. de cris. c. 1.

Crisis perfecta & imperfecta quæ nã dicatur.

Gal. 3. de cris. c. 7.

& crisis

& crisis perfecta est, & vere solutio dici potest. Alter vero modus est, qui hæc quidē omnia seruat, vno autem tantummodo differt, quia non integre à morbo liberat. Nominatur vero & hic interdum quidem crisis simpliciter sicut & prior: aliquando etiā cū additione crisis imperfecta. Quicunque vero morbi paulatim finiuntur solui quidem impręsentiarum dicuntur: per crisim autem finiri nequaquam: quamuis aliquādo per abusionem, hoc etiam crisim nominari dixerimus. Sed claritatis causa singulis tribus iam dictis proprium nomen imponatur. appelletur crisis simpliciter, morbi solutio subita: Defecta vero seu imperfecta crisis, subita morbi diminutio (non enim hæc solutionis nomen meretur): solutio autem simpliciter dicatur, quæ in longiori tempore, & paulatim facta est. Sicuti vero vel effatu digna euacuatio, vel omnino ad membrum aliquod ignobile decubitus cum veloci perturbatione necessario in crisibus fiunt: ita in solutionibus, neque agitatio aliqua, neque euacuatio aliqua, neque decubitus accidunt. Tres quidem hi sunt modi commutationis morborum, cū à morbo liberari debet ægrotus. Tres vero alij proportionaliter oppositi istis existunt, cū moriturus est: Vel enim subito moritur vnà cum turbatione, & agitatione, & qbusdā excretionibus, vel abscesibus effatu dignis: vel mortem non subijt quidem ex istis, sed multo deterius euasit. vocentur autem hæ duę crises non bonæ: cum nihil referat, siue hoc modo, siue malas crises nominemus, seorsum vero prima quidem perfecta, secunda vero imperfecta. Tertia vero species malę permutationis, quæ paulatim fit vsque ad mortem, marasmus nominetur. Hæc igitur tria alijs tribus opposita sunt. Quartus modus est subitę mutationis ad peius sine magnis excretionibus, vel decubitibus: quā neque crisim appellamus. Hic autem quartus mortis modus nulli salutarium assimilatur. Nemo siquidem subito morbum euasit sine crisi, multi vero sine hac subito intereunt, plurimiq; in accessionum principijs, præsertim illi, qui propter materiæ copiam, uel crassitiem, aut inflammationis magnitudinem exitialiter laborant, in declinatione vero accessionum propter uirium imbecillitatē, in statu autem à vehementia accessionis natura superata, & ita etiam in augmentis sępe moriuntur eadē de causa quamuis rarius, quam in statu & in principio. rarissime autem in declinationibus id accidit vigore vitali, vt dictum est soluto. horum vero modorum nullus contingit cum crisi, quia in hoc mortis modo natura ab initio morbum expellere non tētauit, vbi vero tentauerit, sed succubuerit, mala crisis subsequitur. Quæ nam autem sint omnium crisium causæ, dum de diebus decretoris loqueremur aperuimus, proxima enim efficiensq; crisium causa, vt inquit Galenus, est facultas alienorum expultrix, quæ in singulis corporis partibus reperitur. hæc enim eorum, quæ noxia sunt, in morbis crisim, expulsionemq́ne molitur pro instrumento vero tum eorundem membrorum fibris, tum spiritibus & ipso calore vtitur, vt alias declarauimus, ad expellendum autem insurgit quotiescunq; à noxia materia, vel praua qualitate, vel superflua copia, vel vtraque irritatur, cur autem in vno, vel altero die magis irritetur, hoc declarare non ad crisium, sed ad decretoriorū dierum contemplationem attinet. vnde dum de ijs loqueremur, eorum causas omnes, vel in maximas aeris, & ægrotantiū corporum mutationes propter diuersos siderum aspectus prouenientes, vel in errores, qui circa ægrotantes committuntur, retulimus. Ad crisium igitur differentias accedere debemus. Quas Galenus his verbis proposuit. Crises omnibus diebus accidunt, sed neque pares numero, neque ex æquali fide. Hoc intercedit discriminis inter illas, quod aliæ bonæ, aliæ malæ eueniant. Quædam cum pluribus & difficilioribus symptomatibus, & maiore certamine: nonnullæ statim ab initio tuto inuadūt. Quinetiam in hoc plurimum differunt, quod hæ deficientes, vt superius diximus, illę pfectæ sunt: nec minus, quòd aliæ certis statutisq; diebus indicatæ prius, fiunt: aliæ repente, & ex improuiso non idiotis modo, sed etiam artificibus eueniunt. Tot igitur sunt iudiciorum differentiæ, quas rursus paulo infra exactius explicans, ait. Voco autem imperfectam iudicationem cum ex morbo quippiam relinquitur: insidam seu incertam cum morbi recidiua contingit: periculosam, quæ cum symptomatis grauibus accidit: obscuram, quæ citra excretionem, vel abscessum quempiam euidentem euenit. Sine signis fieri dicitur, quæ à nullo priore die indicata est: Malam, quæ in ægri perniciem omnino desinit. Rursus absolutam voco, quæ in morbo nihil facit reliqui: Fidam, firmam, securam, quæ reddit nunquam. Tutam, quæ sine periculosis accidit symptomatibus. Manifestam cui quædam excretio, uel abscessus insignis, ac conspicuus adest: cum bonis signis accidit, quæ à contemplatorio die prius indicata est.

Tres modi commutationis morborum ad salutem.

Tres modi solutionis, & mutationis in morituris.

Gal. 3. de cris. cap. 9.

Gal. 3. de die. decret. c. 8.

Crisium causæ.

Crisium differentiæ.

Gal. 1. de dieb. decret. cap. 2.

ta est. Bonam quæ ad sanitatem desinit. Verum quoniam strenui generosiq; Medici munus est, non solum crisim in genere futuram, verumetiam omnes iam propositas differentias, si fieri potest, multo antequam fiant, præcognoscere; ideo vt in signorũ virtute id consequi quilibet Medicus possit: primo loquemur de signis crisium in cõmuni, quorũ merito distinguere possimus, etiam in ipso morbi principio an morbus vel per crisim, vel per solutionem paulatim factam & absque crisi finiri debeat. Secundo de signis aduentatis, & iam instantis crisis agemus, & subinde ea omnia signa, quæ decretoria vocantur, proponemus. Tertio de signis differentiarum pertractabimus. Quarto crisis per excretionem diuersarumque excretionum futurarum indicia tNrademus. Quinto & vltimo loco futuros abscessus, & in quam partem abscessus inclinare, atque deuergere debeant, significantes notas apponemus. Imprimis itaque, vtrum per crisim terminabitur morbus, aut non, sed sine crisi simpliciter soluetur, id tum ex præsentibus, tum ex superuenientibus, vt docet Galenus, inuenienmus. præsentia verò sunt imprimis præter naturam: deinde secundum naturam, & nõ naturalia. superuenientia verò sunt signa coctionis & cruditatis, nec non ea quæ decretoria vocantur. de ijs autem quæ præter naturam sunt & alijs omnibus sermonem habens Gal. dicebat, primum quidem inspiciendum esse morbi motum, & magnitudinem, deinceps autem ideam. deinde temperaturam, anni tempus & alia, quæ eiusdem sunt ordinis, & ex superuenientibus coctiones inspicere oportet, & harum præcipuè ess fatu dignis transmutationibus mentem adhibere. & ea quæ vel vna cum crisi ab initio inuadunt, vel paululum anticipant: quæ ipsa iudicatoria signa proprie nominamus. Morbi autem motus quo magis velox eo magis crisim, & citius futuram denunciat. Quo tardior eo magis simplicem indicat, & paulatim factam solutionem. Morbi autem motus (ne in hoc decipiamur) tum à morbi idea, tum magnitudine, tum more, valde differt, inquit Gal. & ex tempore partium accessionis comprehenditur. Cum enim vnaquæque accessio quatuor habeat partes, principium, augmentum, statum, & declinationem, vel has omnes breui tempore percurrit, vel tardo, vel nonnullas quidem citius, nonnullas verò tardius. Si omnes igitur celeriter peragat, manifestum inde fit, quod ad crisim properat, & omnino febris est intermittens, sicuti quæ in omnibus partibus prolixitatem seruat, omnino continua est. continuæ verò febris omnino conuenit, vt pars aliqua aut duæ vel omnes longæ sint. eius quidem quæ proprie synochus nominatur, longus est status, magis autem tota hæc febris status est. eius verò, quæ non est synochus, non tamen desinit ad infebricitationem, cum status alijs tẽporibus longior existit, motus est velox, quod si breuior, tardus est motus. Quod autem accessiones dum anticipant, vehementius infestant, & per tertium occursant, cito crisim subsequuturam; dum autem lente mouentur, & eadem inuadunt hora, & minus affligunt, & singulis diebus fiunt, post longius tempus futuram denuncient, alibi declarauimus. Magnitudo autem siue etiam recessus morbi, siue vehementia, maior quidem & ipsa crisim; minor, vel crisim multum post futuram, vel mixtam morbi solutionem; minima vero simplicem & paulatim factam solutionem sui natura denunciat. Quomodo autem morbi recessus, seu magnitudo cognoscatur, superiori capite explicauimus. dictum est enim ipsam ex accidentium potissimũ, quæ morborum propria sunt, magnitudine explorari. Diximus autem magnitudinem vnum, vel aliud nunciare, quia ratione aliorum (& hoc semper subintelligendum est) fieri potest, vt morbus diuersum exitum & solutionem, ab ea quæ indicatur à magnitudine sortiatur. De hac autem magnitudine liceat exemplum aliquod afferre. Sit aliquis ægrotans, qui primo die habeat signa manifestissima salutis. Huic omnino in primo quatetnario finietur morbus: vtrum vero per solutionem, vel crisim magnitudine, & paruitate distinguitur. Siquidem magni iudicantur omnino, qui autem parui sunt, soluuntur solum. sed dies crisis ex motu præsertim inuenietur. Morbi vero idea & natura considerauda est, an ad amaram bilem, & calidum & tenuem humorem pertineat, vel potius ad atram bilem, aut pituitam, vel mistas habeat significationes. nam morbi ex bile & calidis & tenuibus humoribus profecti, acutiq; magis per crisim soluuntur, per atra autẽ bili, pituita & frigidis, crassis, & viscidis humoribus geniti, & subinde diuturni ex se potius paulatim soluuntur. quomodo autem morbi ideæ cognoscantur in proprijs eorum tractatibus liquet. de rebus autem secundum naturam, & non naturalibus Gal. sermonem habens scribebat, quod his, quæ dicta sunt, adiungenda quoque considera tio est naturæ, ætatis, temporis anni, regionis, & similium, quę eiusdem sunt ordinis,

de vno

De crisium signis.

Quo præcognoscamus, an morbus per crisim, vel simplicẽ solutionem finiri debeat.

Gal. 3. de cris. c. 4.

Morbi motus quid & quomodo cognoscatur.

Morbi magnitudo quo crisim indicet

Morbi idea quo pacto solutionem indicet.

Res secundũ naturã & nõ naturales quo morbi solutione præmonstrent.

de vno siquidem facta mentione reliquorum etiam, si vel silentio pretermittantur, meminisse oportet. Hæc itaque, si ad calidum vergat crisim, si ad frigidum solutionem paulatim factam futuram denunciant. Iuter ea autem, quæ superueniunt, coctiones inspicere oportet, quæ quanto citius apparuerint morbum tanto breuiorem ostendunt, & subinde per crisim potius finitum iri. Harum autẽ præcipuè effatu dignis trãsmutationibus mentem adhibere oportet. si enim in diebus indicatorijs fiant, indicia sunt, quod sequentes indicatorij dies ęgrotum morbo liberabunt. hac de causa quoq; scribebat Hip. quod coctio crisis celeritatem & salubrem securitatem, significat: cruda verò & in malos conuersa abscessus crisium defectum aut magnos labores, aut mortẽ, aut recidiuas. vnde quanto tardius apparuerint coctiones tanto crisis minorem spem exhibent, quia, nisi mors ægrum præripiat, morbum diuturniorem indicant. sed circa coctiones & cruditates illud nihilominus notandum, has potius morborum breuitatem, & longitudinem, & bonam vel malam crisim, & salutem & mortem potius, quã futuras crises, & earum carentiam, significare. & hoc fuit Gal. monitum dum ait, quod coctionis signa salutem quidem hominis, non tamen per crisim omnino, futuram ostẽdunt. Neque enim si subitam in morbo mutationẽ intellexeris crisim, ueque si præcedentem perturbationem, necessario coctionis signa dictorum erunt, cum morbus in longiori tempore paulatim coctus, ad integram deuenire possit solutionem. dixit autem non omnino crisim indicare, quia solummodo spem aliquam & probabilem opinionem præbet. quare & cruditates non omnino crisium defectum indicabunt, cũ malæ crises natura à vitiosa materia, alioquin cruda, vehementer irritata, interdum contingant. cruditates tamen habent maiorem vim ad crisis defectum præmonstrandum, quã coctiones ad ipsam futuram indicandum, cum sæpius non nisi ea quæ optime cocta victaque sunt per crisim expellantur. Postremò inter ea, quæ superueniunt, sunt signa, decretoria, quæ non solum crisim futuram, sed proxime futuram annunciant, & iam iam instantem significant, vel enim vnà cum crisi ab initio inuadunt, vel paululũ anticipant. Hæc autem duplicia sunt: vel enim sunt tantummodo crisis signa: vel sunt signa & causæ, quia tum signorum, tum causarum ipsarum crisium vim obtinent. & sicuti primum genus, præcedere, ita secundũ, comitari potius crisim apparet. si de priori loquamur cum paulò post crisis futura est, & natura ab ipso morbo vehementer vrgetur, ac irritatur, ad materiæ irritantis expulsionem se comparat, & hac de causa, vt inquit Hip quibuscunque iudicatio fit, ijs nox grauis ante accessionem. quia vt ait Gale. fit crisis natura separante à bonis mala, & ad excernendum præparante, & ob id grauiter se habent: quamuis autem etiam diu fiat turbatio, quando nocte sequente crisis futura est: attamẽ turbatio nocte fit manifestior, quia hoc tempore dormire cõsueuimus. Quando igitur futura crisis ostenditur, & nox molesta fuerit, & post ipsam accessio citius inuaserit & vehementior cum quibusdam insolitis accidentibus, & lõgior fuerit necesse est in eadem accessione crisim fieri. instare itaque crisim cognoscimus ex subita præter rationem circa corpus facta perturbatione, omnino enim fit aliqua nouitas quando futura crisis est. vel circa respirationem, vel circa mentem, vel auditum, vel visum, vel ferendi facilitatem, vel circa aliquod eorum, quæ iudiciaria sunt, accidentia. quæ quidem descripsit Gal. his verbis. Nam colli dolor, vel temporum grauitas, vel hallucinationes, atque tenebricosæ vertigines, splendoresque & capitis dolores, & lachrymarum inuoluntarius effluxus, faciesq; vnà cum oculis rubens, aut inferius labrũ agitatũ ac intro cõtractũ, aut à rigore vehemẽti conquassatio, vel vigiliæ aliquę, vel somnus grauis, sunt tñ signa crisis aliqui, sicuti & creber anhelitus, quẽ asthma Græci vocant, & quædam anxietas, vel difficultas anhelitus, & precordiorum subtractio, & stomachi fastidium quoddam, vel nausea sufficiens: & ęstus, & sitis vehemẽs (frigidam enim expetunt, & se magis vti ac antea dicũt) & oris stomachi dolor, & morsus seu cardiogmos, & non posse ferre decubitum, & delirare, & exclamare & exilire, & implacidum esse. Fiunt igitur & hæc sæpius iam imminente crisi indicia. Alterum autem genus est eorum, quæ non solum signorum decretoriorum, sed etiam causarũ obtinent vicem. Sunt autem hæc, vomitus, & excrementa alui, & magnitudo vrinarũ, & sudores, & sanguinis eruptiones per nares, aut hæmorrhoidas, vel vterum & parotides, & abscessus. hæc enim in causa sunt, dum tempestiue prodeunt, vt subita ad melius mutatio fiat. prodeunt autem tempestiue dum materia iã concocta est, & in ipso morbi vigore. quod si morbi, inquit Gal. in hoc tempore crisim non habuere, fieri non post est. vt in declinatione habeant. Quicunque enim status tempus semel prætererierit, hi sine

Superuenientia.

Coctionũ & cruditatũ significatio.

Gal. 1. de cris. c. 15.

Gal. 1. de cris. c. 7.

Signa crisis proxime futuræ & iã instantis. q̃ dẽcretoria vocantur.

Decretoria quæ sunt signa tantum.

Gal. 3. de cris. c. 4. et 1. de cris. c. 14. et 1. de dieb. decr. c. 1.

Hip. 2 aph. 13.
Gal. in com.
Gal. 3. de cris. c. 10.
Gal. 1. de dieb. decr. c. 1.

Gal. 1. de cris. c. 14. & 1. de dieb. decret. c. 1. & 3. de cris. c. 2.

Decretoria. quæ sunt signa & causæ.

Gal. 3. de cris. c. 5.

si sine crisi persenerant, & paulatim soluuntur. Dum aũt hæc intempestiue exeunt, sunt cã vt viribus labefactatis ad peius fiat subita permutatio. Illud aũt circa futuras crises ex Gal. snia sciendũ est, quod sicut in bonis crisib. sciẽtia & firmitas præualet, ita in malis plurima est incertitudo & coniectura. Determinati siquidem sunt, & ordinati naturę motus, cũ valida fuerit, & materiæ dñatur, & suis proprijs rationibus operatur. indeterminati vero, & inordinati, atq; ideo incogniti, qñ succũbit. sed si quidem integre superatur, neq; ab initio crisim facere tentat, neq; oĩno resistere, & si paulum oĩno surgat ad pugnã, statim succumbit. Cã verò huius intempestiui assultus est morbi violentia, irritatrix quædam existens, & acuta, qđ præsertim ex eo deprehenditur, quia natura p̄ plures vias, & eas contrarias vt vomitum, & secessum expellit. est aũt primũ & maximũ signum in morbis mortalibus, quod sine crisi mors sit subsequutura, virium imbecillitas: nam virtus ita prostrata ad pugnã contra morbũ non excitatur. Secundũ verò, si nullũ adsit signum, vel minimũ, coctionis: & præter hæc, si magnus sit morbus, atq; malignus, atq; ẽt celeriter non moueatur. Cum. n. hæc affuerint, omnino absq; crisi mors subseq̃tur. cito si effatu dignus fuerit morbi excessus, & parum resistere adhuc vis naturę videatur, tardius, si contraria affuerint. si itaq; vere cognitum sit, quod morbus sit exitialis, & non multa virium prostratio. primũ ex hoc constat mortem non esse propinquã. Deinde inquirendum est, si possit fieri crisis. huius verò inuentio hr̃ ex contẽplatione virtutis, qũo se habeat, & morbi motus, & signorum coctionis. Si. n. virtus robusta fuerit, & morbus velociter moueatur, & aliquod signum coctionis affuerit, natura rẽrabit crisim; quod si virtus quodãmodo succubuerit, ac morbus tardũ motum habuerit, nullũq; affuerit coctionis signum, in hoc subsequi crisim non contingit. Quod autẽ, si morbus sit fortior virtute, non necessario absolute considerata virtus sit debilis. sed solũ in relatione ad morbũ fortiorem & exitiosum, in ser. de pulsib. potissimum declarauimus. optimarum itaq; crisium exquisitę sunt præcognitiones in statu. n. fiunt, coctionibusq; iã perfectis: in augmentis vero, si salus sit subsequutura, vel imperfectæ, vel non securæ fiunt. In morituris aũt vel subito interimunt, vel magnã ad peius faciunt mutationẽ. in principio aũt morbi crisis nunquã fit. Sed tempus est, vt ad differentiarum pręcognitionem tradendam accedamus. Quantum aũt spectat ad signa vel bonæ, vel malæ crisis futuræ, non est vt plura de his dicamus, cum ex his quæ in superiori capite de salutis & mortis signis proposita sunt, elici oĩa possint. Optimã aũt crisim, ait Gal. quam ẽt solam crisim simpliciter vocari diximus, firma præcognitione comprehendere licet. oĩa. n. signa in talibus morbis statim ab initio secura vñr: cum. n. post signa optima, atq; exquisitam coctionem facta fuerit, necesse est, vt optima sit, quia & sola coctio crisis celeritatẽ, & salubrem securitatẽ ostendit. neq; . n. vel aĩo concipi potest, quod post morbi exquisitam coctionem crisis mala seqnatur. similiter optima crisis, post coctiones cognoscitur, quia ab aliqua die indicatoria antea indicata fuit, cui annexa est diei iudicantis potentia. & insuper in ea non abscessus, sed excretio subsequitur, & ea quidẽ formæ morbi respondens vt superiori. c. diffuse declarauimus. quare optima illa est: ait Gal. quę oĩno sine coctione non est, & in aliquo die iudicatorio fit, & ab aliquo indicatorio fuit p̄indicata, & crisis motum facit morbo conuenientem, & peccantis ipsius humoris expulsionem molitur, quod ex maxima conferentia, & optima tolerãtia succedente, exactius adhuc, præter eorum, quæ talem humorem generare & multiplicare potuerint, contẽplationem, cognosci potest. in optima aũt crisi, vt Gal. testis est, pulsus non solum altus est, sed vna moderatus est celeritate in contractione, & melior semper iudicatio expectari solet à contractionis celeritate plus remissa, & etiam vbi arteriæ motus foras magis ferantur quam intro, is enim igneum & purum calorem declarat, & ob id altus pulsus excretionem significat & humores, qui febrem inducebant optime coctos. pessime autem sunt excretiones quæ pulsum nec magnum obtinent, & celerem in contractione ostendunt, quod si ẽt se plus intro recipiat fumosi excrementi affluentis nuncius est, & crudi morbi. & si præterea languidus sit, periculum est syncopes. Malæ itaq; crisis signa omnia iam dictis opposita sunt. scribebat aũt Hip. quod in constantibus tp̄ibus, cũ tẽpestiue tempestiua redduntur, morbi constantes & boni iudicij fiunt, in inconstantibus vero inconstantes, & mali iudicij. ea verò quę bonam crisim futuram significant, eadem quoq; tutam & sine grauioribus symptomatibus futuram esse præmonstrãt, materia. n. optimè cocta, à virtute robusta & per conuenientes regiones facillimè expellitur, & sine periculo & grauioribus symptomatis, præsertim si ægrotans, neque exquisiti sensus sit, neque delicatus, neque laboribus ferendis insuetus, neque partes per quas futura excretio est, valde imbecillas & males affectas habeat, & potissimum os ventriculi, dũ

Malarũ crisiũ præcognitiones cur incertę fiant.

Gal. 3. de cris. c. 10.

Quo crisium differentię p̄cognoscãtur. Signa bonæ, & malæ crisis.

Gal. 3. de cris. c. 4.

Gal. 3. de cris. c. 3.

Gal. 4. de pres. ex pul c. 12.

Signa crisis tutæ, & periculosæ.

per vomitum crisis futura est. periculosa verò contingere solet dum opposito modo se habent. & optimæ bonæq; crisis notæ, & potissimum perfectæ coctiones desiderantur. inæqualis autem pulsus, ait Gal. in pluribus crisibus fit, & præcipuè cum non fiunt sine periculo & pugna. Nec minus dies in quibus fit considerare oportet, sicuti enim in optimis vereq; decretorijs diebus tutiores crises fiunt, ita in sexto potissimum die cū maximo certamine & grauissimis symptomatis contingunt. In octauo quoque & decimo die raro quidem fit crisis, inquit Gal. sed si fiat, similis est ei, quæ in sexta accidit die. in reliquis autem qui decernunt, diebus eorum ratione non ita periclitantur. Similiter vt tradit Gal. vsque ad quartumdecimum magnæ fiunt perturbationes in morbis potissimum dum iudicantur: proximo loco succedunt, quæ vsque ad vigesimum habentur. Quæ post hunc ad quadragesimum succedunt, paulatim vehementiam efficaciamq; remittunt. Absolutam porrò, deficientemq; crisim posteaquam facta est, etiam vulgares facile cognoscunt, eo quia vel nihil penitus, vel quippiam ex morbo relinquitur. anteq̄ aūt fiant, absolutam quidem ex perfecta coctione virtutis robore, & decretorij diei ipsam excipientis bonitate perfectioneq; potissimū dignoscere licet, sicuti ex oppositis signis imperfectam potius & morbū perfecte non soluentem futurā timemus. Similiter manifesta & certa ex eo cognoscitur, quod ab indicatorio die prius indicatur, & in iudicatorio postmodū excretio, vel abscessus insignis, atque conspicuus subsequitur. obscura aūt & incerta his oib. prorsus destituitur. Vt aūt crises fidas esse cognoscamus, oporter, vt excretio quædā copiosa, vel abscessus insignis appareat. nam qui morbi citra hoc quiescunt, ac finiuntur, in ijs recidiua timenda est, & ne malignius morbus retrocedat metuendum. Quare animum diligenter adhibere conuenit, ægrumq; modis oīb. obseruare, ne, quæ ijs, qui fideliter sanati sunt vel in cibo, vel in potu, vel in balneis, vel motu, vel denique in alijs quibuslibet concedimus, agere ipsum permittamus. Si naq; morbus quiescens exiguus fuerit, forsan ob tam exactam victus rationem prorsus subsederit, vt postea nunquam reuertatur. Si verò malignior exiftat, et tunc, cū hoc viuendi mō vsus fueris, redibit, non tñ cum summo discrimine. At si neglexeris, parumq; studiosæ animum aduertas, tanquam fideliter soluto, multo granior, q̄ antea euadet. itaq; morbi cuiusdam magni & vehementis solutionem firmam signa, quæ solutoria vocat Hipp. præcedere oportet, partim sudores bonos ex toto corpore manantes, vel vrinarum, vel alui excrementorum copiam, vel vomituum; partim sanguinis ex naribus profusionem vel aliam quandam eius euacuationem, vti ex ani venis fluorem, vel ex vtero; partim in glandulis, quæ auribus subiacent, abscessus, aut in alia quadā ignobili particula, aut in articulis. Cæterum quibus nullo huiusmodi signo apparente morbus finisse videtur, de his admirabilis Hip. cōi quidem sermone ita pronunciat. Quæ sine signis finita sunt, ferè reuertuntur. supponamus itaq; gratia exempli quendam per sudorem crisim habituram, qui vndecima die quid iudicatorium habuerit, fingamusq; tertiamdecimam morbi noctē graue, & accessionem octaua hora cum vehementi corporis concusione inuadere pulsumq; inæqualem & inordinatum fieri, sed motus crebriores, elatos & magnos apparere, talis æger, vbi accessio cum corporis concussione inuadens vigorem suū receperit, sudare statim decretorio modo sequenti die incipiet. si itaque iam facilius pro ratione euacuationis spiret, moueatq; sese, & pulsus edat meliores, tum facilis toleratio ista comitetur, & toto die vniuersum corpus æqualiter infudet: sitq; dies morbi decimaquarta: deinde ad vesperam in totum febri leuetur. Talis æger tuto & fideliter iudicatus est. & procedente tempore ipsum reficere conuenit, & nihil timere, quia omnes decretoriæ notæ concurrerunt. Vt enim iudicium fidele sit, omnibus commemoraris indiget, in quibus diei quoque natura est. Nam si alijs omnibus, quæ retuli, rite euenientibus, crisis in decimumquintum incidisset, non perinde secura esset, quia fides exquisita iudicij à die sigillatur, & obsignatur. atque hic decretoriorum dierum est vsus. Nam si alijs vniuersis indicijs eodem modo habentibus, decretorius dies solum destituatur, multum à iudicij fide tolletur. Quod si vero alijs decernendi signis non admodum completis, decretorium ipsis diem apposueris, solutionis securæ spes quædam affulget. & hac de causa scribebat Hippoc. quod febricitantem, nisi diebus indicatorijs febris reliquerit, solet recidiuare. & alibi tradit quod febres, quæ neque salutaribus notis apparentibus, neq; in criticis diebus finitæ sunt, fere repetūt. q̄ enim sine ratione quieuerunt, ait Gal. repetere solēt, & si id criticis factum sit diebus. ea aūt sine ratione fieri apertum est, quæ sine signis salutarib. & non criticis dieb. cessasse videantur. postremò tanta est dierū criticorum vis ad iudicij fidē roborandā, vt dixerit Gal. quod si mali sudores in critica die fiant, indicationem fidam reddūt, siue

cum

Marginalia: Gal. 3. de cris. c. vlt. — Gal. 1. de dieb. decr. c. 5. Cap. 10. — Signa perfectæ absolutæ que crisis, necnon imperfectæ & deficientis. — Signa manifestæ, & obscuræ. — Signa fidæ & infidæ. — Gal. 1. de dieb. decr. c. 1. & 3. de cris. c. 2. — Gal. c. 7. — Decretoriorū dierū vis, ad crisiū fidē exhibendam — Hip. 4. aphoris. Hip. 3. progno. tex. 27. — Gal. in com.

cũ bono, siue cũ malo exitu. Demum tunc certius cognoscemus crisim infidã, & impfectã fuisse factam, qm cum quis à morbo, vt inquit Hip. bene appetat, & copiosum cibũ capiat, & non corroboretur, pluri alimento q̃ conueniat corpus vti significatur. si verò non appetat, nec copiosum capiat, & non roboretur signum est indigere euacuatione: non pura.n corpora quanto magis nutries, tãto magis lædes, quia alimentũ à vitiosis humoribus præsertim in ventriculo existentibus corrumpitur. quæ aũt relinquuntur in morbis post crisim recidiuas facere consueuerunt. Cum igitur, quod crisis ad erit, & iam propositas ipsius differentias, ex ijs, quæ diximus præcognouerimus, vtrũ deinde per excretionem, vel abscessum futura sit, hoc modo distinguendum est. Primũ quidẽ, inquit Gal. quod pulsus altus semper excretionẽ portendit, sed si non præcesserit inæqualitas illa quæ fit ob degrauatam facultatem, de qua superiori c. loquuti fuimus, modicas excretiones spondet; copiosas autem cum multas sequatur inæqualitates, quæ facultatem copia onerari declarent. alibi autem habet, quod si acutus & calidus sit morbus, & crisis fiat in primis periodis necesse est non abscessum, sed excretionem subseq. si enim diuturnus sit & tardus, per abscessus quiescere consueuit. præsertim cũ vrinæ tenues, & crudæ longo tpe exierint. si.n. multæ, & plurimam subsidentiam habuerint, rationabile est morbum potius paulatim debere concoqui, non per abscessum, terminari. Vt autem particularem excretionem & abscessus locum præcognoscamus, nihil aliud oportet considerare, præterquam ipsius naturæ inclinationem & motum: ex hoc enim quo repat ægritudo clarum fit. sed in ijs, qui per excretionem debent iudicari, dupliciter distinguere oportet. & futuræ excretionis signis, si affuerint: & aliorum, si non affuerint. Certius.n. sperabis eum, qui semper præostenditur, modũ excretionis, si nullum te aliud distraxerit. Si igitur præter rationem aluus comprimitur vel vrinæ: iam propè crisi existente, rigorem criticum sperare oportet. vt.n. alibi testatur Gal. si in acuta febre alia signa salubria appareant, & crisim instare speremus vrina suppressa criticus rigor superuenit de necessitate. quod certius prædicendum si nox difficilis p̃cessit, & critica dies sit. si itaq; rigor adueniat, distinguendũ est, nũquid sudor post ipsum sequatur, vel vomitus, vel subductio ventris, vel aliqua horũ, vel oĩa. & primũ qdẽ ad morbi ideã est inspiciendũ. si.n. exquisite incendens fuerit, statim & certior erit rigoris præcognitio. post hæc aũt considerandum nunquid vrinis tm̃, vel ẽt aluo cõpressa riguit. si.n. ambobus, necessario sudor multus subsequitur. si vero vrinis solis cõsiderare oportet, nunquid alui excrementa plura, q̃ priora, vel pauciora, ante crisim exierint. si.n. plura manifestius, motus naturæ ad hunc locũ est agnoscẽdus: si pauciora, ad sudores. si verò & vomitus signa affuerint, per has ambas excretiones iudicabitur: & vel magis per earum alteram, quæ magis præualebit, vel æq; per vtranq; si ęqualia signa affuerint. si vero signa vomitus non affuerint, solos sudores expectare oportet, & magis qñ ægrotantes delirauerint increscente accessione, & partes exteriores calidiores, ac rubidiores extiterint, & vapor quidã calidus exeat. qualis antea non aderat. ꝙ si pulsus vndosus fiat, & insigniter mollis adhuc amplius sudores, expectandi. præsertim si vt ait Hip. ęstas fiat Veri similis, tunc.n. cum febribus sudores multos expectare oportet. neque enim sine ambientis calore, neque sine redundante in corpore humiditate, multi fieri possunt. Durus aũt pulsus vomitus magis quam sudores ostẽdit. Altus.n. cuiuscunq; excretionis indiciũ est, sicut & vehemens. si vero magnus fuerit, motus ad exteriora potius, q̃ ad interiora, signum existit. cũ aũt vterq; motus duplex sit ad exteriora. s. per fluxum sanguinis & sudores: ad interiora per aluum, & stomachum: vndosus quidem pulsus sudores, magnus aũt simpliciter fluxum sanguinis præostẽdit. Motu vero ad interiora superante, cũ non aderunt signa vomituũ, per vẽtris excremẽta crisis fiet: si vero affuerint, per vomitũ potius. si vero ea affuerint, & venter insigniter subducatur, p vtraq; fiet crisis. inæqualis aũt pulsus in pluribus qdẽ crisib. fit, & p̃sertim periculosis: multo vero magis cũ biliosi humores ad ventriculũ confluunt perstantibus etiam alijs vomitus signis, tuncq; omnino pulsus fiunt inæquales, cũ stomachus iam degrauatur, ac mordetur. Vomituum aũt signa sunt oris ventriculi morsus simul cum dolore capitis, & vertigines obortæ, cũ ijs, quæ obijciuntur oculis, tenebrosis, & cum agitatione labri inferioris, & multo & tenui sputo defluente. quæ omnia accidũt cũ biliosus & mordax humor in stomacho collectus fuerit re aliqua ex eo euaporãte, & prerea facta ex neruis cõpassione. hac de cã monuit nos Hip. ꝙ si qs in febre nõ mortifera sibi caput dolere dicat, eiq; añ oculos tenebricosa qdã obuerſentur, insup vero cordis dolor accedat, is bilẽ euomet: ac multo citius si & rigor cœpit, & ima hypochõdria refrixerũt. qđ si hoc tempore aliquid ederit, aut biberit, vomitus per quã cito sub

De prægnotione crisis p excretionẽ futuræ.

Per quã excretionẽ crisis futura sit.

Signa critici rigoris.

Criticus rigor in quam excretionẽ debeat terminari.

Signa sudoris.

Vomitus signa.

Gal. 3. de cris. c. 11. & 4. de præsa. ex puls. c. 12.

Gal. 1. in 6. epid. com. 9.

Hip. 3. aph. 6. Gal. in com.

Hip. 1. li. epid. sec. 2 tex. 56. Hip. 3. progno. c. 35.

ſequetur. ex ijs verò qui primo die dolere cœperint quarto die grauantur magis, aut quinto, ſeptimo verò die liberantur, pleriq; tamen tertio die dolere incipiũt, quinto maxime vexantur: tũ nono, vel vndecimo tuti euadunt. ſed qnos dolor quinto die vexare cœpit, & reliqua præcedenribus reſpondent, decimoquarto indicantur. hæc tũ vi ris, tũ mulieribus, præcipuè autem in tertianis ſolent contingere: iunioribus verò cũ in his ipſis, tum præcipuè in continnis febribus, tertianisq; ſynceris vſu veniunt. Subdit deinde Hip. quibus verò in eiuſmodi febre caput doler, & pro oculorũ caliginibus cæcutiunt, aut ſplendentia quædã oculis obuerſantur, ac pro ventriculi dolore, in alte rutra parte hypochondria rendantur, ac neq; dolor infeſtat, nec inflammatio (ſi .n. p̃cordia cũ dolore extendantur. non fluxũ ſanguinis futurum, ſed aliquam ibi adeſſe inflammationem ſignificant) ijs pro vomitu, ſanguinis è naribus profuſio expectãda, p̃ſertim ſi iuuenes ſint, minus verò ſi 30. annos nati ſunt, aut prouecta eorũ magis ætas eſt: in his .n. expectari magis vomitus debet. & alibi ait Hip. in febribus ardentibus & alijs quibus adeſt colli dolor, & tpum grauitas, & tenebræ, & præcordiorũ tenſio ſine dolore, his profluuium è naribus fit. Propria itaq; ſigna profluuij ſanguinis ſunt quidã fulgoris motus oculis apparentes, qm̃ humor eſt flauus: obtuſiones verò, quia multus & totus ſimul elatus ad ſuperiora ſpiritus meatus obſerat. ita oculi lachrymantur ob fluxus multitudinem, vt ẽt accidit in inflãmationibus oculorũ: & ob id Gal. alibi ſcriptum reliquit, quod lachrymæ inuoluntariæ in acutis, & magis in ardentibus febribus (niſi reliqua lethalia ſint) narium profluuium portendunt. Eodem modo oculi rubidi aliqñ vñr cum malis nonnunquam & naribus. præcordiorum ẽt tenſio ſine dolore indicium eſt ſanguinis ad ſuperiora tendentis, ſicut ẽt difficultas anhelitus, quæ ſanguine tranſeunte in thoracẽ fit. ſed & capitis dolores, qui velut mordaces ſunt, vomituũ: qui verò quodãmodo grauantes, & extendentes, pulſanteſq; & calidi ſanguinis fluxus proprij ſunt. ſic viſcerũ ſub præcordijs inflammationes cauſæ ſunt vna, ac ſigna ſangui nis fluxuum qñ morbus per excretionem terminari debet. quod ſi dextra precordia affecta ſint, & bonæ criſis ſigna adſint, è dextra nare fluet ſanguis, ſi cõtraria affuerint, è ſiniſtra. Præter hæc omnia & ætas, & tempus anni, & regio, & ęgrotantis natura, futu rum ſanguinis fluxum poſſunt manifeſtare. Grauitas aũt lumborum effatu digna & tẽſio, & dolor menſtrua ipſa antecedit. Hæmorrhoides verò non oĩbus conſuetæ ſunt, q- bus aũt ſunt conſuetæ, in his ſolis non facilè quis diſtinguet. Si verò per alui excretio nẽ criſis ſubſequutura ſit, manifeſtũ quidem nullum eſt ſignum, nec proprium, ſed ex eo quod aliarum excretionũ ſigna deſunt, colligere licet. tunc .n. omnino venter ptur babitur, potiſsimũ ſi huic euacuationi æger ſit aſſuetus, & ipſam habeat familiarẽ, atq; proficuã ẽt ſanitatis tpe. quod ſi in die indicatoria proxime præcedẽti aliquis ad hãc excretionẽ naturæ motus apparuit, & inſtantibus criſis indicijs alui excrementa bilio ſa fuerint, & facilè diſſolubilia & impermiſta adhuc certiorẽ alui excretionẽ hẽmus. hæc .n. oĩa huc repere ægritudinem ſignificant. Quæ ſi in vrinę excretione appareãt, p ipſam proculdubio criſis fiet. oportet aũt potiſsimũ ad naturæ motus inclinationeſq; proſpicere, quæ in quaternarijs & potiſsimũ in diebus contemplatorijs efficiuntur. Si vero ad abſceſſus morbus conuertatur, cõia quidẽ omniũ indicia ſunt, ſalutariter ſe ha bente ægro, quod neq; morbus ſoluatur, neq; vrina multa, & multam habens ſubſiden tiã, ſed cruda & tenuis appareat. & alibi habet Gal. quod ſi pituitoſior morbus ſit, cũ ab inæqualibus pulſibus mutatio fiat in plures vehementes, & magnos, iudicatio erit per abſceſſum maxime ſi diuturnus ſit, magiſq; ẽr cum adhuc hyeme, & in frigida ætate, natura, & regione. & Hip. ſcribebat, quod quibuſdã abſceſſus fiũt ex pulmonis mor bis, circa aures, & ſuppurantur, vel ad inferiora loca, & ad fiſtulã perueniunt iſti eu adnnt. Quod ſi febris perſeuerauerit, & dolor non ceſſauerit, & ſpurum non proceſſerit ſecundũ rationem, nec alui excremenraননbilioſa fuerinr, neq; facilè diſſolubilia, & impmiſta fuerint, neq; vrina plurima & multã habens ſubſidentiã, reliqua aũr ſigna ſalutẽ ſignificauerint; his oportet tales futuros abſceſſus ſperare. fiunt aũt nonnullis ad inferiora loca, quibus aliquid phlegmones affuerit circa præcordia: quibuſdã in ſuperiori bus quibus præcordia mollia, & ſine dolore perſeuerauerinr. Vt aũr melius partẽ, in q̃ abſceſſus contingere debent, præcognoſcamus, his intendendum eſt, quæ ab Hippo. in hunc modum ſcribuntur. ſi febres longæ, ſed ſalubres ſine dolore perſeuerant, quẽ vel inflãmatio, vel alia manifeſta cauſa excitarit, abſceſſum cum tumore ac dolore in aliquo articulo præſertim in imis partibus expectare oporret. cum enim febres lõgæ, vt Galenus interpretatur, tribus de cauſis ſint, ideſt vel propter aliquam particulam malè affectam, vel humores crudos, craſſoſque, aut errorem commiſſum, natura ſolet

Marginal notes:

Tex. 37.

Tex. 38.

Gal. 3. de criſ. c. vlt.

Gal. loc. cit.

Gal. 1. in 6. epid. com. 20.

Gal. 3. de criſ. c. vlt.

Gal. 4. de praſ. ex pulſ. in fi.

Gal. 3. de criſ. c. vlt.

Hip. 2. progno. tex. 64.

Hip. 3. progno. tex. 28. vſq; ad 34. in fine.

Gal. in com.

Signa fluxus ſanguinis na rium.

Signa fluxus ſanguinis p vterum, vel hæmorrhoidas.

Signa fluoris per aluum.

Signa criſis per vrinam.

Signa futuro rũ abſceſſuũ.

Signa partẽ in quam abſceſſus decũbit indicãtia.

ra solet crudos humores & coctu difficiles in aliquam ignobilium partium regionem deponere, vel per iunctam concoctionem curare; est autem ea concoctio vacuatio quædam quæ sæpe per vrinas, rarius verò p alui efficitur. Huiusmodi autem abscessus subdit Hip. magis, ac minore tempore in ijs, qui trigesimum annum non attigerunt, oriuntur. qua in re notat Gal. quod si humores calidi sint, non oportet vt vires sint robustæ si debet fieri abscessus. si sint frigidi, robustas vires ad abscessus postulant. statim autem considerandum est, orto abscessu an febris, hominem occupans, vigesimum diem excedat. senioribus verò, cum febris longa sit, minus accidunt. quo enim ægri prouectiores erunt ætate, eo minus abscessus gignent, senes verò minime. abscessus autem huiusmodi in continua febre expectandus est. si verò intermittat, erraticaque sit in quartanam potius mutabitur, præcipuè si proximus Autumnus sit. Quemadmodum verò minoribus triginta annis abscessus fiunt, sic annos natis triginta & senioribus quartana potius oritur. Scire autem conuenit, abscessus Hyeme potius excitari: tardius desidere, minusq; reuerti consuesse. Alibi verò inquit Hippocrat. quod qui per febres lassitudinem sentiunt ijs ad articulos, & circa maxillas potissimum abscessus fiunt. tum enim spontanearum, tum non spontanearum communis est locus affectus, ait Gal. est autem totum genus in corpore musculosum. Hoc autem contingit in febribus propter earum caliditatem relata plenitudine ad caput, mox inde suscipiētibus illis quæ circa maxil as, glā dulæ sunt, sicuti quæ circa inguina & alas sunt, quando ad illas partes plenitudo peruenerit. sicuti autem in febribus lassitudinarijs cito abscessus fiunt, & præsertim iuxta aurem, vt alibi ait Gal. ita in prolixioribus multitudo ad inferiora magis decumbit. deinde habet idem Hippoc. si aliquibus ex morbo conualescentibus pars aliqua laboret, eo fiunt abscessus. labor enim causæ rationē habet; dolor vero signi. Nam in vehementioribus motibus & vires fiunt imbecilles, & caliditas maior accenditur: dolorque iam fluxione decumbente perficitur. caliditas autem & imbecillitas ad locum affectum superfluitates peruehit. sed & si ante morbum, subdit Hippoc. aliqua parte laborauerit, hic morbus firmatur. dum .s. speratur abscessus futurus, neque morbus per excretionem antea iudicandus. Tandem inquit Gal. quod vbi morbus non fuerit valde diuturnus, si subita difficultas anhelitus laboranti superueniens, mox quiescat, eamque grauitas capitis ac dolor subsequatur, & grauis somnus, ac surditas: huic in glandosis carnibus post aures necesse est abscessus fieri. Si vero morbus iam diu durauerit, neque vllum ex his signis affuerit, sed in aliquo ex locis inferioribus vel grauitas, vel tensio, vel inflammen, vel dolor apparuerit: huic abscessus ad partes inferiores est expectandus. Quod autem putrida febris præsertim exurens, caloris pabulum absumendo sæpius tabes & artrophias, & frigidos nonnunquam morbos pariat, & si vehementius adhuc exurat siccas conuulsiones inducat etiam in generali febrium sermone manifestauimus.

Hip. 4. aph. 31.

Gal. in com.

Gal. 4. aph. 74
Aphoris. 32.

Aphoris. 31.
Gal. 3. de cris. vls.

Putrida febris in quos morbos desinat.

In putridarum febrium generali curandi methodo qui nam scopi, & quæ nam indicationes, & auxilia nobis sese offerant. Cap. XX.

CVM in febribus, quæ amplius diariæ non sunt, sed putridę, faciendorū indicationes non solum ab ipsa febre, & alijs in ephemerarum sermone propositis, sed etiam ab ea causa, quæ febrem excitat, ac laboratis viribus petendæ sint, ad vniuersalem denuo exercitationem vnā cū Galeno reuertendum est: pro comperto habentes non licere vllius artis scientiam nancisci, nisi & methodum quandam habuerimus per vniuersalia vocata theoremata, & in particularibus nos exemplis exercuerimus. Tanquam enim qui iter aliquod ingredi student, vtroque inuicem vtuntur crure: qui alterò claudus est, vno duntaxat vtitur, & longo spatio, & sæpe errans, viam peragit, ita sanè & qui finem cuiuslibet artis consequi parat, duobus his veluti cruribus, vel instrumētis, vti debebit; in vniuersalibus videlicet theorematis, methodo: in particularibus exercitatione. Breuissimam itaque, lucidioremque, quo fieri potest, ipsorum morborum & potissimum putridarum febrium curandarum generalem methodum tradamus, & ijs, quæ ab ipso Galeno clarissime & perfectissime fuere conscripta, solum in-

Gal. li. 9. 10. et 11. de met. medendi.
Gal. 9. met. c. 6

Vniuersalis medendi methodi necessitas.

hærentes, prolixitatem, obſcuritatem, nouorum nominum inuentionem & vſum, dialecticas quæſtiones ægrotantibus prorſus inutiles, & cætera omnia, quæ lectorem indocilem potius, confuſum, atque maleuolum reddere poſſunt, ijs potiſſimum, quibus ocij plurimum ſuppetit, relinquamus. Medendi methodus, ſeu via, aut ratio, illa eſt, ex omnium conſenſu, quæ per indicationes perficitur. quippe quæ, quid agendum ſit, quodque vtile eſt, nobis inſinuant. Has verò ab ipſis indicantibus, ſeu ſcopis propria ipſorum natura mediante exhiberi, atque prodire neceſſe eſt. Si quis igitur methodice morbos profligare cupit, oportet, vt primo, omnes primarios ſcopos ſiue indicantia, quæ ad curationem ſunt neceſſaria, ſibi ante oculos ponat; ſecundo vt horum ſcoporum naturas exacte cognoſcat, hac enim perſpecta indicationes omnes, quæ ad curationem ſpectant, ſtatim emergunt. ab indicationibus verò quas etiam inſinuationes, aut oſtenſiones, aut ſignificationes, aut expreſsiones, aut repreſentationes vocare licet, quid agendum ſit, ſiue auxilium, ſiue quod iuuat, & ipſum indicatum ex templo nobis offertur. Cum enim ad ſubmouendos morbos tum auxiliorum adinuentio, tũ ipſorum rectus vſus ſeu recta adminiſtratio neceſſaria ſit, quemadmodum nobis ſignificauit Gal. dum aſſeruit, quod medendi ratio qualitate, & quantitate ſingulorum auxiliorum perficitur, & modo eorum vſus, indicationes, quæ ex eodem Galeno à rei naturæ cognitione proficiſcuntur, hæc omnia nobis inſinuare maxime valent. vt nõ ab re Gal. formalem tradens indicationis definitionem, ipſam ſequentis, ſiue agendi, inſinuationem eſſe dixerit. inſinuatio enim genus quoddam eſt, agendum verò, ideſt iuuans ipſum, tanquam differentia hoc genus contrahit ad hoc, vt id omne quod iuuat, nobis oſtendat. Hoc autem duplex eſt, videlicet quid agendum, quod proprie præſidium dicitur, &, rectus vſus, ſeu recta materiæ adminiſtratio, quę quidem quatuor ſub ſe complectitur quantitatem videlicet, tempus, modum, & locum. ita tamen vt quid agendum ab ipſius iudicantis natura, vt ait Gal. rectus autem vſus ab ijs quæ eſſentiam principaliter indicantis conſequuntur aut aliorum indicantium natura, magis deſumatur. Dum verò alibi inquit, quod indicatio eſt iuuantis comprehenſio ſimul cum comprehenſione nocentis adueniens ſine obſeruatione, aut ratiocinio, definitionẽ ipſius tradidit, in qua indicationis materiam ſeu ſubiectum, & efficientem cauſam expſ-ſit. Cum enim indicatio in prædicamento relationis contineatur (reſpectum etenim & habitudinem indicantis ad indicatum ſignificat) & ſubinde accidens ſit, ſubiectum requirit, hoc igitur innuit Gal. comprehenſionem eſſe inquiens. Cum enim indicatio agendi inſinuatio ſit, & indicati fluens ab indicante, relatio hæc in intellectu, tanquã in ſubiecto conſtituitur, & comprehenſio eſt ipſius ſubiectum, quia cognoſcentis potentiæ operatio eſt. quaſi dixerit Gal. indicationem cognitionem eſſe, quæ habetur ab intellectu, agendi, hoc eſt, de iuuante ipſo, per quam differentiam intellectiua cognitio contrahitur, quia circa ipſum adiuuans verſatur. Dum autem ſubdit vnà cum cõprehenſione nocentis, quod efficientis locum habet, complectitur. eſt aũt ipſum nocẽs quod etiam indicans appellatur. Nec eſt vt quis obijciat intellectum in vno inſtanti plura cognoſcere minime poſſe, indicans autem & indicatum plura eſſe atque diuerſa. Oportet enim Galenum hoc pacto interpretari, vt.ſ. cognita indicantis natura, nullo ferè temporis interuallo intercedente indicatum ſtatim eluceſcat. Addit autem adueniens, ſine obſeruatione, & ratiocinio, quoniam cum tria ſint inſtrumenta, quorum merito, quid agendum adinuenitur, ex eodem Galeno, experientia, videlicet analogiſmus, ſiue ratiocinium, & indicatio, hæc ab vtroque reliquorum ſeiuncta eſt. experientia enim obſeruatione innitur, & eſt comprehenſio eius, quod in plurib. eſt, hoc autem eſt vniuerſale, & ita vniuerſalis cognitio eſt, & proinde non ſenſus, ſed intellectus cognitio: qua de re etiam experientia eſt comprehenſio iuuantis vnà cum comprehenſione nocentis, ſed obſeruatione ſolum innitur, cognitioq; imperfecta eſt, quoniam ex interna rei natura non habetur. qui autem aliquid indicatione nouit, internam ipſam nocentis naturam nouit. ſed quomodo differt indicatio ab analogiſmo? is ſanè ex Galeni decreto perceptio eſt cauſarum iuuantium per ſimilitudines, vnde & ipſe comprehenſio eſt iuuantis cum comprehenſione nocentis, ſed ratiocinatione aduenit. in eo enim non comprehendimus iuuans ſimul, ac ipſum nocens comprehendimus, ſed id ratiocinatione manifeſta colligimus, quæ per ea, quæ ſimilia ſunt, nos ad huius cognitionem deducit. Verum quoniam videbat Gal. hanc definitionem ijs ſolum indicationibus, quæ ab ijs indicantibus ſeu ſcopis, qui præter naturam ſunt, atque nocentia, deſumuntur, competere, non autem ijs quæ fluunt à viribus & alijs quę ſunt

Marginal notes: Gal. 1. ad Gla. c. 9. — Gal. 2. met. c. 7. — Gal. loc. cit. — Indicationis d finitio formam exprimens. — Gal. 3. met. 1. — Gal. lib. de opt. ſec. ad Traſ. c. 11. — Alia indicationis definitio ipſius materiem, & efficientẽ cauſam explicãs. — Obiectio. — Reſponſio. — Gal. l. cit. c. 10. — Experientia, & obſeruatio quid. — Analogiſmus quid. — Gal. l. c. 11. — Cõior indicationis definitio.

sunt secundum naturam & sui conseruationem indicant, neque vllo pacto nocent: propterea communiorem quoque iudicationis definitionem protulit, & ait, quod indicatio est quando rebus percipiendis, simul & quod confert percipitur absq; ostensione, & obseruatione. ex quibus colligat vnusquisque Galenum sibi perpetuo fuisse constantem, nec vnquam, vt nonnulli eius dicta non intelligentes arbitrati sunt, dissona, aut inuicem pugnantia tradidisse. Sed ad scopos, à quibus incipit methodus, & ex omnes, quæ ad curationem conducunt, indicationes emergunt, accedamus. Tres itaque, ait Galenus, primi scopi sunt, qui in propositis iam ob putredinem febribus agendorum indicationem nobis præbent: quorum vnus est febris ipsa, alter effectrix eius causa, tertius ægrotantis vires. Hi autem scopi pluribus modis inuicem differunt, & primo quia, cum duo priores omnino præter naturam sint, sui omnimodam ablationem exposcunt, tertius vero nempe vires ipsæ, cum sint secundum naturam, vtique sui custodiam, vt ait Galenus, semper indicabunt. Insuper ab ipsa febre indicationes, quæ proprie & exacte medicatoriæ sunt, vt Galenus notat, desumuntur, nam morbus ille est, qui primum ipsam curationem docet, vt Galenus ait: causæ autem remotio eam medicæ artis partem, quam Prophylacem Græci nominant, sibi adiungit; à virtute vero non sic prima indicatio sumitur, vt quæ curationem doceat, cum ex numero curatricum indicationum non sit, sed earum quæ ad vitæ custodiam pertinent. Nam neque vt valeamus, nec vt à morbis liberemur à virtute quicquam primum sumimus, sed vt viuamus. Quamuis autem sola febris & morbus primo curationem doceat, nihilominus etiam reliquorum contemplatio ad putridarum curationem nedum vtilis, verum etiam necessaria est. quod enim causæ consideratio de necessitate requiratur, declarat Galenus his verbis. Ac maxime quidem propria in morbo ipso soluẽdo curatio intelligitur, sed per abusionem etiam mistum genus tum ex vera curatione, tum prouisione, quam Prophylacem appellant. Ac diariarum quidem febrium, quemadmodum & hecticarum vera & propria curatio est. Earum vero, quæ ex putrescentibus excitantur humoribus, vocata curatio, prohilacem quoq; sibi adiunxit: cuius officium est causam, quæ morbum creat, adimere. Sane nominatur nihilominus hæc ipsa quoque artis pars, curatrix, quia vtique ab ea, quæ pure synceteque prophylactice dicitur, in eo distincta est, quod sub hac iam sensibiliter ex ipsa causa morbus est genitus, in prophylactice vero est futurus. Atque nominibus quidem quisque, prout volet, vtatur, dummodo remediorum indicationem, quæ à rebus singulis præstetur, seruet: quando, si vel vnam aliquam earum prætereat, ad portionem tum magnitudinis illius, tum facultatis, curatio claudicabit. virtutem porrò in putridarum curatione considerandam esse manifestauit idem Galenus dum aduersus eos, qui curandi indicationem à laborantis viribus sumi negabant, ita inuehitur. Aiunt enim ab eo, quem curamus, affectu faciendorum indicationem præstari, haudquaquam à vitibus. ergo & anni tempus, & regionem, & statum cœli, & ætatẽ, consuetudinem, & temperaturam inutilem eadem ratione dicunt. postea cum mutare curationem propter hæc coguntur, quædam eorum contraria aliquando indicare aiunt ijs, ad quæ curantis consilium dirigitur: quædam ad præsidiorum materias esse vtilia vti & animales partes, & ita egressi ex eo, quod in arte est vtile, in logicam disceptationem veniunt. Est nanque artis vtilitas, auxilia, quibus æger sanetur, inuenire: quo illi relicto, de nominibus litigant, endixis, & antedixis (quasi indicationes, & indicationum contradictiones dicas) item communitates, & scopos, & auxiliorum materias, aliaque similia loquentes. s. hac nominum diuersitate purgasse se pro ijs, quæ falso affirmauerant, arbitrantes. ego uerò minime veto nominibus, quibus libitũ sit, vti. Meminisse tamen eos velim eorum, quæ ab initio proposuerunt. ea sunt auxiliorum inuentiones. Ad quas quidquid conducere quomodolibet videbitur, id fatendum est ad curationem esse necessarium. Sic igitur & virtus necessaria ne consideratu in ægris à Medico sit, an non, indagemus. Ego enim sæpe maxime esse necessariam aio sic, vt, quæ circa ægrum administrantur, omnia ferme eius vnius causa fiant: aliquando mediocriter necessariam sic, vt aliquid ex hac quoque ad ea, quæ facienda sunt, consilij petatur, non tamen præcipua faciendorũ ratio huc omnis referatur. Possum rursus ostendere tibi virtutem adeo exiguum ad inuenienda remedia conferre, vt propter exilitatem etiam lateat. Alias verò prætermitti, ac silentio præteriri, quasi protsus ex vtiliter considerandis non sit. Verum quod accidit in virtute, id in reliquis omnibus, quæ aliquid faciendum indicant, vsu venit. Nam aliquando aliud eorum

Marginalia: Scopi putridarum, curationi necessarij. — Quæ nã inter scopos propositos intercedat differentia. — Causa febris putridę in eius curatione necessario concurrit. — Virtutem in putridis curandis considerãdã esse. — Medicæ artis vtilitas est auxilia, quib. æger sanet, inuenire. — Virtus quando & in quibus morbis considerãda, & in quibus non.

Gal. 10. metho. cap. 1. & 8. — Gal. 9. metho. cap. 13. Cap. 14. Cap. 13. — Gal. 11. metho. cap. 2. — 1 meth. c. 13. — Gal. 11. meth. cap. 2. — Gal. 9. meth. cap. 7.

rum alio minus, aut plus valet: aliquando adeo est valens, vt solum iudicare videatur: aut ita imbecillum, vt omittatur. Ad eorum autem, quæ dicta sunt, claritatem, vtile erit ea ad memoriam reuocare, quæ, dum de diarijs loqueremur, proposuimus. Videbatur enim in illis prima, ac (vt sic dicam) maxime præcipua faciendorum indicatio esse, quæ affectum ægrotantis amouendum suader, æque, vt in sanis prima esse, quæ statum eorum seruandum monet. Verum hic, sicut per similia seruatur, ita per contraria perimitur. Conferre præterea ad auxiliorum inuentionem diximus tū corporis temperiem vnà cum consuetudine, tum regionem, tum anni tempus, tum cœli statum: in quibus verò morbis egregius aliquis in vna parte animalis affectus subsisteret, veluti ex adustione in capite, à parte quoque ipsa aliquam faciendorum indicatio nem sumi. De viribus tamen, vel causa, quæ affectum creet, in eo loco nihil est dictū, quia nec vires in diarijs febribus egregiam vllam prouidentiam requirant, vtpote quæ omnino validæ sint. nec affectus vllus in vera diaria subsit, qui eam vel gignat, vel augeat. Nam vtroque modo loqui licet. Vt autem melius declararet Galenus quando virtus in morbis curandis spectanda sit, & quando non, & dum consideratur, quibus de causis id fiat, his, quæ dicta sunt, hæc deinceps subnectit. Gubernant animal tres diuersi inter se generis facultates, naturalis.s. seu altrix, vitalis animosave, & animalis. quarum prima iecore & venis, secunda corde & arterijs, tertia vero cerebro & neruis tanquam organis præcipuis vtitur. Has itaque facultates seruare, nihil plane est aliud, quam vitam seruare. qualibet enim earum amissa necesse est reliquas quoque vnà perire. & ideo in opere de sanitate huc omne consilium dirigitur. In hoc vero, quod est de methodo medendi primum propositum, & ei, quod in opere de sanitate tuenda proponitur, ad portionem respōdens, morbi est sublatio: quando cuiusmodi in illo sanitatis est tuitio, eiusmodi in hoc est morbi sublatio. Quorū vtriq; vnum est commune, ipsa.s. vitæ custodia. Quæ nimirū in illo de sanitate tuenda operε sanitatis custodiam sequebatur. Quod enim secundæ valetudinis tuendæ gratia geritur idem statim & vitam tuetur. At in hoc opere aliter se habet, quia, quæ affectiones præter naturam in nobis discutiunt ea non omnino vitam custodiant. Quippe aliqua tali prædita sunt facultate, vt, si immoderate aut intempestiue vtare, vitam adimant. In sanguinis enim missione, exempli gratia, quam vsque ad animi defectū faciendam esse in continentibus febribus ex meatuum clausura quo flamma extingue retur superius diximus, non parum merito subsequetur incommodum, nisi opportuno tempore, aut debita mensura fiat. Duos enim in ipsis medicorum manibus perire vidi, qui post, quam animo linquerentur, nunquam reuixerunt. Multi vero etsi non protinus, at postea propter virtutis infirmitatem perierunt. Quos si quis citra eius resolutionem vacuasset, minime perijssent. Quinetiam aliqui in morbos incide runt longos, postquam immodica inanitione resoluta naturalis vis fuit. Alijs, cum immodicæ vacuationis noxam sarcire non potuissent, in omne reliquum vitę tempus totius corporis temperamentum redditum est frigidius: ex qua refrigeratione facile ex quauis occasione læsi, alij decolorati, ac malo corporis habitu vixerunt, alij ex eo ipso in morbos deciderunt exitiales, aquam inter cutem, & orthopnoeam, & iecoris, ac ventriculi imbecillitatem, & apoplexiam, & paraplexiam. ergo cum virtus tantopere necessaria sit, eam autem lædunt omnia vacuantia remedia, siquis.s. ijs parum moderate vtatur, vtique aduersæ inter se faciendorum indicationes in talibus corporibus sunt, in quibus affectus, quo expugnetur, notabilem vacuationem desiderat virtus autem hanc ferre non valet. Verum cum sæpe ex vacuatione virtus nihil læditur, hinc sumitur temerarijs medicis occasio, vt eam prætermittant, ceu nusquam quicquam indicet. Falluntur autem, quia non intelligunt alterius cuiusdam rei causa virtutem esse spectandam, nec quicquam ad affectum amouendum indicare. tanquam igitur in ijs, qui valent, semper ea comitatur, quæ sanitatis gratia administrantur, nec est quicquam inuenire, quod sanitatem tueatur, quod idem vires corrumpat, sic in ægrotantibus aliquando ijs succedit, quæ veluti in perniciem eius administrantur: aliquando ab ipsis soluitur. Si enim abundantia paulo viribus superior sit, vtique ex moderata vacuatione adeo nullum accedit viribus incommodum, vt etiam maximū comparetur commodum, quod eas præmebat, sublato. Sin, quo affectus sanetur, multa uacuatione est opus, resoluatur autem ex tanta inanitione uirtus, non modo rursus homini non proderit, sed etiam maximum illi periculum afferet. Porro in ijs con tinentibus febribus, quæ ex stipatione meatuum accenduntur, quoniam ualida plerumque

[Margin notes:]

Gal.c.8.

Prima tū ægrorū, tū sanorum indicatio.

Cap.10.

Virtus qbus de causis in morbis curādis spectanda sit.

Sanitatis custodiam vitæ custodia seq tur. non aute morbi sublationē de necessitate.

Cur quidam decepti virtutem despexerint.

rumque

runque virtus eſt, citra periculum vacuatio adhibetur. In alijs vero morbis maxime eſt periculoſa, veluti ſi ea forte incidit ex corruptela humorum. Illud itaque manifeſtum fecimus, virtutem vacuantia remedia aliquando citra noxam ferre, vtpote nec adiuram ab his quicquam, quod ſit æſtimandum, nec vero læſam: ſæpe vero magis minusve, tum iuuari, tum lædi: Præterea, quoties notabilis illi ex vacuantib. auxilijs noxa incidet, toties patere ipſam quoque tunc vtile aliquid ad conſiderandum indicare. æque vtique, vt cum manifeſte iuuabitur. Vbi vero ex ijs, quæ affectum ſubmōuent, nec commodum illi accedit, vllum, nec incommodum, ibi velut inutilis, prætermittitur. A viribus itaque in curandis morbis deſumenda quoque indicatio eſt, quę tamen curationem non docebit, cum ex numero curatricum indicationum nō ſit, ſed earum, quæ ad vitæ cuſtodiam pertinent. Nam, neque vt valeamus, nec vt à morbis liberemur ab ea quicquam primum deſumimus, ſed vt viuamus. Additum eſt (primū) quoniam ex accidenti aliquando virtutis roboratio ad affectus curationem conducit. quod quidem his verbis declarat Galenus. Vires in morborum ſublatione, propter vitæ ipſius reſpectum, ſemper reſpicere eſt neceſſarium: aliquando vero & ex accidenti, ſicuti ad morborum ſanationē. Siquidem, quod putreſcit, ſi veſtis eſſet, aliudve inanime corpus, vtique ex ijs duntaxat, quæ prædicta ſunt, putredine. ſ. & eius cauſa, indicationem caperemus. Nunc, cum in viuente corpore putredo concipitur, quod tum alterare poteſt, tum concoquere, tum vtile reddere, quicquid putreſcentium veluti ſemiputres ſemimalumque eſt, vtique facultatem eius, qua naturaliter concoquit, excitans firmansque, quæ putreſcentia ſunt, ſanabis. itaque etiam tum maxime eos cū fiducia vel in balneo lauamus: vel ijs, quæ habitum rarefaciant medicamentis vtimur: vel aquam frigidam, vel vinum bibendum damus, cum notas humorum concoctionis cernimus. Neque enim paſſus duntaxat vires ad talia agenda firmas requirimus, veluti nec eius facultatis, quæ uoluntarium motum præſtat, ſed, ſicut eſt dictū, ipſius potius concoctricis. His itaque tribus principalibus ſcopis propoſitis, omnes deinceps, quæ ab ipſis fluunt, medicandi indicationes exponamus. Illud primum una cum Galeno animaduertentes ab ijs omnibus ſcopis unā ſemper conferentis indicationem præſtari. Nam quidquid pro natura ſua indicat, id unum ſemper indicabit, ceu quod unam habeat naturam. Atque id unum, ſi, quod indicationem facit, ſimplex eſt, ipſum quoque ſimplex erit: ſin illud eſt compoſitum, hoc quoque erit compoſitum. Sane quædam ſui cuſtodiam indicant, quædam amotionem. Siue autem hanc, ſiue illæ indicent, quod ſimplex eſt, ſimplicem quoque indicationem habet. quod nō ſimplex etiam non ſimplicem. ideo ſimplex intemperies ſimplicem indicationem præbet ut in frigiditate caliditatem, non ſimplex ut calida & ſicca intemperies, compoſitam curationem per ea quæ refrigerent, & humectent, moliendam indicabit. Hoc animaduerſo indicationes omnes tradamus ab ipſo morbo ceu omnium curatiuorum indicantium primo, atque maxime præcipuo, ſermonem auſpicantes. Hic itaq; cum præter naturam ſit, ſui ablationem indicat, ſed qm̄ omnis ſublatio fit per contraria, ideo prima, vt ait Galenus, omnium curationis indicationum (& tunc de ijs quæ vtiles ſunt, & auxilia nobis iam oſtendunt ſermonem habet) quæ ex ipſa, qui curatur, morbo accipitur, contrarietatem ipſam præſcribit. Quam etiam, vt cauillos aufugiamus, oppoſitionem quoque appellare libet, vnā cum eodem Galeno, qui Ariſto. etiam, in hoc, loquendi modo vtitur, qui prima rerum naturalium principia contraria eſſe dixit, quamuis priuatio & forma priuatiuē ſolum opponantur. Quo in loco illud animaduertit Gal. quod, dum dicimus, contrariorum contraria eſſe remedia, hoc potiſſimum in his, quæ ſubſiſtunt, & ſunt in facto eſſe, locum habet, etiam ſi in ſymptomatis quoque, & his quæ habent eſſe in fieri, veritatem habeat. veluti, vt ipſe exemplum affert, cohibitæ effluxuum tranſpirationis, plura iuſto defluuia contrarium, atque remedium eſt. Prima itaque vtilis indicatio quam exhibet morbus eſt contrarietas. At, quoniam morborum plura ſunt genera, cuique eorum ſua erit contrarietas. Verum cætera nunc omittantur. Proponatur autem nobis ad præſentem diſputationem dumtaxat morbi quem curamus, genus in intemperie poſitum, id igitur per contrariam ipſi intemperiem ſanabitur. At, quoniā vniuerſi febrium generis intemperies eſt calor, nimirum per frigiditatem curabitur ſic, vt omnes indicationes inter ſe concordent. Nam ſiue dixerimus abſoluto ſermone febrem per ea, quæ contraria ſunt, ſanandam eſſe, ſiue adiecerimus, per ea, quæ contraria ſunt temperamento, ſiue per ea, quæ refrigerant, nulla pugnantia in ſermone erit.

Epilogus dictorū de virtute indicante.

Cap. 11.

Virtus qño ex accidenti ad ipſam etiā curationem conducere poſſit.

Gal. 11. metho. cap. 9.

Vnuſquiſq; ſcopus, ſi ſimplex ſit, vnā ſemper ſimplicem indicationem & vnū indicatū ſimplex indicat.

Gal. 9. met. 12.

Quid nā indicet morb.

Gal. 11. meth. cap. 2.

Gal. 11. metho. cap. 12.

Gal. 11. metho. cap. 2.

Prima indicatio, quam morbus exhibet in quot particulares indicationes diducatur.

erit. Sed nec, si diuidentes id, dicamus aliquando sanare nos febrem per ea, quæ actu, aliquando per ea, quæ potestate, aliquando & per ea, quæ ex accidenti refrigerant, aut etiam ista coniungentes, nulla pugnantia, cum ijs, quæ dicta sunt, in sermone erit. indicatio itaque, quæ ab affectu sumitur, in tot numero particulares indicationes est diducta: hæ uero, ubi ulteriorem sectionem non patiuntur, tursum ipsæ particulares indicationes materias inueniunt iuxta eas methodos, quæ in opere de medicamentis sunt traditæ: quando illarum principium id est, in quo finita est curandi affectus diuisio. Verum quoniam id quod iuuat, & morbum remouet, adinuenisse non sufficit, sed insuper, ut tuto, cito, atque iucunde affectus amoueatur, iuuantis, & auxilij adinuenti rectam administrationem assequi necessarium est; idcirco, inquit Galenus quod medicatoriæ indicationes non solum à morbo, verum etiam à corporis temperamento; & tertio ambiente nos aere sumuntur. Cum.n.morbi natura mediante in proposita à nobis febre alterans & refrigerans auxiliũ sit adinuentum, alterandi refrigerandique debita mensura, quæ in recta huius auxilij administratione primum locum tenet, ab ipsa corporis temperie, ambienteque aere indicatur. Quod si aliæ quoque indicationes in ephemerarũ tractatu fuere propositæ, & postea aliæ quoque proponentur, quales sunt, quæ ab ætate, consuetudine, anni tempore, regione, & his similibus eliciuntur, scire licet, ait Gal. omnes ex iis, quæ à temperie & ambiente aere sumuntur, oriri. Siquidem corporis temperies, quæ illo tempore fuit, quo ægrotare id cœpit, quæque ad inuenienda remedia est vtilis, ex natura (sub qua corporis habitus, sexusq; possunt comprehendi, licet sæpius Gal. naturam cum temperatura confundat) ætate, consuetudine, & ambiente nos aere ortum habet. Ambiens uero ipse eiusmodi est redditus propter tum regionem ipsam, tum anni tempus, tum cœli statum. ergo cum vnum sit eorum vtrunque ex pluribus tamen tale efficitur. Affectus uero haud quaquã in causas diduci est aptus, sed in differentias. Nã aut in similaribus consistit partibus, aut in instrumentarijs. ac in similaribus quidem, vel simplex est intemperies, vel composita; in instrumentariis, circa simplicium partium uel situram, uel formam, vel numerum, vel magnitudinem, tum quæcunque horum singilatim traditę sunt differentiæ, consistit. Hæc itaque tria illa prima sunt, quæ curationem indicant, nempe ambiens ipse cum geminis corporis, siue affectionibus, siue constitutionibus, vna naturali, altera præter naturam, quæ morbus est. non posse autem plura esse genera indicantium, quæ ad curandum pertineant (de ea autem curatione quæ remedia adinuenit & exquisita est, & prophylacticé non sibi aliquo pacto associat uerba facit) quàm tria, quæ modo diximus, ex ipsa rerum substantia scire licet. nam morbus, & sanitas, corporis sunt affectus, ille se tollendum, hæc se tuendam indicans. Ambiens uero is est, sine quo nec tolli morbus, nec teneri sanitas potest. Hic igitur causæ, sine qua non, obtinet rationem. At vero cum id, quod ægrotat, alteramus, nisi constat, quousque sit mutandum, vrique quando sit ab alterando desistendum, non intelligemus. Generatim igitur in omni curatione agendorum indicationes in his ad summũ tribus consistunt. Membratim uero (ut supra est comprehensum) aliquæ simplicium particularum sunt propriæ: aliquæ compositarum. eorum ergo quæ in simplices incidunt partes, unum est intemperies ea, quæ in calido consistit. Hæc cum in totum diffusa corpus est, febris nominatur. ideo omnis febris, qua febris est, refrigeratio, & quoniam calor hic igneus & squalidus est, humectatio remedia sunt. Ac, si sola hæc sit, ad refrigerandum humectandumque omne medentis consilium, uelut ad finem, dirigitur ita, ut nihil sit, quod præterea ad curationem desideretur, nisi ut materiæ inueniantur huic proposito idoneæ, materia uero inuenta, ut opportunum tempus ex quatuor febris temporibus captes; quantitatem uero, ex conferendo cum naturali habitu morbum. Quippe quantum is à naturali habitu recessit, tantum, opus est, ægrum refrigeres & humectes. Sane ambiens si contrariam morbo temperiem habet, è præsidiorum numero unus est: sin similem, ægritudinalium causarum est unus. Quoniam autem reliquas materias tum deligere, tum fugere licet, quam autem ambiens præstat, fugere non licet, immo necesse est præsenti cœli statu uti, idcirco huic quoque attenti esse cogimur: qui utique sæpe cum ijs, quæ morbus facienda suadet, est concors, ut diximus; sæpe discors, & qui contraria moliatur. Habebit ergo ambiens rationem modo materię sanantis: modo causæ morbum fouentis. Quippe cũ humectari refrigerarique morbus postulat, si hæc pręstat, sanantis materiæ rationem obtinet: sin calefaciat & siccet, morbificis causis est annumerandus. Vbi igitur cum meden-

Gal. 9. metho. cap. 14.

Indicantia quæ rectum remediorum vsum & in ipsa febre refrigerãdi mẽsuram exhibent.

Têperaturæ, & ambientis consideratio seu indicatio quò necessaria in curatione sit.

Ambiês cur in curatione habeat ratio nem causæ sine qua non.

medendi indicationibus consonat, pro gratia est habendum: sicubi aduersatur, inhibēda eius noxa est.s. reliquorum auxiliorū humiditate, ac frigore intensis adauctisq́;.

Quomodo tres primi curatiui scopi possint tum ad duos, tum etiam ad vnicum tantūmodo reduci.

Cap. 15. Licet itaque indicationes omnes ad tria capita reducere, & qualibet earum rursus diuisa ex ipsis multa efficere. Quin & ipsarum sectionum quamlibet rursum diducas in membra licet, donec ad insectile venias. Iam primas quoque illas tres, quas memorauimus, fieri potest, vt redigas ad pauciores sic, vt duo eorum scoporū, qui curationē indicent, omnino capita sint, nempe præsens affectus, quē morbum nominamus: & qui prius fuit, quem sanitatem & naturalem habitum diximus. Neque enim aliud est ipsa sanatio, quam præsentis in corpore vitiosi affectus mutatio in naturalem habitum. Cum autem contrarij affectus hi sint, necesse est, per contraria fiat eorum alterius in alterum translatio. Atq; ita rursus vnā sola erit curationum maxime generalis indicatio, nempe cōtrarietas, quod si vna indicatio ergo, & vnicus scopus, nempe morbus, ergo temperatura ætas & omnia id genus alia, siue coindicantia, siue consentientia, siue secundario modo indicantia, aut alijs nominibus, quibus isti tempus inutiliter conterunt, appellentur, ad ipsum morbum rediguntur, & per medium morbū indicationes præbent. Ab ipso itaque morbo, & contrarietate ab eodem, pro sui sublatione, indicata, rursus sumpto initio, age particulares indicationes disquiramus. Quoniam id quod ęgrotat, ei, quod valet, est contrarium, vtique per contraria est ab illo in hac via. At quomodo in contrarijs inuenietur modus? Non.n.sat est calido affectui admouisse frigida, nisi id debita fiat mēsura: cū alioqui metus sit, si intra modū id fiat, ne morbi reliquum quippiam relinquatur: sin modum excedas, mediocritate sanitatis transmissa frigidum morbum inducas. quod quo minus accidat, naturam curandi corporis scias, oportet: quo, quantum morbus ab illius symmetria discesserit, intelligens mensuram refrigeranti præsidio imponas. At fieri non potest, vt, quantum à se inuicem distent, inuenias, nisi compertum habeas, quàm esset corpus aut humidum, aut frigidum, aut calidum, aut siccum, cum valeret, quantūq́; ex his excesserit postquā ægrotauit. Quod enim plurimū à naturali habitu recessit id vehementibus eget contrariis: quod non plurimum, leuibus. sanè plurimum recessit frigidus morbus à corpore natura calido: vt, e diuerso calidus à frigido; Minus recessit tum calidum à calido, tum frigidum à frigido. Quare ex vtrisque indicatio curationis præstatur. Verū cum materiæ reliquorum præsidiorum omniū electio in nostra potestate sit, eius vero, quā ambiens præstat, in nostra manu non fit, ratio est, ex hoc quoque propriam quandam indicationem sumamus. Cęterum, quoniam nosci ad vnguem oportet corporum temperamenta, id vero planè est difficile, vtique tentandum est ex iis, quæ de temperamentis sunt scripta, ea inuenire: tum vltra hæc, quo magis scientifica notitia sit, ex ætate, & tota anteacta vita, quæ nimirum in vitæ exercitio, & victus ratione cōsistit. præterea in hac regione, & hoc anni tempore, & hoc statu cœli, conuersatione. Si namque natura gracilis, & tangēti calidus, & biliosus, & propensus ad iram, & hirtus sit, calidus hic siccusq́ue natura est. Non tamen necesse nunc quoque, cum ægrotare incepit, eundem planè habere affectum. Fieri.n.potest, vt in desidia vixerit, idq́; cum frigidis, humidisque potione & cibis, ad hæc etiam cū balneis post cibos, & multo somno: præterea in regione humida, & frigida, & hyeme in qua frigidus & humidus exuperabat cœli status. Rursus fieri potest, vt horū præcesserint contraria, idest calefacientia, & siccantia, idq́; per singula dictorum iam generum. ergo si quo ad præsens temperamentum noscendum deficimur, id ex præeuntibus ipsis supplebimus. ex illo vero inuento administrandorum indicatio suppeditabitur. quare ætas, anteacta vita, regio, anni tempus, cęli status, sicuti etiam corporis habitus, sexusq́ue ad temperaturam reducuntur tanquam ipsius signa & notæ, sicuti temperatura ad morbum redigitur, tanquam eius, qui à naturali statu in morbo recessus factus est, indicium.

Aetas, & reliqua, quæ ad temperiem rediguntur in curatione cōsiderātur, ut temperatura cognoscatur.

Consuetudo omnium maximè temperamentū ipsum manifestat.

Cap. 16. Atqui, subdit Galenus, si omnes temperamentorum notas in vnum colligas, hæ longissime absunt, vt parem ei, quam consuetudo præstat, fidem faciant. Si.n.antea, exempli causa, per sanitatem quispiam frigidam perpetuo biberit, neutiquam nec in iecinore, nec vesica, nec ventriculo, nec alio quopiam talium offensus, planum est, & valida illi esse hæc omnia, nec nunc à frigida lædenda. Non est igitur vt paruum quiddam ad inuentionem remediorum consuetudinem æstimemus: veluti nec ad sanitatē tuendam. Nemo enim adeo est stupidus, vt magnopere ex frigidæ potione læsus hanc in diutinum vsum duxisse velit, quia læsus interim, & ab ea euidenter ægrotans omnino abstinebit. ergo, sicut alia multa præter communes sensus, ita illud quoque quidam

effuderunt,

effuderunt, quod nulla nec salubris inueniendi victus, nec ęgrorum curationis ex consuetudine sumatur occasio. Videtnr enim non, sicut alia quędam, exiguam leuemq; sed maximam, ac maxime principalem vim habere: vt quæ singulorum corporum naturam ostendat. & tandem cōcludit Galenus, quod cōsuetudo & ipsa est vnum quiddam eorum, quæ curationis rationem per corporis naturam intercedentem indicēt, quemadmodum & ætas. Siquidem ipsa quoque temperamenti interuentu indicationem præstat, veluti puerorum: quæ cum humidam, & calidam temperiem habeat, facile digeritur. & hæc à Galeno de medicatorijs scopis indicationibusque à quibus morborum præsidia ipsorumque debita mensura primum, & per se præscribuntur, breuiter, ac dilucide fuere conscripta. nam morbi causa, viresque dum horum administrationem ab his, vt dictum est, indicatam, immutant, prohibentia potius, vt apparebit, appellari debent. vel enim adinuentū præsidium absolute prohibent, vel solam adinuentam mensuram, vt inferius declarabimus. Verum antequam ad morbi causam, & indicationes ab ea fluentes accedamus, opere pretium est, vt quasdam ambiguitates, circa aerem ipsum ambientem, & consuetudinem, contingentes, diluamus. Nam primum, ex Galeni verbis iam descriptis apparet aerem ipsum ambientem dupliciter in morborum curatione vsurpari atque perpendi debere. quia dum de ipso verba facit, nonnunquàm rationem causæ sine qua non habere inquit, quia nec sanatio neque curatio vlla sine ipso administrari potest: quia vel morbum fouet, & tūc causæ morbificæ, vel morbum tollit, & tunc præsidij curantis vim habere dicitur. Nonnunquam vero aerem ambientem inter causas temperaturæ, quæ nobis temperaturæ gradum significare valent, enumerare videtur. inquit enim quod tum regio tum anni tempus tum cœli status, quæ quidem ambientis naturam efficiunt, ipsam temperaturam nobis manifestare valent. Insuper si aer prout est causa sine qua non consideretur, dicebat Galenus, quod, dum aer exempli causa morbum calidum & siccum, sui caliditate & siccitate fouet, tūc valentius refrigerans & humectans præsidium indicatur quàm illud quod ab ipso morbi seu intemperiei recessu præscribitur. Sed hoc videtur falsum, quia si quis in aere calido, morbo calido corripiatur, si verissimum est, quod habet Galenus, nempe ab ipso aere temperiem immutari, nos debemus potius mitiori refrigerante auxilio vti, quia minor tunc à naturali temperie ad ipsum morbum calidum indicatur recessus. quo fit vt ad paruum hunc recessum respiciens Diuinus Hippocrates dixerit, in morbis minus ægros periclitari, quorū naturæ aut ætati, aut habitui, aut tempori magis cōgruit morbus, quàm quibus in nullo horum congruit. Sed maior adhuc circa consuetudinem ipsam oritur difficultas, quæ licet ab alijs, quos ego viderim, intacta omnino, & multo magis indiscussa fuerit, summi tamē momenti est tum ad Galeni dicta percipienda, tum ad morborum curationem assequendam. Porro dubitatio ea est. Inquit Galenus apertissime consuetudinem temperiem ipsam manifestare, & per mediam ipsam temperiem, seu ipsius interuentu indicationem præstare, quia.s. temperiei statum constitutionem, seu gradum seu mensuram nobis significat. Hoc stante inquit Galenus quod temperies ipsa ad indicandū concurrit, quatenus recessum à naturali statu nobis indicat, & subinde ad ipsum morbum, & ad contrarietatem ipsam reducitur. Verum altera ex parte dum declarat quomodo cōsuetudo ad indicandum se habeat, inquit, quod si verbi gratia ab intenso caliditatis morbifico recessu validum præsidium refrigerans, vt aqua frigida, indicetur, si æger sanitatis tempore frigidæ potui fuerit assuetus, consuetudo hæc exhibendam esse frigidam maxime indicat, quia iecoris ventriculi & aliorum viscerum calorem robustum & ad frigidam perferendam paratissimum indicat. Modo hoc videtur falsum quia si quis calidiora habens viscera calido morbo corripiatur paruus à naturali habitu recessus indicatur. & proinde debili potius refrigerante præsidio, quam validissimo & frigida ipsa in eo vtendum esse videtur. Ad primam itaque difficultatem concedendum est aerem ipsum in morborum curatione duplici modo considerandum esse, videlicet & prout est causa & signū ipsius temperaturæ, quemadmodum superius ex Galeni verbis declarauimus, & prout est causa sine qua non potest curatio adhiberi, vt dictum est. Verum ambo hæc non de eodem numero ambiente aere verificantur. qui enim est causa & signum huius vel illius temperaturæ, illæ est, in quo ægrotans, antequàm morbo corriperetur, diutius potissimum versatus fuit; qui vero rationem habet causæ sine qua non, est ille, qui corpus ambit, quod iam ægrotat. Ad secundam dicimus quod quamuis, si quis in tempore & aere, qui calidus diutius fuerit

Dubitatio de ipso aere ambiente quo pacto remediorum mensurā indicet.

Hipp. 1. aphor. 35.

Dubitatio de cōsuetudine ad quem nā scopū ex tribus propositis redigēda sit.

Solutio difficultatis circa ambiētis indicationem exortæ.

fuerit prægressus, febre corripiatur, non ita magnus in eo indicetur à sanitatis temperie recessus, nihilominus cogimur validioribus refrigerantibus vti, quàm ab ipso recessu perscribantur, quia ambiens aer, cum rationem morbum fouentis habeat, validiora, indicat refrigerantia, vt vnà cum morbosa caliditate, eius quoque caliditas refrangatur. Quod si quis post diutinam in regione, aut anni tempore, aut cœli statu conuersationem, quæ temperiem calidiorem reddere potuerit, morbo calido & intemperie calida corripiatur, & post morbi inuasionem aeris caliditas ad frigiditatem quacunque de causa permuretur, procul dubio mitioribus refrigerantibus vtendum esset, quia non solum medicamenta cum sola morbosa caliditate pugnare debent, verum etiam aerem ipsum suppetias ferenrem habent. Contra vero vehementissimis, ratione vtriusque, refrigerantibus egemus, vbi quis, post diuturnam in frigido ambiente mansionem, calida intemperie febreque correptus, ambiens aer ex frigido in calidum immutetur. Quod, si quis rursus obijciat, febrem ardentem hiberno tempore factam difficilius sanari, ea quæ fit in æstate, hic non animaduertit in vtriusque causa paritatem nam adesse. Vehementior enim dispositio causa est, vt febris ardens hyeme fiat, neque enim ab initio facta fuisset, nisi causa potentior temporis contrarietatem superasset. Cum igitur frigidum anni tempus causæ magnitudinem cohibere non potuerit, quamuis habeat sanitatem sibi suffragantem: multo minus ipsam morbo iam facto superabit, non amplius assistente sanitatis robore. Vt autem sciamus, ad quem nam ex primis scopis seu indicantibus consuetudo redigatur, Animaduertendum verissimum esse consuetudinem ipsam, vt notauit Galenus, non nisi temperamenri interuentu agendorum indicationem exhibere: Verum temperamentum in morborum curatione dupliciter considerandum est, vno modo vt morborum in intemperie recessum à naturali temperie nobis ostendit. altero vero, prout in ipso vires consistunt. quæ, vt infra apparebit, in spirituum, carnosarum solidarumq; partiū debita quantitate, & bona potissimum temperatura. consistunt. Consuetudo itaque ad temperiem non reducitur, quatenus primo modo consideratur, sed prout validam robustamque, vt ait Galenus, viscerum principalium. quorum actio vniuerso corpori necessaria est, temperaturam indicat, in qua virium essentia constituta est. Cum enim viscera valida remedia, vt frigidam ipsam longo tempore perferre consueuerint, signum est, eórum temperiem optimam quidem esse, & ipsa multo innato calore refertissima esse, nam secus ex frigidæ potione adeo longa facillime fuissent labefactata. potissimum si caloris innati penuria laborassent. vbi vero innato affluunt calore, tantum abest, vt à frigidæ vsu lædantur, vt potius ex accidenti magis adhuc calefieri & roborari possint, vt vnà cum Hippocrate & Galeno in tetani curatione declarauimus. imo quidam sunt qui, etiam si ventriculum minime robustum habeant, nihilominus dum actu frigida vtuntur potione, quæ tamen potestate calida sit, vt uinum est, longe melius concoquunt, quàm si ea parum intense frigida utantur. quod si uiscera copioso natiuo calore perfusa sint, non solum actu, uerum etiam potestate frigidam potionem, qualis est gelida aqua, facile perferunt, atque regunt, quia propter copiosum calorem, qui omnium actionum præcipuū organum est, non solum alteratricem, sed etiam ex pultricem, & cæteras facultates ualidas obtinent. & ita clarum est, consuetudinem ad uires in præbenda indicatione redigendā esse, quia in alterantibus administrandis temperiem ipsam, quæ uirium fundamentum est, robustam & ad ualida alterantia ferenda idoneam, indicant. Pari modo ubi quis ualidis soluentibus, aut ualidis euacuationibus cuiuscunque generis assueuerit, uires robustas, quæ euacuationes facile tolerare possint, consuetudo nobis cōmonstrat. apertius adhuc per medias uires indicat alimēti tum quantitatem, tū qualitatē, quantitatē quidē, eo quod si quis copioso cibo uti consueuerit, concoctricē & alias facultates ualidas esse significat: qualitatē uero, quia, si quis sanitatis tempore humidis alimentis assueuerit, dum ægrotat, & potissimum sicco morbo, ut notat Hippocrates, tali uictu erit alendus, quia temperies, in qua uirtus consistit, tempore morbi, etiam si non bona omnino sit, conseruanda est. Consuetudo enim, ut asserit Galenus, uel temperamentum originale seruare, uel adscititium inducere potest. & ob id tantam in omnibus, quæ ad medicinam spectant, uim habet consuetudo, ut ea aduentitia natura, inquit ipse, à maximis medicis fuerit appellata, utpote, quæ adscitiriam, & acquisititiam in corporibus gignit naturam; quinimo & ipsa natura est acquisititia, ut sæpius Galenus testatus fuit; ex quibus apertissimum est,

Alia obiectio.

Solutio.

Solutio dubitationis aduersus cōsuetudinis indicationem.

Gal. 9. metho. cap. 16.

Consuetudo ad vires redigitur,

Hipp. 1. aphor. tex. 16.

Gal 9. method. cap. 3.

eam breuem methodum, quam in generali febrium sermone tradidimus, & ab ipsius febris essentia desumpsimus, non modo verissimam & lucidissimam esse, verum etiam omnes indicationes, quas vnà cum Galeno hoc in loco proposuimus, in virtute continere. Sed ad secundum scopum ipsius morbi videlicet causam, & indicationes ab ea fluentes, accedamus. & eam, pro reliquarum exemplo, de qua in præsentia sermo est, Galenum ipsum imitati, in medium afferamus. Cum enim de putridis febribus methodo profligandis sermo principaliter fuerit institutus, quamuis omnis morbi causa, quippe quæ præter naturam est, sui ablationem indicet. attamen de ijs hoc in loco indicationibus agendum, quas putredo, quæ febris putridæ contentiua immediataque causa est, vt remoueatur, nobis suadet. De his itaque distincte, & accurate sermonem habens Galenus inquit. Denuo itaque repetentes dicamus primum, quod sint febrium putridarum in vniuersum differentiæ: deinde quæ nam sit ipsius generis earum, communis vtilium auxiliorum indicatio: mox quæ sit singulatim cuiusque propria. Par est enim profecto, & quod omnium earum commune est, communem habeat indicationem: &, quod in singulis est proprium, quantum à reliquis eiusdem generis est diuersum, in tantum & diuersam ab illis sortiatur indicationem. Sunt igitur febrium putridarum hæ differentiæ. Vna ex eo, quod causæ ipsius putredinis adsunt, vel non adsunt. Secunda ex eo, quod per totum animal aut eius partem aliquam diffusa putredo fit. Tertia, quatenus cum phlegmone est, aut citra hanc. igitur considerandum nobis est, quid nam commune habeat indicatio, quæ à causa sumitur adhuc manente: quid nam ea, quam putredo ipsa præstat: ab his deinde quid indicatio putredinis, quæ per totum diffunditur animal, aut certe maxime principalia in eo vasa: quid eius, quæ in vna consistit parte: mox deinde earum, quæ in vna quadam parte sunt, æstimabimus differentias. alia enim est indicatio eius, quæ cum phlegmone coniungitur: alia eius, quæ sine hac consistit. Rursus in his etiam ipsis clarum est, aliam esse præsente adhuc effectrice causa; aliam vero hac submota: postremo cuiusque causæ adhuc manentis differentias, per omnia, quę in specierum diuisione sunt inuenta. Siquidem hic iam destinant, necessum est, indicationes, quæ ex curandis sumuntur affectibus: post has vero eas nimirum, quæ ab ipsis curandis suggeruntur particulis, pro iam dicta methodo sumemus. Quibus si eas, quæ à viribus præbentur, adiecerimus, absoluta methodus de omnibus febribus putridis sanandis erit.

Gal. lib. de his quæ fiunt in medic. com. 3. super tex. 2. & 1. de tēperam. c. 4. & 1. de sanit. tuen. c. 5.

Gal. 11. metho. cap. 7.

Quid nā indicet morbi causa.

Ergo ordinamur ab eo, quod primum in diuisione indicans fuit (id erat humorum putredo) ac consideremus quibus maxime indicantibus, & indicationibus vsi, curationem eius inuenite possimus. Principium vero inuentionis ipsa erit rei natura, qua de agitur. Est igitur putredo mutatio totius putrescentis corporis substantiæ ad corruptelam, à calido externo. non enim à proprio calore corrumpitur quicquam. Sed alter quidam alienus, ac præter naturam in corporibus excitatus, primum quidem ipsos succos propter humiditatem & putrefacit, & corrumpit, spatio vero tum adipem inuadit, tum etiam carnem. Tanquam igitur in ijs corporibus, quæ non viuunt, ac putrescunt, primum, quantum eorum iam computruit, separant, dein ei, quod reliquum est, in frigidum aerem sublato perspirationem refrigerantem moliuntur, ita vtique & putredinem, quæ in viuis est orta, sanabimus, id scilicet quod iam corruptum est, omni ratione vacuantes; quod reliquum est moderatis motibus, & refrigerante perspiratu ad exactam symmetriam reducentes. Ac vacuationem quidem illius per vrinam, deiectiones, vomitum, ac sudores; moliemur: post hanc dimotiones mediocres, vnà cum ambientis bona temperie adhibebimus. Similiter in causæ putredinis adhuc manennentis remedio inueniendo nulla est difficultas, quippe cum per contraria tollatur. Itaque quoniam transpirationis prohibitio, putredinis occasio fuit, hanc, arbitror, submouere oportet. At, ea cum varijs generibus est orta, & densatis exiguis meatibus, & constrictis corporibus, & humoribus tum abundantia, tum crassitudine, tum lentitia sua obstruentibus, singulæ harum affectionum curandæ per contraria sunt: Densitas per ea quæ rarefaciunt: constrictio, per ea, quæ fundunt, abundantia, per ea, quæ vacuant: crassitudo, per ea quæ dissecant: & lentor, ijs, quæ detergent. quod si citra obstructiones & corporis meatuum angustiam ex sola ephemera febre & extrinseca præter naturam caliditate humorum putredo orta sit, præsentem putredinem tollere satis erit. Quod si totum corpus dictorum iam singula occuparint, etiam toti corpori per contraria est succurrendum:

cap. 8.

Quæ nā indicationes à putredine sumantur.

Indicationes à putredinis causis desumptæ.

dum: sin vnam partem quampiam putredo inuaserit, illi adhibenda iam dicta sunt remedia. Sane non easdem omnes partes vacuationes medicamentave requirent, cum & temperamentis, & posituris, & forma, & actione, & sensu, & omni denique constitutione naturali inter se dissideant. His autem colligit Galenus omnia causarum genera iam proposita semper sibi ipsis contraria indicare, sed cum in plerisque oppositionibus consueta nomina non sint, accidit, vt qui in rerum scientia minus sunt exercitati, fallantur. Secundo colligit, quod causis iam propositis & febre ipsa inuicem pugnantibus & contrarias indicationes exhibentibus, alias aliæ tum indicationes vincent, tum materiæ. & inde factum est, vt quidam, cum ignorassent vnam semper dari ex re quaque indicationem, ac, si præter naturam sit, quod indicet, contrarium id semper indicare: Sin secundum naturam se habeat, non contrarium, sed simile, nec medendi hi, nec sanitatis tuendæ methodum constituere potuerint. Tertio admonet Galenus, ne & nos decipiamur, quod quamuis in respectu ipsius febris ea omnia quæ inter eius causas fuere enumerata causæ locum atque nomen sibi vendicent, attamen si penes propriam essentiam spectentur, tum causæ, tum symptomatis, tum affectus & morbi naturam obtinent. aitque, causarum quidem genera sunt multitudo, & crassitudo, & lentor humoris. causa simul & symptoma est transpirabilis excrementi retentio. simili modo causa pariter & affectus est ipsa putredo. Morbus vero tum obstructio, tum febris ipsa. Principalibus itaque scopis omnibus, quæ præter naturam sunt, eorumque indicationibus explicatis. Tertium iam, qui secundum naturam est & sui custodiam exposcit, & ipsius indicationes omnes transsigamus. Porrò quemadmodum ab affectu, & eius causa ad præsidiorum materias peruenimus, eodem modo ab ipsa virtute. Nam ea morbo ceu aduersatrix est opposita. Propositumque medico est huic omni ratione opitulari, ac subuenire. Licet autem pro arbitrio virtutem ipsam unum scopum ac primum statuere: quod uero ab ea indicatur, alterum & secundum. Itaque cum monstratum sit uirtutem sui custodiam præscribere, sicuti morbum se tollendum, erit rursus in uirtute secundus scopus, ipsius custodia: At uero custodia similium exhibitionem indicabit: sicuti sublatio contrariorum. Quoniam uero uirium substantia tum ex spiritu, tum ex carnosa specie, tum solidis ipsis completur, ex ijs quæ similia sunt, moliri cuique suam custodiam conueniet: Spiritui ex respiratione, ac transpiratione, & qui ex sanguine attollitur, uapore. Solidorum uero generi ex solido nutrimento: quemadmodum carnoso generi, per eam naturam, quæ in medio humidorum ac solidorum corporum est. Porrò cuiusque horum mensuram ex conseruandæ substantiæ quantitate inuenies: qualitatem uero ex ipsius temperie. Cum uero horum cuiusque uel optima temperies sit, uel aliquatenus uitiosa, quæ quidem optima est, semper seruari debebit: quæ uero omnino uitio non caret, hæc in sanis quidem uel seruanda est, uel alteranda: in ægris uero seruanda est, ea ipsa scilicet ratione, qua prius ostendimus maximam esse à consuetudine indicationem, quippe uel temperamentum originale ipsam seruare, uel adscititium indicere. Præstari uero mensuræ auxiliorum indicationem ex eo temperamento, quod iam præsens sit. ita nimirum, sicut ex ætate, non quam æger prius habuerit, sed quam nunc habet. Cum uero diuersitas nō parua sit in partium animalis temperamento, propriam cuique mensuram fore eorum, quæ ipsi sunt similia: nempe ei, quæ terrea magis est, eorum, quæ magis sint terrea; & ei, quæ humidior est, eorum quæ sint humidiora: ei uero, quæ magis aerea est, eorum, quæ plus huius substantiæ in se habeant. Sicuti calidiori, eorum, quę magis substantiæ igneæ participent. Hinc uero iam materias particulares omnes in cibis, potione, aere, & omnibus peragi solitis inueniendas esse quorum quantitatis modus ex uirium substantia; qualitatis uero à temperamento desumitur. Potissima itaque ratione, ait Galenus de uiribus concludens, ipsæ seruabuntur ex eo, quod de substantia earum uel inanitum, uel alteratum est, corrigendo: secundo loco ex prohibendis ijs, quæ ipsarum substantiam uacuare alterareue possunt. Comprehensa uero inter ea, quæ alterant, breuitatis causa sint, & quæ earum unitatem distrahunt. Hæc itaque cum uires perpetuo indicent, in ualentibus (sicut dictum est) consensus agendorum omnium ad ipsarum perennitatem est: in ægrotantibus non semper. Quo tempore ubi secum pugnauerint indicationes aliquæ, hac methodo ad ea, quæ agenda sunt, inuenienda utendum est: ut scilicet perpendantur indicantium scoporum tum magnitudo, tum

Cur quidam medendi methodum constituere non potuerint.

Cap. 13.

A virtute quænam capiantur indicationes.

Quid indicet spiritus custodia.

Quid indicent tum carnosum genus, tum solidorum species.

Gal. 11. meth. cap. 3.

Gal. 9. meth. 13

Dũ primorũ scoporũ indicationes pugnẽt quid agendum sit.

bribus putridis agendorum indicationem nobis præbent, febris, eius causa, & vir tus: hæc nobis consideratio esse debet, vt scilicet cum viribus tum febrem, tum causam inuicem conferamus. Mox si eadem ambo remedia requirent, ea promptè exequamur: sin indicationes pugnabunt, vnam præferamus, vel quæ à viribus sumitur, vel quæ à causa, vel quæ à febre, ac quæ cęteris sit valentior, hanc magis sequamur, nec tamen cęteras negligamus. ex hac.n.discretione docebimur primam causam, febremque profligare, vbi.s.coniicimus harum remedia vires posse ferre: rursus primam roborandam virtutem esse, vbi hæc imbecillior est, quàm vt causæ, febrisque præsidia sustineat. Quinetiam omnia pariter sub coniecturam agi licet, vti superius de febri, & de causa monstratum est. Quod autem de proxima immediataque febris causa, quæ putredo est, statuimus, idem de reliquis mediatis, remotisq; & subordinatis causis, asserendum, vt scilicet eorum, quæ causæ alterius rationem habent, indicationibus, primum in curatione incumbamus, dummodo vires, & febris, vt dictũ est, non reluctentur. Proinde scribebat Galenus, quod oportet in methodis, quas tradidimus, exercitatum esse, & in ægrotãtibus considerare, & quæ sint ipsius febris remedia, & quæ ipsius, vbi per se sola subsistit, putredinis: quæ rursus efficientis hanc causæ: atque huius quoque cum per se ipsam subsistit. Quippe non semper inter se consentiunt hæc omnia, sed plerunque aduersantur. Quo casu memores eorum, quæ didicimus, id, quod maximum omnium est aggredi oportebit, atque ei, vel soli, vel magis, quàm cęteris, subuenire. Sanè scire licet difficile esse, acriq; iudicio indigens, febrem, putredinem, & effectricem causam, ubi.s.ipsa quoque adest, inter se conferre: difficilius tamen est, si vires quoque cum illis vnà conferre velis: quod vtique, sicut ante cõprehensum est, propter vitæ ipsius respectum semper est necessarium, aliquando uero & ex accidenti, sicut ad morborum sanationem. Quapropter tum in his tum in reliquis complicatis omnibus, in eiusmodi complexu primum æstimabis, à quo maxime discrimen ægro impendere videatur. Secundo loco, quid, quæve ex his causæ rationẽ obtineant, & quæ ab ipsis efficiãtur. Tertio, quæ sanari ante alia possint, & quæ non possint. Vbi.n.à quoquam affectuum non leuę periculum instat, ad id, quod vrget, dirigi primum curantis consilium debet. Vbi aliud efficiens est, aliud quod ab eo efficitur, ipsa causa spectanda. At vbi curari hoc ante illud non licet, ad id, quod ordo dictat, est respiciendum. Atque in eo quidem consilio quod ab urgente initur, affectus magnitudo ꝑpendenda est, ea vero triplex est vt in sermone de prognosticis quoque declarauimus, alia, quæ ex læsę actionis præstantia spectatur: alia, quæ ex propria affectus essentia, sub qua tum morbi idea, tum à naturali habitu recessus continetur; & tertia præter has, quæ ex facultate, quæ læsum corpus gubernat, siue etiam ex morbi malignitate, æstimatur. quod quidem magnitudinis genus ad primum etiam vt loco citato aperuimus, redigi potest. In eo vero consilio, quod ex causæ ratione initur, animaduertendum, quid nam eorum, quæ inter se coniuncta sunt, augere, aut gignere reliqua possit: quæ rursus ab eo, vel gignantur, vel augeãtur: in eo vero, quod ordo præscribit, quid ante quod, vel quid cum quo, vel quid post quid sanari possit. sed ad indicationes à putredinis causis desumptas redeamus. Quemadmodum itaquę à febre duæ indicationes se exhibent.s.vt portio febris, quæ iã facta est, percuretur: quæ vero in generatione est, inhibeatur: ita aliæ rursus duæ à putredine erunt indicationes, vt & quod putredinis iam factum est, sanes; & quod in generatione adhuc est, sistas. Porro quod in generatione est, id perspiratio impedita, facit: ab hac itaque aliæ duæ quoque indicationes nascentur, tum vt quod retentum est, vacuetur: tum quod retinendum est, prohibeatur. Sanè prohibebitur ijs præsidijs, quæ obstructioni medẽtur. Cuius rursum ipsius, quod iam factum est, sanandum est: quod futurum est inhibendum. At curabitur quidem quod iam factum est obstructionis, per ea quæ obstructa liberant, inhibebitur, quod futurum est, si affluxum obstruentium succorum compescas. ergo quod vltimum in ipsa resolutiua methodo est inuentum, id primum omnium in curatione est peragendum: s.n.ijs auxilijs, quæ exobstruant, vti non vacuata prius abundantia velimus, non modo nihil proficimus, sed etiam affectum maiorem reddimus, pugnantibus.s.inter se indicationibus. At si vacuata prius multitudine ad curandam obstructionem accedamus, medicamentis ijs, quæ obstructiones expediãt, erit opus, sed quia horum plurima calida sunt, metus est, ne tum putredinem, tum febrem augeant. Itaq; ijs, quæ citra calorem liberare obstructiones valeant, utemur, vbi uero, quæ obstruũt, detersa, dissectaque sunt, per aluum, vrinas, & sudorem ea ua-

De indicationibus, quæ à putredinis causis desumũtur & earum potestate.

Gal. 11. meth. cap. 9.

Gal. 7. method. cap. 12.

Gal. 1. de hum. com. 12.

Causarũ putredinis ordo & earũ collatio quo ordine peragẽda.

Cap. 10.

-cuare tentandum.cum vero materiæ, quæ hæc efficiant, etiam calidæ sint,necesse est interea tum putredinem augeri,tum febrem. Quare quoad licet,id agendum, vt,quæ minus calfaciat,materia deligatur: aut si qua inueniri potest, quæ non calfaciat,vt in hoc casu balneum est, vtique ea est petenda. Hoc vero tempore etiam vires roborare quo putredinem superantes,succos concoquant, studebimus. Quod vero febris iam factum est,id refrigerabimus. In auxiliorum.n.inueniendorũ ordine vltima est, quæ ab hac sumitur,indicatio, quamuis alia ratione sit prima: quippe cum à febri cœpetit inueniendorum præsidiorum methodus. Ac si nullum interim vehemens incidat symptoma,prohibeatq; quo minus auxilia ab initio morbi ad finem ita procedant,celerrime finietur febris: si enim tale quippiam incidat, quod totam ad se curationem reuocet, necesse est, serius adueniat curationis finis. Siquidem quod ita interuenit omnino,vel contrarium est remedijs,quæ antedictum causarum affectuum,& symptomatum ordinem sanent: vel omnino nihil saltē confert. Enimuero, si eius, quod interuenit,sanatio antedicto præsidiorum ordini sit contraria, necesse est interim cuncta deteriora reddi: sin nihil originali affectui interuenientis obiter mali correctio nec officit, nec prodest, totius curationis celeritate in mora erit: si autem nocet, necesse est,aut vniuersam medicationem in longius spatium trahi,aut aliquod subsequi periculum,aut etiam fote vtrunque. Finge.n.exempli gratia, afflicto interim stomacho syncopem incidisse, cui sucurrere coacti cibum intempestiuè dederimus, ac vinũ cũ frigida. ex horum.n. vsu tum obstructionem,tum corporis coarctationem,tum putredinem auctas esse necessum est: & ex harum auctu ipsam etiam febrem: Verum vbi tum virtus satis valens est, nec quicquã interuenit, cuiusmodi, quem modo diximus ex vitio stomachi ortam syncopem, sed nec, quæ aliquando accidere possunt, aut sanguinis profluuium,aut vigilia, aut dolor, aut error aliquis, vel ægrotantis ipsius, vel eius familiarium: vbi inquã nihil tale accidit,totus,qui proxime dictus est, remediorum ordo hominem profecto sanabit. Sed nec ipse tamen quocunque remedio omnia quæ præter naturam sunt,sanat.Nam aqua mulsa,exēpli gratia,quę ad crassos succos extenuandos,& glutinosos detergendos, & excretionem promouendam attinet, optimũ sane medicamen fuerit synochis, quos habitus coarctatior, & putredo excitarunt: quatenus vero calorem febris adauget,est noxia. Vnde si hic immodicus sit,parcendum aquæ mulsæ, & ptisanæ cremore vtendum; quod si difficiles ac contumaces obstructiones indicaueris ēt oxymelite. At hoc ipsũ rursus,si immodice vtaris, & intestina radit, & tussim excitat, & neruosa lædit. Adeo.f. difficile est eiusmodi aliqđ auxilium inuenisse, quod citra vllam noxam magnifice prosit. id aũt accidit,vt dictũ est,ex complexione ortorum in corpore præter naturã affectuum, vnà cum præcedentibus eos,causis, & sequentibus symptomatis.Et hæc de scopis,& indicationibus,quę oibus putridis febribus submouendis communes sunt, dicta sufficiũt. Quod si putredo in vna quapiam corporis parte consistat, post has vniuersales, quas proposuimus, indicationes. eas nimirum, vt monet Galenus, quæ ab ipsis curandis suggeruntur particulis, pro iam dictæ methodi complemento desumemus. Putredinis itaque in vna parte consistentis,vt superius quoque cum Galeno notauimus, duæ sunt differentiæ, quatenus,s.aut cum phlegmone est, aut citra hanc. Quemadmodum itaque si putredo & eius causæ,vt obstructio humoris copia,crassities, atque viscìditas totum corpus occupauerint, etiam toti corpori per contraria est succurrendum; ita si vnam quampiam partem inuaserint, illi adhibenda iam dicta sunt remedia. & hæc erit prima & communis in omnibus particulis indicatio. Verum quoniam,subdit Galenus non easdem omnes partes vacuationes medicamentave requirunt, cum & tēperamentis,& posituris,& forma,& omni denique constitutione naturaque inter se dissideãt: Idcirco ab ijs omnibus particulares indicationes sumendæ erunt. Nos vero, quãuis in particularibus partium omnium affectibus,quomodo singulis sit opitulandum,pro conueniente sermonis ordine,disquisierimus: attamen indicationes,quæ ad generalem putridarum curandarum methodum spectant, ne vlla ex parte defectuosa sit, in medium afferre debemus. Harum itaque indicationum quædam à parte,vt similaris est, nonnullæ ab eadem, quatenus est instrumentalis, capiuntur. aliæ vero eidem & quatenus instrumentalis,& quatenus similaris est, communes sunt. Si enim pars vt similaris est consideretur, secundum propriam naturam, & temperaturam indicat. Vt instrumentalis, ex eius figura, & positione, indicatio sumitur. Si vero partium actionem inspexerimus,& insuper an pars rara sit,an densa, an acuti, vel hebetis sensus,

Margin notes: *Cap. 11.* — Quæ nã symptomata nũc protrahere, nũc peruertere curationem possint. — Inueniendorum auxiliorum difficultas quã de cã oriatur. — *Gal. 11. meth. Cap. 7.* — *Gal. loco cit.* — *Gal. cap. 8.* — Si putredo in vna parte cõsistat,quæ nã indicationes iam propositis addendæ sint. — Indicationes a diuersis partib. desumptæ.

ſus, tum in instrumentalis, tum vt ſimilaris indicabit. Sunt enim hæc, vt Galenus aſſeruit, vtriuſque communia.

A partis temperie quæ nã ſumãtur indicationes.

Gal. 13. meth. cap. 7. & 10.

A partis itaque laborantis temperatura eædem prorſus ſumuntur indicationes, quæ ab vniuerſo corporis temperamento eliciebantur. dum enim pars intemperie laborat, natiua vel adſcititia eius temperies receſſum à naturali ſtatu indicat, & alterationis menſuram præſcribit, & hoc modo ad ipſum morbum indicantem reducitur. quia indicans medicatorium eſt. Quod ſi partis temperatura conſideretur prout in ea virtus conſiſtit, vt ſic ſui cuſtodiam indicat & ad virtutem ipſam indicantem redigitur, vt ſuperius de vniuerſali corporis temperie notauimus; potiſsimum ſi pars ipſa actionem habeat, quæ pro vniuerſi corporis conſeruatione neceſſaria ſit.

A partis actione.

A laborantis autem partis actione indicatio ſumitur, quia actio hæc vel omnibus animalis partibus vtilis eſt, vel paucis quibuſdam, aut ſibi ſoli. Si omnibus vtilis, imo neceſſaria ſit, ab hac actione cuſtodia, & cõſeruatio per ſimilia indicatur, hæc autem ſimilitudo penes ipſius ſubſtantiæ partis congruam temperiem atq; menſuram ſpectari debet, à quibus.ſ. optimæ partium actiones prodeunt, & ita indicatio hæc cum ea, quæ à partis temperie deſumitur, quadam ex parte coincidit, & ad ipſam uirtutem reducitur indicantem. Siue pars ipſa ſimplici intemperie, ſiue etiam intemperie, quæ ex humoribus oborta ſit, laboret, & ſiue putredo in ipſa ſola, ſiue in alijs partibus ab ea ſeparata ſubſiſtat. & hac de cauſa in putridis febribus præcipit Galenus, vt dum ventriculi, vel iecoris actiones & facultates languent uel periculum eſt ne labeſactentur, ut auxilijs adſtringentibus & calorem horum uiſcerũ roborantibus atque ſouentibus poſt totius.ſ. corporis euacuationem, utamur. Quod ſi pars intemperie ex humorum uitio laboret, putredoque in ipſa ſubſiſtat, de qua potiſsimum in præſentia ſermo eſt, ſi particula ſoli ſibi inſeruiat, audacter uacues licet, prout affectus ſuadabit, ſed tamen etiam uirtuti attentus: ſin neceſſarium opus eius ſit omnibus animalis partibus, ueluti uentriculi, & iecinoris non leuis habenda ſolicitudo de robore uirtutis eſt, ne hanc diſſoluas magna ſemel uacuatione uſus: ergo in illis quamprimum uacuare redundantiam licebit, prout uolueris; ex uentriculo uero & iocinore utcunque uacuare non licet, ſed cum cautione, ut nequid uirtuti offícias, quia ex immodica euacuatione, & perperam adminiſtrata, harum partium ſubſtantia, & debita menſura in qua uirtus ipſarum conſiſtit, diſſoluitur.

Gal. 11. meth. à cap 15. vſque ad finem.

Gal. 7 met. vlt.

Actionũ differentię penes dignitatem, & indicandi vim.

Quoniam autem non par eſt actionum dignitas ad ægros ſeruandos, ſed aliæ magis ijs, aliæ minus vtiles ſunt, vtique ad portionem actionum dignitatis etiam cuiuſque partis, proſpiciendum eſt robori. Maximæ vero eſt cordis officij dignitas, ægrotisq; maxime omnium neceſſaria: cerebri vero ad vitam quidem par eſt momentum, non tamen par robur eius in ægrotis requirimus, cum neceſſe omnibus non ſit neruorum ac muſculorum opera vti: itaque abunde fuerit ſi tantum eius ſeruatum ſit, quo reſpirationis munus ſit obeundum. Iocinoris autem opus omnibus partibus perneceſſarium eſt, non tamen adeo ſaltem perpetuam neceſsitatem habet, ſicut ipſius cordis. ad portionem iecoris, etiam ventriculi opus ſe habet. intelligẽs ergo omnium particularũ tum functiones, tum vſus, haud difficulter inuenies quantũ cuiuſq; robur in vacuationib. cuſtodiri oporteat. ac idẽ particulatim ſeruabis vbi putredo in earum aliqua cõſiſtat, quæ vacuatione indigeat. & ita indicatio ab actione partis deſumpta ac ipſam virtutem, ut ita dicam, particularem redigitur, fieri tamen poteſt, vt indicatio ex actione partis deſumpta curatoria etiam ſit, & ad morbum indicantem redigatur, ſed ex accidenti, quia, vt notat Galenus, cum noxiorum humorum concoctiones ab ipſa partiũ concoctrice facultate fiant, vt concoctio hæc roboretur, auxilijs partes, & earum calorem potiſsimum firmantibus & roborantibus, vtimur, vt morbus facilius & citius ſuperetur. cũ.n. ait Gal. in viuente corpore putredo humorum concipiatur, quod tum alterare poteſt, tum concoquere, tum vtile reddere quidquid putreſcentiũ, veluti ſemiputridum ſemimalumq; eſt, vtiq; facultatẽ eius, qua naturaliter cõcoquit, excitans firmansq;, quæ putreſcentia ſunt ſanabis, & hæc de cauſa & in inflammationibus, & abſceſsibus, pus mouentib. & concoquentibus vtimur. nulla.n. corporis pars propria concoctrice facultate deſtituta eſt. Quod ſi præter propriam, alia quoque, quæ reliquis partibus neceſſaria ſit, cõcoctrice vi pdita ſit, vt ventriculus, & iecur eſt, validioribus roborantibus vtrique indigebit.

Gal. 11. meth. cap. 9.

A partis ſitu.

A ſitu vero partium indicatio exhibetur, tum ad ſolidarum intẽperies, tum ad ſuccorũ vitiũ, ſane non leuis. Nã per quæ vacuare oporteat, atq; quomodo, ipſæ præcipuè demonſtrat. Qui.n. per ſumma corporis, aut parte pxima intẽperie laborant, ijs medicamenta, quæ intẽperies requirit, applicabimus:

Quibus

Quibus autem in profundo corpore aut remota parte intemperies est, in his ratione interualli extimabimus. Si enim medicamentis, quæ intemperies requirit, vtare, vti que multo imbecilliora, quàm pro vsu sit, ad affectum locum peruenient. Ad vacuationes quoque nonnihil situs indicat, dum societatem laborantis particulæ cum alijs docet. nisi enim illud compertum haberemus, quod cauo iecoris subijcitur ventriculus, & ieiunum, rum quod ieiuno ipsi tenuè intestinum succedit & huic reliqua, innuisse non licuisset, quod iecur & per aluum, & per vomitum expurgati possit. Quanquam aptior sit prior vacuatio tanquam vsu iam calentibus intestinis iocinoris superflua tolerare. A figura autem partis modi quoque vacuandi indicatio suggeritur. Ventriculus enim vomitu, & deiectione inanitur: intestina deiectione tantum, sicut & iecoris caua aptius per aluum inaniuntur. Renes vero, vesica, ac iecoris gibba, si multo vitioso succo sunt referta, per deiectiones expurgantur: sin mediocri per vrinales meatus: cerebrum verò per palatum & aures, pectus & pulmones per asperā arteriam & fauces. Pariter non contemnenda ea iudicatio est, quam sensus partium acuitas hebetudoque suppeditant: quando omne medicamen contemnunt, quæ tardi sunt sensus, etiam si non leuiter mordeant: at si acuti sensus sint, earum vires dolore resoluuntur, expedit igitur, vt has nec confertim, nec semel valentibus auxilijs mederi tentes, sed tuto potius in tempore: vbi verò tardus est sensus celeriter obire quod iustum est, licet semel vsis remedio, quod idoneum sit. Quemadmodum autem partis situs, dum in ipsius intemperie curanda alterantium gradum & mensuram nobis præscribit, ad ipsum morbum indicantem, intemperiem videlicet reduci potest, quia ipsius temperaturæ quodammodo, validius, vel remissius alterans indicantis, vicem gerit, ita dum situs euacuationis modum indicat, ad ipsam virtutem reduci debet, nō enim propter aliud tunc partis situs conducere videtur, quàm pro ipsius affectæ partis custodia, quod etiam de partis actione, (hæc enim vacuationis quantitatem definit ꝓ facultatis robore seruando) figura, & sensu prorsus concludendum est. A quibus indicatio non alia de causa suggeritur, quàm pro ipsius partis natura, temperamento, ac naturali constitutione seruandis. ex quibus colligimus, quod præter tres primos illos scopos à Galeno superius propositos. quartum, qui ad ipsos aliquo modo non redigatur, excogitare non licet. Quod si quis velit partem affectam quartum scopū seu indicans, à reliquis, virtute. s. morbo, & morbi causa, separatum, statuere, non ob id calumniandus erit Gal. dum tres solum proponit, quia cum de putridis in genere curandis loquitur, non potest tunc temporis nisi tres illos, qui in omni putrida febre considerandi perpetuo sunt, proponere scopos, sunt autem morbus, eius causa, & vires. nam pars affecta in ijs solummodo putridis febribus locum habet, in quibus putredo in vna quadam parte determinata subsistit. Hæc autem si absque phlegmone sit, nullam aliam particularem habebit curationis indicationem distinctā ab ijs, quas exhibet putredo, quæ per vniuersum corpus, aut plures partes diffusa est, præter illas quas modo proposuimus. & quod eidem parti, & non alijs, neque vniuerso corpori medicamenta adhibere oportet. At si cum phlegmone coniuncta putredo fuerit, necessario cum his omnibus quas diximus indicationibus, illas, quæ à phlegmone ipsa capiuntur, pro eius curatione, considerare oportebit. de quibus ne verbum quidem faciemus, cum de ijs, in singularum partium inflammationibus curandis, toties egerimus. Hac itaque breui, & nihilominus clara, vniuersalique methodo, quilibet poterit pro singulis morbis, potissimumque putridis febribus submouendis, omnia præsidia cum adinuenire, tum recte administrare. Qui enim intelligendi acumine præditus erit, eorum quæ scripta sunt, secunda lectione opus non habebit. Quod si quis prima lectione non percipiat ea, quæ tam clare à Galeno scribuntur, iterum, & tertio, & sæpius diligenti animaduetsione relegat. Si hoc enim faciat, quæ plane ab ipso traduntur, omnino intelliget. & præter alia multa, id quoque eliciet remediorum adinuentionem ab vniuscuiusque principalium scoporum, & alijs, qui eos consequuntur, natura, semper hauriri. rectam verò eorundem administrationem ab ijs, quæ ipsorum naturam consequuntur, & alijs scopis, qui uel repugnare seu prohibere, aut permittere, aut etiam suadere quoquo pacto possunt desumi, omnino inueniet. Exempli causa febris refrigerans indicat auxilium. eius magnitudo, vti dum exurens est, intense refrigerans suggerit, eius causa vt bilis putrescens si cruda & inuicta sit, nec non etiā virtus imbecilla. validum refrigerans, vt aquæ frigidæ potum, prohibet, si bilis concocta & à proba materia separata sit, potius suadet, si virtus robusta permittit, simili

A partis figura.

A partis sensu.

Si putredo i quadā parte subsistat citra phlegmonem quid indicet.

Si pars putredine affecta phlegmone laboret, quæ nam oriuntur indicationes.

Omnium dictorum epilogus.

modo sanguinis copia euacuationem indicat, si autem magna fuerit, magnam euacuationem præscribit, hác vero virtus omnino robusta permittere, aut non prohibere, febris autem, cum euacuatio ex accidenti refrigeret, ipsam etiam cohortari, aut suadere potest. Obstructio vero, si ex crassis solum succis oriatur, attennantia indicat, quod si ex crassis simul & viscidis succis, & ijs copiosis fiat, valida exobstruentia requirit, hæc febris debilis permittere, fortis verò seu intensa prohibere potest. Virtus imbecilla alimentum indicat, quia vt ait Gal. solus virtutis respectus de nutrimento indicationem præbet, si valde imbecilla sit, & penes solidorum speciem, copiosiori, & solidiori potius alimento vtendum esse indicat, si spiritus langueant tenue, & cito nutriens, vt vinum, exigit, quæ omnia tum morbus, tum morbi causa vel promittere, vel etiam prohibere aliqua ex parte possunt. Diximus aliqua ex parte, quia sicuti virtus ea, quæ ab ijs, quæ præter naturam sunt, vt à morbo & eius causa, præscribuntur, prohibere omnino potest, ita morbus & eius causa nunquam id, quod à virtute indicatur, ex toto prohibere potest. nam morbus alioquin maximus, si virtus debilis alimentum indicet illud ex toto nunquam prohibebit. Quo fit vt ad varia respicientes, & ei, qđ magis vrget, incumbentes, cogamur vel vniuersum auxilium, vel saltem eius indicatam quantitatem interdicere. Quod autem congrua agendi occasio & opportunum tempus tum nobis sese offerat, quum indicans præsens est, & id omne quod prohibere potest, non adsit, tum apertissimum est, tum ab ipso Galeno fuit propositum. Porrò modus & locus siue quomodo, & vbi agendum, vt inferius clarius apparebit, tum ab his quæ proposita sunt, tum potissimum ab ipsa parte laborante nobis indicatur. Sed quia recta adinuentorum præsidiorum administratio longiorem sermonem, & plura exempla in materijs præsidiorum examinandis requirit, idcirco, vt nulla prorsus oriatur confusio, singulorum præsidiorum materias examini iam nunc subijciemus, & eodem tempore tum putridarum febrium curationem, tum rectam auxiliorum, quę superiori methodo inuenta sunt, administrationem, accuratius pertractabimus.

Gal. 11. met. c. 14.

Gal. li. ad Trasil. c. 35.

De materia Chirurgica in putridis curandis febribus deligenda, & recte administranda. Cap. XXI.

De venæ sectione.

DVM Gal. omnia præsidia, pro putridis febribus generaliter submouendis resolutiua methodo venaretur, dicebat, quod cum putridæ febris causa sit putredo, putredinis verò causa sit prohibita transpiratio, hæc autem ab obstructione originem habeat, cuius quod iam factum est curandum, quod futurum est inhibendum (nam secus quod futurum est febris nullo pacto prohiberi potest) quod autem obstructionis iam factum est per ea, quæ obstructa liberant, curandum, quod autem futurum est, per ea, q̃ affluxum obstruentium succorum compescunt, inhibendum. idcirco tandem concludit quod hoc vltimum in ipsa resolutiua methodo adinuentũ, id primum omnium in curatione est peragendum. & subinde putridarum omnium curatio ab ipsa euacuatione auspicanda est. Si enim exobstruentibus vti, non vacuata prius abundantia, velimus non modo nihil proficiemus, ait Gal. sed etiam affectum maiorem reddemus, pugnantibus s. inter se indicationibus, & ob hanc potissimum, tum ob alias causas, magis infra de venæ sectione in putridis adhibenda sermonem concludens, scribebat saluberrimum esse in febribus venam incidere, non continentibus modo, verumetiam alijs omnibus, quas putrescens humor concitat; vbi præsertim nec ætas, nec vires prohibent. nam venæ sectio principaliter ad obstruentium humorum affluxum compescẽdum, & subinde ad ipsorum reuulsionem adhibetur, & deinde vt totum corpus vacuetur. Leuata nanque, quæ corpus nostrum regit, natura, exonerataque eo, quo velut sarcina, premitur, haud ægre, quod reliquum est vincet. itaque proprij muneris non oblita & coquet, quod concoqui est habile, & excernet, quod potest excerni. quod si vna quapiam in parte, putredo consistat, quæ quidem pars prouidentiam requirat, ꝓter id, quod venæ sectio in partibus oppositis adhibita ab affecta parte influentes humores reuellit, vbi detractus sanguis non est, maximum planè est malum ad partis prouidentiam accedere. Insuper ex resecta vena tum putridi humores, tum putridæ fuligines, tum transpirabilia retenta, aliqua ex parte educi possunt, & multitudine humorum

Gal. 11 meth. c. 10.

Quot beneficia venę sectio putrida febre laborãtib. conferat.

Cap. 15. post med.

morum comminuta, refrigeranti perspirationi facilior aditus præbetur. & sicuti quod corruptum est aliqua ex parte educitur, ita quod reliquum est, & quod putrefieri, & corrumpi potest, hac euacuatione tum moderato motu, tum refrigerante perspiratu ad exactam symmetriam reducitur. & , quod maximum est, præsidium hoc non modo ab ipsa febre non prohibetur, sed potius suadetur, quia venæ sectio vti ex se euacuare, ita ex accidenti refrigerare nata est. Vnde mirum non est si Gal. saluberrimam ipsam esse dixerit. & vniuersaliter loquens ipsam in omnibus putridis febribus adhibendam esse consulat, præsertim si ætas, & virtus non prohibeat, ita autem loquutus est, vt maximam huius remedij vtilitatem, atque necessitatem ostenderet. Vnde non est, vt vniuersalem eius sermonem, vt recentiores nonnulli fecere, ambagibus, & nugis destruamus. non enim statuendum est tunc venam aperiendam esse, quotiescunque præter ætatem, & virtutem requisitam, plenitudo, vel quo ad vires, vel quo ad vasa, vel simpliciter, vel secundum quid, in corpore reperitur, id enim non dixit Gale. multo autem minus audiendi sunt illi, qui asserunt in putrida febre, venam secandam esse dummodo vires, & ætas florens præsto sint, & insuper plenitudo adsit, & vnà cum ea morbus vehemens, & subinde vehemens sit febris. Gal. enim, ita loquens, quamlibet putridā febrem, apertissime & de necessitate, morbum vehementem esse voluit, nec in iuria cum & ratione dignitatis (totum enim corpus & omnia membra, sed principaliter ipsum cor, in ea afficiuntur) & penes recessum à naturali habitu, morbus sit magnus s. innatus enim in ipsa calor igneus euadit, & quod plurimi refert calor igneus putredinē & subinde causam fouentem habet. Nec aliquis remedium hoc suspectum habere debet, eo quia Hip. in epid. ipsum in febribus profligandis in narratione prætermisisse videatur. Quoniam vt eius optimus interpres Gal. admonet Hippoc. venæ sectionem amauit, & adhibitum hoc remedium multis fuisse existimandum est, sed tanquam manifestum, in narratione fuisse prætermissum. in quam sententiam illud, subdit Galen. nos potissimum adducit, quod de iis, quibus octauo die missus sanguis est, prædiximus: siquidem videtur id scripsisse, tanquam rarum: & quibus ante diem octauū detraheretur, tanquam consuetum omisisse. Si enim in veris eius libris, cum magni morbi sunt, sanguinis missione semper vtitur, ad quam faciendam hæc sola duo intuetur ætatem & vires ægrotantis, profecto nihil aliud possumus suspicari, quàm hoc remedium in ægris non esse præteritum ipsum quidem, sed tamen in narratione, vt manifestum, non esse memoratum. At vero tria superius proposita ad venæ sectionem adhibendam sufficere, plenitudinem vero necessariam non esse, apertissime declarauit Gal. dum de febre ex obstructione loquens, ita scribit, ac si puer, vel senex sit, sanguinem detrahere non licet. Inter has ætates, vbi robur ægro non deest, secanda vena et si plenitudinis signa non adsunt, quid clarius? Idem prorsus manifestauit tum alibi, tum porissimum dum ita ad verbum contra Menodotum empiricū habuit. Fit tamen interdum cum non adsit plethoricus concursus, vt mittendus sanguis sit. Si enim morbus valens sit, viresque ægrotātis robustæ, nemo erit, qui in medicina facienda sit exercitatus, quin non esse missurus sanguinem videatur. Se autem sub viribus ætatem ipsam complexum fuisse aperte declarat inferius in eodem commento dum inquit, Iam vero non solum incidenda vena est, cum subest plenitudo, sed etiam sine plenitudine in principio inflammationis, quæ fit, vel ex ictu, vel ex dolore, vel ex partium exorta imbecillitate. Tria igitur sunt quæ agnitionem huius remedij adhibendi continent, morbi magnitudo eaque, aut præsens, aut imminens, ætas, & robur virium. hæcque tria proposita ad sanguinis missionem suadendam satis esse possunt. Cum.n. vt post dicemus, virtus non modo, vt ad præsens valens est, sed etiam, prout in futurū robusta persistere possit, consideranda sit, in puerili & senili ætate quamuis aliqua ex parte virtus ad præsens, robusta esse possit, attamen, ne in futurum labatur, maximū periculum imminet. & proinde, vt infra declarabimus, ætas ad virtutem ipsam tāquā ipsius signum, sicut & alia multa reduci debet. vnde mirum non est si Gale. nonnunquam breuitati studens ætatem ipsam prætereat. Porrò ætatem ipsam vel permittere, vel prohibere venæ sectionem, quatenus ad virtutem ipsam reducitur, & insup tres solummodo propositos scopos citra plenitudinem ad ipsam indicandam sufficere ex eodem Galeno clarè colligimus. is enim cum Hippoc. dixisset. In acutis affectibus sanguinem detrahendum esse, si vehemens morbus videatur, & infirmus ætate floreat, viresque ei adsint. mittendi sanguinis historiam in summam, paucosque scopos redactam his verbis proponit. Sanguinem enim primum detrahes si morbus tibi magnus videa-

Gal. 1. in 3. epid. com. 3.

Hip. in putridis curandis venæ sectionem adamauit.

Gal. 8. metho. c. 4.

Gal. 1. de hum. com. 12. paulo post prin. et 4. de rat. vic. 19.

Gal. loc. cit. versus fin. com.

Pro mittēdo sanguin. plenitudinē nō esse necessariam.

Pro secanda vena quot scopi necessarij sint.

Hip. 4. de rat. vic. in acu. tex. 19.

Gal. in com. & com. 25.

Aetas p mediam virtutē venæ sectionem indicat.

videatur, nec quicquam refert, siue vehementem, siue magnum morbum dixeris: si æger ætate floreat. nam neque puer, neque senex sanguinis detractionem sustinet, etiã si morbus quo angantur, magnus sit: & si tertius præter duos iam dictos, adsit scopus qui in robore vitalis facultatis consistit. Neque enim in ijs, quorum ætas florens est cum languent, perpetuo robur apparet. Quæ res facit, vt quispiam fortasse hos duos tantum scopos detrahendi sanguinis, satis esse existimet, magnitudinem morbi, & robur virium: siquidem senex, non per se quod sit annis grauis, sed propter virium imbecillitatem sanguinis non fert detractionem. At pueri quanquam vitali facultate valent, tñ nec ipsi eam ferunt: eorum enim substantia cum propter humiditatem tum ꝓpter temperaturæ caliditatem prompte in vaporem abit. non egent autem sanguinis detractione, qui innatam à temperatura euacuationem habent. quare melius feceris si reliquis duobus scopis florentem quoque ætatem adieceris. vt autem nihil ad hoc institutum desideretur, eum quoque scopum adijciam qui ab aere ambiente sumitur, inquit Gal. cum enim is fuerit abunde calidus & siccus, vt corpus ab eo cito euapotetur, tunc à sanguinis missione abstinendum est, etiam si morbus magnus sit, & homo ætate floreat. vnde aer ambiens quemadmodum & ætas ipsa, nec non etiam corporis habitus ad virtutem ipsam redigitur. imo ætatem ipsam ad corporis habitum referas licet, vt insinuauit Gal. etenim habitum nominamus ad corporis constitutionẽ referentes, vt cum quis vel mollis, vel durus sit: in pueris verò propter habitus mollitiem, cum perspirabilis cutis sit, succi facilè per halitum digeruntur; in senibus verò non facilè, propter siccitatem, & frigiditatem, sed quomodocunque resetatur, habitus tandem & ipse ad virtutem ipsam reducitur, quatenùs eam vel imbecillam, vel validam ad sanguinis detractionem sustinendam indicat. & idem de reliquis scopis, qui sparsim à Galeno proponuntur, dicendum est. interdum enim ita scribit. Priusquam enim venam seces, præstiterit hæc omnia intueri; magnitudinem morbi, simulque robur virium ægrotantis, quasi duo hæc principalia sint, & sufficientissima, sed quia viriũ statum & morbi magnitudinem cognoscere, haud ita facile est, ideo statim subdit: itẽque ætatem, & naturalem eius, quem curas, temperaturam: (sub qua corporis quoque habitus complectitur) ad hæc verò etiam anni tempus vernum ne illud sit, nec ne: & vtrum locus sit suapte natura temperatus; deinde vero vtrum magnum periculum immineat, cuiusmodi est inflammationis pulmonis, aut anginæ, aut doloris lateris, aut alterius acuti, aut vehementis morbi suspicio. hæ siquidem omnes magnorum morborum ideæ absque dubio sunt. sub corporis autem temperatura habitum etiam, qui ad corporis constitutionem refertur, contineri & alios mittẽdi sanguinis scopos ex Gal. colligimus, quinẽt dũ hẽt. Lapidũ, & eorũ, q̃ ex terra sunt, corporũ substãtia cõstãs stabilisq; pp siccitatẽ & frigus ẽ. At q̃ humida calidaq; sũt, eorum substãtia celerrime in ambientẽ dissipatur, alias in halitũ sensibilẽ soluta, alias ĩ ꝓspirationes, q̃ visũ fugiãt, & hæ corporum naturæ longissimo interuallo, à se distant. Reliquarum omnium illæ, quæ frigidæ ac siccæ proxime accedunt, ægre quidem per halitum digeri possunt, minus tamen ægre, quàm ferrum, lapis, & adamas. At quæ calidæ & humidæ sunt vicinæ, hæ promptius quidem digeruntur, atque exhalant, sed minus hæ quoque, quã aqua calefacta. Nam citra calorem non potest in halitum digeri corpus vllum, substãtia eius coacta, densataque manente: sed nec per calorem omne, imo quod habile est: tale porrò humidum est. Ergo puerorum substantia omnium facillimè digeritur, qa omnium humidissima, nulla verò frigidior. quo minus vacuantis præsidij eget, cũ habeat ex se ipsa vnde naturaliter vacuetur. Fit autem profectò, & propter calidam siccamque regionem, & tempus æstiuum, & statum cœli impensè calidum & siccum notabilis per cutim vacuatio. itaque etiam huius causa ijs, qui sanguinis detrahendi egẽt aut prorsus venam non secabimus, aut parum detrahemus. Sanè erunt in hac quoque detractione multi scopi Medico spectandi, natura ab initio, consuetudo, ętas, locus habitationis, anni tempus, cœli status: ad hæc ægritudinalis, quem curamus, affectus, aliaque ratione ante hunc laborantis vires. Postremò eosdem mittendi sanguinis scopos exactius adhuc proponit explicatq; Gal. dum in eodem libro (in quo se omnes huius auxilij indicationes decidisse profitetur) sic habet. Si tempore mittendi sanguinis menses moueri contigerit, aut hæmorrhois sit reclusa, si inspectus fluentis impetus satis fore videbitur, qui solus quod requiris, vacuet, naturæ rem omnem permittes: sin minus tantum ipse detrahes quo ex coniunctis ambobus perficiatur quod postulas. quare, quæ sponte natura perfectura est, ne tangito, inchoata verò, nec ab ea perficiẽda, com-

Marginal notes: Quo oẽs scopi venæsectio nẽ indicãtes ad duos redigi possint. — Aer ambiẽs quo venæ sectionẽ indicet, vel prohibeat. — Gal. com. 15. — Preter morbũ magnum, vires & ætatem, quot nã scopos considerare oporteat. — Gal. 1. de hum. com. 5. — Gal. 9. met. c. 17. — Cur puerorũ corpora omnium facillimè digerantur. — Omniũ scoporũ à quib. venæ sectio desumitur enumeratio. — Gal. 9. met. c. 5

da completo. itaque in pleuritide, & febre continua si sanguis abundantius ex vtero, vel hæmorrhoidibus, vel è naribus dimanet, iustaque sit vacuationis quantitas, ex qua æger satis leuetur, vena non est incidenda. sin parcius, aut languidius ex his locis profluit, morbusque interim vehementer vrget, quod deficit, etiam si puerpera sit laborans, venæ sectione supplendum. Veluti autem in his, subdit Gal. ad ipsam naturalē vacuationem, quæ sensu vsurpatur, non leuiter attentum esse oportet. ita alibi vel ad naturam ipsam, vel ætatem, vel cœli statum. Sunt enim nonnulli ad exhalandos digerendosque corporis succos natura propensi: pueri certè propter ætatem perpetuo: cœli verò status vbi calidus nimium est & siccus. propensi autem sunt ad succos digerendos natura humidi: magisque si accedat caliditas. Præterea, qui raro sunt corporis textu. Ad hæc, quibus os ventris aut amara bili abundat, aut imbecillum est, aut supra modum sensile. Atque hæ quidem indicationes sunt, quæ sanguinem detrahendum dehortantur. Contra postulant vnà cum affectu, cuius causa primum requirebatur, habitus durus densusque, &, vno verbo, qui non facile digeritur: tū ambiens humidus frigidusque. Sanè merito quædam sanguinem mittendum adhortantur, quedā dehortantur, quia id pro vacuatione omnino suscipitur. At eorum quæ comprehensa sunt, quædam transpirationes morantur, quædam promouent, & quædam ad vacuandum prompta sunt, quædam secus. exhalationem prohibent tum meatuum stipatio, & proinde corporis densitas, tum aeris humiditas, & frigiditas. Contra promouent his contraria. eorum autem quæ vacuantur, quæ calida humidaq; ac tenuia sunt, ea celerrime digeruntur. contra, quæ crassa, glutinosa, & frigida sunt, ægrè transpirant. Qđ autem omnia hæc quæ per mediam vacuationem, seu digestionē corporis vel promouendam, vel retinendam ad sanguinis missionem per mediam virtutem dirigantur, planum est. si enim ipsis mediantibus corpus facilè & assiduo digeratur, signum est virtutem ipsam tot euacuationes non fore sustinendam. si ab ipsis digestio prohibeatur solam sanguinis inanitionem facilius poterit perferre. ex tot autem exaratis Gale. auctoritatibus colligat vnusquisque plenitudinem, cum de ea ne verbum quidem vnquā fecerit. nullo pacto, vt quidam somniarunt, ad venæ sectionem indicandam concurrere.

Gal. 9. meth. c. 11. & l. de rat. cur. mor. per ven sect.

Dubitatio.

Verum dicet, quis non ne apertissime inquit Gal. quod venæ sectio sanguinis vacuandi causa adhibetur? nonne præsidium hoc, vt superius diximus, ab ipsa morbi causa potissimum & principaliter indicatur: quid igitur relicta morbi causa, & sanguinis peccato, & plenitudine, Hip. Galenusq; morbi magnitudinem tanquam principalissimum huius remedij scopum in medium afferunt?

Solutio.

Vt omnis prorsus tollatur ambiguitas animaduertendum in primis maximam esse differentiam si dicamus sanguinē hoc præsidium indicare, & si dicamus plenitudinem illud ipsum indicare. Dum enim sanguinem dicimus ipsum absolutè, & quomodolibet susceptum enunciamus, dum vero plenitudinem dicimus, non sanguinem absolute, sed copia ipsa peccantem innuimus, siue in vniuerso corpore, siue in aliqua solum determinata eius parte, copia molestus sit, si quis vero hanc determinatam, illam vero communem plenitudinem vocet ei libenter id permittimus, dummodo plenitudinem determinatam rursus subdiuidens in præsentem, & imminentem, siue, vt alij dixere, in actu, & in potentia, non statuat deinde ab ijs omnibus plenitudinis generibus venæ sectionem principaliter indicari, quotiescunque, vt aiunt, vehemens fuerit. nam præter id, quod ab eo, quod imminet, & in potentia est, nihil penitus indicari principaliter potest, nihil absurdius est, q̃ plenitudinem ipsam communiter acceptam, adæquatum principalemq; scopum secandi venam statuere. id enim & veritati, & Hip. & Gale. tam claris auctoritatibus maxime aduersaretur. Quare tot nugis inanibusq; distinctionibus posthabitis, dicamus verissimum esse, quod venæ sectio sanguinis vacuandi causa adhibetur; non tamen valet consequentia, ergo sanguis peccans primo & per se venæ incisionem indicat. nam sanguis peccans (si verum est vti verissimum, quod vnum ab vno indicatur) non nisi vnum & proinde sanguinis euacuationem in genere & communiter acceptam indicare potest, ergo non magis venæ sectionem, quàm cucurbitulas, aut scarificationes, aut hirudines, aut aliud, quod quocunque modo sanguinem comminuere valet, nobis indicat. Quod si hoc genericum indicans sanguis. s. peccans ad specificum contrahatur, vt ad sanguinem vel grauiter, seu vehementer dicas, vel leuiter peccantē, pariter necesse est, vt pro varia indicantis differentia, ita & indicatum specificum euadat, & contrahatur, & ita sanguinis euacuatio quæ erat generica, vel ad eam, quæ fit per venam sectam cōtrahitur, dum. s. grauiter, seu vehementer sanguis peccat, vel eam quæ per cucurbitas,

Venæ sectio euacuādi sāguinis cà adhibetur.

Gal. 9. meth. c. 12.

Sāguis peccans sanguinis euacuationem indicat.

Sanguis grauiter peccā- venæ sectionem indicat.

aut alios modos, dũ leuiter peccat. cũ .n. inter affectus præter naturã & ipsa remedia ꝓportio requiratur, venæ sectio validũ est remediũ, reliqui inanitionis modi debilia, siue leuia remedia sunt. Verũ qm̃ tunc tp̃is sanguis grauiter peccat, quoriescunq; vel vitiosa qualitate, vel quantitate, vel vitioso motu, non quidẽ imminentib. sed iã præsentibus, vehementẽ siue magnũ aliquẽ affectũ fouet, aut ẽt gignit, vel gignere ĩ proximũ valet; idcirco præcipuũ, & principalissimũ adæquatũq; venæ sectionẽ indicãs sanguis erit grauiter peccans quocunq; modo ex iã dictis peccet. Verũ qm̃ indicans hoc magna ex parte inartificiosum erat, & ẽt vulgatib. notũ esse poterat (oẽs .n. sciũt quod nisi sanguis peccaret, & ægrotantibus obesset, nunq̃ detraheretur, quemadmodũ nec; puer ignorat quod venæ sectio extrahendi sanguinis causa adhibetur) Idcirco Hip. & Gal. illud oĩno contẽpserunt, & vt notissimũ abiecerunt, & id quod vtile, & artificiosum, & huius sanguinis grauiter peccantis certissimũ indubitatũq; signũ est, ipsum .s. vehementem affectum, siue præsentẽ, siue imminentẽ, produxerũt. Quod aũt affectus vehemens, & subinde ne dũ morbus verũ ẽt symptoma vehemẽs huius sanguinis grauiter peccantis signũ sit, præter auctoritates superius adductas, id ẽt ostendit Gal. dũ ait, qđ in maximis inflãmationib. ardentissimis febribus, & vehementissimis doloribus sanguinẽ vsq; ad animi defectũ detrahere licet: Sed quia tandem, si quod vnq̃ euacuans præsidiũ ab ipsa virtute vel permitti, vel prohiberi debet, illud est euacuatio, quæ per sectam molitur venam, cum ex ea sanguis & spiritus confertim, & cũ impetu quodam egrediatur, vires autẽ in calore & spiritibus sicuti hi in sanguine potissimũ consistant; eapp venæ sectio à valida quidẽ virtute permitti, ab imbecilli verò prohiberi debet. Cuius quidem virtutis ꝑmittentis, aut prohibentis signa sunt, ætas ante oĩa, & corporis habitus, naturalisq; tẽpies, anni tempus, regio, & cœli status, & alia id genus ab ipso Gale. diuersis, in locis à nobis adductis, atq; descriptis, enunciata. Hæc aũt verissima esse & sanguinẽ ipsum peccantẽ, dum .s. grauiter peccat, venæ sectionẽ principaliter indicare, hocq; vitium siue peccatũ triplex esse posse ex ipsomet Gal. quilibet apertissime colliget, si ipsum hæc eadẽ verba afferentem videat. in nono siquidẽ de medendi method. lib. in quo nullũ penitus scopũ qui ad venę sectionẽ attineat prætermisit, sic habet. Memineris verò mihi ad ea, q̃ dicẽda sunt, ẽt quorũ causa venę sectio petitur. Nam qm̃ hæc sanguinis euacuandi causa adhibetur, sanguis aũt inutilis naturæ est, vtiq; probe hanc administrari conueniet sic, vt quod inutile naturæ sit, emittat quibus verbis sanguinis peccatũ & principale indicans proposuit deinde sequitur. Fit aũt sanguis naturæ inutilis bifariam, vel cũ ꝓpriam qualitatem ad vnguem non seruat, nec amplius nutrire, sicut prius, cum vtilis esset, potest: (tuncq; peccatũ in qualitate significauit) vel ita multitudine creuit, vt aut vires ꝑmat; aut tum venas, tum arterias vel distendat, vel findat, vel obstruat. (& tunc vitiosam tangit quantitatẽ). Ac in his q̃dẽ missio sanguinis vtilis est, ceu euacuantiũ p̄sidiorum vna: (nam tunc vt vitiosus sanguis eradicetur venæ sectio adhibetur) in alijs, ceu quorũ vehementiorẽ impetũ ad diuersam partẽ reuocet, vel ꝓ ꝓpinqua deriuet (& his verbis vitiosum innuit motũ. Tandẽ, vt nihil ad hoc p̄sidiũ attinens præteriret, illico subdit. Postulat aũt semper valentes vires, q̃ mõ uacuationis eius rñdeant. Ad hæc igitur respiciẽtes sanguinẽ detrahimus, alias semel, alias bis, vel ter, vel sæpius veluti in sequentib. patebit. Sed ad principale ꝓpositũ iã reuertamur, illud aũt est, ut in oĩ febre putrida venæ sectione utamur unã cũ Gal. ubi nec ætas, nec uires prohibent, & hoc pp tot causas ĩ huius capitis principio propositas. Verũ aduersus uniuersale Gal. ꝓnuntiatũ statim dicet iunior. Si in oĩ putrida febre uena apienda est. qua de causa in quibusdã febribus tũ ex pituita, tũ ẽt ex flaua & atra bile putrescẽre subortis, auctores approbati hoc p̄sidiũ oĩno tanq̃ ꝑniciosum repudiarũt? Gal. siquidẽ ne dũ in ea, q̃ ex humorũ crudorũ copia putrescente oritur, uerũ ẽt in tertiana exquisita febre, nec non ẽt interdũ in melãcholica uenæ sectionẽ oĩno deuitar, ẽt si ætas & alia multa cõsentiãt. Profecto qđ de pituitosa obijcitur febre facilè tollit idẽ Gal. dũ hẽt. Ac si qñ tanta crudorũ humorũ coaceruata sit copia, ut uenæ sectionẽ ꝓhibeat, nõ tñ coarguit nostra oratio debet, q̃a in huiusmodi robur uiriũ nõ adest. imo syncopes tũc tp̃is facilè, & frequẽter solet succedere. de tertiana uero exq̃sita q̃dã dixere ꝙ in ea uena nõ iucidit q̃a morbus leuis, & satis benignus est & piculo uacãs, qđ q̃dẽ tanq̃ absurdũ supius repudiauimus, dũ ostẽdimus omnẽ putridã febrẽ quo ad sui naturã atq; ideã morbũ magnũ seu uehementẽ esse. Nõ defuerũt alij, q̃ in tertiana exq̃sita uenę sectionẽ nõ usurpari arbitrati sũt, q̃a i ea nullius gñis plenitudo subesse põt, sed eorũ q̃nẽt s̃nia ex supius enarratis oĩno reijcit: ostẽsũ ẽ .n. plenitudinẽ huius remedij scopũ nõ esse. Quare dicamus ob id uenã in ea apiẽdã nõ esse, q̃a uires nullo pacto i ipsa robustę sũt. cũ .n. in calido & sicco tp̃amẽto oriatur, & ętatis tpe

Sãguis quot modis vehementer, siue grauiter peccare potest.

Hipp. & Gal. cur morbi magnitudinẽ pro principali venæ sectionis scopo proposuerint.

Gal. 1. aphoris. com. 23.

Virtutis status quibus signis deprehendatur.

Triplex sanguinis peccatum Gal. auctoritate colligitur.

Gal. 9. meth. c. 11 et 1. de rat. cur. per uen. sec. c. 6.

Dubitatio.

Solutio.

Gal. 1. de hum. com. 12.

In Tertiana exq̃sita cur sanguis non mittatur.

Gal. 10. meth. c. 5.

vt suo loco dicemus, fieri neqt (inqt Gal. vt abūde siccū calidūq; corpus aut à primo ortu, aut post, cū febricitet, virib. sit valētib. multo aūt magis vires erūt imbecilles si. aer ambiēs impēse calidū & siccū sit, cū ab eo corpus maxime digerat. omittimus ī his corporib. & hoc tpe potissimū os vētriculi tū vegeto sēsu esse, tū amara bili redūdare cōsueuisse, sed in quartanis qua de cā ætate, virtuteq; idonea iam explorata, nonnunquā vena adaperta dū sanguinem exeuntem inculpatū cernimus, ipsum statim supprimimus? id non alia sanè de causa agimus, nisi vt vires validas diutius & in futurū conseruemus. cū. n. in quartana frigidus & siccus humor abundet, si sanguis, qui secundum ambas qualitates ei aduersatur, euacuetur, cū in eo vires & calor magna ex parte resideant, & conseruentur, dubio procul vsq; ad integrā morbi sui natura diuturni concoctionē perdurare minime poterunt. Quo fit vt viriū statum ne dum præsentem verū ēt futurū cōtēplari debeamus. Ad hoc respiciens Gal. nos admonet, vt non solum ad res secundum naturam, & non naturales de quibus supra toties diximus, & ad ipsius morbi magnitudinē, & præsentē viriū statū oculos dirigamus, sed ēt ea oīa symptomata, quæ vires in posterū dissoluere possunt, intueamur. vt subinde futurā quoq; virium permanentiam præcognoscere valeamus. Sic. n. loquitur. Quæ vero putridæ febres cū accidētibus sunt, nō æque simplicem exigunt curationē, ac pro viribus metiendū est, quanta sit febris, quātumve ex accidentibus periculū immineat, atq; ad id, quod vehementius ac difficilius est, intendendū, non posthabita oīno ēt alterius curatione. Age. n. si quis febricitet, & adsit plethorica dispositio, verū ex recentibus cruditatibus sit, ac morsum sentiat afflictumq; os ventriculi: vel si ēt humorē aliquem malū euomuerit, & in huius transitu nō parum fuerit offensus, adeo vt grauiter se habeat atq; anxie. nunquid hic ad febrē respicientes, solam multitudinem euacuare tentabimus (quod alioquin sine molestia facere mus) an prius ori ventriculi prouidebimus, ac deinde, postq̄ circa hoc bene se habuerit q̄ contigerit, totius corporis euacuationem faciemus? Mihi quidem ita faciendum vr. Multos itaq; sæpius vidi, qui ita affecti erant, quosdā interijsse, nonnullos ad extremū periculū fuisse perductos cū Medici eos euacuare tentassent, antequā os ventriculi corroborassent. Sed neq; si fuerit febris cū profluuio ventris alia est opus euacuatione: verū hæc sola sufficit, quāuis non sit pro multitudinis ratione: quicunq;. n. his plus adimere fore necessarii putarent, aut sanguinem mittere, aut ventrem mouere tentauerūt, in grauiora pericula duxerunt. Hic. n. non sicuti hæmorrhoidalis, aut menstrualis naturalis, consuetus, & criticus est, sed à toto genere præter naturam & symptomaticus. eadē de causa Avic. scribebat ante venæ sectionē prius sedandum esse dolorem, quod intelligendū est, quotiescunq; venæ sectionis merito dolor sub mota ipsius cā non tollitur. à dolore. n. vehementi potissimū ægrotantis vires tum per se, tum p medias vigilias, quas accersit, valdè labesactantur. Quid aūt per vires intelligere debeamus superiori cap. ex Gal. decretis declarauimus. is. n. tres diuersi inter se generis vires proposuit naturalē. s. vitalem & animalem. sed potissimum vim pulsatilē, vitalem dictam, tanquam reliquarū oīum radicem perpendere in venæ sectione debemus. cum aūt uirtus, & eius substantia, ex spiritu, carnosa specie, & solidis ipsis, ut Gal asserit, compleatur, procul oī dubio tūc optime habebit, & robustissima erit, quotiescunq; triplex hæc substantia in quātitate & qualitate optime disposita fuerit. unde, ut uena aperiatur, requiritur ut penes oēs propositas substantias, potissimūq; solidorū speciem, bene se habeat. illud tū aīaduertendū, quod si spiritus ipsi non quidem pp dissolutionem, ut Mattonæ cuidā à Gal. relatæ pp inediam contigit, sed pp suffocationem lāgueant, uti ēt in plenitudine quo ad uires contingere consueuit, pp quam uires degrauantur, uittus tunc tpis uenæ sectionē non prohibet, sed potius suadet. Si. n. abundantia, ait Gal. paulo uitib. superior fuerit, ex moderata uacuatione maximū comparatur cōmodū, quod eas præmebat, sublato. Quinimo nonnunquam fieri potest, ut una cū spiritibus degrauatis, carnosa quoq; species aliqua ex parte consumpta, & languida sit, & nihilominus ne dum uena sit incidenda, sed etiam magna sanguinis euacuatio molienda. quemadmodum Gale. in quadam muliere, quæ propter retenta menstrua, & uitiosos humores cum sanguine permixtos, ualde emaciata erat, sanguinem affluenterque detraxit. Iam uero si de ætate loquamur. quæ florens est, & inter extremas media qualis est, quæ inter puerilem, senilemque constituta est, hæc uenæ sectionem permittit, sicuti reliquę extremæ prohibet. & quoniam monet Galenus, unā cū florente, & iuuenili ætate, antecedentem quoq; adolescentiam uidelicet seu pubertatē, & subsequētem, primum uidelicet seniū accipiendam esse: propterea ætas prohibens erit potissimum secundum senium (quod quidem cum siccum, paucique sanguinis sit, & frigidum, vires quocunque modo imbecillas

Gal. 1. ad Glau. c. 14.

Gal. 9. meth. c. 10.

Gal. 11. meth. c. 3.

Gal. 5. metho. c. 13.

Gal. 9. met. c. 10.

Gal. 3. in 6. epidem. com. 29.
Hip. 4. de rat. vic. c. 19.
Gal. lib. de rat. cur. per ven. c. 9.

In venæ sectione admini strāda ētiā virium statū futurum respicere debemus.

Quas nā vires in sectione venæ considerare debeamus.

Quæ nam ætas venæ sectionem ferat, & q̄ non.

cillas

cillas habet)& pueriles ætas,quæ ad secundum vsq; septenarii,quatuordecim.s.annos extenditur.cur aũt venæ sectionem non ferat,superius abunde aperuimus. hæc tñ inter duas extremas ætates intercedit discrimen, quod puerilis quãuis in præsentia vires robustas habeat,attamen propter maximam corporis digestionem,periculum est, ne in futurum labantur,senilis vero ẽt presentes vires imbecilles sortitur.vnde mirum non est si Gal.nonnunquam scopos enumerans sectionis venæ relicta senili tanquam sub viribus quocunque modo imbecillibus contenta,solam puerilem ętatẽ proponat. quemadmodum interdum ad virium robur tum præsens,tum futurum respiciens solã affectus magnitudinem roburq; virium in medium affert.Illud aũt circa ætatem præte reundum non est, quod si senes multo sanguine præditi sint, viresq; robustas habeãt (quod nonnunquam licet raro contingit)& insuper magno morbo, vt pleuritide vel consimili vrgeantur,& alia omnia consentiant, venam secare formidandum non est, dummodo minus sanguinis eis detrahamus,quàm abundantia sanguinis, & morbus requirat.Hoc aũt fuit Gal.decretum,qui vult,vt viribus & corporis habitui confisi,annorum numerum despicientes,septuagenarijs quoque sanguinem per venam sectã detrahamus.Eorum aũt robur virium cognoscimus,vt ipse admonet,ex pulsu vehemẽti cum æquabilitate,& ex abundanti ẽt magno,quod si prius dixerit nulli,qui in hac ætate est,robur inesse,id ratione ætatis,& in relatione ad florentem intelligendum: at ratione habitus & in relatione ad reliquos senes siccos,& pauci sanguinis,q ẽt sexagesimo ætatis anno venæ sectionẽ nõ ferũt,senes robusti dici põt. & quod de senib. dixit Gal.id multo magis in pueris vsurpare licebit.neq; .n.annorũ numerũ spectare oportet,sed corporis habitum,qui vbi ad digerẽdos succos propẽsus nõ sit,sed densus, nõ laxæ admodum & mollis carnis,sed carnosus,multoq; sanguine præditus sit puer, qui viuidior non sit,venam aperire licet,vbi affectus exigat,& reliqua oĩa consentiant.dũ modo exquisita venæ sectione,quæ fit cum euacuatione sanguinis,affectui, & sanguinis copiæ respondente,non vtamur,quia copiosam euacuationem proculdubio nõ ferunt.vnde dũ Gal.toties præcipit ad quartumdecimum vsq; annum non debere venã secari,hoc de exquisita,& copiosa intelligendum euacuatione,& vbi pueri similẽ quoque ætati habitũ ac temperaturam habuerint,quemadmodum ex ipsis Gale.verbis licet coniicere.Si vero puer decimum annũ non attingat,si morbo vehementissimo correptus sit,& reliqua oĩa consentiant,ei venæ sectionem omnino non interdicimus,cũ Arabs quidam præstantissimus proprio filio non parcens, ei trimo venam ipsam incidere cum morbo vehementissimo correptus esset,non dubitauerit: hocq; remediũ ei summopere contulerit.melius.n.est vt plenitudine, & morbi causa comminuta virib. quodammodo offensis puer à morbo vindicetur,quam copia & viribus seruatis,vt intereat, permittere.quo fit vt alij eruditissimi viri in sexto,aut quinto ætatis anno tres aut quatuor vncias sanguinis eduxerint in pleuritide & pueris liberaliter educatis,dũ venæ amplæ,bono sanguine turgerẽt,& habitus carnosus esset.ex quibus patet, quod quemadmodũ virium robur & status ceu principalissimus scopus ad quẽ ceteri oẽs dirigũtur,tum per se solũ,tum semper venæ sectionẽ aut permittere,aut prohibere põt: ita ætas licet per se solã id præstare possit, non tñ semper:cœli aũt status & ambientis constitutio,neq; per se solam,neq; semper.qua etiã de causa ab Hip.& Gal. inter pcipuos scopos non fuit enumeratã.quãuis.n.in ambiente valde calido, & valde frigido ex Gal.monitis vena aperienda non sit:attamen si vnicus aer prohibere debet, oportet,vt ex trib.anni.s.tpe,regione,cœliq; statu valde calidis,aeris constitutio complexa sit:vno siquidem ex his deficiente venæ sectio non prohibetur,dũmodo cætera oĩa consentiant.hoc aũt innuit Gal.dũ dixit.Fit aũt profecto & pp calidã siccãq; regionẽ & tẽpus æstiuũ,& statũ cœli impense calidũ & siccũ notabilis per cutim vacuatio.itaque huius causa ijs,qui sanguinis detrahendi egent,aut prorsus venam nõ secabimus, aut parum detrahemus.quinimo dum aeris recessus insignes,aliqua ex parte,arte ipsa refrangi possunt,viresq; constantes in præsentia apparent,pp vehementẽ morbi magnitudinẽ cogimur nonnunquã venam secare. corporis aũt temperatura, & corporis habitus eundem ferè cum ætate ipsa calculum referunt, quia licet per se sola venæ sectionẽ prohibere possint,vti de calida & sicca temperatura,& habitu valde dissipabili superius diximus:attamen non semper prohibent, potissimũ si ambiens aer corporis temperaturam incommodam refrangere valeat. quod si plura ex iam dictis complicata fuerint, proculdubio etiam si vires in præsentia consistere videantur, non tamen sanguinem mittere, propter causas propositas audebimus. maiorem his omnibus, & cum viribus ferè æqualem vim habet ipsa consuetudo. Scribebat enim Galenus.

Marginal notes:

Gal.loc.cit.

Quando senibus vena aperiẽda sit.

Gal.li.cit.c.13 & 4.met. c.6.

Gal. li.de rat. cur. mor. per ven.c.13.

Gal.li.cit.c.9.

Quibus pueris vena aperienda.

Gal.l.cit.c.14.

De scoporũ venę sectionẽ permittẽtium,aut pibentiũ potestate.

Hip.4.de vict.c.19.

Gal.in com. Gal.1.ad Gla. c.14.

Gal.9.met.17.

Gal.1.ad Gla. c.14.

Gal.1.ad Gla. c.14.

lenus quod ea quoq; non parui momenti est, tum ad omnia alia, tum præcipuè ad euacuationis indicationem. quidam .n. nunquam antea fuere euacuati, neq; vnqnam euacuationē integram pertulerunt, & multis cibis vsi sunt, nonnulli contra neq; multis cibis vsi fuerunt, & euacuationibus sunt assueti. hos igitur intrepide euacuare oportet, quando & reliqua etiam consentiunt, cæteros vero (nēpe insolitos) nec si omnia alia id suaserint. At vero de recta venæ sectionis administratione sermonem habens Galenus scribebat, quod cum in omnibus remedijs cautio ab Hipp. proposita, adhibenda, vt scilicet nihil neque temere neque inconsideratè fiat, tum potissimum vel maxime in eo remedio, quod admodū præstās insigneq; est, quod venæ sectione perficitur, & imprimis, vt mittendi sanguinis congrua quantitas adinueniatur, oportet vt omnes scopos superius propositos inspiciamus, morbi videlicet, magnitudinē præsentem, aut imminentem, robur virium, ætatem, naturalem temperiem, anni tempus, regionem & alia proposita, ac sciendum, cū ea augentur, nobis indicare, maiore opus esse euacuatione; cum minuuntur, tantum esse de euacuatione detrahendum, quantū illa sint imminuta. Proinde si affectum ipsum consideremus, Galenus, vt superius notauimus, in maximis inflammationibus, ardentissimis febribus synochis videlicet, & vehementissimis doloribus præcipit vt largam moliamur euacuationem, quæ vsque ad animi deliquium deducatur. dūmodo ætas florēs, & virtus robustissima sit, & hoc quia ad affectus maximam vehementiam & grauissimum sanguinis peccatum respiciebat. & ne decipiamur ait Gal. quod non quilibet animi defectus est debita in his malis euacuationis mensura, qui enim expauescentibus ægrotantibus, aut propter humores mordaces in ore vētriculi coaceruatos, aut venæ sectionis tēpore ad ipsum cōfluxos animi defectus accidunt, debitam mensuram non præscribunt, sed ij, qui ratione solius euacuationis fiunt. quo fit, vt cum plerique febricitantes inter surgendum, vel residendum animo deficiant, iubeat Gal. vt ipsis accumbentibus venam secemus. Sed vt dictum est integris viribus tātam euacuationem moliri oportet. Quod si peccatum sanguinis adeo graue non sit, minorē copiam proculdubio euacuabimus. Quod si peccet solum in quantitate (oportet .n. perpetuo sanguinis vitium contēplari) maiorem sanguinis copiam detrahimus, quàm si sola peccet qualitate, minimam vero extrahere oportet, vbi solo motu noxius sit, tunc .n. reuulsionis tantū gratia sanguinem educimus, vt monet Gal. si duobus modis peccet, maiorem, si tribus maximam exhaurire decet sanguinis copiam. Insuper copiam ipsam, seu plenitudinē distinguere diligenter oportebit, vel .n. communis est, dum sanguis in toto redundat, vel determinata dum aliquā partem obsidet, atque distendit. si communis sit, vel est exquisita, quā alij puram vocant, quæ vel solius sanguinis, vel omnium succorum æquabilis & proportionata est redundantia; vel est plenitudo secundum quid, seu impura dū aliquis humor, vt bilis, vel pituita, aut melancholia simul cum sanguine redundarit, ac breuē quendam cœperit excessum, licet omnino idem quoque cum copioso sanguine fit (si enim alius humor multum excederet, & non cum copioso sanguine cacochymia diceretur) in primo itaque communis plenitudinis genere maiorem, in secundo minorē euacuationem moliri licet, quia in secundo genere vires nō ita constant, & purgatione aliqua ex parte minuendum est. rursus primum genus, vel est quo ad vasa & absoluta, quæ iam supra naturæ symmetriam est: vel est supra vires, in qua licet sanguis nec qualitate, nec copia symmetriam excessit, uires tamē quauis alia ex causa imbecilles præmit, unde sicuti in illa maiorem decet inanitionem adhibere, ita in ea quæ supra uires est minorem efficere debemus. rursus quæ absoluta est duplex est, uel enim leuis est, quum scilicet mediocritatem paulum excedit, & non ita magnā copiam sanguinis educimus, uel est tensiua, quum iam uasorum tunicas præ copia distendit, ac prope diuellit, & maximam tunc sanguinis copiā euacuare conueniet. Quemadmodū autem in exquisita, & pura plenitudine sanguinis mutationem non expectamus: ita in impura mutationem à malo ad bonum expectare sæpe licebit, quia prope uiscera, & in nobilioribus partibus probior sanguis magis; quā in extimis partibus continetur. Quod si plenitudo sit determinata, ita ut sanguis in aliqua parte, & interno uiscere inflāmationem producat, expedit, cū Hip. expectare sanguinis mutationenem à bono ad malum, & subinde copiosum sanguinem detrahere, donec uel multo rubicundior, uel ꝓ puro rubicundoq; liuidus effluat, dūmodo è directo, & ꝑ uenas, per quas sanguis in inflammata parte contentus deriuari possit, euacuetur: calor .n. partis inflāmatæ sanguinis colorē inmutat. si tñ uires non ferāt, melius est eas nō exolui quā redundantem sanguinem euacuare. Quanto autem magis vires, & reliqui scopi, qui redun-

Marginalia: Gal. 1. de hum. com. 5. — De recta venæ sectionis administratione. — Quo pacto sāguinis euacuandi quantitas dimetiē da sit. — Gale. 1. aphor. com. 23. & 9. meth. c. 4. — Copiosissima euacuatio quando molienda. — Gal. 9. method. cap. 11. — Hipp. 2. de rat. vict. sex. 10.

ad has reducuntur,prohibebunt,aut minus permittebunt, tanto minorem copiam educere oportebit. & si minimum permittant,minimam,etiam si maiorem morbus requirat.& propterea scribebat Gal.si igitur cum viribus imbecillis corruptela incidit, vtique,quod affectus remedium est,id cum virtutis custodia pugnat. Siquidem affectus vacuandum esse præcipit, idque vel vena incisa,vel purgatione. Harũ autem neutram ferent inbecillæ vires. Quoniam igitur in omnibus eiusmodi repugnantijs incerta succurrendi ratio est,alias insanabilis omnino affectus relinquetur, alias spatio, & ægre,idque si magnum nactus sit Medicum,sanari poterit. Oportet enim,vbi indicationes ita sibi aduersantur,& paulatim,quod vitiosum est, vacuare: & paulatim inuicem,quod salubre est,pro eo reponere. Vocant Medici eiusmodi vitiosi succi curationem,Græce Epicrasin. prostratis autem viribus nulla vacuatio ineunda, quæ enim adeo exigua est,vt viribus illis respondeat,commodi nihil, perturbationis vero plurimum infert,ideo vires cibis boni succi modice &sæpius exhibitis roborandæ prius sũt vt ijs recreatis idonea euacuatio afferatur, quod in diuturnis morbis sæpe vsu venit. Vt enim valentes vires integram & consumatam,mediocres imperfectam,sed vtilem quia aliqua causæ portio adimitur,ita prostratę nullę euacuationem tolerant. Quemadmodum itaque in maximis affectibus,integris viribus & ea,quæ florentis ætatis,exacte media & iuuenilis est largam euacuationem adhibemus,quia non est verendum constantes vires aliquantisper imminuere,vt morbi sentina funditus exhauriatur,nã ex prompte & statim recreantur: in affectibus verò minimum magnis, & virtute minimum robusta,& ætate vel ad puerilem,vel senilem inclinante, nec non etiam in virtute debili,reliquis tamen valde suadentibus,minimam euacuationem adhibemus: ita, dum scopi propositi mediocriter se se habuerint, mediocri sanguinis quantitate contenti sumus. quæ semper vel augebimus,vel imminuemus,prout scopi, vel ad magis indicandum,minusque prohibendum,vel ad contrariam partem inclinabunt. Ita tamen vt in scoporum permistione,non numerum,sed potestatem eorum attendamus, qui autem eorum notitia,& longo rerum vsu,& prudenti mẽtis iudicio se posse quantitatem definire desperet,Hip.consilio potius infra subsistat, quàm exquisite vacuet. Ijs autem semper intenti erimus,quæ vires, alioquin in præsentia validas,in posterum & post sectam venam labefactare valebunt. quæ cum vel præter naturam sint, vt symptomata vires dissoluentia,vel secundum naturam,vt ætas, corporis habitus, temperies,consuetudo & similia,vel non naturalia,vt ea quæ ad ambientem aerem spectant de ijs omnibus breuiter loquutus est,Gal.dum ita scriptum reliquit.sed neque siquis simul distentione neruorum laborauerit.& sanguinis eguerit missione,huic tantum semel mittere oportet,quantum exigit morbus,sed aliquid etiã accidenti est relinquẽdum:cuius causa sæpe sudores eueniunt,& vigiliæ molestant, & vires ægroti debilitantur.ita etiam si vehementissimæ vigiliæ,aut dolor intensus ægrum infestant,canendæ sunt subitæ ac multæ euacuationes. ipsa præterea ambientis aeris temperatura loco accidentis cuiusdam habenda, quando exquisite calida & sicca fuerit,qualis è tempore medio inter canis ortum, & arcturi. & ideo omnes,quibus Medici nihil omnino de temporum statu cogitantes,sanguinem abstulerunt, interiere. Si etiam valde frigida fuerit,formidandum est sanguinem mittere. In extreme siquidem frigida aeris temperie,& regione tali,quæ plurimum in Boream deuergit,sanguis frigore veluti cõgelatus euacuationi vix cedit,& internæ partes suo calore destitutæ,extinctionis periculum subeunt. Regione itaque frigida & hyeme præmens Boreas prorsus venę sectionem interdicit:solusque auster placidior illam admittit. Regione vero feruida & æstate,quum perflat auster,venã secare formidolosum: at quum Boreas æstum temperat, tutissimum. Interiere autem quidam in calidis admodum constitutionibus non recte vacuati,ex syncopa vocata,& dissolutione: in frigidis verò cum accessiones incipiunt, nimium refrigerati non amplius releuantur. Ob hæc igitur neque in anni temporibus supra modum calidis, aut frigidis sanguinem mittere audemus, sed si regio, & cœli status consentiunt, omnino abstinemus. Cum vero non consentiunt, euacuamus quidem, sed multo minus, quàm si neutrum prohiberet. Tanquam etiam accidens quoddam, ægri ad patiendum facilitatem considerare est necessarium:multi enim neque vnquam sunt vacuati,neque euacuationem vllam integram, aut inediam longam ferre possunt:sed alij quidem ex his in omnimodam corporis imbecillitatem facilè incidunt. Quidam vero statim os ventriculi malè affectum habent, adeo vt cibos abhorreant, quod si eos cogantur assumere, aut non retinent,

Marginalia:

Quãdo minima sanguinis euacuatio molienda. — *Gal. 9. meth, c.10.*

Quando inter maximã, & minimam euacuationẽ mediocris sãguinis euacuatio sit futura.

Quæ nã futurũ virium statum nobis significare valeant.

Symptomata. — *Gal.1. ad Gla uc.c.14.*

Aer ambiẽs.

Patiendi facilitas.

aut male concoquunt,& ob id dum languet appetentia, vel morbus deuorare non finit, vt in angina,parcius euacuandũ,quàm si æger plenius victurus sit,vt aliquid sanguinis tanquam naturæ thesaurus,& futuræ penuriæ suppetiæ reseruetur. In hac etiã dignotionis parte ægri temperatura contemplanda. nam calidi & sicci ab integris eua cuationibus offenduntur. & consuetudo quoque non parui momenti est tum ad omnia alia,tum præcipuè ad euacuationis indicationem. Quidam enim nunquam antea fuere euacuati,neque vnquam integram euacuationem pertulerunt,& multis cibis vsi sunt, nonnulli contra neque multis cibis vsi fuerunt, & euacuationibus sunt assueti. Hos igitur intrepide vacuare oportet,quando reliqua consentiunt,ceteros, nec si om nia alia id suaserint. ex quibus Galeni verbis patet vulgum longè aberrare, dum primam venæ sectionem,vt omnium salutiferam recipit veneraturque, & in extremos vsus maxime profuturam conseruat. Eodem modo & habitum corporis considerare oportet. nam, qui densa carne & solida sunt,his habitus haudquaquam facilis pati. Quare non oportet vereri ipsos euacuare ex toto si quidem & alia id iubent; sed qui mollem humectam,&diffluentem carnem habent, hi mitum in modum ad patiendum habiles sunt, quare & si alia omnia sanguinem minuendum esse persuadent, non tamẽ id facere audendum:sed & alijs euacuationibus quantum moderate & caute fieri potest,vtendum est. ita quicunque supra modum crassi sunt,aut macilenti:nam & his venam incidere cauendum est,aliasque euacuationes integras vereri oportet. Vt enim habitus extenuatus imbecillus est,& multæ vacuationi obnoxius.ita præpinguis & obesus quanquam minimum dispergitur,exilibus tamen est venis, quas exinanitas pin guedo facile stringit,& deprimit,vt inde metus sit,ne natiuum calorem extinguat. & ob id quibus venæ amplę sunt & turgidæ,tolerabilior est vacuatio. His etiam & ætas annumetanda veluti accidens quoddam, quod prohibẽdi integram vacuationem vim habet. neque enim pueri, neque seniores hanc sine noxa tolerant. Quemadmodum autem ætas,ita &vteri gestatio inter quantitatis obseruationes habenda est,adeo vt in ea minorem sanguinis copiam detrahamus,& tanto minorem,quanto fœtus au ctior erit,vti etiam alibi decreuimus. itaque rem omnem concludens Galen. tandem subdit. Hos igitur omnes, quos diximus, vbi dispositiones hortentur,non semel,neque ex toto,sed paulatim oportet vacuare inedijs moderatis, & frictionibus,& clystribus mollibus,humectationibusque,&cataplasmatis,& balneis; quorum singulorum indicationes rursus ab ijs,quæ antea diximus,sunt assumendæ.& hæc Gal. Qui alibi quoque ait.quod si quis laxus sit,& mollis,& pinguis,&albus,&gracilibus venis,huic aut plane sanguinem non mittes,aut parum detrahes. & omnino quidem non mittes in tempore æstatis,& regione æstuosa,& cœli statu calido ac sicco; parum detrahes in reliquis tum anni temporibus,tum regione,tum cœli statu. Si enim neque obstructio subesset,nec putredo,sed sola succorum redundantia, protinus à missione sanguinis ꝓ naturæ suæ ratione se haberet,itaque tantum succorum in omni tum corporis temperamento,tum regione,tum anni tempore,tum statu cęli detrahi par erat, quantum supra naturalem statum fuerat inauctum. Verum quoniam nec obstructio, nec putredo curari per sanguinis missionem potest,vt quę alia remedia desiderent, relinqui,seu reponi sanguinis aliquid ad curationis spatium debebit,quo minus intempestiue nutrire necessitate vlla cogamur. Quantum enim ad eiusmodi febrem pertinet, prorsus nutriendum non est,si quidem ostensum prius est, solum virtutis respectum esse, qui de nutrimento indicationem præbeat. Atque vero, quantum ad id, quod inanitum corpus est,nutrire oportet. ita necessum est duorum alterum,aut febrem,si nutris,augere: aut vires, si non nutris, deijcere. Satius itaque fuerit aliquid sanguinis,quod ꝓprium partibus animalis nutrimentum sit, relinquas; ac paucissimas sorbitiones potionesque (de continentis enim febris curatione loquitur)exhibere sis contentus: q̃bus vtique,ceu medicamentis potius,quàm nutrimentis,egemus. Quod quidem prę ceptum memoria maxime dignum est,& nos monitos reddit, ne in putridis febribus sanguis valde magna educatur quantitate,& potissimum vsque ad animi defectũ.cum præsertim ex Hip.euacuationes ad extremum ducendæ non sint, immodica enim euacuatio, ait Gal.non minus immoderata repletione periculosa est. qui etiam alibi testatur,quod mediocritatem excedere perniciosissimũ est.si enim ita fors ferat, vt mediocris,seu conueniens detractio sit trium heminarum, vbi si quatuor detraxeris, noxam maximam inferes: duas rursum si euacuaueris,commodabit quidem id satis, læsionis vero nihil afferet; licebit enim tibi vnam illam heminam vel clysteribus, vel inedia,

Aegrotantis tẽperies. Cõsuetudo.

Corporis habitus.

Aetas.

Gal. 11. meth. c. 14.

Cur tutius sit citra mediocritatẽ sãguinẽ in putridis febrib. euacuare.

Hip. 1. aphor. tex. 3. Gal. in com. Gal. li. de sect. ven. aduer. Erasistratum. c. 7.

inedia, vel frictionibus, vel sudoribus exhaurire, præterquàm quod & denuo detrahere si voles, non vexaberis. quare tutius est aliquatenus infra mediocritatem subsistere, quam ipsam excedere, & deinde, si videbitur, quod defuit in prima sectione, iteratione supplere. hoc.n. tutius est, quàm semel immodice vacuare: potissimumque cum aliquid eorum, quæ vene sectionem coindicare seu permittere solent, pro ratione non satis respondeat: id quod semper vel saltem sæpius contingit. & ob id in intermittentibus à semilibra, vsque ad nouem vncias vel circiter, in continuis, non tamen synochis, vsque ad libram, in synochis vero vsque ad libram vnam cum dimidia, cæteris paribus existentibus, sanguis extrahendus erit. Quo autem tempore sanguis egreditur manum pulsui adhibere optimum erit, vt monet Galenus, vt scilicet quamprimum is minor, aut inæqualior fieri incipit, vel ex vehementi debilis, illico sanguinem sistamus, potissimumque si fluentis sanguinis impetum labare, ægrumque iam languere animaduertimus. Verum quoniam de re summi momenti agitur, & in venæ sectione deligenda vel repudianda, extrahendique sanguinis copia dimetienda, tres potissimum scopos principales, ad quos cæteri omnes referuntur, inspicere oportet, nempe morbi magnitudinem, sanguinis vitia peccatave, & virium robur: ea propter, vt nihil ad hoc negotium attinens desiderari possit; nobis permissum sit, breuissime atque distincte, signa, quibus vnusquisque eorum prompte, quantum ad propositum spectat, dignoscatur, in medium afferre. diximus prout præsenti tractationi inseruit, quia in sermone de signis salutis & mortis, de morbi magnitudine, & virium robore dignoscendis diligẽtissime pertractauimus. quemadmodum in capitibus de synocho sine putredine, de capitisq; & articulorum dolore indicia sanguinis copia peccantis exposuimus. Morbus itaque siue præsens, siue imminens, magnus dicitur, vt alibi cum Galeno notauimus, vel ratione propriæ essentiæ, ratione cuius, partis cuiuscũq; inflammationem deteriorem, quam simplicem eiusdem intẽperiem censeri, dicimus; vel propter partis præstãtiam, quam vel penes actionem, quæ quidem eminẽs, aut necessaria, & magni momẽti sit, vel situ (aliæ enim partes principibus affinitate iunguntur, vt pulmones, pleura, ventriculus, lien, aliæ longiore interuallo disiunctæ sunt, vt renes intestina, vesica, artus) vel sensu ipso, qui aut acer acutusque est, aut hebes, spectari debemus; Vel propter malignitatem quam quidem vel propter continentẽ sui causam, quæ in humoribus consistit, vel propter symptomatum sæuitiam sortitur. nã humor eius causa cõtinens vel benignus vel vitiosus, vel putridus, vel maligna & perniciosa qualitate affectus esse potest, isque aut paucus, aut copiosus. ex quibus etiam morbi magnitudinem deprehendimus, quemadmodũ symptomatis sæuitiam ex eorum quæ incidunt vehementia metimur, doloris scilicet sitis, inappetentiæ, vigiliarũ, & reliquorum, quæ vires imminuere & dissoluere possunt. itaque si praua quædam morbi species veluti inflammatio est, iecur, cerebrum, ventriculum, vel partes cordi vicinas atque connexas occupauerit, cuius vis late se fundat, sitque humor putridus, & venenatus, quali & corporis uasa referta appareant, adeo ut inde magna excitetur corporis agitatio, & mala appetentia, sitis, dolor acerbus, vigiliæ: hunc profecto maximorum, grauissimorumque morborũ numero reponemus, cui & maxima congruit euacuatio. In quo autem omnia diuersa & contraria apparent, is pro minimo ducendus erit, qui forte nullius euacuationis indigeat. inter hos non pauci interiecti sunt medij ordines, qui pro maioris minorisque ratione, aut abunde, aut parce euacuandum indicant. Dum his morbum magnum esse cognoscimus ex consequenti sanguinẽ ueheměter peccare certo scimus. Quod si copia ipsa peccet, an in toto uel in parte copia & plenitudo hæc reperiaẽ, ex inflãmatorij tumoris alicuius partis absentia, uel præsentia deprehendere licet. Si sit in toto siue communis dicta plenitudo. hæc in primis ex symptomatibus præsentibus, siue assidẽtibus signis in genere cognoscitur, quia, ut testatur Galenus, uenarum omnium tumor æquabilis apparet. qui tamen obseruandus quum omnes particulæ eodem sunt statu, ita ut una cæteris decliuior non sit, & æqualiter calidæ, & sangnis nec frigoris, aut animi accidentium ui in altum refugit, nec immodico calore, siue aeris, siue balnei, siue uini, siue iræ, siue ullius causæ calfacientis concitatus, aut turgescens, aut quasi colliquatus venas distendit, quæ eum etiam ratione febrilis caloris producãtur, ideo aliquid in plenitudine diiudicãda ipsi febri condonandum erit. Secundo tensio venarum cum quodam sensu doloris percipitur, quæ etiam non solius plenitudinis, sed exuperantis plenitudinis signum est. estque tensiua lassitudo spontanea, in qua & corpus, & artus omnes ægrius præ ponderе

Tutius est venæ sectionem repetere quàm semel immodice vacuare.

Gal. lib. de rat. cur. morb. per ven. c. 14. & 21

De morbi magnitudine sanguinis vitio, & virũ robore dignoscendis, vt venæ sectio tuto adhibeatur, & debita sanguinis mensura euacuetur.

De morbi magnitudine dignoscenda.

Gal. 7. 9. & 10 meth. medẽ. & 3. de cris.

Maximi morbi exemplũ.

De sãguinis vitio dignoscendo.

Signa plenitudinis in cõmuni.

Symptomata præsentia.

Gal. lib. de plenitudine & primo de humorib. com. 1.

dere

dere mouetur, vixque manus in pugnum adducitur. quod si corporis moles plenior euaserit,& brachia,manus,tibiæ inturgescant, non solum venarum,sed totius est corporis plenitudo. pulsus etiam fortis,validus,magnus, & plenus inest. Respiratio nec alta, nec omnino libera: etenim difficilior & crebrior (præsertim vero exercitatione & corporis motu) deprehenditur. quod si patiens ad præsens febricitet, mutatio respirationis in crebritate,& alijs quæ ratione febris emergunt,compensari debebit. Insuper euidentium causarum, quæ plenitudinem generant obseruatio demonstratiuorum signorum vim obtinet. Vnde cibus plenior, valentisque materiæ plenitudinis est pabulum. Insuetarum balnearũ moderatus vsus à cibo hunc quasi fusum liquatumque celeriter in corpus distribuit. consueta exercitatio neglecta, vita ociosa nihil è corpore dissipat,sed omnia retinet,sicuti & cutis densior. Multo vero manifestius consueta vacuatio suppressa plenitudinis materiam suggerit. Hæc ergo cum iamdiu antecesserint,multo certius plenitudinem inesse demonstrant. Si vero plenitudo pura & exquisita sit,pulsus fortis,magnus & plenus est, & virium robur cum sanguine,& habitu proportione pariter increscit. animi mores tranquilli, hilares atque iucundi sunt,& somnus placidus,cum insomnijs iucunditatis,& lætitiæ plenis,qui tamen post febris putridæ inuasionem interturbari solent. externas causas & iniurias facile tolerant. faciei corporisque color supra consuetudinem rubicundus & quasi ex albo rubroque mistus apparet, & si plenitudo carnem ipsam & corporis molem occupet etiam exiles venæ, quales oculorum sunt, rubent, & arteriæ omnes præsertim in capite & temporibus valide pulsant. Habitusque carnosus, firmus sine multo adipe, miti blando & halituoso calore febre non præsente,perfusus. Vrina copiosa,colore, substantia contentisque,pro sui ratione mediocris. Prægressæ autem fuere causæ optimum & copiosum sanguinem multiplicantes quæ cum vel internæ & secundum naturam sint, vel externæ & non naturales dictæ. Si de prioribus loquamur. cumulando probo sanguini apti sunt, qui iecur & cor temperatum, vel calidum & humidum habent. ex ætatibus vero puerilis,& pubertas bonum sanguinem,adolescẽtia, & iuuentus copiosum,sed aliquantum calidiorem producunt. Si vero de externis non naturalibusque sermo fiat,cibi tẽperati & optimi succi, qui facile, & celeriter nutriunt, sui similem materiam humoribus subministrãt,& potissimum vini vbertas. Facilius enim est repleri potu quàm cibo: vt autem vinum ita & humida liquidaq; omnia celerius quàm solida coquuntur, & distribuuntur. Moderata vero, tempestiuaque exercitatio sine labore,somnus mediocris, vita curarum expers sanguini cumulando idonea sunt. Quod si sanguinis è naribus ex hæmorrhoide, aut ex utero consueta euacuatio suppressa sit, firmissimum est sanguinis redundantis signum, vt superius diximus. Aeris autem clementia,qualis vere, & regione temperata existit ad cumulandum sanguinem valde confert. quo fit, vt vere secta vena præcauendis & curandis morbis maxime idonea sit. Aestate vero,ut testis est Galenus,vnà cum Hippocrate, sanguis adhuc robur obtinet,& bilis se extollit in corpore,& vsque ad autumnum manet: sanguis vero exiguus redditur: quod ei sit autumnus natura contrarius. & ob id in minori quantitate his temporibus sanguis euacuandus. Sicuti & media hyeme. Anni temporibus regiones proportione respondent. ex his autem fit, vt tales morbis ex plenitudine sæpius conflictari consueuerint. & eis sudor copiosus dulcis, nec graueolens occasione leuissima suauiter emanet. Quo autem signa hæc fortiora fuerint eo plenitudo maior erit,& periculosior & largiori indigebit euacuatione. Si autem plenitudo secũdum quid,& impura fuerit, diuersus à rubro color apparebit inquit Galenus, cum enim æqualiter in totum corpus porrecta est, sicuti ruborem præfert sanguinis copia,ita flaua bilis,dum vna cum sanguine augetur, pallorem. pituita ad albidius quam natura postulet, atra bilis ad nigrius declinat. hæc autem impura plenitudo supra vires est & naturæ grauis. quod si flaua bilis sola aliquando superet,subdit Galenus,vt in ictericis,talis affectus non plenitudo,sed cacochymia vocatur. & idem in atra bile & pituita. Quum autem in plethora corpus nihilo magis ingrauescit,& vires omnes æqualiter persistunt,sola est uasorum plenitudo.hæc enim licet immodice exuperet fieri tamen potest, vt vires non præmat, sæpe enim (vt in athletis) vires cum sanguine & carnis mole æquabiliter increscunt. Quod si corpus, & artus ingrauescunt,& motus pigrior euadit,somnus grauis,profundus,& interturbatus: & laborans per insomnia se grauiter præmi,aut onus gestare, aut loco moueri non posse putat, uirium est plenitudo. Si quis autem impuram plenitudinem distinguere

Causæ prægressæ.

Signa plenitudinis exquisitæ.

Actiones.

Mutatæ qualitates.

Exeuntia.

Causæ prægressæ sanguinem gignentes.

Causæ internæ,& secundum naturã.

Tẽperatura.

Aetas.

Hipp. 2. apho.

Externæ causæ.

Cib.& potus

Mot⁹ & ques somnus & vigilia. & animi accidentia.

Retenta euacuatio.

Gal. 3. de humor. com. 7.

Aer ambiẽs.

Effectus subsequentes.

Signa plenitudinis secũdum quid.

Gal. lib. de plenitud. cap. 11.

Signa plenitudinis quo ad vasa & quo ad vires.

De vitiosa sãguinis qualitate dignoscenda.

stinguere optime nouerit, & qui nam humor iuxta sanguinem, siue vna cum sanguine, inauctus fuerit, comprehendet, is quoque sanguinis qualitatem exploratam habebit, nam sanguis bili permixtus calidior euadit, & calida biliosaque plenitudo omnium impurarum tutissime vena secta tollitur: vt quæ non modo minuit, sed etiam refrigerat. Melancholica parcius id auxilij genus tolerat; non enim eousque calida existit, etiam si ratione febris incalescat, vt refrigerationem postulet. Pituitosa omnium minime; cum enim ipse se frigida sit, sanguinis missionem auersatur, quæ magis cruditatem refrigerans ita malum conduplicat, vix vt vnquam concoqui emendarique possit. Sed & huic fere comes virium imbecillitas, largam vacuationẽ minime tolerat.

Vitiosus sanguinis mot⁹ quo cognoscatur.

Porrò vitiosus sanguinis motus, dum sensibus obuius est, vti dũ per nares, aut hæmorrhoidas, vel vterum præter naturam & immodice fluit, signis non indiget. qui vero latens est, & à sensibus remotus, veluti dum in alicuius membri capacitatem, vel substantiam & porositates, aut exilia, vel etiam maiora vasa violenter procumbit, ex causarum sanguinem mouentium notitia facile deprehenditur, siue sit alicuius vasis disruptio (quam etiam animi deliquium subsequi solet) siue alicuius partis aut membri, vel visceris dolor, aut calor immodicus, qui quidem calor tum ab intemperie simplici, tum potissimum cum calida materia coniuncta, tum cataplasmatũ, & aliorum medicamentorum attenuantium, & digerentium vsu promoueri potest; quibus si partis, ita vt dictum est affectæ, imbecillitas laxitasque, & aliarum partium, quæ cum ea connexionem, seu societatem & affinitatem habent, robur, & viarum latitudo promptitudoque, & sanguinis in corpore redundantis tenuitas, & caliditas addantur, adhuc certiorem vitiosi motus sanguinis notitiam consequi licebit. His itaque de morbi magnitudine, & sanguinis vitijs peruestigandis exaratis ad uirium æstimationem orationem transferamus. & quia de ipsarum futuro statu præuidendo abunde superius diximus, solum ea, quæ præsentem ipsarum constitutionem indicant, afferamus.

De præsentium virium statu æstimãdo.

Quamuis autem reperiantur quidam, qui uni pulsui tanquàm signo minime fallaci iubeant attentos esse de uirium robore iudicaturos, attamen dum de indicationibus loqueremur una cũ Galeno diximus tres illas principes facultates uniuersum animal gubernantes in morbis curandis æstimandas esse. Signum profecto ex pulsu desumptum magnum est, non tamen omnino sufficiens iudicari debet, præsertim quia pulsus inconstans & incertus sæpius est, & externarum complurium rerum interuentu perturbatur, & mutationem suscipit. ut ob id forsitan ab Hippocrate fuerit neglectus. præterea copiosa euacuatio alias uires non minus quam uitalem dictam cõcutit, atq; earum occasu non secus emorimur, atque si uitalis intercideret. quare aliorum etiam obseruatio ad uacuandũ necessaria est. Si quis enim uehementi, aut diuturno morbo, ut lienteria, atrophia, aut simili uitio extabuit, huic sanguinem non mittimus, etiam si nunc pulsus plenus, & ualidus existat.

Gal. 9 meth. cap. 10.

De virium substantia.

Iam uero in sermone de innato calore dictũ est hunc omnium facultatum organum esse præcipuum, & tum uirtutem tum naturã appellari posse, quia in eo facultatum omnium substantia consistit. eumque duplicem esse asseruimus, ingenitum uidelicet, qui ex innato spiritu, & seminali sanguineaque materia conflatur, cui solida partium substantia & humidum radicale tanquam subiectum substernitur: nec non influentem, qui à corde emanat, & per arterias, & uenas per uniuersum corpus distribuitur. ita ut ingenitus ab influente sustineatur, foueatúrque, totum uero corpus & animal ab utrisque gubernetur. Proindeque dum de indicationibus loquuti fuimus, cum Galeno sancitum est, uirium substãtia ex spiritu, carnosa specie, quæ radicalibus & solidis membrorũ partibus adueniens adhærensq; influenti potissimum calori subijcitur, nec non solidis ipsis compleri. Vt autem uires optime se habent, animalq; integra fruitur sanitate, dum hæ substantiæ tum congruã quantitatem, tum optimam temperaturam obtinent: ita si earum uel quantitas, uel temperies peruertatur, uires necessario læduntur, & statim illarum functiones detrimentum accipiunt.

Gal. loco citato

Gal. 11 metho. cap. 3.

Vires quo ex actionib. dignoscẽdæ.

Quo fit ut robustæ, & imbecillæ uires ex operationibus primum cognoscendæ sint, ut in tractatu de prognosticis uberrime declarauimus, sed memoriæ causa illud breuiter repetere non grauabimur, quod quemadmodum urinæ, aut alui excrementa cruda ut tenuia, & aquosa, aut loturæ carnis similia naturalis uirtutis imbecillitatem ostendũt, vt etiam uel retentio, uel alia quæuis oblesæ functio: ita uitalis uis ex pulsu paruo, obscuro, & languido, similiter respiratione parua, difficili, atque crebra, ex uoce exili & languida (quæ tamen neque pulmonum neque pectoris uitio sit oborta) debilis animaduertitur. Sicuti ex contrarijs robur eiusdem comprehenditur

prehenditur. Pariter animalem vim debilem arguunt, motionum, sensationumque læsio, vigiliæ, deliria, & aliæ perturbatæ principes functiones, vti cõtrariæ eius robur demonstrãt. Veruntamen vires imbecilles ita nouisse parum est, sed in recta tũ venæ sectionis, tum purgantis pharmaci, tum alimenti administratione & vsu, quod maximum, cognituque necessariissimum existit, illud est, vt certo sciamus an vires imbecilles sint, vel quia languidæ sint & dissolutæ, vel quia oppressæ potius sint, & degrauatę. Hæ siquidem largam euacuationem, & inediam ferunt, illæ nullã euacuationem, neq; cibi abstinentiam sustinere valent. Vt itaque læsionem ipsarum recte distinguamus, oportet ad diuersæ læsionis causas confugere. Si enim eius generis fuere prægressæ, quæ virium substantiam vel alterant, vel dissipant, & imminuunt, eas vere languidas esse; sin nullæ eiusmodi deprehensæ sunt, sed aliæ vrgent suo pondere, opprimi solum censebimus. cum itaque causæ vires dissoluentes duplices sint, quatenus scilicet uel earum substantiam alterant, uel inaniunt: & earum substantia triplex sit spirituosa, carnosa, & solida. si de spirituosa primum loquamur: causæ, quæ hanc alterare possunt uel externæ sunt, uel internæ. Externæ sunt tum ambientis aeris, tum rerum quarumlibet extrinsecus occursantium intemperies, uel uenenata qualitas. aeris enim feruor dum intro transpiratione, potissimumque respiratione ducitur, pulmones primum, deinde cor, & spiritus omnes eousque accedit, dum sæpe febris oriatur, ex qua spiritus intemperie afficiatur, & vires languidæ fiunt. imò per feruorẽ spiritus etiam minuuntur. contra frigiditas immodica foris incidens alias spiritum, & calorem omnem debilitat, aliàs prorsus extinguit, ita aer pestilens, vel quomodolibet venenatus spiritus labefactat, & vitium non mediocris iactura fit. quod multo apertius ex animalis venenosi morsu contingit. Internæ vero, atque recõditæ sunt uel viscerum, vel humorum deprauata qualitas. Vbi enim principes corporis partes intempetie afficiuntur, ea si longius serpat, spiritus etiam inuadit. ita quodcunque humoris uitium in corpore dominetur, ex eius intemperie necesse est, ut spiritus grauiter lædantur. crudorum.n. humorum vi, qui aut totum corpus, aut uentriculum, & præsertim os eius occupent, necesse est, ut caloris & spiritus substantia refrigeretur, & animal prorsus languescat, & interdum syncope corripiatur. ita bilis feruens spiritus urens, aut os ventriculi uellicans non leuiorum malorum causa fit, nonnunquam etiã humor aliquis uenenosa afficitur qualitate, ut est semen cohibitum putrescensque, aut menstruum, aut grumus sanguinis, cuius uapor spiritum labefactat, & maxima affert incommoda, uiribus mirũ in modum offensis. At uero de causis spirituosam substantiam inanientibus in sermone de syncope diligenter loquuti fuimus, sed memoriæ gratia breuiter repetantur ipsæ igitur uel adres secundum naturam, uel prµter naturam, uel non neturales reducuntur. Secundum naturam sunt, calida corporis tẽperatura, & eius habitus rarus, & laxus, & spiritus sui natura tenuis, ut proinde impetu proprio euanescat. sunt autẽ præter naturam potissimum dolor atrox, uigilia immodica, & superflua immodicaq; alicuius humoris, aut etiam inutilis excremẽti, sed potissimum sanguinis, & salutaris humoris euacuatio. horum.n. quæcunque impetu profluunt, spirituum substantiam fusam proflũetemq; è corpore secum rapiũt. sed potissimum sanguis qui spiritu copiosissimo perfunditur. Non naturales autem sunt, aer calidior & siccior, labor & motio uehemens, inedia, animi pathemata, ut timor, mœstitia, gaudium immodicum, & potissimum uenus immodica, ratione cuius uires adeo labefactantur, & nullius sæpius Medicinæ uim perferant. Hinc omnium maxime ex tantula seminis uacuatione languent, eo quod spiritus plurimum dissipetur. Postremo carnosa, & solida uirium substantia alteratur quidem in ardentissimis febrib. potissimum, quæ corpus liquant, & ab alijs causis uehementioribus, quæ solidas partes immodicè calefacere, refrigerare, humectare, aut siccare ualent, inanitur autẽ, atq; digeritur in morbis longissimis, qui atrophiã, uel tabem inducunt. Si uero de causis uires opprimentibus loquamur, quæ solum interiores sunt, atque reconditæ, hæ uel obstructiones sunt, vel immodica humorum copia, & plenitudo. Venarum.n. & arteriarum obstructio, quæ à crassis, & lentis fit humoribus spiritus coercet, & illos uentilari non finit, unde impedito usu uitæ necessario, uires grauiter cum innato calore opprimuntur. Quod in pulmonibus, in iecore, cerebri uentriculis, arterijsq;, & corporis habitu sæpe ac multum euenire solet. Obstructio autem quam humorum copia induxit, non modo spiritum caloremq; præmit, uerum etiam suffocat. At plenitudo libera, & nulla obstructione impedita siue simplex & pura, siue cacochymiæ particeps

Viriũ læsio, & an languidæ sint, vel oppressę, cognitu necessarijssima.

Causæ vires dissoluẽtes.

Causæ spirituosam substantiam alterantes.

Externæ.

Internæ.

Causæ spiritus inanientes.

Causæ secundum naturã.

Causæ præter naturã.

Non naturales.

Causæ carnosam & solidã substantiã alterantes, & inanientes.

Causæ vires opprimẽtes

Obstructio.

Humorũ copia.

ceps fit,uires suffocat,ut in athletico habitu sanguinis, in leucophlegmatia pituitæ, in hydrope commuuniter cruditatū,in ictero bilis exuperantia. Vbi itaq; nulla ex causis uires dissoluentibus, quæ euidentes sunt,præcesserit, & uires nihilominus debiles comparebunt,non utique dissolutas,sed oppressas esse sciemus, præsertim si uel plenitudinis, uel multæ cacochymiæ signa fuerint; & inter languidos paruosque pulsus ictus,quidā nonnunquam uehementes, & magni deprehēdantur.sublatis autem causis opprimentibus,ut multitudine ipsa uenæ sectione, illico uires recreantur & ad se se redeunt,dummodo affectionis diuturnitate prostratæ iam non sint. & hæc de sanguinis educendi quantitate dicta sufficiant. Opportunum uero huius præsidij tēpus in putridis febribus submouendis definiens Galenus ita loquitur. Quippe, si uires eius, qui ex putredine humorum febricitat, ualentes sint, mittendus sanguis est: si cruditas uentris nō sit,statim morbo incipiente,& alio in loco asseruit, sanguinis detractionem nullo non tempore,modo uires substineant, remedium esse, sed attendenda cū uenæ secādæ indicationibus sunt,tū quę eam præcedūt, tum uero, quæ omnino excipient. Nam, si præcedat ciborū cruditas, tanto tempore differre uenæ sectionē iubebis,quantū satisfacere tum ad eorum concoctionem, tum ut excrementa descendant,uidebitur. Sin sequetur necessario uacuatio quæpiam,tū illi de eo,quod superfluum est,relinquēdum, quantum est, per eam vacuandum. & alibi pariter scribebat, ergo in ijs,quibus euacuatione opus est, maturandum est euacuare, nisi sit quædam, concocti alimenti in ventriculo facta corruptela.nec iniuria cum Diuinus Hippocrates enuntiauerit. Cum morbi inchoant si quid videtur mouendum moue, in summo vero vigore, quietem agere præstat. & hoc quia, vt Galenus Hippocratem per eundem auctorem exponit, circa principia & fines omnia debiliora, circa vigores fortiora, symptomata videlicet, sunt. remedia autem quæ afferuntur in principijs sunt maxime venæ sectio, interdum vero & purgatio. Virtus autem contrario modo se habet ac ipsa se habeant symptomata, & propterea subdit Galenus quod morbo iam consistente,cum iam natura concoquit, superfluum est euacuare, cum propter alia, tum quia vis animalis maxima ex parte eo tempore est fatigata, licet quàm maxime duæ aliæ,vitalis,ac naturalis, fortes persistant (& ex his verbis obiter colligimus,omnes tres facultates in curatione contemplari debere) Rarius autem accidit,inquit idē Galenus, vt protinus in primo secundove die vires imbecillæ cernantur: Accidit tamen interdum, vel propter ægri malum corporis habitum, vel propter senium: nonnullis etiam fatigatio, vbi vstio, & tristitia, vigiliæque præcesserunt, & inedia per totum secuta est diem, dein febris prius quàm homo cibaretur,circa vesperam occupauit,& nox insomnis est acta, vires magnopere resoluit. Si itaque auxiliorum tempora à morborum temporibus diuersa omnino sunt,vt contra Thessalum optimo iure decreuit Galenus auxiliorum autem tempora illa sunt, quæ ad illorum administrationem & exhibitionem sunt idonea: sunt autem idonea quotiescunque remedium postulantia adsunt,absunt autem ea, quæ impedire possunt: necesse est, vt concludamus nullum magis opportunum tempus secandi venam excogitari posse ipso morbi,& putridæ febris principio. in eo siquidem materiæ copia obstructiones fouens,quæ resolutiua methodo vltimo loco fuerat adinuenta,& in esequutione prima omnium sui imminutionem indicabat,præsens est, & virtus imbecillitas, quæ sola præsidium hoc prohibere potest,vt plurimum abest, sicuti etiam ea omnia symptomata,quæ vires labefactare & vniuersum corpus exagitare valent, tunc temporis absunt,quia in principio omnia placida sunt. Vnde mirum non est, si Diuinus Galenus dixerit,quod materia auxiliorum adinuenta,vt exempli gratia venæ sectione, opportunum tempus ipsam recte administrandi ex quatuor febris temporibus capiendum est: sicuti enim in statu, propter causas propositas, venæ sectionem deuitamus, ita in principio opportunissima est. non quia tempora morborum aliquo pacto ipsam indicent (nam alibi, ab eodem Galeno sancitum fuit, à morborum temporibus nihil indicari) sed quia in principijs virtus valida sæpius existit, in vigore autem quodammodo labefactata remediorum agitationem non sustinet. ideo non dixit Galenus ab ipsis febris temporibus tempus opportunum indicari,sed, captari. Nam spectans medicus tempora hæc tanquam effectus quosdam diuersos à diuersa motione causæ, vel ipsiusmet febris prouenientes, facile percipere poterit, quod nam opportunum sit tempus adhibendorum remediorum. quæ quidem non ab ipsis temporibus, neque ab eorum nominibus indicantur. sed vel ab ipsa febre, vel eius causa. habita enim notitia per ipsa quatuor

De opportuno mittendi sanguinis tēpore.

Morborum principiū curvenæ sectioni accommodatissimum.

Quo pacto ex morbi tēporibus opportunum auxiliorū tēpus captari dicatur.

Gal. 11.meth. cap.14.
Gal. 9 meth. cap.5.
Gal. 1. de humor.com 12.
Hipp.2.aphor. tex.22.
Gal.in com.
Gal.10.metho. cap.2.
Gal.lib.de opti ma sec.ad Trasi. cap.35.
Gal. 9. metho. cap.14.
Gal.4.metho. cap.5.

quatuor tempora tanquam per signa quædam, & non per causas motionis ipsius febris, facile percipimus vtrum quæ remedia indicant præsto sint, & quæ impedire valent procul absint: ex quibus idonea auxiliorum tempora colliguntur. ex his autem liquet quàm inique iuniores nonnulli Galeni dicta non percipientes, ipsum tanquàm sibi ipsi contradicentem calumniauerint. Verum quoniam Doctissimus Fernelius non minus iniuste, imo leuissime, de tempore secandi venam sermonem habens, magnum Auicennam carpere ausus fuit, & breuitatis alioquin amator prolixa valde contra ipsum exaggeratione vsus fuit: liceat & nobis eandem breuitatem, in rebus maximi momenti, tantopere non affectantibus, Auicennam tueri & recte interpretari, vt ex hoc vnusquisque tum Auicennæ præstātiā, tum opportunissimum tempus in quacunque putrida febre venam aperiendi, percipere valeat. Fernelius itaque Auicennam in primis male carpit, dum affirmat ipsum quarta primi cap. 20. præcepisse, vt in morborum principijs phlebotomia prorsus omittatur, concoctioque expectetur, dum morbus principium statumq; prætereat, siquidem ex praua Gerardi, Mantiniq; translatione fuit deceptus, quemadmodum tum Andræas Alpagus conciuis noster, tum post ipsum Andræas Gratiolus Salodiensis viri doctissimi, & Auicennæ fidelissimi interpretes, annotarunt. non enim ait Auicenna cumque maturatio apparuerit & ægritudo principium, aut statum præterierit, sed vt Alpagus ex codice suo Arabico correxit, sic habet. Cumque maturatio apparuerit, & ægritudo principium versus statum accedens præterierit. Si enim vera esset Mantini interpretatio paulo post in eodem capite sibi manifestissime contradiceret. ita enim scribit Auicenna: cunque in febre te oportebit phlebotomare, non attendas quod quidam dicunt, s. quod non est bonum, vt post quartum diem fiat, quoniam bonum est vt fiat etiam si sit post quadraginta dies, & hoc secundum sententiam Galeni, quamuis præmittere; & properare sit melius, cum significationes certæ fuerint. Ergo vult, vt quanto citius secatur. tanto melius sit. quemadmodum idem prorsus in eodem cap. paulo infra licet colligere. nec non etiam prima quarti trac. 2. cap. 45. etiam cap. 7. in quo dum putridarum febrium in genere curationem pertractat, hæc formalia profert verba. Et scias quod phlebotomia, quando est intentio sanguinis non est ex genere eius, in quo expectatur digestio, expectatione, quæ est in solutiuis. quid clarius? & eodem 4. lib. F. prima trac. primo, cap. 33. de febre diaria ex obstructione loquēs ait, cum causa est multitudo humorum, & repletio, tunc oportet, vt in principio properes ad phlebotomiam. dum autem sinochum curat in 2. tract. cap. 45. inquit, euacuatio autem non est aliqua sicut phlebotomia ex manu in quacunque hora accidat, & non expectatur crisis, neque digestio: nisi sit repletio nauseatiua: tunc enim caue eam, & time ipsam. Quare dum quarta primi c. 20. videtur phlebotomiā in morborum principijs reprobare, & reddens rationem, inquit, quia superfluitates subtiliat, & eas per corpus fluere facit, & eas sanguini admiscet, sciendum non voluisse per hæc verba significare ipsam penitus in morborum initijs non conuenire, & solum apparente coctione adhibendā esse, (sibi. n. apertissime pugnātia protulisset) sed ipsam in eo solum morbi principio reprobauit, in quo cruditates adsunt, non quidem humoris facientis morbum, sed alterius materiæ in ventriculo. s. & alijs primis ductibus consistentis. & hoc vt sui moris est (nil. n. fere profert, quod in Galeni scriptis non adinuenerit) à Galeno desumpsit, tum in tribus auctoritatibus paulo superius à nobis data opera descriptis, tum in libro de rat. cur. per ven. sec. cap. 20. tum demum in 3. epid. com. 1. id autem præcipiūt Galenus & Auicenna ne cruda materia in primis venis & ductibus existens in venas puriorem sanguinem continentes, & supra iecoris gibbas partes constitutas, deducatur, & morbum efficiat deteriorem. & hoc voluit Auicenna, dum dixit, in earum principio penitus phlebotomia dimitatur, quia superfluitates subtiliat, & eas per corpus fluere facit, & sano sanguini admiscet, & est etiam cum nihil euacuatur ex eo quod oportet, & facit necessarias reiterationes, quæ debilitant virtutem. pro quorum intelligentia notandum, quod vel adest sanguinis copia, vel paucus adest sanguis, & plurimi humores crudi, ijque plurimum à sanguinis natura distantes. Si paucus sit, & plurimæ materiæ crudæ, & vena aperiatur, primo non euacuatur, quod oportet, deinde ex deductione crudarum materierum in venas augentur obstructiones, & morbus, ex quo virtus redditur imbecillior, cum præsertim cum pauco sanguine & plurima cruditate debilis vt plurimum sit, qua quidem concocta recreatur. & ob id dicebat Galenus, quibus bonus sanguis exiguus est, crudi autem humores plurimi ijs sanguis

Fernelius lib. 2 therapeu. c. 13

Auicenna à Fernelij obiectiōe vindicatur.

Gal. lib. de rat. cur. per venæ sec. cap. 20.

Cur et udita te in primi ductibus existente ante eius digestionē vena secari non debeat.

Auicen. 4. primi. cap. 20.

Qua distinctione vtēdū sit vt opportuno tēpore vena aperiatur.

Gal. 4. de tuen. valetud. c. 5.

guis mittendus non est, quia sanguis bonus fluit, malus uero, qui in primis maxime venis circa iecur colligitur in totum attrahitur corpus. ideo ex Auicenna secanda vena non est donec humores illi cocti sint, & nacti fuerint sanguinis naturam, aut à sanguine parum distantem. Si vero sit copia sanguinis & nulla in ventriculo, aut primis venis adsit cruditas, quæ, vt notat accuratissimus Auicenna ex prægressa nauseatiua satietate potissimum cognoscitur, quamprimum secanda vena. Si adsit cruditas non est aperienda nisi post coctionem illorum humorum. Venæ autem sectio non subtiliat humores per se, sed ex accidenti, quia fluere ipsos facit, ne detur vacuum, quamuis crassi sint, non quod attenuentur, vt falso putauit Fernelius. Tandem aduertendum, quod si morbus adeo vehemens sit, vt nisi quamprimum sanguis euacuetur, vitæ periculum immineat, attendendum ei quod magis vrget, & protinus vena pertundenda: vt in synocho, angina, pleuritide & similibus, in quibus non solum non est expectanda concoctio, sed ne de lenientibus quidem vlla debet esse sollicitudo ex eodem Auicenna, qui quarta primi, capitulo vigesimo ait. Scito præterea quod phlebotomia duas habet horas, horam electam, & horam necessariam. Electa est eius, quæ est in lumine diei & post digestionis complementum, & superfluitatum expulsionem: & hora necessaria est hora qua fieri oportet, & quæ tardari non potest, & in qua res prohibitoria non attenditur. Ex quibus verbis, quæ ab ipso Galeno fuere desumpta, multa notatu dignissima elici possunt. Et primo quod sicuti in vehementissimis morbis, & ijs qui non dant inducias vena illico, vel quod plurimum est, glande vel clysteri si aluus diu adstricta fuerit, imposito, aperienda: ita si minor morbus sit, nec insigne periculum imminens, expectandum est vt materia in primis vijs existens digeratur, & deorsum propellatur, deinde vena aperienda erit. Et hæc fuit Galeni sententia, vt quo citius fit eo melius, dummodo materia in primis ductibus non prohibeat vt dictum est. Secundo colligimus qua de causa materia hæc in primis consistens venis alioquin cruda inter venæ sectionem prohibentia à nobis non fuerit proposita, interdum enim nullo pacto impedit quin illico secetur vena, aliquando vero solum ipsam differre potest, non autem prohibere, quia solum rationem habet antecedentis vti causa sine qua non. quia sine ipsius eductione & concoctione sanguis in nobilioribus venis peccans non potest euacuari, quia ijs exinanitis sanguis in primis ductibus excrementis inquinatus, & crudus existens in ipsas recurrit. Et tertio colligimus, quod in febribus intermittentibus in quibus humor peccans in primis venis potissimum putrescens redundant, & nullum graue periculum imminet tutissimum est, & maxime proficuum prius lenientibus vti deinde venam secare, potissimum si bilis redundet, quia hæc facilius in nobiliores venas sui tenuitate deducitur, ita vt eiusdem ebullitionis periculum immineat. & tandem quilibet nisi mente, aut malitia obcæcatus sit, potest colligere, ne dum Auicennæ maximam in loquendo præstantiam & eminentiam, verum etiam quam pueriliter ab ijs, qui in primis cathedris eius doctrinam profitentur, à Fernelio fuerit vindicatus. Verum dicet quis, cum in principio materia cruda sit, & natura nunquam critice & vtiliter in principio euacuet, ars autem naturam ipsam imitari debeat, quo pacto venæ sectio in morbi principio conueniens erit? Porro responsio ex eiusdem Auicennæ dictis iam propositis colligitur: Vel enim euacuandi humores à sanguine diuersi sunt, vel est sanguis ipse. Si diuersi profecto, ut in sequenti capite ostendemus, à natura, aut ab artifice sine præparatione & ornatu non euacuantur, quia, vt toties diximus, bona crisis cum signis coctionis fit. Et ob id ex Hippocrate concocta medicanda, atque mouenda, quia debent à sanguine separari, & ipsorum remittenda caliditas, attenuanda crassities, & detergenda viscididitas, secus enim euacuatio nec confert, nec leuiter fertur. Sanguis autem cum sui natura benignus sit, & vt plurimum, uel copia, uel prauo motu peccet, & eius mala qualitas euacuationi quæ per adapertam venam celebratur, minimum reluctetur, præsertim dum ratione caloris febrilis tenuis redditur, & magis fluxilis, nullam præparationem, aut maiorem ornatum, quàm habeat, requirit, vt educatur, potissimum, quia, dum crassior est, amplum foramen efficere licet, & per id non minus

Prope finem.

Gal. 1. de ra cur. per ven. 21. & c. 12.

Dubitatio.

Responsio.

Cap. de progn. Hipp. 1. aphor. 22.

minus deterior, quàm probior egreditur. Hinc si morbus aliquis ex sola plenitudine prodeat, eoque incipiente natura ad ipsum expellendum insurgat, optima dicetur euacuatio, plurimumque profutura. Concedimus itaque artem debere naturam imitari, sed addimus, quod natura eorum tantum humorum coctionem priusquam euacuentur, molitur, qui sunt à sanguinis natura plurimum distantes. Sed rursus instabit alius. Perfecta crisis supponit coctionem, sed crisis aliqua fit per fluxum sanguinis narium, vteri, hæmorrhoidum, ergo & sanguis coctionem requirit. Dicendum quod dum crisis fit per sanguinis fluxum, vel euacuatur sanguis simpliciter sub forma sanguinis, quod euenire potest, dum morbus ex plenitudine dependet: vel euacuatur alius humor sanguini permistus, ita tamen vt primo, & per se euacuetur illæ humor, à quo morbus efficitur, & à sanguine penitus diuersus, secundario vero & ex accidenti sanguis ipse, cui humor ille commistus est. Modo si fiat crisis per fluxum sanguinis sub propria forma in morbo dependente nedum ab humorum malitia, sed etiam à multitudine, talis crisis fieri potest, & in principio morbi, & coctione non apparente, vti plura apud Hippocratem habemus exempla. Nam Metoni, vt ipse ait, cum vrinis tenuibus, & subnigris die quinta sanguis è naribus erupit, & eo perseuerante conualuit. Et in Thaso mulier quædam, quæ, vt Galenus interpretatur, acute simul, & ex humorum abundantia laborabat ex fluxu mensium existente vrinarum cruditate pariter conualuit. & de Virgine Larissæ idem colligimus de febre ardente cum crudis vrinis, & fluxu sanguinis narium & menstruorum. & Galenus fatetur morbum ex humorum copia prodijsse, & euacuationis perseueratione fuisse sublatum. idem contingit cuidam iuueni ex libro de præcognitione ad Posthumum cap. 13. Quod si crisis fiat per fluxum sanguinis, qui sit humor aliquis peccans ipsi commistus, & per se euacuetur, ille humor, secundario vero aliquid sanguinis effluat, in hac procul dubio requiritur perfecta concoctio. Dicendum itaque in febre ardente, dum fit fluxus sanguinis narium non esse purum sanguinem sed bilem sanguini permixtam, vt ex Galeni verbis clare colligimus. Concludendum igitur sanguinem in principio morbi ex omnium sententia mittendum esse. Non tamen asserendum, vt quidam ignari, quod scilicet transacta quarta die, & post principium non debet mitti, quia vt iam diximus hoc ab Auicenna reprobatur, nec non etiam à Galeno, qui ait dierum numerum non esse attendendum, dummodo vires non prohibeant. & ob id Hippocrates octaua quoque die in Anaxione venam secuit. In principio tamen vires valentiores existunt. De huius autem præsidij die & hora loquens Galenus ait. In febribus autem, si continentes febres sint, & manifestam aliquam accessionem afferant, in qua accedentes in eadem permaneant magnitudine, & ordinatas, aut inordinatas inuasiones faciant, erit summa diligentia animaduertendum, ne increscentibus inuasionibus detractiones moliamur, sed id temporibus placidioribus faciamus. quibus verbis monemur, vt in intermittentibus febribus accessionis diem caueamus, & interualli diem eligamus, in continuis sed manifestas accessiones habentibus in accessionibus omnino à venæ sectione abstineamus, & remissionis tempore ipsam adhibeamus. euacuationes enim, quæ in accessionibus ab ipsa moliuntur natura, neque tutæ, neque vtiles sunt, cum vires potius maxime lædant, & propter morbi impetum, atque feruorem solummodo fiant. ideo in intermittentibus, si hoc tempore vena secetur, periculum est ne materia feruens & exagitata, in venas nobiliores inanitas trahatur, & febris continua fiat. In maxima autem quiete vena secta nullum fere naturæ detrimentum affert, & sanguinem e maioribus venis nullo excandescentiæ metu eripit. Quod si spatium inter accessiones angustum sit, difficile est occasionem adinuenire, quia interdum vix hora se se offert congrua, ut uel ante, vel post uenam sectam opportune ægrum alamus. Quod si nobis permissum sit horam eligere. Conuenientior est matutina, quam vespertina. A solis enim ortu sanguis mouetur & dominatur, & tenuior & ad fluendum aptior est. & oportet, vt æger insomnis saltem per horam seruetur & cibum integre coxerit, & alui & vesicæ excrementa. iam excreuerit, præsertim si vena aperienda ampla sit (nam exiles, à quibus sanguis, parcius emanat, sine his obseruationibus

aperiri

Alia instantia.

Solutio.

Hipp. 3. in primis epi. tex. 24

Tert. in 3. epi. tex. 82.

Tex. sequenti.

Gal. in com.

Epilogus.

Gal. 2. in 1. epi. com. 66.

Auic. 4. primi. cap. 20.

Gal. lib. de rat. cur. c. 2. & 9 meth. c. 5. & 3 in 3. epid. 9.

Gal. 1. de hum. com. 12.

Detrahendi sãguinis dies & hora.

Dies & hora electionis.

aperiri possunt) mane vero hæc omnia commoda nobis suppetunt, potissimum secunda tertiave hora, subindeque per duas vel tres horas ante prandium. pariter non est ab re, si morbus & alia concedant, nouilunia, & plenilunia deuitare. In synochis vero qui accessionibus prorsus carent, in vehementi pleuritide, aut angina, aut immoderato sanguinis fluxu, aut extrema vasorum plenitudine, & alijs vehementioribus morbis, qui præcipites sunt, instantibus, quamprimum accersiti sumus, venam reseramus. Quia hora, ab Auicenna vocata necessitatis, propter maximam ipsorum morborum ad indicandum vim, ad id nos compellit. Vt autem per quam venam mittendus sanguis sit, non ignoremus, animaduertendum putridam febrem vel principalem esse, vel non principalem, seu symptomaticam. Si principalis sit, vel nulla consueta sanguinis euacuatio suppressa est, vel huius euacuationis suppressio antecessit. Si nulla sanguinis euacuatio consueta suppressa fuit, ita vt sanguis alijs de causis copia peccet, aut molestus sit, ex qualibet secta vena, ut notat Galenus, sanguinis copia obstructiones fouens vtiliter imminui, detrahique potest, commodissime tamen, & maximo vsu ex basilica, seu interiore cubiti dextri vena, quæ à caua plurimum, & à iecore sanguinis officina validissime prolicit. Sed plenitudo impura, si biliosa sit, ex dexrri cubiti, si melancholica, ex sinistri anteriore vena, ita enim requirit lienis situs, commodius, & vtilius imminuitur. Sicuti, quæ ex crudorum humorum copia orta est, ex vtroque cubito demi potest. quamuis in hac virtus imbecilla phlebotomiam sæpe non admittat. Quare in synocho putrida, in febre ardente, nec non etiam in quacunque tertiana, & quotidiana continua interiorem dextri cubiti venam incidere expedit: sicuti quartana, potissimum continua, interioris sinistri brachij venæ apertionem exposcit. Si vero aliqua consueta sanguinis euacuatio, vel per vterum, vel hæmorrhoidas, vel per nares, suppressa fuerit; si per uterum, uel saphenæ, uel maleolorum internæ potissimum uenæ aperiendæ dextræ uel sinistræ, prout patiens uel in dextra, uel in sinistra uteri & imi abdominis parte grauitatem, aut aliam molestiam percipit, & prout uel iecur magis uel magis lien afficitur, aut dextræ mulieris partes, uel sinistræ deterius habent, aut impura siue secundum quid uocata plenitudo uel biliosa, uel potius melancholica fuerit. si tamen afficiantur dexteræ uteri partes. & unà lien intumescat, cruris dextræ uenæ reserandæ, ut proximioris mittentisque partis rectitudo seruetur. Quod si partes omnes æqualiter afficiantur, & non magis biliosus sit, quam melancholicus, uenarum dextri cruris adapertio semper præferenda erit. Si hæmorrhoides suppressæ sint, tum hirudinibus, aut alijs præsidijs, in proprio earum tractatu propositis easdem aperire licet, tum, si hæ non appareant, aut alia de causa aperire non liceat, uenas crurum, eodem prorsus modo, uti de mensibus cohibitis iam diximus, secare poterimus, dummodo consilium sit & sanguinis copiam imminuere, & una hæmorrhoidas rursus euocare, quod etiam tutius est. Si enim æger nolit posthac illis obnoxius haberi, plenitudo ex superioribus uenis demi potest. Quod tamen tutum non est, quia in morbis consuetudinem alioquin malam conseruare studemus. Si uero consuetus fluxus sanguinis narium cohibitus fuerit. Si is ex dextra nare fluere consueuerat, dextri brachij uenæ, si ex sinistra, sinistri incidendæ erunt: internæ, uel externæ, pront thoracis & abdominis, uel potius capitis partes magis afficiuntur. Nos tamen Galenus admonet, ut quotiescunque nobis iecoraria, seu interna cubiti uena non est conspicua, ut huius loco mediam seu communem cubiti uenam incidamus, quæ, si pariter non appareat, cæphalica, seu exterior uena pertundatur. Quod si uires ad unguem ualidæ non fuerint, aut periculum sit, ut aliqua de causa ex superius enarratis in posterum labantur, & potissimum in febribus diuturnis, quales sunt quartanæ, & febribus iam progressis venam inter minimum & annullarem digitum exporrectam, quam saluatellam vocant, secare tutius erit. Si uero febris non principalis sed symptomatica fuerit. quæ membri alicuius particularis phlegmonem, obstructionemve comitetur, quænam vena secanda sit, in particularibus morbis submouendis abunde significauimus. Sed hoc in loco sermonem breuibus transigemus dicendo, quod vel intendimus principaliter reuellere, quod ad partes distantes, & in principio fit, vel solum deriuare,

Dies & hora necessitatis.

Quę vena in putridis febribus aperienda sit.

Si febris principalis sit, & nulla suppressa sit consueta euacuatio.

Gal. lib. de rat. cur. per ven. sec.

Si cõsueta euacuatio fuerit suppressa.

Gal. lib. citato.

Si febris nõ principalis & symptomatica sit.

Auicen. 4. primi. cap. 20.

quod fit per partes proximas, & post reuulsionem administratam. si nostrum institutum sit reuulsionem adhibere, hanc in partibus ab affecta remotis, seruata tamen debita distantia, & partium rectitudine, communicantiaque vasorum, moliri debemus. Vnde ex partibus, quæ supra clauiculas sunt, euidentissime reuellit, & euacuat cephalica vena incisa, celerius quidem, & validius in cubito, tardius autem in manu, & ea vena, quæ inter pollicem, & indicem digitum excurrit. & si dextræ afficiantur capitis partes, dextræ, si sinistræ, sinistræ venæ aperiuntur. Ex his autem partibus, quæ inter clauiculas, & renes positæ sunt, reuellit secta interior vena, celerius quidem & maiore vi in cubito, tardius vero in manus ramo qui inter annularem, & minimum digitum extenditur. Ex vtrisque vero scilicet & supra clauiculas, & infra, sed supra renes constitutis partibus reuellit vena media, seu communis dicta, quia ex communibus tum cephalicæ, tum iecorariæ seu interioris ramis conflata est. hæc tamen plerunque aut latet altius inuoluta, aut alterius solummodo soboles est. Subter renes, in quacunque parte sit affectus, secta poplitalis vena maiore impetu celeritateque reuellitur, tardius & infirmius secta in malleolo saphena. Renes vero inter superiores, & inferiores partes sunt ancipites. Situm autem definimus non ex partis ordine, sed ex ortu, & productione venæ, quæ in partem ipsam inseritur. hinc phlegmonem, quæ rectos abdominis musculos supra vmbilicum inuaserit, aperta interiore vena reuellerur: quæ vero colum intestinum præhenderit, quamuis subter renes sit, secta interiore cubiti vena reuelletur. Deriuatio vero per venas parti affectæ proximas, atque communes administrari debet. Vnde capitis affectus deriuant scapularum scarificationes, & applicitæ cucurbitulæ, sanguis è naribus profusus, vasorum quæ pene aures sunt præcisio, apertio venæ frontis, quæ anteriorum capitis partium affectus deriuat, sicuti partes, & uenæ posteriores incisæ, uel apertæ, posteriorum partium uitia deriuare ualent. Pleuræ autem, pectoris, diaphragmatis, axillarum, & etiam humerorum inflammationes, (dummodo ad brachij flexum non pertingant) tum deriuantur, tum unà reuelluntur secta eiusdem lateris interiore uena. idem autem fit dum uesica, uel uterus, aut obscoenæ partes phlegmone laborant, si uenæ inferiores incidantur. dum autem eodem tempore tum deriuatio tum reuulsio fit, etiam in principio euacuatio hæc administrari potest, dummodo maxima sanguinis copia, & uehemens fluxionis incursio, nos solum reuellere, & primo quamcunque deriuationem omittere, non hortetur. nam facta ad longinqua reuulsione sola, euacuatio deinde, quæ unà deriuat, atque reuellit, tutius adhibetur. Non est autem, ut de modo quo uenæ sectio administrari debet, pluribus agamus, cum potissimum, dum de uulneribus arteriarum, & neruorum agemus, ea omnia, quæ ad chirurgum pertinent, in medium afferenda sint. Illud in præsentia notasse sufficiat, ut quo tempore sanguis fluit è secta uena æger decumbat. &, si fieri potest, in maxima tum corporis tum animi tranquillitate uena aperiatur, potissimum dum syncopes metus impendet. Sit autem pars, quæ inciditur prona, & in hanc facilis, & directus sanguinis cursus, ex ea corporis parte, quam potissimum exinanire cupimus. dum autem uena mobilis & inconstans est, nedum supra, uerum etiam infra membrum deligetur, & si densa & sicca cutis sit, & uena angusta, aut in altum demersa, & multa carne aut adipe obducta arctius uinculum iniciatur. pro sanguinis autem tenuitate, uel crassitie, foramen vel angustum, vel amplum fiat, & ob id in tertianis biliosisque febribus angustum, in melancholicis amplum, in sanguineis mediocre potius moliendum. in brachij autem curuatura vt citius consolidetur, fiat per obliquum, dummodo institutum non sit sanguinis missionem reiterare, nam tunc potius per longum adhibendum, & post sanguinis exitum, locus oleo inungendus, sicuti, dum vnica sanguinis missione contenti sumus, foramini gossipium posca vel aqua rosacea imbutum imponendum, & dum sanguis fluidus, biliosus, & impetens est, oui albo etiam imbuatur, & linteum, iam dictis vel etiam vino nigro austero expressum, super imponatur potissimum vbi ante somnum futurum venæ sectio adhibetur. In cruribus vero foramen opposito modo fiat, dum enim nolumus euacuationem repetere, vt vena citius consolidetur, tutius est per longitudinem foramen efficere, per obliquum vero dum ipsam repetere intendimus, per transuersum vero nunquam incidatur, ne vena vtrinque retracta ægrius deinde conglutinetur. dum autem in cubiti flexu inciditur vena ie-

De reuulsione administranda.

De deriuatione facienda.

Quo nã modo venæ sectio administranda sit.

na iecoraria, quia sub ea tum arteria, tum musculi eximij sensus, & valde neruosi tendo substernuntur, propterea vt incidenda vena foras exiliat, & altius attollatur, & conspicua magis fiat, tendo vero & arteria retrocedant, & in imum descendant, oportet vt humero immoto & firmo seruato, manus ex supina in pronam conuertatur, ita vt pollex digitus, qui in exteriori brachij parte residebat, ad inreriorem vergat. dum autem humeraria secatur nullum aut diuisionis arteriæ, aut neruosi tendonis punctionis periculum imminet. Quemadmodum autem, dum futuram virium imbecillitatem timemus, chirurgus, dum exit sanguis debet per vices interpollatas digiti extremitatem calentem foramini applicare, & paulo post remouere, & rursus applicare, vt sanguis sistatur, & rursus remouere, ut fluere possit, & ita per interpollatas vices sanguinem educere: ita dum in præsentia vires non admodum robustæ sunt, & earum casum adhuc magis pertimescimus, cum præstantior uirium quàm morbi sit obseruatio, cogimur euacuationem quidem partire, & iterare, sed non modicis interuallis, sed dissoluto uinculo tantisper intermittendo, dum uires restaurentur, nam influentes uires, quæ per euacuationem labefactantur, ex insitis quæ in solidis & carnosis partibus resident, tanquàm sibi similibus denuo suscitantur. & ob id optimum est interdum hora una, interdum pluribus instaurationem expectare, non tamen ultra diem prorogare, sed bis sanguinem (si uires ferant) eodem die mittere, & hoc potissimum in putridis febribus principalibus obseruandum, ita ut (nisi aliquid prohibeat) antequam putredo, aut alia mala inualescant, quantum expedit educatur.

De venæ sectionis iteratione.

In symptomaticis uero & præsertim inflammarorijs putridis febribus iterationes longiore interuallo fiant, & uel in diem posterum, uel etiam ei subsequentem repetitio differatur: ut hoc temporis spatio, corrupti humores ex affecta sede in exhaustas uenas remigrent, quos exinde altera sectio promprius eripiet. pars enim laborans, ut rectè ait Fernelius, sensim uno, aut altero die humores suos eò deposuit, qui corrupti cum sint, illic relinqui non debent, etiam si dolores conquieuerint. pariter ubi ab affecta aliqua parte reuellere studemus, euacuationis iteratio ualde congrua & efficax est. Dum aut uires, & alia, quæ ad has reducuntur, nullo pacto prohibent, morbusque potissimum uehemens id suadet, unica uice sanguis educi debet: uacuam effrenatus, & praua qualitate affectus in principem aliquam partem decumbat. Quod si uenam secare nobis permissum non sit, quia dispositiones dehortentur, non semel, neque ex toto, ait Galenus, sed paulatim oportet euacuare inedijs moderatis, & frictionibus & clysterijs mollibus, humectationibusque, & cataplasmatis, & balneis; quorum singulorum indicationes rursus ab ijs, quæ antea diximus, sunt assumendæ. & alibi inquit, quod si quid uenæ sectionem prohibeat, ut ætas, aut uirtus, aut propter ægri, uel propinquorum timiditatem eam prætermittere cogamur, larga purgatione utendum erit, & deinde ad liberandam obstructionem accedere. modo aliquid hanc etiam non prohibeat, aut alia ratione educendum, quod superuacuum est, nam abundantia seu plethora tum uenæ sectione, tum frequenti balneo, tum exercitatione, tum frictione, tum digerentibus medicamentis, & præter hæc omnia cibi parsimonia, & inedia curatur, vt alibi quoque testatus est. Verum quoniam vbi æger febricitat (de hac enim nunc loquimur) nec exercitio, nec calefaciente inunctione, nec multa frictione (hæc enim in principio tuta non est cum humores exagitet, & obstructiones augeat) nec balneo vti licet, sed sola sanguinis missione, vna cum inedia, vel purgatione aliqua: & insuper quia in putridis febribus celeri euacuatione & in principio & sæpius ipsius potissimum sanguinis indigemus, & purgatio ipsa alioquin leuis in principio sæpius tuta non est. idcirco Auicenna, Paulus, Oribasius, Aetius, Fernelius & alij posteriores Medici Galeni auctoritate freti, iubent, vt loco sectionis venæ aut hirudinibus, vel scarificationibus, & cucurbitulis vtamur. Galenus enim de lassitudinibus verba faciens inquit, quod vbi cum sanguinis copia infestant, aut vena incidenda, aut aliquid quod tantundem valet, agendum. Tantundem autem possunt hæc, subdit ipse, quibus hæmorrhoides sunt retentæ, si has aperueris scilicet mulieri menstrua consuetudo cessauit, hanc si prouoces. Si quibus horum nihil est, malleolos scalpello incidas. & alibi ait, quod euacuatio omnium humorum æqualiter (quæ quidem exquisitissima est) fit per venæ sectionem proxima

Fernel. 2. therapeut. cap. 16.

De alijs chirurgicis præsidijs.

Gal. primo ad Glauc. c. 14.

Gal. 4. de san. tuen. cap. 4.

Gal. 13. metho. c. 6. & 4. meth. c. 6. & lib. de rat. cur. c. 10.

De hirudinibus scarificationibus. & cucurbitulis.

Gal. 4. de tuen da. cap. 4.

Gal.lib.de cucurb.scarif. & hirud.c.4.

proxima vero huic est, quæ per malleolorum scarificationem. & alio in loco scribit, quod si quæ exuberans materia in corpore minuenda est, atque ob id potissimum exu perantia illa oriatur, quod materia ipsa, quæ emitti solet, supprimatur, scarificatione vtimur, quemadmodum hemorrhoidibus suppressis crura ipsa lota quidem prius, vel spongia calido fomento adhibito, scarificantur. eodem enim anno venam frequẽter incidere, minime rationi consentaneum arbitramur, quia cum larga sanguinis copia vitalis etiam spiritus emittitur; quo sane absumpto, crebrius quidem moles vniuersa frigescet, tum animalis functiones omnes deteriores redduntur. Quamobrem ab ignobilioribus membris vtpote à cruribus sanguis educendus est. quod potissimũ in putridis curandis febribus seruandum erit, vt noxia materia ab ipso corde, & thorace, in quo febrilis calor plurimũ viget, nec nõ ab ipso capite & ceteris nobiliorib. mẽbris vnà cum totius euacuatione reuellatur. ob id. n. ait Gal. hæc pſidia tãtũdẽ posse, & venæ sectioni ꝓxima esse, q̃a vniuersũ corpus p ea, sicut in sect. venæ, licet nõ ita celeriter, euacuatur. Quare scarificationes & cucurbitulæ tũ malleolis, tũ circũiacentib. partib. tũ poplitibus & coxis, tum etiam, si patiens podagrę, aut similibus crurum vitijs procliuis sit, partibus infra renes, & clunibus, vt monet Auicenna, erunt adhibendæ.

Locus.

Auic.1 4.c.22

Hirudines verò potissimum hæmorrhoidibus admouendæ, propter easdem causas, prę sertimque si patiens has venas turgentes, aut innatas habeat, & capitis dolore teneatur; ita ipsi cubito, & potissimum in pueris, possunt applicari, quia hoc pacto phlebotomiam ipsam exæquant. & pro vniuersali euacuatione habentur. Quæ enim duriusculæ cuti, aut ei parti cui nulla sit amplior vena subiecta applicantur, quàm solam partem attigerint euacuant, aut certè minimum è vicinis, nihil vero prorsus ex alto, aut è distantiore loco proliciunt. de horum autem remediorum tempore, & sanguinis per ea euacuandi quantitate, ne verbum quidem facimus. quia cum loco sectionis venę adhibeantur, ex ijsdem prorsus scopis hæc omnia elicienda, ex quibus venę sectionis tẽpus, & mittendi sanguinis quantitas eliciebantur. Pariter scarificationis modũ non proponimus, quia de eo in sermone de mensiũ suppressione accurate loquuti fuimus. Illud autem prætereundum non est, quod largius, ac vberius scarificatio sanguinẽ ꝓfundet, si prorinus adhibeatur cucurbitula. Hæc enim inhærens, cute iam incisa, multo quidem potentius quàm aut scarificatio simplex, aut hirudo sanguinem extrahit. potissimumque si scalpellus, & incisio altius adigatur, vulnusculaque longiora, & numerosiora fiant, & cucurbitulæ sæpius, vt duabus tribus, aut etiam pluribus vicibus, repetantur. Tunc enim ne dum tenuis, verum etiam crassus sanguis educitur, potissimumque si locus scarificatus, & partes circumiacentes aqua calida diligenter foueatur, nam sanguis crassus funditur, & fluxioni obnoxius redditur. Sed vt hoc nobis facilius succedat, cautum reddere debemus chirurgum, vt, dum prima vice cucurbitulam, cute non incisa, admouet, ipsam adhærentem & affixam eousque nõ relinquat, quousq; magna sanguinis portio ad ipsam defluxerit, quia dum postea incisiones adiget, sanguis, non effluet vti decet, sed grummosus, & concretus, ac veluti incuneatus incisiones obstruit: & ob id cucurbitula non incisa tanto tempore permittenda est, quanto sufficiat, vt subiecta pars leui quodam, vel saltem non intenso, rubore perfundatur. insuper dum magnam sanguinis copiam educere volumus ante incisiones locus scarificandus dulci oleo perfundendus est. quia pars laxatur, & sanguis facilius exit, & vulnera minore eum dolore infliguntur. Quod si pars hirsuta admodum sit, pili prius deradendi, secus cucurbitula leuissima de causa decidere solet. Qua etiam de causa musculi subiecti directi, & nulla ex parte tensi & contracti manere debent. Illud autem circa hirudines notandum, quod, cum hæ missuræ cutem non sint, nisi plenæ cruoris fuerint, dum crassiorem sanguinem educere volumus, non debemus expectare vt repleantur, & sponte decidant, quia tenuem solum exugunt, & crassior relictus difficilius deinde exit, sed vbi fuerint semireplete debent amoueri earum ora sale, aut nitro, aut cinere perspergentes. Cum autem exciderint, vt sanguis facilius exeat, vel pars foueatur spõgia, aqua calida imbuta & expressa, aut vaporem ex eadem suscipiat, aut si locus cucurbitulæ angustæ & oblongæ capax fit, hac ipsa ea quantitate, quam ex petimus, sanguis educatur. quo quidem educto, ne vlterius nobis inuitis effluat, vtendum medicamento adglutinante ex bollo armena, sanguine draconis, myrtillis, & balaustijs in tenuissimum pulverem redactis & oui albumine subactis, & si ex hæmorrhoidibus sanguis extractus fuit, turunda hoc Medicamento imbuta in annum penitius immitatur, quia post earum inanitionem hæ venæ intimius retrahi solent. & hæc

Quãtitas, tẽpus & modus sãguinis mittẽdi per hæc præsidia.

de sca-

de ſcarificatione, cucurbitulis, & hirudinibus audienda ſunt, dum iis loco ſectionis venæ pro totius euacuatione, & reuulſione in febrium principijs vti debemus. Dũ.n. his vtimur pro deriuatione ſolummodo, & potiſsimum in febribus ſymptomaticis, ipſis affectis particulis tãtummodo & poſt exactam totius euacuationem & reuulſionem, admouentur, & quia tunc temporis ſufficit, vt ſola pars affecta euacuetur, & à remotis partibus materia non attrahatur, ſat eſt ſolam epidermidem ſcalpello minutim incidere, & cucurbitulas non adeo tepefere. hoc.n.pacto cucurbitulæ ad cutaneas ẽt partes expurgandas, dum præſertim maculis ſeu papulis in malignis febribus inficiuntur, multo magis quam venæ ſectio opitulantur. & tunc dorſo ſcapulisq; & locis infectis admoueri debebunt. & potiſsimum ſi dolor capitis vrgeat, quia tunc poſt totius euacuationem materiam à capite ſufficienter deriuare poſſunt.

Scarificationes & hirudines pro deriuatione.

De medicamentis, quæ in vniuerſali putridarum febrium curatione conueniunt, & congruo ipſorum vſu. Cap. XXII.

Quot nam medicamẽtorũ genera in putridis vniuerſaliter curandis ſint opportuna.

MEDICAMENTA, quæ putridas febres in vniuerſum ſubmouere valent, duplicia ſunt: vel enim febrem, vel eius cauſam adimunt. quæ febrem remouent, refrigerantia ſunt & humectantia: quæ cauſam adimunt ſunt illa, quæ putredinem è medio tollunt, & ex conſequenti febris re generationem inhibent. febrem.n. iam factam fruſtra curamus, ait Galenus, niſi eam, quæ in generatione eſt, inhibeamus, ergo neceſſe eſt, vt, qui febrem auferre volet, putredinem, à qua febris ſuboritur, inhibeat. Verũ quoniam etiam putredo ſuæ generationis & conſeruationis cauſam habet, idcirco non ſolum quod putredinis iam factum eſt, ſanandum, ſed etiam, quod in generatione adhuc eſt, ſiſtendum. Sanatur autem quod iam computruit corruptumq; eſt, vacuantibus, dum, ſ. vt ait Galenus, per vrinam, deiectiones, vomitum, & ſudores, ipſius euacuationem & expulſionem molimur: ſiſtitur autem quod in generatione adhuc eſt, dum id, quod ſemiputreſcens, ſemimalumq; eſt, ad exactam ſymmetriam reducimus, cum his quæ alterant, refrigerando videlicet & ventilando, ac etiam concoquunt, & vtile reddunt, firmando, & excitando eam facultatem, quæ naturaliter concoquit, qđ enim ſemiputreſcens eſt, alterantibus ipſis frigidis inquam, & ſiccis & ſubſtantiæ tenuis adhibitis, atque refrigerante perſpiratu, ambientis videlicet bona temperiẽ & vires roborantibus, vt ſuccos concoquant, vtileſque reddant, ad exactam perducimus ſymmetriam. ſed quoniam refrigerationem, & perſpiratum adhibere, & ſubinde putredinem imminentẽ inhibere eſt impoſsibile, niſi prius obſtructiones, & adſtrictiones tollãtur (quod.n. putredinis in generatione eſt, id perſpiratio impedita facit, perſpiratio autem propter obſtructiones & adſtrictiones impeditur) ergo, quod futurũ eſt putredinis, ijs quoque præſidijs prohiberi, & ſiſti debebit, quæ obſtructionibus, & adſtrictionibus medentur. ſcribebat.n. Gal. quod ſi quid in noſtris corporibus putreſcere debeat, neceſſario oportet perſpirationem prohibitam, ſeu impeditam eſſe, quia illa tantum putreſcunt, quæ cum calida & humida natura ſint, neque perflata, neque ventilata in calido & humido loco manent. perſpirationem vero obſtructiones & adſtrictiones impediunt. verum quoniam adſtrictio, quæ denſatis exiguis meatibus, aut conſtrictis corporibus fit, per quam rariſsime contingit, & dum ea contingit, diaria febris ſubſequi ſolet, & de ipſius ablatione alias loquuti fuimus, idcirco ea conſulto de relicta, obſtructionis ablationem hoc in loco conſiderabimus. ſed quia etiam obſtructio ex ijs eſt, quæ cauſam fouentem & generantem habent, idcirco quod obſtructionis iam factum eſt ſanandum, quod futurum eſt inhibendum: ſanabitur autem, quod iam factum eſt, pẽr ea quæ obſtructa liberant, & ſubinde humorum abundantiã euacuant, craſsitudinem attenuant, & viſciditatẽm detergunt, & diſſecant. inhibebitur autem quod futurum eſt, ijs quæ obſtruentium ſuccorum affluxum compeſcunt: qui cum tribus modis obſtructionem promouere poſſint abundantia. ſ. craſſitiæ, atq; lẽtore, ergo prohibebitur quod futurum eſt obſtructionis, ſi humorum, qui ad partes obſtructas fluere poſſunt, abundantiam, craſsitiem, atq; pariter lentorem tollemus, & eorum affluxum prohibebimus. Sed quia ſucci obſtructiones fouentes, vel ſunt in venis ſupra iecur, vel in primis ductibus ventriculo. ſ. inteſtinis, & locis vicinis, quorũ iſti qualitate magis peccant, & eas potiſſimum obſtructiones, quæ infra iecur & in venis

Gal. 11. meth. c. 8. & 10.

Cap. 9. & c. 8.

Gal. 11. meth. cap. 4.

nis chyli subsistunt, illi vero quantitate potius noxij sunt, & eas quæ in venis supra iecur sunt, præsertim fouent, licet tum isti tum illi vtrarumq; partium infarcta & obstructiones augere possint, propterea ad eosdem succos compescẽdos reuellendosq; & subinde quod futurum est obstructionis inhibendum, optimum erit ab eorum euacuatione, quæ quidem resolutiua methodo vltimo loco adinuenta est tum febris, tum putredinis, tum demum obstructionis ipsius (hæc enim per se subsistunt, reliqua in fieri essentiam habent, ac vmbræ ritu affectus hos comitantur) curationem auspicari. & illos quidem, quia in venis sunt, & copia magis peccant, venæ sectione, hos vero quia in primis sunt ductibus, & qualitate potius noxij sunt, euacuantibus medicamentis, quæ à partibus remotis minime trahunt, sed primas tantum vias leniunt, atque repurgant, educere. ita tamen, vt, quemadmodum in superiori cap. dictum est, à venæ sectione, quotiescunque succi, qui sunt in venis magis vrgent, & putridæ febres continuæ & vehementiores sunt, ab ipsis autem lenientibus, dum oppositæ aderunt conditiones, exordiamur. deinde vero, nisi aliquod vehemens incidat symptoma, quod ꝓhibeat, auxilia hunc in modum proposita ab initio morbi vsque ad finem ita procedant, ita vt quod posterius inuentum est, prius in exequutione administrandum sit, quæ enim causæ rationem habent, vt alias cum eodem Galeno notauimus, primo loco, nisi quid prohibeat, submoueri debent. Cum itaque in superiori capite de his quæ succorum abundantiam imminuunt, atque compescunt, venæ inquam sectione scarificatione & alijs actum sit, & in sequenti sermone ea, quæ virtutem seruant roborantque potissimum & acuratissime proponenda sint: ergo rationibus subductis in præsenti tractatu, qui de medicamentis fuit institutus, de lenientibus, attenuantibus, detergentibus incidentibusque, & exobstruentibus, refrigerantibus, siccantibusque tenuique substantia præditis, vt refrigerantem promoueant perspiratum, & concoquentibus, quæ coctrici facultati impedimenta remouendo suppetias ferunt, postmodumque de ipsis euacuantibus per secessum, vrinas, sudorem, & vomitum tanquam ijs omnibus quæ febris causam remouent, & postremo de refrigerantibus, & humectãtibus, quippe quæ febrem ipsam adimunt, nobis erit differendum. At vero lenientia quæ materias in ventriculo, intestinis, & meseraicis venis, vel saltem in earum extremitatibus contentas educunt, in omnium putridarum febrium initijs, nisi venter spõte, & suapte natura fluat, & lenis sit, necessaria sunt. cum enim putridas febres neutræ dispositiones, & sæpe diariæ febres præcedant, cum ratione horum & potissimum febrilis dispositionis prauæ fiant concoctiones, necesse est, vt in locis iam dictis tum cibus, tum chylus corruptus, & crudus, tum prauæ superfluitates multiplicentur, quæ quidem corruptæ non minimum putrescẽtes humores, qui proxima febris causa sunt, fouere possunt. Cum itaque vel in crassis potissimum intestinis, vel in tenuibus, aut meseraicis venis, & ventriculi fundo, contineri possint, vel in ore ventriculi supernatent, hinc fit, vt nonnunquam solis clysterijs contenti simus, aliquando verò medicamentis per os quidem exhibitis, sed inferius euacuantibus, quæ magis propriè lenientia vocantur, interdum autem vomitorijs pharmacis vtamur. monet tamen Auic. clysteriorum administrationem, ne ventris solutio laboriosa fiat, esse magis eligendam, potissimum, dum febres acutæ fuerint. Quæcunque autem lenientia administrentur, quoad licet, ea eligenda sunt, quæ minus calfaciant, clysteria verò sint magis, aut minus valida prout necessitas id requirit. quædam enim corpora magis acutis indigẽt vti sunt grandiora robustaque corpora, nonnulla minus acutis vt pueri & molles, imò idem patiens pro maiori, aut minori ventris constipatione magis, vel minus acutis eget, & aliquando magis nonnunquam minus emollientibus, incidẽtibus & abstergentibus. Secundum plurimum vero, vt notat Auic. in hoc casu eo clystere vti licebit ad leniendum ventrem, quod ex succo, aut virtuosa decoctione foliorum bliti, oleo violato, saccharo rubeo, oui vitello, & exiguo sale componitur. vnde si recipiatur succi bliti lib. 1. olei violati lib. sem. vitelli oui num. 1. vel 2. sacchari rub. vnc. 1. & salis drac. 1. vel 2. satis acutum, abstersiuumque lenitiuum erit. illud autem circa blitum siue betam (idem enim sunt) notandum est, vt beta alba potius eligatur, quia magis abstergit & expultricem irritat, quàm nigra siue viridis, quæ etiam adstrictionis expers nõ est, vt ob id etiam despicienda sit. Fiet autem magis abstergens, & acutum si plus salis, & sacchari, & succi betæ adijciatur, adhuc magis si loco sacchari, mel rosatum imponatur, vnde si materia educenda crassior viscidiorque fuerit, non solum his uti licebit, uerum etiam decoctum ex mercuriali, furfure, & aliqua anthemidis portione effici poterit

Gal. 11. meth. c. 11.

Epilogus.

De medicamentis primos ductus lenientibus.

Clysteria.

Auic. l. 4. tract. 2. c. 7.
Gal. 11. meth. c. 10.

Auic. loc. cit.

erit, magis autem refrigerabit & acres materias contemperabit, si decoctio ex hordeo ipso parabitur, & ob id in intensioribus febribus conuenientior erit. Vnde in acri materia melius etiam erit à sale ipso abstinere, potissimum in pueris, mulieribus, & delicatis corporibus, in quibus etiã loco decocti iam propositi, iure aliquo vti con uenientius erit. similiter clysteria magis lenitiua euadunt, si ouorum vitelli, oleumq; multiplicetur, quod quidem pro pauperibus poterit etiam esse oleum commune, si. n. caliditas vrgeat, vel hordei, vel alterius refrigerantis decocto, loco olei violacei vti licebit. pariter in duriori fœce, adstrictiori q; aluo maluarum decoctum non erit despiciendum. Vnde apud nostri temporis practicantes clystere communiter conficitur, quod Rec. hordei, maluarum, betæ añ. Manip. 1. bulliant in sex lib. aquæ (in qua tamẽ hordeum per decem horas fuerit maceratum) ad sufficientem decoctionem. cuius decoctionis lib. 1. s. accipiatur, & ei addatur olei communi, vel, si maiori egeamus refrigeratione, violari vnc. iij. oui vitelli nu. j. salis drach. j. s. vel ij. misce. sed in pueris in minori mole accipiatur cui, si opus sit maiori detersione, mellis rosacei, vel violati vnc. ij. addijciantur. quod, si febris fuerit remissa, licet vnà cum Galeno ex vncijs xv. melicrati, & vnc. iij. olei parare clystere, quod optimum erit. quod quidem melicratum ex maiori, vel minori mellis copia effici poterit, prout maiori, vel minori detersione opus erit. contra vero in febribus ardentibus, & exurentibus tertianis cõtinuis, & similibus, & potissimum æstatis tempore clysteria valide refrigerantia fieri debent, ex decoctione hordei, & violarum cui succi refrigerantes, vt semperuiui, solatri, uel similis ad ij. vel iij. vnc. addijciantur, & nonnunquam scrop. sem. camphoræ: oleũq; violatum, aut nenufarinum, & parum sacchari loco salis imponitur, tepidumq; clystere supponitur. Meliores tamen sunt succi anguriæ, citrulli, cucumeris, & portulacæ, quia refrigerant humectant, & leniunt, & in maiori etiam copia imponi possunt. His autem & similibus clysteribus non solum in putridæ febris principio, sed etiã in quocunque ipsius tempore vniuersali, quia superfluitates assiduo aggregãtur, uti licebit, dummodo imbecilla virtus non prohibeat. & hac de causa in accessionibus, in quibus vires summopere læduntur, cauenda sunt, dummodo eo tempore aliquis prauus humor inferiorem ventrem, & intestina non vellicet, & adeo affligat, vt syncopis periculum immineat, tunc. n. etiam si paroxismus & accessio iam inuaserit, lenientibus clysterijs vti necessarium est. vt autem euacuatio absque virium iactura subsequatur, patientes surgere non debent. Quod si uires adeo imbecillæ sint, vt clysteria ferre non valeant, suppositoria, siue glandes ex puro melle, vel etiam cum sale permisto, confectæ pro enemate erunt imponendæ. Sed circa clysteria quibus in febris progressu vtimur, illud notat Auicenna, quod fortasse post primam alui lenitionẽ quocunq; modo factam, mitiori leniente indigebimus. illud autem eueniet, quando venter lenientium præcedentium merito obtemperans redditus erit, vijs. f. exobstructis, lubricisq; iam factis, & viscida, & dura materia detersa, & educta, meserei uenis adapertis, & intestinorum sensu vegetiori reddito. inquit tamen, fortasse, quia nonnulli post clysteriorum, & lenientium medicinarum usum aluo adstrictiores redduntur. tuncque ualidioribus egemus. ita ut nonnunquam, superfluitate id postulante, præter ea quæ fuere proposita, etiam semiunciam ellectuatij lenitiui addere sit expediẽs. Alia tamẽ, quæ ellectiuè educunt, & soluentia, quæ à longinquis trahunt partibus, in clysterijs, quæ ratione materiæ in primis uijs contentæ administrantur, nullo modo cõueniũt, & potissimum in principio, quia, ut inquit Auicenna, quæ acuta & acria sunt, & soluentia potissimum ualida recipiunt, hepar labefactant, febrem sui caliditate augent, & crudos humores inutiliter exagitant. Ratione autem materiæ remotæ, & eius, quæ febris contentiua causa est, dum fuerit concocta, & viç ex obstructæ, non est ab re ut ijs utamur, dum uirtus fuerit non adeo robusta, quemadmodum etiam dum uirtus robusta est, & materia cocta, medicamentis soluentibus per os exhibitis, vti consueuimus. Similiter si vnà cum febre coma, vel altus sopor, aut dolor capitis vehemens, & pituitosus, aut apoplexiæ periculum connectatur, vel alius similis grauis affectus, procul dubio fortia, acuta, & soluentia clysteria, etiam si à febre prohibeantur, ne dum opportuna, uerum etiam necessaria sunt. Eorum autem, quæ per os sumuntur lenientia, sed per inferius euacuant non parua materiæ copia nobis suppetit, quamuis maior eorũ portio, vt ait Gal. calida siccaq; facultate cũ sit febrem augeat, vnde deligenda Medico sunt ea, quæ citra calefactionem, & siccationẽ vehemẽtẽ aluum subducant, cuiusmodi sunt ex Gal. cremor ptisanæ, & aqua mulsa, & oxymeli, & apomeli, & apij

Clysteriorũ tempus.

Auic. loco cit.

Suppositoria.

Clysteriorũ vis quæ nam esse debeat.

Auic. 4. primi c. de enemate.

Lenientia p os exhibita, & iferius euacuantia.

Gal. ij. method. cap. 10.

& apij radix in aqua, quæ potui datur incocta, quæ si aluum non subducant, aqua mulsa cum oleo per clysterem iniecta supplere oportet. Auicenna verò utitur aqua hordei cum syrupo acetoso, vel cum pauca manna seu melle aereo, quæ quidem mãna ad 2. tres, quattuor, aut quinque vncias vnà cum tribus, aut quatuor vncijs aquæ hordei, vel alterius decocti refrigerantis, ne in bilem vertatur, poterit propinari. syrupus autem acetosus, si fit per decoctionem abbreuiatus, vt communiter fit, ad 2. vel 3. vncias cum tribus aut quatuor vnc. aquæ hordei, vel simpliciter decoctæ, vt gratior sit, aut si venter non facilè subducatur, cum pauca manna, aut syrupo violaceo solutiuo ex violis recentibus, quia magis lenit, poterit exhiberi: si vero sit longus, ad quatuor, vel quinque vncias solus concedatur. in acutis autem febribus à mulsa, oxymelite, & apij decocto abstinendum omnino est. & alijs cum decoctis refrigerantibus magis, vel minus, prout febrilis calor id exigit, vtendum. Communiter autem probatur cassia siue in potu, siue in bolis. in potu quidem dissoluta cum fructuum decoctione, vt recipiẽdo floris cassiæ vnc. 1. aut drac. 10. quæ trahantur cum fructuum decoctione, quę hunc in modum parata sit recip. prunorum num. 4. iniubarum. sebesten ana num. 10. violarum drach. 1. bulliant in sex vnc. aquæ ad consumptionem dimidij. sed violæ in fine decoctionis imponantur, quia decoctionem non ferunt, & hac decoctione cassia trahatur, & dissoluatur. & si calor febrilis intensus fuerit, his addantur tamarindi. nã cassia absque vlla agitatione atque molestia, tum bilem, tum pituitam, tum tenues, tum crassos humores educit. Melius tamen fuerit si in melancholicis vnà cum prędictis ad decoquendum flores boraginis & buglosæ, in pituitosis aliquid mellis imponatur. & si vermium adsit suspicio, & ventriculus facilè flatibus corripiatur, exiguam etiam quantitatem seminum citri permiscere licebit. In malignis autem febribus optimum erit florem cassiæ ad drac. 6. cum drac. 4. pulpæ electæ & per setaceum cum endiuiæ, vel acetosæ decocto extractæ, tamarindorum exhibere, cum decocto, vel etiam succo acetosæ dissolutum. In bolis autem potest flos cassiæ nouiter extractus ad drac. octo, vel 10. & vsque ad 12. exhiberi, non debent tamen boli cum fœniculo, aut alijs diureticis reformari, quia non obstructiones augere, sed succos ab ipsis potius reuellere in principio studemus. ideo vel cum saccharo, vel quod melius est, cum drac. 1. specierum dia rhodonis abbatis potissimum vbi malignæ febris timor sit, vel si febris pituitosa, & remissa sit, & vermium adsint indicia, cum eadem portione, vel etiam drac. duabus specierũ hieræ simplicis Gal. boli reformẽt. In acutis aũt febrib. necnõ ẽt malignis potissimũq; æstiuo tpe, & dieb. canicularib. optimũ erit, & omniũ pstantissimũ medic. si drach. 6. vel 8. floris cassiæ nouiter extractæ cum tribus, vel 4. drach. pulpæ vt superius diximus electæ, & extractæ tamarindorum in bolos exhibeantur, potissimum si patientis temperatura ad calidum & siccum vergat, & amara redundet bile, & molestam vomitionem cohibere, & acres materias ad internas partes reuellere, & putredinem arcere studemus. In puerulis autem propter nimiam ipsorum mollitiem & humiditatẽ, ne calor ipsorum innatus obtundatur, & pituitosæ superfluitates eis familiares adhuc magis vigeant: cassiam deuitare consueuimus, & nullum præstantius medicamentum vnquam adinuenimus, ipsa pulpa electa tamarindorum ad drac. 3. vsque ad 4. in adultis enim vsque ad 6. drach. propinari potest, vel in bolo simpliciter & sine saccharo, potissimum vbi vermes timemus, vel in potu si in sufficienti cichoreæ, vel endiuiæ, aut acetosæ decoctione infũdatur, & facta expressione exhibeatur, vel etiã simpliciter dissoluta cum prædicta decoctione propinetur. In biliosa verò tenuique superfluitate peculiariter probantur syrupi tum rosatus, tum violatus solutiui cum refrigerantibus decoctis iam propositis ad 4. vsque ad 5. & 6. vncias in potu propinati. Sed in temporibus calidioribus in quibus vires minus validæ sunt ad 4. solum vncias exhibeantur, & quia nonnunquam, imo sępius ventrem nimis laxant; optimum est cum eis aliquam tamarindorum portionem permiscere. In pituitosis autem remissisque febribus, & potissimum hiberno tempore & superfluitate pituitosa mellem rosatum solutiuum in eadem dosi repudiare non debemus, potissimum quia etiam si pituita salsa sit, ipsum in potu redigere cum decoctione refrigerantis alicuius medicamenti & potissimum cichorei nobis conceditur. Similiter in intermittentibus remissisq; febribus, melãcholico succo redundante & Autumnali tempestate, electuarium lenitiuum dictum in bolis ad vnc. 1. & s. vel etiam in potu cum endiuiæ & boraginis decocto ex toto improbandum non est. clamitent enim quantum velint, quia contra ipsos diuturna tũ multorum optimorum practicantium, tum nostra quoque clamat experientia. Crassus enim

enim & melancholicus humor vt aliqua ex parte reuellatur, & subducatur, aliquo valentiori eget leniente. neque paucam illam sennæ portiunculam timere debemus cũ eius caliditas & siccitas ab alijs ingredientibus, & potissimum à refrigerante decocto refrangatur. Quod autem in febrium principio exhibenda sint lenientia iam proposita, sæpius diximus. Succi enim qui in primis reperiuntur ductibus & propter viarũ latitudinem, & magnis effluxibus propinquitatem, & quia ad eos medicamenta iam dicta facillime, & irrefracta perueniunt, & quia ab ipso sanguine, & reliquis probis succis separati sunt, nullam ferè præparationem requirunt, & habent rationem causæ, sine qua non, & quæ hos educunt medicamenta neque febrem augent, sed cũ frigida magna ex parte sint, eam potius imminuunt, neque noxam aliquam momentaneam viribus inferunt. Quæ autem causam oppugnant, & febrem, & virtutem non deijciunt, vt monet Gal. sine aliqua cunctatione agenda sunt. in vehementissimis tamen febribus, & grauioribus inflammationibus, vt pleuritide, angina, & similibus p̃misso enemate à venæ sectione curatio exordienda erit, vt in superiori capite cum Auicenna notauimus, sequenti verò die leniens propinandum erit. Quod quidem si sui natura in alimentum commutari possit, vt cassia potissimum est, per horam vel vnam cum dimidia ante cibum exhibendum erit, sin minus per tres, vel quatuor, aut quinque horas, potissimum ante prandium, propinabitur, prout vires magis vel minus euacuationem & inediam poterunt perferre. diximus potissimum ante prandiũ, quia post somnum, & celebratam coctionem, viresque recreatas tutius & vtilius exhibentur, qa post eorum assumptionem non debent paciẽtes dormire nisi parum admodum donec .s. medicamentum fuerit deductum de potentia ad actum, quod in lenientibus & leuioribus medicamentis quam citissime fit, potissimum si in potu fuerint exhibita. Si verò post eorum actuationem superdormiant membrorum expultrix torpida redditur, medicamenta in alimentum magna ex parte abeunt, & humores potius incrassantur. & ita desiderata euacuatione frustramur. Quemadmodum autem clysterijs, ita in febribus diuturnis, in quibus assiduo, & plurimæ congeruntur superfluitates, lenientibus proprie dictis, quę per hos exhibentur, & inferius euacuant, dum præsertim aluus erit adstricta, etiam in earum progressu, erit vtendum. clysteria enim superiora intestina non attingunt. quod si virtus fuerit debilis saltem in clysterijs & potissimum cassia tracta & lenitiuum, erunt imponenda. Accessionum autem horas in lenientium exhibitione euitandas esse, & diem quietiorem deligendum ex dictis clarissimum est. Qđ etiam in vomitorijs administrandis obseruare debemus, quæ etiam in die, vt monet Auicenna propter aerem luminosum, magis quam in nocte conueniunt. & nunc sermo est de vomitorijs, quæ causa materiæ antecedentis, & superfluitatis in ventriculo existentis vt cibi, aut chyli crudi vel corrupti in primo morbi principio sunt administranda. Si enim in accessionum principijs biliosa & acris materia ad os ventriculi transmittatur, & ex ea morsus cordis angor & alia sæua symptomata promoueantur, cogimur etiam in accessionum initijs vomitorijs ex aqua tepida, aut hidreleo, aut tepida aqua cum oleo amygdalino permista, noxiæ materiæ expulsionem per os ventriculi supernum proritare. sed pro cibali superfluitate in morbi principio vacuanda accessiones cauere oportet. & insuper animaduertendum quod nisi superfluitas hæc vel alius corruptus humor sua sponte ad os ventriculi impetum faciat, non debemus ipsius vacuationem vomitione tentare. Quocunque enim natura vergat, vt ait Hippo. eo per conuenientes regiones ducere oportet. Si itaque succi corrupti ad os ventriculi sponte repant, & potissimum si æger vomitioni assuetus sit, & ipsam tanquam difficillimam non abhorreat, vomitionem ex multa aquæ tepidæ potione cum pauco aceto, aut syrupo acetoso, aut oxymelite permixto tentabimus. Si tamen biliosa febris sit, tenuisque superfluitas, mitiori vomitorio ex iure .f. aut aqua hordeacea cum syrupo acetoso vtendum erit, ita vt aquæ hordei vel iuris octo, vel decem vnciæ accipiãtur vnà cum vncia vna, vel vna cum dimidia syrupi acetosi. in crassa autem & viscida superfluitate oxymel erit præferendum. succus autem rafani & alia valentiora in principio omnino vitanda erunt, & lenibus solummodo progrediendum. Concocta autem materia, & in morbi progressu vehementioribus vti licebit. debẽt autem tepida propinari, quia neque calida, neque frigida actu ad ciendum vomitum idonea sunt. Portò primorum ductuum, totiusque corporis per lenientia pharmaca, venæque sectionẽ, vel simile præsidium, euacuatione, & reuulsione peracta, ad ea quæ crassos succos extenuant, & lentos detergunt, & incidunt, vel vbi crassi simul sint & glutinosi, ad ea quæ ambas

Lenientium tempus.

Vomitoria.

Medicamenta exobstruẽtia, & crassos & viscidos succos attenuantia & detergentia.

ambas obtineant vires, vel etiam complicata simul medicamenta accedendum erit. neq; enim obstructio, nec putredo, inquit Gal. curari per sanguinis missionem potest, vt quæ alia remedia desideret. quæ tamen non multa sunt, quæ commode in febribus id præstent, vt ait Gal. in alimentorum enim ratione sunt ptisana, & mulsa: in pharmacorum autem oxymeli, & quæcunque incoquere in mulsa licet: ceu calamintham, hyssopum, origanum, serpillum, irim, & apium. Verum hæc omnia iusto calidiora sunt, ideo febres accendunt, & putredinem augent, haud aliter ac vinum. Oxymeli verò solum nec febres accendit, nec putredinem auget, & strenue detergit, sic vt ea, quæ glutinosa, crassaque sunt, dissoluat, & meatus obstructos liberet, licet autem & prædicta non in aqua mulsa, sed hordeacea incoquere, & quandoque eisdem vti, vbi. s. febris valida non fuerit, & succi admodum lenti & crassi. incident enim & detergent nõ obscure, & meatus obstructos liberabunt cum exiguo calore: in quem vsum & vinum quoque conducit aquosum album, subastringens, sed detergentium naturam, & dignotionem fusius, dum de vlceribus loquemur, cum Galeno declarabimus. Illud nũc ex eodem Galeno rursus admonere liceat, vnum & idem remedium omnia, quæ præter naturam in putridis febribus sunt, sanare non posse. Nam aqua mulsa, inquit ipse, quod ad crassos succos extenuandos, & glutinosos detergendos, & excretionem promouendam attinet, optimum sanè medicamen fuerit, in ijs synochis, quos habitus coarctatior, & putredo excitarunt, quatenus verò febris calorem adauget, est noxia. Vnde si hic immodicus sit, parcendum aquæ mulsæ est, vtendumque ptisanæ cremore, extenuat enim ptisana, atque incidit non modo citra calefactionem, verumetiã siccationem, vt ex libello de ptisana licet colligere. Quod si difficiles ac contumaces esse obstructiones iudicaueris, etiam oxymelite vtendum. At hoc ipsum rursus, si immodice vtare, & intestina radit, & tussim excitat, & neruosa lædit. Adeo. s. difficile est eiusmodi aliquod auxilium inuenisse, quod citra vllam noxam magnifice prosit, quod quidem ex complexione ortorum in corpore prçter naturam affectuum, vnà cũ præcedentibus eos causis, & sequentibus symptomatis, contingit. Varijs itaque exobstruentibus pro febris, & causarum varietate vtendum erit. sed ijs potissimum, quę citra calefactionem, & siccationem, aut saltem ijs exiguis id moliantur. Illud tamen recte animaduertendum est, quod etiam in acutis febribus, si materia ipsa turgeat, vt occasionem arripiamus exhibendi purgantia medicamenta, in earumprincipijs cogimur nonnunquam ad valentia, & proinde calida & sicca exobstruentia confugere. quã crassorum, viscidorumque succorum præparatio, & attenuatio, deterfioque quam citissime peragenda est. & hac de causa scribebat Gal. Quod in acutis morbis, circa principia statim, vel circa primum diem, vel non vltra secundum, si sumus vsuri purgantibus medicamentis, quando turgent, non datur facultas ista præparandi, nisi quis fortè arripiat occasionem propinandi melicratum, in quo decoctum sit aliquid hyssopi, vel origani, vel tragorigani, vel thymi, vel pulegij, siue quid huiusmodi vim habens humores extenuandi. quo possimus corpus ex imparato ad purgationem citius paratum facere. quod tamen præceptum ad plerosque ab ipsa morte vindicandos alioquin vtilissimum, an à Medicis nostris temporis obseruetur, ignoramus. ne dum enim in turgente materia, verum etiam vbi hæc ad princeps aliquod membrum cum euidentissimo vitæ discrimine raptum habuerit, locum habere potest. His itaque alioquin calidis & siccis abunde, dum materia turgebit, & in principio, pro purgatione eo tempore, cum Hippoc. efficienda, audacter vti poterimus. Quamuis enim ad perfectam purgationem duo potissimum requirantur, humorum. s. præparatio & viarum adapertio, melius tamen est vt vno solo quam ambobus careamus, & viæ si non ex toto aliqua saltem ex parte expeditæ reddantur. Si verò non turgeat moderatioribus quo fieri poterit, erit vtendum. Illud semper in memoriam reuocando. Galenum in citatis auctoritatibus nil aliud voluisse præcipere, quàm id quod decreuit Hippocr. dum dixit, corpora vbi quis purgare voluerit, oportet fluida facere. Erit autem fluidum, vt habet Gal. omnibus meatibus quidem reseratis, humoribus verò incisis, absterfis, atque extenuatis. Si verò de his loquamur, quæ semiputridos, semimalosque succos ad benignam naturam, & exactam symmetriam reducere valent, cum ratione immodicæ & extraneæ caliditatis, & humiditatis prohibitæq; perspirationis putredine corripiuntur, ergo necesse ẽ vt talia medicaméta refrigerantia, siccantiaque sint, & tenuiũ partium, & subinde aperientia, si tamen verissimum est affectus omnes per contraria auferri debere. & propterea quod semiputrescens est summa cum vtilitate alteramus exhi-

Marginalia: Gal. 11. meth. c. 10. — Gal. 8. meth. c. 4 — Gal. 5. de simp. med. c. 12. & 14. — Gal. 11. meth. c. 11. — Gal. 1. aphoris. com. 24. — Hip. 1. aph. 22 — Hip. 2. aphoris. sex. 9. — Gal. in com. — Refrigerãtia & siccantia q semiputridos succos ad exactam symmetriam reducunt.

exhibendo acidum citri, vel syrupum ex eo paratum, oxyzaccarum & acetosum syrupũ, nec non eum qui ex oxalidæ, aut acetosellæ succo componitur, aut alios eis similes, qui putredinem arcent, & refrigerantem perspiratum parant. Quæ aũt refrigerãtia & siccã tia sunt, sed crassarũ partiũ, & adstringentia oĩa euitari ex Gal. sententia in purridis febribus omnino debent. Cogunt. n. inquit ipse, & constringunt corpora, viasq; distributionis, & alimenti, & perspirationis eius, quæ foras fit, conniuere faciunt; quas esse aptas conducit. & insuper humores magis incrassant, & obstructiones cõtumaciores reddunt. Verum qm̃ obstructiones tollere, & vias expeditas facere, & perspiratũ parare, femiq; putridos humores ad benignũ reducere non sufficit, sed insup pro putridæ febris eradicatione, tũ iã corruptos succos, qui proxima, cõtinẽsq; febris cã erant, tũ reliquos alioquin nondũ corruptos, sed praua qualitate peccantes, aut obstructiones, vel febrẽ fouentes, putredinive quolibet expositos, concoquere, & tanquã noxios, & inutiles ad expulsionẽ idoneos reddere oportet; idcirco medicamenta ad hos vsus maxime opportuna, quæ cõcoquentia ab oĩbus vocitantur, iã producenda sunt. Horũ itaq; concoquẽtiũ naturam vt recte percipiamus, & exinde plurima ipsorũ materia nobis facilè suppetere possit, illud imprimis, ne decipiamur, notare debemus, concoquentia vocata medicamẽta, non eorũ quidẽ succorũ concoctionẽ præstare, qui probi, & secundũ naturã dispositi, & ad nutritionẽ apti & idonei sunt, sed eorũ qui noxij, & oĩno inutiles sunt, & proinde foras expelli, & prorsus eradicari debẽt. & ideo humorũ concoctio de qua nũc loquimur, nõ est illa de qua cũ Arist. atq; Gal. in cap. de læsa ventriculi coctione diligẽtissime disseruimus. ea. n. cõcoctio alimenti pfectio quædã est, tunc aũt alimentũ pfectionẽ est adeptũ, vt asserit Gal. qñ ei qđ concoquit, assimilatũ, aut nutrituræ substãtiæ conuenientẽ propriãve qualitatẽ consequutũ fuerit: tũc. n. in eo nil amplius desideratur, nisi vt actu nutriat. cõcoctio aũt de qua in præsentia sermo est, noxiorũ humorũ exornatio aut adæquatio, vt ait Auic. seu vt rectius elariusq; loquamur, ad mediocritatẽ reductio quædã est, cuius merito ad expulsionẽ apti parationesq; reddantur. Adeò vt propriæ illius & exquisitæ concoctionis, tanquã motus cuiusdã terminus & finis ipsa nutritio sit; huius verò, quæ impropria est, & secundũ quid, & per quandã similitudinẽ cõcoctio vocatur, terminus & finis vltimus expulsio est. Vocatur aũt & hæc concoctio quædam, qa sicuti in propria & exquisita coctione virtus & calor naturalis agentis, & instrumẽti pcipui rationẽ hñt. Succi aũt coquendi sunt materia cõcoctionẽ subiens, ita in noxiorũ succorũ coctione, naturalis vis, & calor tanquã agens & instrm̃, in inutiles succos tanq̃ in subiectũ proprias vires exercent, &, quod noratu dignũ est, naturalis vis, & calor cõcoquens primo, & per se non intendunt inutiles succos ad expulsionẽ idoneos reddere, sed ad benignã naturam, & nutririoni opportunam reddere. Vnde vis concoctrix, quæ in solidis membris residet conatur pro viribus materiam in quam agit, (quemadmodũ vniuscuiusq; agentis proprium est) sibi similem reddere, & ob id, vt in pure ipso, & vrinarum hypostasi cernere est, ipsam dealbat, quia & ipsæ solidæ partes albæ potissimum sunt, vt ei dispositiones actum nutricationis præcedentes exhibeat. Verum quoniam succi hi propter ipsorum prauitatem ad nutritionem inepti omnino sunt, & assimilari nullo pacto possunt: accidit vt secundario & præter intentũ ab eadem facultate concoquente ornatũ quendam, & æquationem, seu mediocritatem quãdam suscipiant, & expellẽtis virtutis cõuenientius obiectũ fiat, quæ quidẽ ad eos expellendos insurgit, qm̃ ab eisdem grauatur, & irritatur. Nec mirum esse debet, si ad mediocritatẽ humores hi perducantur, quia natiuus noster calor, temperatissimus cũ sit, humores concoquẽs primum quidẽ & maxime substantiæ mediocritatẽ molitur. Ne dũ. n. primo & per se calefacere, liquare, fundere, & attenuare, sed secundario siccare, digerere, & in vaporẽ resoluere valet. & ob id scribebat Arist. quod concocta calidiora, crassiora, & ficciora fiunt, nã humidũ adæquatũ quod concoquitur per cõcoctionẽ, vt ẽt in excremẽtis videre ẽ, semper crassius euadit. Ex quibus clarè colligimus, quod vt peccãtiũ humorũ cõcoctio rite ab ipsa natura celebretur, Medicus eius minister tria præstare potissimũ debet. nã primo facultatem, quæ naturaliter concoquit firmare, & excitare debet. Secundo innatum & influentem calorem tanquam præcipuum ipsius instrumentũ, fouere, & roborate, & ne dissiperur aut dissoluatur prohibere. Tertio impedimẽta oĩa, si quæ sunt, in coquendis humoribus, quæ concoquenti virtuti resistere possunt, submouere debet. Porrò virtutem, quæ naturaliter succos concoquit & vtiles reddit, cuius roboratio vt air Gal. ex acc denti ad affectus curationem conducit, roborabit quis, atq; firmabit, si eius substantiam, quæ tum in spiritibus, tum in carnosa, & solida specie consistit, in congrua, & decenti quantitate, & proba, & naturali temperie conseruabit, aut hæc

Margin notes:

Gal. 1. de rat. vic. c. 18.

Concoquentia medicamenta.

Li. 2. c. 13. Gal. li. de diff. symp. c. 4. & 4 de rat. vic. 44. & 3. de nat. fac. c. 4. & Arist. 4. meteor. tex. 15.

Noxiorũ humorũ concoctio quid nã sit.

Arist. loc. cit.

Pro perfecta coctione humorũ quæ & quot nã peragenda sint.

Facultas cõcoquens qb. auxilijs firmari debeat.

Gal. 9. meth. c. 13.

vbi deperdita fuerint, recuperabit, nec non ijs, quæ ab occulta qualitate, seu proprieta te agunt, facultatem hanc & potissimũ ipsius principiũ, quod quidem iecur est, viuifica bit, quemadmodũ aũt eius substantiæ, spirituũ videlicet, carnosarũ & solidarũ partiũ, quantitatẽ conuenientẽ alimento congruo, de quo in seq. cap. pertractabimus, tũ pſentẽ conseruabit, tũ deperditã recuperabit: ita naturalẽ ipsius temperiem seruabit, & ad symmetriã reducet, tũ ijsdẽ alimentis, tũ ẽt medicamentis, quæ alterando, vel pſentem eius probã temperiẽ per huic similẽ tueri, vel deperditã per contrariã alterationẽ indu cere, & lapsum præter naturam remouere, valeant. Facultatẽ verò & ipsius principiũ ab occulta proprietate viuificabit ijs potissimũ medicamentis, quæ hepatica ab oĩb. nũcu pantur. Naturalem verò calorẽ fouebit, & eius substantiã adaugebit, & ne dissipetur ꝓhibebit, tũ opportuno & congruo alimento, tũ medicamentis, quæ leuiter adstringunt, & roborant, & obstructiones minimè augeant, tũ demũ ijs quæ cor caloris principium quõcunq; firmare, & corroborare possunt, & cordialia vocantur. Demũ impedimenta oĩa, quæ coctionem impediunt, in concoquendis humorib. auferet, si oẽs ipsorũ à mediocritate (quã maxime natiuus calor molitur) recessus, tũ in prima, tũ in secunda qua litate remouebit, & proinde eorũ crassitiẽ attenuabit, nimiã tenuitatẽ incrassabit, lẽto rem deterget, duritiem emolliet, asperitatem læuigabit, & caliditatẽ, frigiditatẽ, humiditatem, & siccitatem per contrarias facultates ad temperamẽti mediocritatẽ rediget. Verũ hoc in loco Fern. de more contra magnũ Auic. insurgit, inquiens, quod tenues, vt aquosos & biliosos humores Auic. consilio ante purgationẽ crassiores reddere nõ opor tet. non. n. vt sputorũ quæ mediocri sunt substantia facilior est excreatio, ita & humorũ mediocriũ facilior est purgatio. nã licet pulmonib. contenta materia supra modũ te nuis impellentis spiritus vi tussiendo nõ facilè in arteriã sustolli possit, sed tenuitate fa cilè relabatur in pulmones, in corpore tũ conuenienter præparato, quo tenuior ac liqdior sit humor, eo fluidior existet, promptiusq; trahenti medicamento cedet, eiusque impetũ sequetur. licet. n. tenuis humor coctione aliquantũ crassescat, non tñ eo qđ cras sescat, idcirco coquitur, neq; concoctus ideo purgationi est aptior, quia crassior euaserit, sed quia fit à reliquis humorib. secretus, eũque natura prorsus vacuare contendat. Hæc ille. sed pace tanti viri dictũ sit, longe à veritate aberrauit. Neque. n. purgans trahensq; medicamentũ purgationis adæquata cã est, sed vis expultrix membrorũ, vt ait Gal. à tergo purgandorũ humorũ propellens non minus, imo magis concurrit, quãuis aũt humorũ peccantiũ in morbis expulsio naturalis sit, quatenus ab ipsa natura expellente proficiscitur, attñ expulsio absolutè considerata, vt nos docuit Aristo. & respectu rei expellendæ, & ipsorũ humorũ, motus est violentus, ij. n. motus naturales dñr, qui à propria mobilis inclinatione, citra resistentiã aliquã fiunt. cũ itaq; expulsio hæc motus sit violentus, ergo vt facilius, & melius possit obiri, inter mouentẽ expellentemq; facultatẽ, & inter mobile ipsum expellendosq; succos proportionata quædã resistẽtia debet reperiri. quemadmodũ nobis innumera suppetunt exẽpla in ijs, quæ proijciuntur, quorũ q̃ grauiora & magis cõpacta & vnita sunt à valida manu longius q̃ leuiora, & disgregata, mittuntur. Insuper succi valde tenues in membrorũ poris atq; meatibus imbibun tur, & eis adhærent, & probis succis permixti ab eis difficilius segregantur. & insup quo tenuiores, eo mẽbris nobilib. in quibus continentur, prauã lædentẽq; qualitatẽ magis imprimunt. Hæc itaq; oĩa pro conuenienti humorũ concoctione à medico præstanda sunt. Qui nihilominus maximè cautus esse debet in eorũ administratione, quæ febri & præsidijs ab ea indicatis aduersantur, veluti sunt, quę valenter attenuant, atq; detergũt & frigidiores, humidioresq; potissimũ succos calefacere, & siccare debenr. nã tpe febris minus calefacere, & siccare oportet, q̃ obstructiones, & frigidus, & humidus succus putrescens qualis pituita est, requirant. vnde tpe interualli vehemẽtiorib, vti ei pmissum erit. vt v.g. in accessione acetoso cõposito, in tpe integritatis oxymelite cõposito vti po terit. ex dictis aũt haud difficile erit omniũ cõcoquentiũ materias venari. nã pro viriũ substãtiæ tẽperamento seruando, recuperandove ijsdẽ vti licebit, q̃ ꝓ contẽperãdis hu morib. paulò post ꝓponentur, & potissimũ refrigerantib. cũ ratione febris putridæ ne dũ solidæ, & carnosæ corporis partes, verũ ẽt spũs oẽs incalescãr. De his aũt q̃ iecur & cor ab occulta qualitate roborant ĩ harũ partiũ affectib. examinãdis accurate loquuti fuimus. Pro cõseruãdo aũt, roborãdoq; calore natiuo leuiter adstrĩgẽtia in febrib. curã dis cõmoda erũt, q̃ tñ facultate ẽr apiẽte destituta nõ sint, qualia sũt inter frigida cicho reũ soncus, scariola, intubus, chõdrilla, & reliqua cichoracea. inter calida verò agrimoniũ quod à Dioscor. & alijs Græcis eupatorium vocatur, betonica, mentha, & id genus alia quibus diuersimode vtendum erit, prout affectus secundum naturam, & præter natutam

Quibus pſidijs calor naturalis foueatur.

Quibus auxilijs impedimenta in humore concoquendo tollantur.

In coctione tenues humores incrassandi contra Fernelium.

Fern. 3. therap. c. 13.

Gal. 1. aphoris. com. 22.

Arist. 8 phys. & 1. celi.

Animaduersio.

Diuersorum concoquentiũ materiæ.

Dioscor li. 2. c. 34. 25. & 26. & l. 4. c. 37. Gale. 6. simpl. med. c. proprio.

Calorem innatum robo rantia.

turam,& potissimum diuersæ humorum, atque membrorum dispositiones requirere videbuntur,& hæc intus & extra & in cordis & hepatis regione,potissimum quæ refrigerant administrari possunt,sed de his,quæ calorem naturalem cõcoquentem fouēt, & in substantia adaugent dum de tumorib.præter naturā & suppurantib. in lib.4.pertractabimus,exactius loquemur. Quæ aūt crassos humores attenuare valent, dū de aperientib.loqueremur,superius fuere descripta,quo in loco monuimus,vt minus calefacientia & siccantia,dū febris vrget,quo fieri potest,eligantur,vnde tū ea,quæ ibi ꝓposita sunt,tum potissimum acetosus simplex,acetosus compositus, oxymel, simplex, atque compositum,syrupus byzantinus,qui quidem vnà cū reliquis,cõposito oxymelite excepto ad frigidū declinat,vt ait Mesues,& hi oēs attenuant,& aperiunt quod si byzantinus,& acetosus compositus ad calidum vergere videantur,non tñ immodicè, sed moderatè calefaciunt.& idem de syrupo de cichorea composito statuendū est.Porrò quæ humores incrassant dupliciter di præstant,s. vel lētore, & valida adstrictione, vel frigiditate.cū aūt in putridis febribus priora pp obstructiones,& prohibitam perspirationem fugienda sint,ergo refrigerantia eligenda erunt, qualia sunt cichoracea iam allata,quibus magis refrigerant,& incrassant portulaca semperuiuum,lactuca, & nymphæa,& magis adhuc aqua ipsa actu & potestate frigida,quibus pro maiori vel minori succorū renuitate,atq; feruore diuersimode vtēdū erit. Detergētia & ipsa supius fuere ꝓducta qb.serū lactis syrupū rosatū simp.mellē rosatū simp.& medicatas quasdā aquas,de quibus alias diximus addere licet,& ideo repetenda non sunt. Materiæ verò duritiem emollire,& vnà asperitatē leuigare possunt in putridis febribus borago,buglossum,dulcia poma,liquiritia,violæ,& horū omniū syrupi. Quæ aūt refrigerare,calefacere,exiccare,& humectare valent,partim proposita sæpius fuere,partim in specia lib.putridarum febriū tractatib.tanquā in proprio magis loco proponentur,in biliosis siquidem refrigerantia & humectantia,in pituitosis,contraria,in melancholicis calefacientia,& humectantia tradémus. Verū hoc in loco non inutilis ex Auic.dictis in surgit dubitatio.is.n.ait quod concoquentia secundum plurimū calida sunt,quod qdē ex dictis à nobis non ita verū apparet cū incrassantia frigida sint,nec non ēt quę febrilē calorē remittunt,& virium substantiam ad temperiē redigunt pariter refrigerantia sint, insuper ex Gale. decretis putridæ febres vt plurimū biliosæ sunt,sed dū huius humoris,pro ipsius coctione,impedimenta remouere studemus,eius tenuitatem, atque feruorem refrigerantib.potissimū,submouemus, & ijs quidē validis cū bilis ne dū sui natura calida sit,sed pp putredinē adhuc calidior reddatur. Insuper febres pp eorū naturam & causarum conuenientiā frequentiores in æstate,quā reliquis tpib.fiunt,quo fit,vt medicamenta magis ad frigidū declinare debeant. Insuper in pestilentib.febribus pro concoquentib.oxyzachara,syrupo de acido citri, aqua frigida & similibus feruorem extinguentibus,& cor roborantibus,& à maligna putredine præseruantib. vtimur.& in alijs febribus syrupū acetosum simplicē,cõpositū, byzantinū, aquā hordei, endiuiæ,& id genus alia administramus,quæ oīa ad frigidū vergunt.sed dubitatio facilè diluetur, si dicamus primo Auic.in concoquentium numero ne dū proprie dicta concoquentia, de quibus proxime egimus, verū ēt oīa exobstruentia,& semiputridos humores ad exactā symmetriā reducentia,voluisse comprehendere, vt ex eius dictis clarè liquet.qua stante aīaduersione,inquit ipse digestiua,vt plurimū calida esse,quia multoties succi pp crassitiem,& lentorē, & obstructiones eorū perspiratū prohibētes putrescunt.& sępius idē humor putridus factus pp easdē causas ad benignū reduci nō potest,quo fit vt sæpius calefacientibus,incidentibus,attenuātib. pro ipsius ad expulsionē apparatu,egeamus.præterea frigidos succos concoquentia semper calida sunt,q̄ aūt calidos cõcoquunt vt plurimū calida sunt,quia vt plurimū calidi succi, crassi, aut lenti sunt,aut obstructionib.ex similibus succis procreatis coniuncti. Sicuti.n.febres raro ex bile naturali putrescente fiunt,ita pluriмæ earum ex vitellinæ,aut citrinę,aut cū pituita permixtæ bilis putredine oriuntur similiter sanguis putrescens raro a imo dū tenuitate peccat,sed vt plurimū crassitie,& eius putredo obstructionibus perpetuo connexa est. Ad hæc humores siue febriū ꝓxima causa sint, siue ēt antecedens atque remota,vt plurimum ad expulsionem parantur,raro aūt ad benignū reducuntur,hinc fit,vt ferè post eorū coctiones,euacuationes vel à natura, vel ab arte moliātur.hęc aūt euacuatio procul omni dubio propter crassitiem, & lētorem,quorum causa humores figuntur,& adhærent,& viæ occluduntur,vt plurimum impeditur (nam raro pp eorū tenuitatem id accidit) quo fit, vt calida attenuantia.s.& incidentia,& detergentia necessaria sint.imò qui ad benignum reducuntur pp easdem causas ferè semputrescunt,

Attenuātia.

Incrassantia.

Detergētia.

Alterantia.

Dubitatio an concoquētia vt plurimum calida sint.

Auic.1.4.c.37

Gal.2. de cris. c.6.

Solutio.

& propterea obstructionum ablatio etiam in his ad benignum redigendis præcedere debet. nam à frigidis & siccis non ablata prius obstructione, prohibita perspiratio, & subinde putredo ipsa fouetur. Nec obstat, ꝗ quædam frigida aperientia, vt endiuia, ꝗdam incidentia, vt acetum adinueniantur, quia leuiter aperientia sunt, & vt plurimum insufficientia, & ob id calidis, quæ strenuè adaperiunt, opus habemus. ex quibus obiectiones oēs facilè corruunt. quamuis.n. fatendum sit, febres vt plurimū à bile procreari, nihilominus bilis vt plurimū crassa est, aut piruitæ crassæq; materiæ permista (vnde febres pro maiori parte tertianæ nothę oriuntur) & ferè semper obstructionib. coniūcta. Quod si multa refrigerantia vnà cum exobstruentibus, aut concoquentib. permiscentur, id agimus, non vt ijs concoctionem adiuuemus, sed vt febri, aut anni tp̄i reluctemur, quia in complicatis ei quod magis vrget, ceteris tn̄ non neglectis, incūbimus. & ita Auic. dictum exactā oīno veritarem habet, & ex ipsius Gal. auctoritate, vt ex superius dictis colligimus, fuit enunciatū. Ex his verò haud difficile est exobstruentium necnon eorum quæ semiputridos succos ad benignum redigunt, & concoquentiū medicamentorū tempus opportunissimum colligere. cum.n. ex ijs quædam ipsius corporis præparationem, & viarum adapertionem qualia sunt exobstruentia, quædam ipsos succos, aut ad symmetriam reducendos, aut ad expulsionem parandos, respiciant. procuIdubio exobstruentia, nisi quid prohibeat, præcedere debent, & statim post venę sectionem aut sanguinis euacuationem aliter administratam, & primorum ductuu euacuationem, propinanda erūt, obstructiones.n. habent rationem antecedentis tanquā causa sine qua non, impossibile.n. est aut semiputredinem tollere, & futuram putredinem arcere, aut humores ad expulsionem exacte parare viarum angustia perdurante, quæ non solum perspirationem ipsam prohibere verum ēt perfectam, atq; liberā cōcoquentium & alterantium medicamentorum ad putredinis locum penetrationē cohibere valet. Quare nisi aliquod prohibeat & regularem horum medicaminum ordinem peruertat, primo viæ exobstruentibus erunt expediendæ, & subinde perspiratio ipsa molienda, deinde semimali succi ad benignum reducendi, & reliqui iam corrupti, & peccantes humores euacuandi & prius ad expulsionē parandi & concoquendi erūt. quemadmodum in huius capitis principio ex Gal. mente declarauimus. Verum qm̄ nonnunquam putredo ipsa maximam vim ad indicandum habet, obstructiones verò non adeo insignes sunt, præsertim dum putridæ febres ex ephemeris occasionē hn̄t, & acrium feruentiumq; & tenuium humorum vehemens est vis ad refrigerantia & cōcoquentia indicanda medicamenta, propterea dum hæ intentiones ita complicantur, & altera ex parte febris intensa calidiora prohibet, oportet vt semper ne dum ad illud quod habet rationem causæ, verū ēt ad id, quod magis vrget, oculos dirigamus, & reliqua nullo pacto negligamus. Quam ob rē sæpe numero eodē tp̄e ijs medicamentis vtimur, quæ oībus his indicationibus inseruiūt, potissimū cū plura ne dū composita, verū ēt simplicia medicamenta complicatas diuersasque imo contrarias vires sortita sint. Vnde exēpli cā in biliosa febre summopere probatur hoc medicamentū, quod ꝑ syrupo exobstruente, semiputredinē remouente, & concoquente propinari potest, ꝑsertim quia omnia ferè ipsum ingredientia aperiendi vim habent. Recipit aūt syrupi acetosi simplicis, vel si obstructiones magis vrgeant, aut bilis crassior sit, oxymelitis simplicis, aut acetosi cōpositi vnius, vel alterius vnc. sem. syrupi de accido citri, de cichoreo simplicis an. vnc. sem. aquarū hordei, acetosæ, cichorei, & si bilis & febris feruor magis vrgeant ēt lactucæ, aut si remissa febris sit, & bilis cū plurima pituita permista aquæ betonicæ an. vnc. I. misce pro syrupo. Acetosus.n. & oxymel simplex aperiūt, citra caliditatē, illud tn̄ circa hos duos syrupos notandū, quod, vbi vigiliæ molestant, aut abrasionis intestinorū periculū imminet, cauendi sunt, & alijs vtendū. Nec minus exobstruit acetosus compositus. Syrupus aūt ex acido citri, queādmodū & aqua acetosæ putredinē arcent, cor caloris principiū ab occulta qualitate roborant intēperiē febrilem remouent, & subinde substantiam coctricis virtutis tuētur, aperiendiq; vim hn̄t, cichoreū & ipsum frigiditate & humiditate, cuius est particeps, calorē febrilē mitigat, cōcoctricis virtutis substantiā ad temperiem reducit, iecur ipsius principium ab occulta qualitate viuificat, leui adstrictione, qua præditus est, caloreq; modico, qui in partibus amaris residet, calorē natiuū roborat, fouet, & vnit, & tenuitate, & amaritudine leuiter abstergit & aperit, & partib. frigidis & humidis bilē leuiter incrassat, & strenue cōcoquit, & ad exactā symmetriā reducit. idē ꝑstat aqua hordei, ꝗ ēt abstergit & apir. & vna cū lactuca quæ vehementius adhuc incrassat & refrigerat, multis ex iam dictis intentionibus satisfacit. Betonica verò leuiter calefacit, & siccat, & adstringit, & ape-

Gal. 11. meth. c. 11

De exobstruentiū eorū, ꝗ semiputridos succos ad benignū redigunt, & concoquētiū tempore.

Syruporū forma & exhibēdi modus.

& aperit, & nutritoria viscera, & cor ipsum roborat. & subinde pituitam probè concoquit. Aquas autem stillaticias proposuimus quia communiter vsurpantur, quamuis aqua hordei per decoctionem non autem sublimationem fiat, melius autē est vt aquę non per plumbeum, sed vel figlinum, vel melius per vitreum elambicum fiant, aut p balneum quem Marineum vocant. Aquarum loco decoctionibus quoque vti licebit, dummodo decoctio secundum artem fiat, & quę maiorem sustinent decoctionem maturius, quæ minorem ferunt, tardius & quæ minimam in fine ad decoquendum imponantur. Vel saltem in vase duplici eius operculo diligenter obturato decoctio fiat, ne eorum, quæ minorem ferunt decoctionem portio tenuis crassiore remanente, in vaporem absumatur. Magis autem adhuc horum omnium, quę syrupos excipere debēt, infusiones probantur Hæ autem aquę, vel infusiones, decoctionesve in intermittentibus febribus in minori copia exhiberi possunt, in continuis, in quibus obstructiones, & putredo in venis superioribus & partibus remotioribus vigent, in maiori propinari debent. quod si æger longas potiones abhorreat, simplices syrupi, sed cum pulverib. hepaticis in biliosis intermittentibus, spleneticis in quartanis, & diureticis, sed frigidis in continuis febribus erunt offerendi. quod si dulcia auersetur ægrotans, & vires magis conseruare velimus. suprascriptorum decoctio in iure longo ex arte administrata erit exhibenda. in pituitosa verò intermittente quia in ventriculo & propinquis partibus putredo & obstructiones potius vigent, sine liquidis, & pulueribus syrupi præberi poterunt. In febribus autem magis acutis, vt biliosis in minori numero, in diuturnis vero & pituitosis & melancholicis numerosiores exhibendi erunt. non tamen adeo numerosi, vt totius materiei euacuandæ integra, & omnimoda concoctio expectāda sit, nam vijs exobstructis, & aliqua succorum educendorum portione concocta, & à pbis succis segregata in propinandis syrupis pergendum non erit, sed per vices & epicrasin benigniori purgante medicamento humores parati euacuandi erūt, vt natura qđ residuum est facilius concoquat, & expellat, & die purgationis intermittendi erunt syrupi, & rursus alia humorum portio concoquenda erit, & rursus educēda. dum enim humor non potest ad benignum reduci, nisi, vbi concoctus fuerit, euacuetur, necesse est, vt in deterius labatur. Sic enim & duriores tumores per vices suppurari, & materia expurgari solent. Vt autem syrupi validius operentur post exactam cibi coctionem & subinde per duas aut tres, vel quatuor horas ante cibum offerendi & potissimum tempore matutino, vt ægrotantes aliquantisper, si fieri potest, superdormire possint. cauendum tamen est ne qua hora patientes potissimum dormire consueuerunt, vt syrupus exhibeatur, à somno excitentur, quia maxima incommoda subsequi solēt. Insuper in eorum exhibitione cauendæ accessiones sunt, & vel in declinationibus, aut integritatis tempore exhibeantur. Quod si propter virium imbecillitatem, parum, sed sæpius cibare cogamur, vel syrupos omnino prætermittere, vel eos, aut alia cōcoquentia, & aperientia, aut putredinem inhibentia cum cibis, & potissimum cum iure nutriente pmiscere necesse est. Demum illud cum Auic. notandum est, quod pariter à Gal. monitum fuit, quod febris nonnunquam est tantę vehementiæ, & acuitatis, vt regimine causæ vti non liceat, sed vltima refrigeratione, quæ tamen vnica vice, aut pauco temporis interuallo fit, indigeamus, vt. s. totus caloris & feruoris excessus proprio ipsius temperamento seruato, vt in generali febris sermone diximus, quamcitissime remoueatur, quod quidem frigidæ potu, epithematibus, aut similibus fieri solet, & hoc potissimum agendum est, ait Auic. cum non inuenimus virtutem fortem resistere, & tolerare posse. quamuis enim concoquentia & euacuantia caliditate carere possint, vita tamē cū tanto feruoris excessu non potest tanto tpe perdurare, quantum ad humorum concoctionem euacuationemq; requiritur. quare subita & festina extinctione egemus: potissimum si temperatura biliosa sit, humiditatumq; & spirituum penuria laborans, quia neque magnam dissolutionem, neque ieiunium tolerare vllo pacto potest. sed pp easdem causas & pp oris ventriculi imbecillitatem syncopi parata est. Quod si altera ex parte virtutem tolerantem & resistentem inuenimus, subdit ipse, causa abscindēda est, & humor expellendus, & cibus abscindendus, & non est ea refrigeratione refrigerādū quæ resolutionem humoris, incrassando, prohibeat. Quod si vires deficiant febrilis caliditas extinguenda, & vires cum cibo corroborandæ, & causa, & humor contemnendus. cum autem virtus tum propter cibum, tum propter consequutam propriæ substātiæ temperiem merito refrigerationis, fuerit roborata, & subinde validior facta fuerit quàm sit morbus, & eius causa, ad ipsam causam & ad humorem ipsum concoquendū

Auic. loc. cit. et Gal. 9. & 11. met. & 14. in prin.

Ingens æstus causę regimē peruertit & ad securationem trahit.

& euacuandum, redeũdũ erit. Sed cũ de concoquentibus sufficienter, prout sermoni conuenit generico, iam egerimus, tẽpus est, vt ad ea, quæ putridos & inutiles noxioque, & iam concoctos humores euacuant, accedamus. Quæ cum multiplicia sint, à diureticis exordiemur, quæ primo loco & à Galeno, & ab Auicenna proponuntur, quoniam ante reliqua administranda sunt. Vrinas itaque ciunt quatuor semina communia frigida, caucalis, gingidium, radicis, apij, fœniculique decoctum in aqua, vt ex Galeno colligimus, Auicenna verò syrupum acetosum cum radice apij, & similibus decoctũ proponit. per quod duo possumus intelligere, videlicet aut syrupum acetosum simplicem exhibitum cum decoctione radicis apij, vel consimilium, qualia sunt radix fœniculi, rusci, asparagi,, aut petroselini ex quibus, aut eorum aliquo potest fieri decoctio in aqua, cuius tres vnciæ cum duabus vncijs syrupi acetosi simplicis possunt exhiberi, aut possumus intelligere syrupum acetosum compositum descriptione Mesue & aliorum: qui si non sit liquidus debet liquore aliquo vrinam ciente vt cum aqua decoctionis aut destillationis fœniculi apij, vel similium, dissolui. & hi syrupi aliquando cum saccharo, aliquando cum melle, in febre minus calida, & vbi maiore egemus detersione fieri possunt. Dum autem cum melle fiunt, oxymel simplex, & compositum vocatur. Quod si maiore opus habeamus refrigeratione duæ vnc. syrupi acetosi simp. cum vnc. 3. decoctionis, aut emulsionis seminum communium frigidorum cum aqua extractæ, erunt propinandæ. Cum enim maior istorum medicamentorum portio, inquit Gal. calida siccaque facultate sit, febrem auget: & ideo deligenda Medico sunt ea, quæ citra calfactionem siccationemque valentem supradictam vacuationẽ præstent: cuiusmodi sunt cremor ptisanæ, & aqua mulsa & oxymeli, & apomeli, & apij radix in aqua, quæ potui datur incocta, huius enim radicis caliditas ab aquæ frigiditate retunditur. Optimum autem erit primum acetoso simplici, aut oxymelite simplici cum aqua saccharata aut consimili, vel parum admodum, vel nihil prorsus aperiente, vti, deinde ad suprascripta aperientia confugere, ita tamen vt sensim à minus aperientibus, & vrinam cientibus ad magis aperientia & diuretica progrediamur. vnde primum acetoso composito ex duabus radicibus apij. s. & fœniculi cum saccharo, vel melle pro materiæ diuersitate confecto, vtendum erit. deinde ad compositum de quinq; radicibus confugiemus. Quod si materia notabiliter calida fuerit, in principio acetosum simplicem cum aqua cocta propinabimus, mox cum aqua endiuiæ, parum post cum emulsione seminum frigidorum communium. deinde concocta materia, & ex parte euacuata aperientibus & diureticis intensioribus vtemur. vt enim ait Gal. nõ nisi post primos dies validiora & strenua diuretica commoda sunt, & vbi materia cõcocta erit saltem magna ex parte, quia periculum est ne cruda materia eorum impulsa vi obstructiones augeat. Verum dicet quis cum medicamenta diuretica duplicia sint calida. s. & tenuis substantię, quæ sanguinem, & crassos humores fundere, liquare, attenuare, & serosam eorum partem à crassiore separare valent, vt testatur Gal. nec non etiam frigida, quæ sola tenui substantia, & ea frigida, humida, & aquosa prædita sunt, quam quidem renes ipsi ab insita proprietate trahunt, quali sunt semina melonũ cucurbitæ, cucumeris, citruli, siue anguriæ, nec non & ipsum aquosum vinum: cur est quod in putridis febribus calida non euitamus? huic facilè respondemus frigida diuretica propter eorum imbecillitatem insufficientia esse, quam ob rem cogimur calida eis permiscere, vt valentius, quod optamus, efficiant, vti etiam præcipit Gale. qui hac de causa apij radicem cum aqua, quæ etiam diuretica est, exhibebat. sed quid de horum medicamentorum tempore dicemus? posteriores, qui duce Auicenna febrium interpretationem professi sunt, non solum post exactam humorum coctionem, sed et post eorundem per soluentia pharmaca pro maiori parte euacuationẽ, diuretica propinant. Veruntamen in maximo versantur errore, nam, vt eorum friuolas omittamus rationes, Gal. semper hæc primo loco tum proponit, tum describit. Auicenna verò clarius habet, quod post phlebotomiam si expedierit, & post ventris lenitionem statim vrina prouocanda, nullo alio pręsidio intercedente, quod autem soluentia debeat post diuretica administrari ex eo liquet, quod, post diureticorũ exhibitionẽ, ait deinde vtendum esse sudorem mouentibus euacuantibus per aluum, & si opus sit, per vomitum. quod quidem Galeni dictis concordat, qui in locis extra citatis primo de diureticis verba facit, &, dum quotidianæ febris curationem affert, inquit, quod post primos dies strenuis & vehementioribus diureticis vti debemus, sed impossibile est, vt post primos dies pituitosa materia sit exacte cocta, imò, si per primos dies, vti rationabile

Marginalia: Gal. 11. met. c. 8. & 9. — Auic. 1. 4. trac. 2. c. 7. — Auic. loc. cit. — Euacuantia medicaměta — Euacuantia per vrinam. — Gal. 11. met. c. 9 — A leuioribus diureticis sẽper inchoare debemus, & ad fortiora procedere. — Gal. 1. ad Glau. c. de cur. quot. — Diureticorũ calidorũ necessitas. — Gal. 5. de simpl. med. c. 13. — Diureticorũ tempus. — Gal. loc. cit. 11. met. c. 8. & 9. & 1. ad Glau. — Auic. loc. cit. — 1. ad Glauc. c. proprio.

nabile est, duos vel tres primos dies interpretari debemus, erit tunc temporis exacte cruda insuper, si concedit nos posse post primos dies valentioribus diureticis vti, ergo ex consequenti permittit nos antea mitioribus vti posse. quare nulla est inter Galenum & Auicennam discrepantia, quia etiam Galenus innuit, in primis diebus primos ductus euacuandos esse, & si oportuerit phlebotomiam adhibendam, & statim post diureticis occurrendum esse, mitioribus aut validioribus, prout febrilis calor, & materiæ conditiones indicabunt. Sed dicent hi. Si cruda materia fuerit, obstructiones multiplicabuntur. Respondemus, Galeni & Auicennæ intentionem fuisse non eam tantum febrium materiam quæ putrefacta est, diureticis educere, sed omnes etiam aquositates, & serosas succorum portiones in venis contentas, quæ magna ex parte, propter actionem caloris febrilis in massam sanguineam agentis, atque fundentis, multiplicantur. quæ, licet immediata febris causa atque materia non sint, ipsam tamen fouere, & naturam ab ipsius concoctione & euacuatione impedire valent. Sed nonnunquam propter propinquitatem & permixtionem accidit, vt vna cum serositatibus his, etiam propria febrium materia rapiatur, & euacuetur. Insuper si post phlebotomiam & ventris lenitionem aperientibus & sæpe satis validis summa cum vtilitate vtimur, cur etiam diureticis vti non licet? cum attenuare, incidere, & vias aperire citra vehementem calorem, maxime valeant, præsertim si frigida vna cum calidis misceantur, vt superius declarauimus. ad hæc nulla est magis facilis, aut magis tuta, aut magis frequens, & familiaris, aut cum venis, in quibus materia assiduo putrescit, & serositates assiduo fusæ continentur, maiorem colligantiam, & affinitatẽ habens, euacuatione, quæ per vrinam fit. Scimus intermittentium febrium materiam facilius posse in maiori portione per secessum euacuari, aut etiam per vomitum, si ad os ventriculi impetum habeat, sed quia à meseraicis venis, & simis iecoris tum alimentum tum humores attenuati (quamuis etiam vitiosi sint) iugiter, assiduo, & de necessitate in superiores & nobiliores venas, unà cum aliměto rapiuntur, & distribuuntur, propterea etiam in intermittentibus febribus optimum est, ut diureticorum merito ne dum hi, uerum etiam serositates fusæ assiduo per urinas excernantur. nã intermittentes in continuas potissimum migrant, quia praui succi in superiores uenas distribuuntur, & in eis detinentur, & ex toto putrescunt. oportet autem ut diuretica tum phlebotomia, si necessaria fit, tum primarum uiarum euacuatio præcedat, ne, stante plenitudine, aliqua inflammatio propter calida diuretica, aut obstructio propter materiæ ad angustiora loca deductionem subsequatur. & corruptæ superfluitates in uentriculo & intestinis contentæ ad hepar & uenas traducantur. Post materiæ uero, quę immediata febris causa est, concoctionem perfectam, multo magis licet, & potissimũ in continuis febribus, diureticis ipsam euacuare, ubi natura ad urinæ uias inclinare uideatur. Ne autem cibus crudus in iecur & uenas rapiatur, diuretica post integram ipsius concoctionem, & subinde per quatuor horas uel circiter ante cibum exhibenda erunt. & potissimum quæ calida sunt. nam frigida, & quæ pro ciborum condimentis sumuntur, & cum uentriculo familiaritatem quandam & nutriendi quoque aliquã uim habent, qualia sunt semina melonum, & eorum emulsiones, uel similia, etiam tempore cibi, & una cum eo, possunt offerri, quia hæc toto fere concoctionis tempore propter familiaritatem in uentriculo detinentur, sed expedit quoque ut uel cum concoquentibus misceantur, uel etiam per duas horas ante cœnam exhibeantur. Post euacuationem per urinam, Galenus deiectionem ipsam, & eam quæ per aluum fit inanitionem proponit. cuius quidem cum multiplex materia sit, ut ipsam recte percipere, & eam, quæ in putridis febribus opportunissima est, seligere ualeamus: sciendum est soluentia siue deiectoria pharmaca multiplicia reperiri. uel enim uias, per quas humores educuntur: uel expellentem facultatem; uel excludendos humores uel horum plura, aut etiam omnia hæc respicere possunt. Quæ uias respiciunt, hæc uel adstringentia sunt, quæ cum uentriculum, intestina, superioresque uias comprimant, humores, & materias in his partibus contentas ad inferiores exprimunt. ueluti sunt citonia, pira, & similia post cibũ potissimum deuorata, ut alibi docuimus; in quorum etiam numero myrobalani reperiuntur, quamuis insita quoque proprietate humores educant: Vel sunt lubricantia, quæ uias & intestina ita lubrica, plana, & læuia reddunt, ut omnis prorsus ipsorum asperitas, & inæqualitas tollatur, uti sunt pruna fere omnia, sed potissimum probe matura. horum enim merito intestinis læuigatis humores facillime descendunt, & expelluntur. Quę facultatem expellentem respiciunt,

Obiectio. Responsio. Euacuantia per aluum. Gal. loco citato. Deiectoria pharmaca quotuplicia sint. Quæ vias respiciunt. Lib. 2. cap. de imminuta fæcum excretione. Facultatem stimulantia.

ciunt, sunt acria & acuta, quæ tanquàm stimulum ipsam ad expellendũ irritant: veluti sunt acetum ipsum, sal, nitrum, ius galli decrepiti & alia his similia. Quæ vero ad expellendos humores, aut alias materias diriguntur, vel easdem crassas & viscidas dissecant, attenuant, & abstergunt, qualia sunt, piper, mel, & ptissana hordeacea, vel duriores emolliunt, & leniunt, humectando scilicet & emolliendo, veluti sunt violę, manna, & cassiæ flos, quæ tamen etiam vias ipsas vnà lubricare valenr; quemadmodum etiam oleum, & pinguia iura tum materias omnes lenire, tum vias læuigare possunt. Vel demum insita sibi proprietate familiares humores trahunt. & quia determinatum humorem sibique familiarem alliciunt electiue educentia vocantur. Quorum quidem tres potissimum ordines statuere oportet. Quædam enim valida sunt & maligna ut scammoneum, colocynthis, veratrum, quæ etiam intensæ calida sunt: & ob id etiam à remotissimis partibus attrahere ualent: quædam mediocria, ut rhabarbarum, agaricum, senna, polypodium, aloe, quæ minus calida existunt, quædam sunt mitia atque benigna quæ à prædominio potius frigida sunt, vti sunt rosæ, violæ, serum lactis, & id genus alia, quæ à vicinis solummodo partibus attrahunt. Diximus à prædominio frigida esse, quia penes soluentem portionem, & determinatum succum trahentem calida esse possunt. Voluit enim natura vt proprietati specificæ trahenti caliditas sui natura trahens, suppetias ferret. Vnde ne dum in rosis verum etiam in violis potissimum siccis amaritudinem quandam caloris testem percipimus. Multa vero reperiuntur, quæ pluribus ex iam dictis modis euacuare possunt: ut myrobalani adstringẽdo, & attrahendo: pruna & tamarindi lubricando, & pariter trahendo manna & cassia leniendo, & trahendo. Quod si medicamentũ ex succo granatorũ acrium, dulciumq; cum interiori cortice expresso ad vnc. iiij. & saccharo ad vnc. ij. paretur, deiectorium consurgit, quod merito sacchari abstergit, merito succi granat. dulc. lenit. & succi granatorum acrium vi incidit, stimulat, atque comprimit. Sed ad ea quæ determinatos succos trahunt reuertamur. Hæc, vt dictum est, maxime proprie purgantia dicuntur & non sola caloris vi sed vna potissimum similitudinis proprietate succos alliciunt, quemadmodum stirpes succum à terra sibi cõsentaneum, & vnaquæque corporis particula, id quod in sanguine sibi conueniens est, & magnes ferrum, & succinum paleas prolectat. Hæc autem similitudo non temperamentorum, sed ipsius substantiæ est. Si enim in temperamenti similitudinem attractio referatur, aut manifestam qualitatem, nullum medicamentum rrahendę pituitę idoneum esset, cum illa frigida, purgantia vero calida potissimum sint. ergo sola substantiæ, aut, si quis ita vocate potius velit, occultæ qualitatis, aut etiam proprietatis similitudo causa est, cur purgans hunc, vel illum humorem, ut rhabarbarum bilem, agaricus pituitam, attrahat. neque opinandum est substantiam hanc ipsam rei materiam esse, à qua vnumquodq; aut tenuis, aut crassæ substanriæ dicitur, quia neque agaricus, neque colocynthis tenuis substanriæ quum sit, crassam pituitam, neq; rhenbarbarum quod adstringentis, & crassæ substantiæ est, tenuem bilem educeret. Nec est vt quis obijciat, attractionem hanc à similitudine substantię, quæ in certo quodã determinatoq; gradu mixtionis primorũ corporum consistit, fieri non posse, quia sic aurum aurũ, ferrum autem ferrum multo magis attraheret. Quæ enim eadem continerur specie substanriam non similem, sed eandem habere dicuntur, vt ferrum ferro, magnetem magneti, non simili, sed eadem substantia dicimus. ea autem similitudo attractionis est causa, & vnumquodque id trahit quod simile, non quod idem. quia præsente forma & ultimo fine cessat motus. Sic agaricus pituitam non agaricum, nec pituita pituitam trahit. in hac autem similitudine quod ualidius est, infirmius trahit, ut agaricus pituitam non contra, quia agarico uis inest ualidior, quam & temperamenti calor plurimum auget, & impellit. Si quando antem contingat tam exiguam medicamenti portionem præberi, ut ab humoris copia obruatur, ea omnino purgandi facultate frustrabitur, & in alienam substantiam uertetur. Cum autem tres purgantium medicamentorum ordines esse diximus, in corpore robusto, & potissimum inedia exhausto benigni medicamenti exigua portio ut uiolarum, prunorum cassiæ uel similis. in corporis substãtiam uertetur, quia hæc minimum ab alimenti natura defecerunt; maligni uero portio alioquin exigua in putredinem ueneno finitimam: mediocris in uacuandum humorem alendo corpori minime idoneum. ex aduerso uero si purgans in maiore quantitate quam conueniat, exhibeatur, superpurgatio fit, in qua non modo peculiaris humor, sed & reliqui deinceps profluunt; medicamentum enim proprio humore uiolentius detra-

ćto,

Humores repiciencia.

Gal. 1. aph. 22. & 1. de fac. nat. passim.

Electiue educentia.

Electiue educẽtia p proprietatem & substãtiæ similitudinẽ succos trahunt.

Obiectio.

Responsio.

Fernel. 3. therapeut. c. 4.

Superpurgatio cur fiat.

cto, alios deinde inuadit, & primum tenuiorem, & ad fluendum paratiorem prolicit, post hunc, eum qui crassior, & pigrior est, postremo sanguinem, quem natura tāquām reconditum thesaurum auidius amplexatur, ac retinet, ex hocque necessario colligimus, quod purgans medicamentum præter propriam, generali quadam trahendi & purgandi virtute præditum est, qua cum nimia purgatio fit, alios etiam humores trahit, idque calore, & acrimonia adiutum. Dum enim ventriculi calore medicamentum calefit, & omnino atteritur, & agitatur, tacita eius facultas exuscitatur, & suas vires expromit, tuncque vapor quidam hac ipsa facultate præditus illinc prosiliens per patentes & cæcos quinetiam meatus, in omnem corporis partem effusus ad trahendum humorem pertingit. Atque is humorem iam diu fortasse parti consuetum ac quiescentem acrimonia quadā præparat & incidit, & aduersa qualitate partis naturam actius stimulat ad expellendum, ita vt pharmaci substantia in ventriculo aut intestinis persistens humorem trahat, partium autem expultrix ipsum excutiat. Fieri tamen potest vt benigniora medicamenta, quia in maxima, respectu aliorum, exhibentur copia, altius & per corpus ipsum propria substantia penetrent, & noxium humorem quasi victum in ventrem reducant. sicuti mediocria, ut senna, rhabarbarum quamuis magna ex parte in ventre subsistant, eorum tamen portio tenuior in venas, & ad humorem vacuandum deducatur, vti in vrinis eorum tum colorem tum odorem cernimus. Tractus autē & expulsus humor fere per apertos ductus traducitur, & à corporis ambitu in venas refluit minores, ab his in maiores, e quibus per iecur, & meseraicas in intestina deuoluitur. sed in validissima & violenta purgatione etiam per occultos ductus & ab extremo corpore magna cum perturbatione in ventrem fluunt, vt in hydropicis, dum exhibemus elaterium videre est; sic etiam multa sæpe & è pulmonibus, & à cerebri ventriculis humores non per venas sed alios cæcos ductus in ventrem trahuntur. Sic tumorum in articulis, qui plane scirrhosi sunt, materia alias in aluum, alias in os lenta saliua ab hydrargiri inunctione deriuatur. Soluentium natura, & eorum ordinibus penes vires, seu facultatem, declaratis; oportet modo medicamenti genus, ordinem seu vires, & congruam mensuram siue quātitatem pro putridis febribus extirpandis inquirere. Iam vero pro diuerso febris humore diuersum quoque purgās commodum & necessarium esse, vt exempli gratia in biliosa febre, rhabarbarum, in pituitosa agaticum, in melancholica, sennam, aut id genus alia vitiosos sed determinatos succos vacuantia, & allicientia, compertissimum est. Siquidem non alia de causa soluens propinatur, nisi vt noxius & vitiosus humor, siue cacochymia euacuetur. hæc autem cum varia sit, varium quoque euacuantis genus expostulat. Medicamenti genere ex peccantis humoris specie adinuento, cuius ordinis, seu efficaciæ futurum sit, & in qua dosi & quantitate offerri debeat, ex uacuandi humoris resistentia, febre, atq; virtute æstimandum erit. Humor autem magis vel minus euacuantibus resistit, pro diuersitate situs, quantitatis, qualitatis, viarum, & expellētis facultatis. Humoris porrò situs ad pharmaci uim & ordinem adinueniendum non parum confert. Cum enim tres potissimæ corporis regiones reperiantur, quarum prima ad primos ductus, meseraicas uenas, & lienem proximasque partes spectat, secunda uero nobiliora vasa omnia, quæ supra iecur sunt, complectitur, tertia uero ad corporis habitum pertinere dicitur, cum è uentriculo & intestinis facilis purgatio sit, & expedita; difficilior è uenis mesenterij, deinde è iecore, & ex liene, multo difficilior è nobilioribus & superioribus uasis, omnium uero difficillima ex ipsa partium substantia, quæ ad summam cutem, & articulos accedunt; quo.n. pars quæque distantior, & minus uenis conspersa est, eo difficilius medicamento cedit, cum maior in propinquum quàm in distans uis distribuatur; procul dubio si ad solam ipsius uitij, & noxiorum humorum sedem, & morbi causam respiciamus, sicuti tres corporis regiones limitib. discretas posuimus, ita hisce tres purgantium medicamentorum ordines iam allati accommodandi erūt, ita ut primis ductibus benigniora, superioribus uasis mediocria, corporis habitui fortiora sint opportuna: Verum quoniam, ut in methodo docuimus, etiam morbus & ipsa potissimum febris maxime consideranda, nec non etiam uirtus, quæ ab ipsa febre potissimum dissoluitur, ideo totum hunc purgantium ordinem peruertere coacti sumus, & ubi putrescentes humores in nobilioribus uasis, & supra iecur cōsistentibus, resident, mitioribus potius utendū, quia tunc febres ne dum intēriores uerum etiam continuæ & conclusæ fiunt, & uires magis languidæ redduntur, quod si in partium porositatibus humor putrefiat, assidua quoque & uehemēs & acuta febris succēditur, &

Purgās quō ad actum trahatur. & humores trahat.

Quæ nā purgantia in putridis febrib. eligēda sint. De pharmaci specie deligenda.

De pharmacorum ordine, & efficacia peruestiganda.

& pharmacum, quod ad impactos humores detrahendos adhuc validius exigeretur, propter ingentem ipsius caliditatem, & vires ipsas prohibetur. & his de causis ait Hippocrates, quod in acutis raro, & in principio purgantibus vtendum, vt mox exactius declarabimus, quia, cum de validis potissimum electiue educentibus vt ex eodem Hippocrate & Galeno colligimus, loquatur, ad eorum caliditatem, & virium imbecillitatem respexit. Cum n. non nisi post materiæ coctionem & statum ipsum purgãdum sit, statim post ipsum statũ, omnia imbecilliora sunt. Quapropter in omnibus acutis morbis, qui febrem conclusam sociam habent, vel minora & refrigerantia purgatoria, vel, quod plurimum est, mediocria sed refrigerantibus permista, offerre solemus. Quinimo in continentibus febribus, & reliquis vehementibus Galenus ab electiue educentibus omnino abstinens, scribebat ea medico deligenda esse, quæ citra calfactionem, & siccationem valentem euacuent, cuiusmodi sunt cremor ptisanæ, & aqua mulsa, & oxymeli, & apomeli, & apij radix in aqua, quæ potui datur, incocta. Hæc autem ipsa ventri quoque sunt idonea: qui si nihil reddat, inijcienda per clysterem aqua mulsa cum oleo est. hæc enim abstergunt, attenuant, & irritant. in febribus autem continuis non ita exurentibus, pro iam concocti humoris eductione, licet vti manna, cassia, saccharo violaceo, syrupo rosato solut. tamarindis & alijs, quæ mitiora sunt, potissimum si remissiones habeant manifestas, & ex earum genere sint, quæ proportionatæ dicuntur. in quibus etiam, si urgeat necessitas, & ambientis caliditas vehemens & virtus non prohibeant, expedit rhabarbato, agarico, senna, & mediocribus, cum iam dictis mitioribus permistis, decoctisque refrigerantibus, aut sero lactis infusis & dissolutis euacuationem moliri. epithymum uero ceu nimis calidum, & consimilia fugienda sunt. In intermittentibus vero licet materia proximior sit, quia tamen interualla, & dies quietiores habent, & virtus in eis non ita languida redditur, vbi propter materiæ crassitiem & visciditatem, mitiora non sufficiunt (hæc enim si fieri potest cæteris anteponenda sunt) cogimur mediocribus vti; imo si longiora habeant interualla, & materia valde crassa, & dura, & iners sit, vt in quartanis accidit, ad fortiora nonnunquam confugimus. ex his itaque patet, quomodo non solum humoris situs, & qualitas, sed etiã febris, & robur siue status viriũ plerunque medicamenti ordinẽ & vim immutare possit. quomodo autem virium status tum præsens tum futurus cognoscendus sit, in superiori capite declarauimus, nam ætas, temperatura corporis habitus, consuetudo, & alia à Galeno in primo ad Glauc. relata & à nobis superiori capite exarata tanquam virium statum indicantia ad ipsas vires rediguntur. Hinc fit vt pueris, & senibus non vt mediæ ætati maligna, sed benigna semper medicamenta decernenda sint, quamuis humoris situs & qualitas valida desideret. Prægnans quoq; licet fortia merito proprię virtutis validæ tolerare posit, quia tamen fœtui, quem seruare studemus, vehementer obsunt, solis benignis purganda. Ad virium quoque obseruationem pertinet perpendere quæ corpora grauiter ac molestæ, quæ leuiter medicationes ferant. hac enim multi in virium exolutionem incidunt. Macilenti pariter praua purgantis qualitate insigniter læduntur, quia hæc prompte solidas partes ferit. quibus etiam partes ad imum ventrem spectantes extenuatæ sunt, hi ad purgationes tuti non sunt, & multo minus quibus malum aliquod & potissimum abscessus uel in pulmonibus, vel iecore, vel liene, uel renibus aut alijs partibus delitescit. quocũ q;. n. uitio labefactatæ sint internæ corporis partes à fortium medicamentorum qualitate & acrimonia ualde læduntur. In summa corpus aut morborum ui, aut humorum copia uehementer præssum & languidum, medicamenti ui labefactatum concidit, ut & ruinosæ ædes instaurando forte concussæ, mox uniuersæ corruunt. Ad uirtutem ipsam pariter anni tempus exurens, quale sub cane & ante canem esse solet, redigitur, ut mox dicemus. & item cætera omnia una cum Galeno in superiori capite dum de sanguinis extrahendi mensura loqueremur, in medium adducta. Verum dubitaret quis quo nam pacto dixerimus febrem quanto uehementiorem, tanto mitiora pharmaca præscribere. non ne in medendi methodo dictum fuit & in superiori capite exemplo sectionis uenę fuit robotatum, quod morbus, quo uehementior, eo ualidius præsidium exposcit? non ne diximus morbum uehementem sanguinis eductionem non per debilia præsidia, sed per ualidam sectionem scilicet uenæ mo. iendam indicate? Hanc dubitationem facile tollemus si dixerimus febrem, quatenus morbus est uehemens, procul dubio uehemens medidicamẽtum purgãs indicare posse, sed quatenus talis morbus calidus scilicet & siccus illud prohibere, quia accidit ut tale medicamen-

Hipp. 1. aphor. tex. 24.
Gal. in com & lib. quos purgare conuen. & Hipp. 2. de rat. vic. tex. 11
Gal. 11. meth. cap. 9.
Gal. 1. ad Glaucon. cap. 13.
Gal. loco citato
Dubitatio.
Responsio.

camentum validum calidum fit, & ficcum, & venenofitatis non omnino expers, cuius vi cor ipfum quod in febre principaliter laborat, valde labefactatur. Venæ autem fectio non folum febrem non auget, fed etiã imminuit, vt fuo loco docuimus, & in principio morbi adminiftrari poteft, quo tempore vires validæ funt. purgans autem non nifi verfus finem & materia concocta adhiberi debet. & propter febris vehementiam & virium imbecillitatem validum effe non debet. Dum tamen euacuandus humor turget, aut maximam vim ad fui euacuationem indicandam habet, fpreto febris calore Hippocrates valido vtitur purgante, vt poft apparebit. Ex ijfdem fcopis purgãtis quantitas dimetienda eft. Cum autem fua cuiufque definita fit dofis, qua id conuenientem purgationis modum præftare folet; hanc in particularibus febrium putridarum tractatibus, vt etiam in partium morbis fecimus, accuratius trademus. nunc breuiter propofitos fcopos percurrere fatis erit, vt ex ijs debita medicamenti quantitas inueniatur. humoris autem fitu fiue fede, & ipfa febre derelictis, quæ ad purgantis vim, & ordinem inueniendum magis attinent, reliqua potifsimum examinabimus, & in primis ea, quæ funt in caufa vt humor vacuandus trahenti pharmaco magis refiftat. is itaque quanto minus fuerit copiofus, tanto minorem purgantis quantitatem fui natura requirit, & hac de caufa fobrijs, & purioribus corporibus exiguæ obtingunt purgationes, nec tamen ea validioribus & copiofioribus pharmacis follicitanda funt. qui enim integro falubrique corpore conftant, difficile ferunt medicationes; quia medicamentum noxio humore deftitutum fanguinem carnesque colliquat, vt proprium ex ipfis humorem magna vi proliciat. idem de ficco macilentoque corpore ftatuendum ex quo pauca detrahi poffunt, ficuti ex humido, & bene carnofo, multa. Pariter fub cane & ante canem, ait Hippocrates, difficiles funt medicationes, potifsimum quia tum hoc tempore, tum in regione æftuofa, & talibus ambientis conftitutionibus paucus & acer humor in corpore cõtinetur, quia foras euocatur, vt fubinde haud facilis ipfius pofsit effe purgatio. Infuper vt ait Galenus hoc tempore natura noftra exufta purgantis acrimoniam non fuftinet, & ob id qui etiam febre carẽt, in eam purgati eo tempore incidunt. natura vero ob æftum imbecilla eft, & magis adhuc ex purgatione diffoluitur. Sed & purgatio praua fit, cum calor ambientis in partem trahat extrinfecam contrariam ei, ad quam medicina ducit humores. vt enim balneæ calidæ purgationibus obfiftunt, fic & calor æftatis, præcipue cum vehementior fuerit. tunc ergo & leuioribus, & exigua quantitate medicamentis erit vtendũ. Quod fi humor purgandus copiofus fit, vt in his qui obefi funt, & crapulæ addicti, aut alijs de caufis fuperfluorum copiam contraxerunt, liberaliori pharmaci copia fæpe indigemus, dummodo integræ, vires integram purgationem defiderent, & imbecillæ purgationem partire nos non cogant. non tamen copia hæc valentius pharmacum exigit, cum in corporibus iam propofitis copiofi humores leui medicamento magna fæpe ventris perturbatione immoderatius profundantur: non quidem medicamenti vi, quamuis id vulgus medicum fæpius & medicamẽtum vituperans, affirmet; fed natura fe fe exonerante, quæ nullo interdum irritamento impetu fuo onus deponit. in his itaque corporibus, ne notam aliquam fubeamus, etiam in purgantis dofi præfcribenda diligenti examine, acrique iudicio opus eft, & prçter humoris copiam, qualitatem etiam & præfertim tenuitatem, viarum apparatum, & expultricis robur, de quibus nunc dicemus, perpendere opere pretiũ erit. Quantum attinet ad humoris qualitatem aquofus, & bilis tenuis, facile; pituita, & melancholia pigre defluit, & ob id bilis minorem, pituita, & melancholia maiorem purgantis quantitatem exigit. quod fi crafsi hi humores in remotis partibus fubfiftant, non folum maiorem fed etiam validum nonnunquàm medicamentum requirunt, etiam fi febris inhibeat. humoris.n. cruditas quamuis ex fe purgatiouem auetfetur; attamen, dum propter caufas mox dicendas cogimur in principio purgare, quo magis craffus & vifcidus, & fubinde euacuationi imparatior fuerit, eo maiorem medicamenti quantitatem, & nonnunquàm validius purgantium genus defiderat. Quamobrem Hippocrates in pleuritidis principio dolore defcẽdente peplio, atque ueratro nigro vtebatur, quia humor tunc craffus, & vifcidus eft, & imparatus valide attrahẽti pharmaco refiftit. Quod fi humor purgandus ne dum craffus, fed etiam durus fit, & ardore quafi ficcatus velut fixus in via fubfiftit, ficuti glutinofus dnctibus adhæret. Si autem vias perpendamus firmũ denfumque corpus cuius vifcera, venæ, ipfaque inteftina fui natura angufta, aut facile obftruuntur, aut coarctãtur, fuperuacua retinet, nec facile elabi finit. molle uero rarum acla-

De purgãtis quãtitate inuenienda.

Humoris refiftentia quo perpendẽda. Quantitas.

Hipp. 4. aph. 5.

Gal. in com.

Qualitas.

Hipp. 2. de rat. vic. acu. tex. 11

Viarum confideratio.

ac laxum, vt mulierum, puerorum, & otiosorum patentius est, & per ipsum tracti humores facilius feruntur. Media autem hyems, & regio frigida corpus densant, & adstringunt, humoremque coarctant, ita etiam fere aquilonię cõstitutiones aluum exiccant, & corpora densant, & cogunt, vt alibi cum Galeno docuimus. Austrinæ vero laxant, soluunt, & aluum humectant. quo fit vt austrina tempestate, & temporibus anni, regionibusque temperatis fœlices potissimum succedant purgationes. Expellens autem facultas, cum & ipsa non minus quàm pharmacum ad purgationem concurrat, quanto facilius irritatur, tanto minorem pharmaci vim & copiam requirit: maiorem vero vbi difficilius excitatur, & propterea qui hebetiori sunt sensu, leuiora aspernantur medicamenta. contra facile incitantur, qui vegetiori sunt sensu. Quibus etiam expultrix adeo proprio fungitur munere, vt aluus ex consuetudine liquida sit, aut sponte nonnunquàm vberius soluatur, purgatio sæpe imprudentium Medicorum, qui fortia & copiosa medicamenta in eis non deuitant, expectationem fallit. Demum virtus quanto robustior tãto validiora, quanto imbecillior tanto debiliora sustinet medicamenta. Vnde robusti, & laboribus assueti leuiuscula medicamenta despiciunt. contra qui vel natura, vel morbo, vel victus ratione delicatiores euaserunt. Similiter crebris purgationibus assueti, pharmaco minus læduntur, insueti magis: consuetudo siquidem familiaritatem, familiaritas parit cõtemptum, & amicitiam, quæ vim omnem lenit. Sic longo tempore consueta, alioquin deteriora minus infestant. Quamuis autem noxius humor prorsus eradicandus sit: s.n. exigua eius portio relinquatur, nisi proba & exquisita victus ratione & natura superetur, recidiuæ periculum affert, sin multa, nisi hanc natura sponte propellat, æger nulla viuendi norma à morbo vindicari potest, & quamuis purgatione leuatus appareat, in pristinum tamen valitudinem recidet, modo citius, modo tardius, leuius vel grauius, pro humoris copia, malignitate, virium statu, & victus ratione: quia, vt testis est Hippoc. quę relinquuntur in morbis, recidiuas facere consueuerunt, cum enim in corporis substantiam conuerti non possint, tractu temporis probos humores & recens alimentum inquinant, vnde, vt idem ait, non pura corpora quanto magis nutries, tanto magis lædes: Nihilo secius diligenter considerandum est, an vitiosus hic humor vel vniuersè, & vnica vice, vel potius partite euacuari debeat. id autem nobis potissimum indicabunt vacuandi humoris copia, concoctio & apparatus, & laborantis vires. dum enim validæ fuerint uires & humor paucus, uel non multus atque concoctus & euacuationi idoneus, uniuersim detrahi poterit, & præsertim si corpus fluidum factum sit. imbecillis autem uiribus non modo copiosus, sed etiam paucus humor partite educendus erit. Galenus enim in magna corporis impuritate, & corruptela, quam uires imbecillæ comitantur, ne dum partitam, & duplicatam, aut triplicatam, sed multiplicatam præcipit euacuationem, iubetque, ut etiam in superiori capite notauimus, ut curatio per epicrasin fiat, in qua, cum indicationes sibi aduersentur, paulatim, quod uitiosum est, uacuandum: & paulatim inuicem, quod salubre est, pro eo reponendum. Quod si uirtus ualida fuerit, & humor multus euacuationem pariter partire oportebit. Neque enim tentandum erit leuiorum alioquin medicamentorum quantitate immodica uniuersum semel educere; sed Hippocrati assentiendum, qui ait euacuationes ad extremum ducendas non esse. omnes enim euacuationes extremæ periculosæ sunt. Eousque autem uacuandum erit quousque nihil residuum uitiosi humoris, & morbi relinquatur, & proinde perfectæ iam purgationis indicia comparebunt. Sunt autem somnus placidus & quàm antea profundior, nam corpus noxijs humoribus exclusis pugna fatigatum, sedatoque spirituum impetu melius conquiescit. sitis, si uehemens præcesserat, euacuatã ipsius causa, mitescit; aut si nulla fuerat exquisita purgatione siccatum corpus sitire incipit. appetentia restituitur, febris, aut alius præsens morbus extirpatur: subindeque uires resurgunt, idque pro eorum, quæ uacuata sunt, ratione. Certius autem perfecta indicabitur purgatio si nõ modo symptomata sedata sint, sed etiam eorum, quæ purgata sunt, species, & copia ijs quæ certis signis inesse deprehensa fuerant, correspondeant. quemadmodum si in tertiana febre bilis, si in quotidiana pituita excreta sit. Deiectiones enim, ait Hippocrates, non multitudine sunt æstimandæ, sed si talia deijciuntur, qualia conueniunt, & ægri facile tolerant. Medicamenti specie, efficacia, & quantitate adinuenta, quo morbi tempore, quo die, qua hora offerendum sit, inuestigabimus. Opportunũ autem morbi tempus illud erit, in quo, quod pharmacum soluens requirit, præsens fuerit, nullũ autẽ aderit prohibens, aut si quod

[Margin notes, left:] *Lib. 2. cap. de imminuta facum excretione.* — *Gal. 1. aphor. com. 23.* — *Hipp. 2. aphor.* — *Gal. 9. metho. cap. 10.* — *Hipp. 1. aphor. tex. 3.* — *Hipp. 1. aphor. 25.*

[Margin notes, right:] Expellentis facultatis cõtemplatio. — Virtutis consideratio. — Quando vniuersim & quando partite purgatio molienda sit. — Quib. signis perfecta purgatio deprehendatur. — De purgãtis medicamẽti tempore.

prohibens

prohibens adsuerit, indicans nihilominus maiorem quàm prohibens efficaciam habuerit. Iam vero quod pharmacum indicat, valida est cacochymia, siue vitiosus humor in corpore subsistens, qui magnum morbum vel actu producit, vel in posterum promouere potest, siquidem & pharmacum soluens validum remedij genus est. qui.n.leuiter afficiuntur ipsi naturæ, & viuendi legibus committendi sunt, quia quos spóte natura persanat, frustra medicina fatigat. At quibus nec natura nec proba victus ratio satisfacit, medicina succurrat. Similiter si noxius humor ab ipsa natura foras extrudatur, tunc neq; is in corpore subsistit, neque, cum sponte exeat, aut morbum actu fouet, aut in posterum fouebit. & hac de causa scribebat Hipp. quod, quæ iu dicantur, & iudicata sunt integre, neque mouere, neque nouare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando, sed sinere, tunc.n. ait Gal. nil aliud agere debemus, nisi victum conuenientem instituere. vbi vero imperfecte iudicantur, & natura imbecillius agit, id quod deficit, supplere nos conuenit medicamento, vt natura expellēte, & pharmaco trahente ab vtroq; noxij humoris fiat euacuatio. quod.n. in aphorismis artios idest integre dixit, hoc in lib. de humoribus in aparti.i. perfecte, commutauit. Quod autem purgans prohibere potest duplex est, vnū quidem virtus est omnino imbecilla, quæ absolute prohibens dicitur, quia nullū purgans, aut soluens quamuis debile medicamentum admittit, sed hanc in præsentia supponimus tanquam eam cuius merito pharmaci genus, vim, & quantitatem iam adinuenimus: alterum prohibēs est humoris vacuandi cruditas, quæ quidem non absolute prohibentis nomen meretur, quia nonnunquàm tanta est humoris noxij & euacuandi vis, vt nullam prorsus ipsius coctionem expectare possimus, vt mox dicemus. Dum.n. possumus, vt tradit Hip. ipsam procul dubio expectare debemus. ait.n. concocta medicari, atque mouere, nō cruda, neque in principijs, modo non turgeant; plurima vero non turgent. eos.n. humores inquit Gal. qui iam sunt in aliqua corporis parte firmati: neque alio vllo auxilio mouere oportet, neque medicari ante concoctionem oportet. concoctis.n. humoribus naturam quoque euacuationi adminiculantem habemus. conspicitur siquidem & ipsa post coctiones & humores discernere, & superfluitates expellere, quo etiā tempore crises fiunt. ex quibus patet quod in acutis morbis purgantis tempus opportunissimum status finis est, aut melius declinationis principium. in quo perfecta est concoctio, & vacuationes sponte procedere solent. Tunc enim materia fluida, & à puriore separata est, & eam natura expellere contendit. perfecta itaque apparente coctione, & status vehementia mitescente, si nulla critica fiat vacuatio, medicamento mouere debemus. His.n. quæ prętet rationem leuiora apparent minime confidētes, quidquid coctum apparatumque est, expurgare debemus, vt integra solutio sequatur. quod si natura iudicat, sinenda dum opus compleuerit. & si integre iudicauerit. res in tuto est; sin quidpiam derelictum sit, & imperfectæ crisis, cuius signa alibi tradidimus, suspicio sit, ne recidiua subsequatur, medicamento purgante eradicandum. cum autem Hipp. in principijs, explicationis gratia, non esse purgandū addiderit, principium aūt vt alibi diximus, totum illud tempus sit, in quo nullum coctionis vestigium apparet, ergo necesse est fateri ipsum non solum perfecte, sed etiam quouis modo cocta fuisse complexum, & solum absolute cruda, quæ in principijs morborum consistunt, excludere voluisse. quo fit vt obscure cocta, parce, manifeste cocta, moderatius, perfecte cocta validius euacuare possimus, potissimum si nullam futuræ crisis præcognitionē habeamus, & metus sit ne æger vt monet Auicenna, vsque ad perfectam materiæ coctionem perdurare possit. Vt enim in apostematibus quidquid suppurat quotidie elicitur, ita in acutis statuere licet, potissimum si nedum graduum, verum etiam partium materiæ, siue humoris qui coquitur, eius cōcoctio fieri putetur. ita.n. quidquid à purgatione reliquum erit, facilius natura domabit. Hipp. sæculo quo corpora robustissima erant, & inediæ & laboribus assueta, iudicationes, quæ creberrime contingebant, tutius expectabantur. nostris uero temporibus, & propter vires imbecilliores, & propter magnas repletiones ex crapula & ocio, & ciborum potissimum varietate congestas, tum rariores, tum eæ quidem imperfectæ crises ut plurimum fiunt, impossibile.n. est ut uirtus non robusta, usque ad materiæ adeo copiosæ perfectam coctionem, cum uictu tenui, & multo minus cum tenuissimo perdurare ualeant. Quod si morbus diuturnus sit, & proinde materia frigida, crassa, aut uiscida multo minus uniuersæ materiæ perfectam coctionem expectare possumus, sed, ut etiam superius diximus, per uices & interualla prout particulariter concoquitur, particulariter purgāda erit. Aduertendum autem Hippocratis aphorismum de materia præsertim à primis

Marginalia: Quo morbi tempore purgandum. Pharmacum indicans. — Hipp. 1. aphor. tex. 20. — Gal. in com. — Pharmacum prohibentia. — Hipp. 1. aphor. com. 22. — Gal. in com. — Auic. 1. 4. trac. 2. c. 7. — Quæ materia exactam coctionē ꝑ euacuatione nō requirat.

ductibus remota, & in venis supra iecur perfectumque sanguinem continentibus existente, intelligendum esse, hæc enim maiorem apparatum, & coctionem, & à probo sanguine separationem, & viarum expeditionem requirit. Vnde si in ventriculo aut circa ipsum quiuis humor reperiatur, propter causas in principio huius capitis propositas, primo quoque tempore purgari potest. præsertim si tenax non fuerit, si.n.lentore adhærescat, & purgans quod exhibetur ipsam extergere non valeat, leuem nihilominus, & breuem præparationem requirit, eius enim concoctio expectanda non est, neque eius ab vrinis mutatio quærenda. Similiter qui in liene, iecoris simis, & mesereo reconditus est humor siue lentam siue intermittente febrem producat, exactam, & proprie dictam coctionem non exigit, cum nisi admodum lentus, crassusque sit, aut ventriculi impuritas obsistat, protinus detrahi posit, à probo.n. sanguine secretus est, & latioribus vijs magnisque ductibus propinquus. vnde si lentus crassusq; sit, aut ventriculus impurus, sufficit primum ventriculum leuiter detergere, deinde humorem attenuare, & detergere, postremo aut vniuersim, aut partite euacuare. Si vero materia purganda cruda quidem sit, sed turgens, quia tunc periculum est, ne vltro citroque cōcitata in principem aliquam partem irruat, & repērine hominem perimat, vt ex Hippocrate colligimus, protinus, & eodem ipso die vacuanda. maiorem.n. vim habet turgens, quàm cruda materia. Verbum.n. turgere vt notat Galenus ab animalibus concubitum appetentibus translatum est, quia vt illa stare loco nō possunt, quadam titillatione impulsa, sic humores sæpe in motu vehemētiore, & à partibus ad partes transfluxu in morbi principio hominem infestant, mouētes, titillātes, & quiescere non permittentes, cum & ipsi pariter moueantur & transfluant, & tanta latione ægrū molestent. Quod si turgente materia & dum periculum est ne principem partem inuadat, actu tamen adhuc ipsam non petit, ipsam alioquin crudam educere coacti sumus, multo magis id erit agēdum, vbi iam actu ad præcipuam aliquam partem fertur, vel ad aliam, quæ cum principe & præcipua parte maximum cōsortium communicantiamque sortita sit. potissimumque si purgante medicamento contrarium motum, reuulsionemque moliri possimus. & ob id Diuinus Hippocrates in calcis luxatione in primo eodem die purgāte pharmaco omniū validissimo elleboro.s. albo vtebatur, ne materia partem luxatam inuadens neruos adeo dolore afficeret, vt cerebrū in consortium traheretur cōuulsioque suboriretur, & idem Hippocrates in pleuritidis principio dolore descendente eoque vehementi, valido pharmaco, nigro.s.veratro & peplio vtebatur. quia in principio materia nondum fixa est, & febris mitis, & virtus magis ualida. Hac eadem ratione Hippocratisque exemplo ducti etiam in ancipiti grauique morbo, cuius semper & symptomata sæua sunt, & minime tutus exitus coctionem, quæ forsitan futura non est, non expectamus, sed inter initia necessario purgamus. cum enim periculum sit, ne deterior euadat, & ante statum iugulet, aliquid materiæ quamuis crudæ detrahendum, quæ cum in acutis morbis nonnūquam turgere, & non adeo raro fluctuare cōsueuerit, adhuc facilius purganti & trahenti medicamento cedit. qua quidem uacuata, reliqua facilius & celerius concoquitur, & mox urinæ puriores, & cum sedimento fieri cernūtur, & anceps periculosusque morbus tutus salubrisq; redditur. & hac de causa cōsulit Hip. ut in acutis passionibus raro, sed in principijs purgātib. utamur, & hoc cū præmeditatione faciamus. & inchoantibus morbis si quid uidetur mouēdū moueamus. In morborum.n. acutorum initijs, dum materia ad præcipuam partem moueri incipit, magna ex parte fluxura est, & nōdū impacta est (si.n.magna ex parte fluxa in partēq; præcipuā impacta sit, frustra purgatione utimur) quia uero fluctuat adhuc & impacta nō est facilius purgatur, & uirtus, quæ secūdū plurimū in principio ualida est, ualidū quoq; purgās permittit, quod quidē in principio à febre minus prohibetur, cū ea tūc tēporis minus intēsa sit, circa principia, siquidē & fines omnia debiliora ait Hipp. quare propter imminētē periculum inter initia purgamus. Quo aūt acutior est morbus, eo magis accellerāda, ualidiorq; decernēda erit purgatio. ut extremis morbis extrema exquisite remedia adhibeātur: dū aūt ait Hip. hoc cū præmeditatione faciēdū esse per hāc ut Gal. interpretatur siue diligentē examinationē, siue ægrotū ante præparatū, siue recti iudicij expectationē siue plura siue omnia hęc compræhendere potuit Hipp. & quantū huiusmodi vereatur purgationes, manifestarc. & hoc propter purgātiū caliditatē & siccitatem. Quare maiorē oportet, subdit Gal. ex noxiorū humorū vacuatione fieri vtilitatē, quam ex purgante detrimentum, quod necessario sequitur. Est autem vtilitas maior, si absque molestia omnis noxius

Turgens materia quāuis cruda tamen protinus vacuanda.

Quando per initia etiam nō turgente materia purgare sit necessarium.

Hipp. 1. aphor. 22. Gal. in com.

Hip. 2. de frac. tex. 27. et Gal. in com. Hipp. 2. de rat. vict. tex. 2.

Hipp. 1. aphor. tex. 24.

Hipp. 1. aph. 6. Gal. in com. 24 primæ part. aphor.

xius humor & infestans sit euacuatus. Vt vero hoc fiat, primo considerandū an æger sit purgationi idoneus; qui.n. multa cruditate laborant, quique tenaces aut crassos cibos sumpserunt, quibus itidem extēta, & inflata hypochondria sunt, aut supra modū calida & ignea, & hoc ipso loco aliqua est viscerum inflammatio, omnes hi inepti sunt ad purgationes. Hæc itaq; abesse oportet, humores autem maxime tenues, & nullum lentorem participantes, & aperta esse foramina per quæ purgatio fieri debet, & nullā habere obstructionem. ex quibus postremis Galeni verbis colligimus quod tum in iecoris tum partium ad hypochondria spectantium incipiente inflammatione, ne pharmaci vi ad partē oblæsam attractio fiat, cauenda in principio præsertim purgatio est. Quod si materia in corpore subsistens venenosa sit, nemini dubium est, omnium maxime quāuis crudissimā, in primo ipso principio, & q̄ celerrime, strenuoq; purgante euacuandam esse. cum maius adhuc, quàm propositæ materiæ, periculum afferat. postremo est etiam alia ratione ante concoctionē purgandū, hoc aūt fit, dum præter continentē acuti morbi materiā cuius cōcoctio expectatur, alia quædā vitiosa in ventriculo, aut intestinis, aut circa præcordia obhæret, dolore, æstu, nausea, angore, alijsve signis manifesta. hæc.n. omni tempore etiam nulla apparēte morbi coctione, vtiliter potest, adhibita quadam præparatione, si opus sit, medicamento purgari. Humor.n. qui in publicis vijs subsistit, si præparatus sit, omni morbi tempore vtiliter deijci pōt.

De purgātis exhibēdi die & hora.

Auicenna 1.4. trac.2.cap.7.

Sed de purgationis die, & hora iam dicamus. In febribus quæ ad integritatem veniūt dies quietis eligenda. & tanto tempore ante accessionē pharmacū offerendum, quanto possit purgatio compleri. nam per accessionē materia sæpe non in aluum sed in diuersum fertur, & accessionis vi purgatio subsistere solet. præstat nihilominus ante accessionē, q̄ mox ab ea, & in quartana pridie, quam postridie pharmaco vti. virtus.n. magis sustinet, corpus minus resoluitur, & ratione caliditatis pharmaci minus accenditur. & accessionis motus materiæ motui, qui ratione pharmaci cietur, nō reluctaē. & propter easdem prorsus causas in synochis & continentibus febribus matutinā horam cæteris anteponimus, quia frigidior est: in cōtinuis vero, quæ accessiones & remissiones habēt, tempus remissionis, & minoris molestiæ. in continuis vero quo die perfectæ coctionis signa se produnt, eodē die, si fieri potest materia purgāda, cum.n. ad benignum reduci nullo modo possit, non sine periculo in corpore detinetur. Veruntamen tranquillo die purgatio tutius adhibetur, die autem perturbato expeditior subsequi solet. Quum.n. morbus minus fatigat, collectæque vires melius constant, facilius purgatio toleratur. at quo die morbus exasperatur, agitataque materia in motu est, prōptius detrahitur. ideo si vires robustæ ferant, neq; ingens timeatur perturbatio, impari die acutorū morborum, atque etiam decretorio, copiosior, & magis expedita. pari autem die (dūmodo paribus diebus quod nonnunq̄ accidit, non exacerbetur morbus) tutior fiet purgatio. Dierum tamen criticorum natura recte examinanda est, & si dies sui natura prauus sit, qualis potissimum sexta dies est, in quo cum magno certamine, atque periculo subitæ expulsiones fiunt, talis cauendus erit. Similiter si in dieb. indicatorijs futuræ crisis signa apparuere & alia signa quæ crisim futuram indicant, præsto sint, & potissimum si nox præcedens valde molesta fuerit, critica dies erit euitanda. potissimumque si morbus sui natura uel per fluxum sanguinis narium uel per sudorem iudicari consueuerit. purgans.n. medicamentum motus omnino oppositos molitur. & si natura forte fortuna propositos tentaret, quàm maxime interturbaretur. dum autem euacuationis per aluum futuræ spes erat, tutius die critica purgans exhibetur. & hæc quæ dicta sunt, regulariter obseruari debent. Quandoque.n. vt maius nocumentum deuitemus, in turgentibus, venenatisque materijs, & alijs ad nobilia mēbra raptum habentibus, quam citissime, & in accessionis, & maioris afflictionis hora purgare coacti sumus. Sed dicet iunior Medicus naturam imitari debet, sed ipsa fere diebus imparibus in acutis morbis euacuationes, & eorum iudicationes molitur. Ergo & medicus tales dies non autem quietiores eligere debet.

Dubitatio.

Solutio.

huic facile est respondere, naturam tunc temporis, non pure naturaliter, & spontanee, sed coacte potius operari, quia propter symptomatum uehementiam maxime irritatur, & ante tempus opportunum in euacuationes prærumpit. Si enim non irritaretur, oportunum tempus omnino expectaret. Demum circa purgantis exhibendi modum illud cum Hipp. notandum, vt cū medicamentū quis ebibit, mox ptissana sorbitioni detur, cum.n. omniū purgantiū natura, vt ait Gal. corporum, quæ purgantur, naturis cōtraria sit, lethalis, & pernitiosa, post purgans exhibetur ptissana,

Quando cibus dum purgamus offerendus sit.

Hipp.2.de rat. vic.12.& 13. Gal.in com.

quia remouet eius nocumētum, detergit. n. & deorsum trahit, quod medicamenti ſtomacho, & ſublimioribus partibus adhæret, & prauā eius qualitatem, quæ his partib. indita eſt, temperat atque permutat. In media tamen purgatione, ſubdit Hippocr. non eſt danda ſorbitio, ſed vbi ad purgationis finem deuentū eſt, & minor quam pro conſuetudine, quia natura purgatione fatigata alimentū ferre & conficere vix poteſt, niſi paucum ſit. Ex quib. Hipp. dictis colligimus quod dum vires ferunt, ſorbitio & cibus per quinque vel ſex horas poſt aſſumptū pharmacum, quo tpe purgatio fere completa eſt, commode exhibetur. ſi. n. in media purgatione propinetur cibus, & attractio pharmaci, & eius vis ſubuertitur, & vētriculus, qui tunc temporis magis laborat, cibū prauæ concoquit. Inſuper cibus dari nō debet anteq̄ ſaltem pharmacum è ventriculo ad inteſtina diſcendat, ad hoc vt nullus eius odor, nullus ructus, nulla nauſea, aut ſtomachi roſio ſubſit, quæ cibi complexum & coctionem lædat, & quod magis eſt, cibus medicamenti permiſtione non corrumpatur. qua de re dum in pilulis, vel bolis medicamentum offertur, & ratione formæ ſerius deſcendit, vel etiam adeo blandum & familiare eſt vt à ventriculo diutius detineatur, longiorem cibi moram, & eam quatuor ſaltem horarum interponi poſtulat. Quæ tamen adeo blanda & leuia ſunt, vt facile in alimentum vertātur, vt caſsia eſt & ſimilia, quæ fœces emolliunt, & exturbant, vel nō multo ante cibum, vel cum cibo ſumenda ſunt. Similiter dum virtus debilis longiorē purgationē ita ſuſtinere nō valet, illico poſt pharmacū cibus exhibendus. non. n. adeo laceſsitur ventriculus ſicuti dum in media offertur purgatione. Dum autem ventriculus imbecillus, & purus extiterit medicamentū blendum aptetur, aut ſi validius requiratur, ieiuno quidem nō tamen prorſus exinanito detur, quum. ſ. coctus cibus deſcendit, interior tamen ventriculi tunica reliquiarū benignitate etiānū madet. ſic. n. in diſtantiores partes permeat minimū offenſa uentriculi ſubſtantia. Hauſto medicamēto vel aqua hordei, vel ſucco mali punici dum vomitū timemus, aut pauculo vino nigro auſtero reliquiæ faucibus adherentes abſtergantur. & corpus quieſcat, vt ventriculus pharmacum validius complectatur, dormiatq; per horā vel circiter ſolūmodo, quia facilius pharmacū ad actū perducitur, vbi. n. actuatū fuerit, vigilare omnino debent, quia arctiore ſomno purgationis opus ſubſiſtit. ab eo ſiquidem per caloris cōcentrationē facto medicamenti ad circūferentiā diſtributio impeditur, & partiū ſenſus torpidus redditur, & ita expultrix ad expellendum minus inſurgit. quod ſi pharmacum nō electiue educēs, ſed leniens potius ſit, adhuc minus dormiant, quia facilius actuatur. ſi tamen illico poſt leniens & mite medicamētum cibus exhibeatur, dormire diu eius poſſunt, quia non eſt periculū ut in alimentū abeat, cum cibus magis familiaris prius in alimentum cōmutetur. vnde ij reprobandi non ſunt, qui pro neceſsitate ante cœnā caſsiā exhibēt. Catapotia vero quia ſerius & ſenſim ad actū traducuntur, etiā poſt cœnam per horam uel circiter utiliter exhibētur, potiſsimū ſi uentriculus imbecillus ſit, & purgās ualidius ſit. Cum. n. validū purgatorium malignū ſit, eius forma liquida altius uentriculi ſubſtantiam permeat & grauius afficit; ſolida uero ut boli, uel catapotia, minus lædit, quia prompte in fundum, intacta fere ipſius ſubſtantia deſcendit. Cæterū forma liquida altius penetrat, in ea quæ tangit, & potentius detergit, & exobſtruit, & materias uentriculo proximas uberius detrahit. ſolida uero tardius operatur, & quia diutius in uentriculo ſubſiſtit, paulatimq; ad actū traducitur, vehementius à partibus diſtantibus reuellit, unde pilulæ omnium ualidiſsimæ ab ipſo capite trahunt. quæ non modo per ſex horas ante cibū, & potiſsimū ante prādium, uerū etiam paulo poſt cœnā ut diximus propinantur. anteq̄. n. ad actum perfecte traducantur, cibus uniuerſus fere, merito ſomni cōcoquitur, deſcendit, atque digeritur; & tūc purgans citra ullam prorſus uentriculi iacturam, opus ſuum explere incipit, quo quidē expercti homines non adeo facile rurſus in ſomnū feruntur. quia tamē pilulæ ualida recipiunt ſoluentia, in putridis febribus merito reprobantur, quod ſi forte ipſas in quibuſdam diuturnis febribus concedere cogamur, poſt ipſas aliquod refrigerans decoctum propinare debemus. De ſudorem uero prouocantibus Galenus, poſteaquā ſoluentium meminit, ita ſcribit. Sane totum corpus, priuſquam id uacuaris, rarefacere non expedit; vbi vacuatum eſt, vtique licebit id medicamento aliquo cui calor tepidus inſit rarefacias: cuiuſmodi eſt, quod ex chamæmelo conficitur. In hoc tēpore ſi vinum quoque aquoſum bibatur, id omnes vacuationes promouerit. idem faciet & temperatum dulcis aquæ lauacrum. Cæterum, vbi magnitudo febris obſtat, ſicut in continentibus, nec vino eſt vtendum, nec lauacro, nec ijs, quæ habitum rarefaciant,

Gal. 11. metho. cap. 9.

Sudorē prouocantia.

eiant, vnctionibus: sed aqua frigida pota in his febribus est aptissima, nisi tamen aliquid eorum, quæ in synocho sine putredine dicta sunt, hanc quoque prohibeat. Quippe ipsius febris frigida pota perpetuo est remedium, nō tamen putrescentium humorum per aluum, vrinas, vel sudorem euacuandorum. Hæc Galenus, ex cuius dictis colligimus sudorem mouentia gratia materię putrescentis, & iam concoctæ, & quæ febris causa continens, aut saltem proxima est, adminiistrari. colligimus quinetiam, hæc duplicia esse, prout vel intrinsecus, vel extrinsecus administrantur; & insuper eorum tempus magna ex parte nobis proponitur: & quæ nam sint, quæ sudorem mouentia prohibere possint. Quare omnia hæc breuiter aperiamus. quæ intus sumuntur, succos eliquando, & attenuādo, & ad cutaneas partes propellendo sudorē mouent. Vnde illud idem medicamentum tum vrinæ, tum sudoris motiuum esse potest, prout diuersæ ipsius corporis in vijs vrinæ vel sudoris, vel ipsorum humorum aptitudines reperiuntur. Nam radix fœniculi, exempli causa, in ijs, qui vasa ad renes pertingentia latiora obtiuent, & renes calidos, & eorum attractricem vim robustam habent, succos autem non ita tenues, & prope cauam venam existentes vriuam ciet: in ijs vero, quib. omnia sunt opposita, & tenniores obtinent humores, & circa cutim & corporis habitū subsistētes & insuper cutis meatus, & viæ ad totius corporis habitū attinētes rariores sunt, sudorem mouebit. ex quibus apertum quoque est, sudorem prouocantia diureticis fortiora esse debere (sermo est de intus assumptis) nā diureticis renes trahentes opem ferunt, & hæc succos in aquosam substantiam permutant, sed quæ sudorem mouent à cutaneis & reliquis, quæ sub eis sunt, partibus trahentibus, non adiuuātur, & succos non solum in aquosam substantiam sed etiam in quendam halitum & vaporem vertere debent, quia per angustiores vias, quam sint quæ ad vrinam spectant, eos traducere debent. & ex hoc colligimus primo quod sudorem mouentia in maiori quantitate quàm diuretica sunt offerenda, vt si verbi gratia hæc ad septem vncias, illa ad nouem vel decem, & frequentins etiam propinari debent. Si vero in solida substantia, & in puluere medicamenta hæc siue sudorem siue etiam vrinam cientia, quale est citrach, adianthum aut simile exhibeantur, in puluerem tenuissimum propter rationes dictas sunt redigēda, sed cum aqua decocta aut in ea infusa & exhibita facilius vtranque promouent euacuationem. Illud autem circa vinum aquosum notandū est, vt nedum tenue sit, sed etiam limphatum magis uel minus pro uini uigoris, caloris febrilis, anni temporis, & ægri consuetudinis exigentia. Si tamen album sit & aquosum, quod oligophorum Græci uocant, sufficit ut aquæ duplum ei misceatur, & notabiliter calidum assumi debet. Extrinsecus autem applicita sudorem prouocant, quæ temperata caliditate aperiente, & leuiter trahente succos ad exteriora proliciunt: quemadmodum tum frictio ipsa est, tum debita pannorum, tegumentorumue cooper tura, tum inunctio ex oleo chamemelino, tum dulcis aquæ moderate calide balneū, tum etiam fomentatio ex eadem aqua calida cum spongijs, uel lineis pannis in ea infusis & expressis, sæpius dorso, & pectori applicitis, post quam decenter operiri, &, si fieri potest, leuiter dormire debent, & deinde uigilare, & eo tempore, si fieri potest, sepius anhelitum retinere. dum autem inunctio administratur, sufficiens frictio adhibenda est, ut hac oleū attenuetur, & penetret, & à cutaneis meatibus, ne eos obstruat, abstergatur. Ex dictis autem apertum est medicamenta hæc, non nisi post totius corporis euacuationem, ne obstructiones multiplicentur, & post materiæ, quæ febris continens, & proxima causa est, concoctionem administrāda esse. imo tutius est ut prius euacuatio per urinam tanquàm facilior & magis tuta præcesserit. Quod si natura sæpius solam euacuationē per sudorem eligit, nullum sequitur incommodum, dūmodo critice moueatur, & post succorū coctionem, quia natura rectius tum humorum situ, tum qualitatem, & reliquas conditiones superius propositas distinguit, quàm ars ipsa faciat. Si.n. nobis cōpertū esset superfluos & noxios humores solū in corporis ambitu, & ipsos tenuiores reperiri, procul dubio relicta euacuatione per urinam, sola ea, quæ per sudorem fit, contenti essemus; sed quia id sæpius nobis in dubium uertitur, ab euacuatione per urinam tanquàm faciliori auspicari debemus. ea autem, quæ intus exhibentur ante usum eorum, quæ exterius admouentur, adhiberi debent. quod si nonnunquàm post illorum assumptionem, extrinseca, & euocantia, & aperientia applicentur, quę intus sumuntur ualidius adhuc sudorem mouēt. ut autē intus assumpta per quatuor, ita extrinsecus admota per duas horas ante cibum administrāda, ne cibus aliqua ex parte crudus in uenas distribuatur. Sed ut diximus cum Gal. neque ra-

Intrinsecus assumpta. — *Eorum efficacia, & quātitas.* — *Eorum forma.* — *Vinum aquosum quō sit exhibendū.* — *Extrinsecus applicita.* — *Tempus.*

refacientibus medicamentis, nec vino aquoso, nec balneo vtendum vbi magnitudo febris obsistat, & ubi concoctionis humorum notæ planæ euidentes non adfuerint.in remissione enim febris, si balneum adhibeatur, corpore iam mediocriter transpirante, non exiguum affert commodum, quia omnia fuliginosa educit excrementa. Tribus tamen in balneo, quod in quacunque febre adhibetur, intentos nos esse oportet. Vni quod citra horrorem sit administratum. Secundo quod nullum primæ notæ viscus sit imbecillum. Tertio, quod multitudo crudi humoris in primis venis non contineatur, quemadmodum à Galeno scriptum est. quo fit, vt si etiam vnà cum putrida febre destillatio coniuncta sit, non nisi post materiæ destillationis concoctionem balneo vtendum sit. Similiter, vbi patiens leui de causa in articulorum dolores incidat acerbos, toleratuque difficiles ipsum cauere tutius erit. Postremo si de vomitorijs medicamentis sermo fiat, inquit Galenus, quod si ea, quæ putruerunt, ad os ventriculi aliquando sua sponte impetum capiant, etiam per vomitiones expellenda: aliter autem non est, quòd ea præter naturam irrites. cum autem sponte ad hanc partem moueatur, sufficit tunc, vt leuioribus vomitorijs, in huius capitis principio propositis, naturam expellentem adiuuemus, vel saltem mediocribus si crassior atque viscidior fuerit materia. Quod si tempus fuerit æstiuum conuenientior adhuc per vomitum euacuatio erit, quia, vt habet Hippocrates medicari æstate superiores ventres magis, hyeme vero inferiores, æstate enim flaua bilis superabundat, & omnino tota natura animalis propter ambientem caliditatem magis ad superiora mouetur, quælibet autem superfluitas eo quo vergit ducenda per cõuenientes regiones. conuenientior adhuc erit vomitio si, ut idem ait, fuerint graciles & facile vomentes. hos enim purgare superius conuenit, cauendo hyemem. graciles enim magna ex parte biliosi sunt. In tabidis tamen cauendæ ad superiora purgationes. Validæ autem extenuati nullam sustinent euacuationem. Vomentes autem difficulter, & mediocriter bene carnosi per inferiora potius purgandi cauentes hyemem. Quod si alibi dixit Galenus pituitosos per supernas partes, biliosos, & præsertim quibus atra bilis euacuãda est, per infernas esse purgandos: ad pituitæ supernatantis in ventriculoque genitę vicinitatẽ respexit, & ad materiæ prauitatem quæ per os non nisi maxima incommoditate, & oris uentriculi, & ipsius gulæ maxima læsione vacuatur. Vomitoria uero tum tepida, tum ingrata, si fieri potest, ut magis moueant, propinanda sunt. Sed quatuor his uijs, pharmacisque per eas humores educentibus iam propositis, quam nam ex ijs, & quæ medicamenta eligere debemus? Hippocrates respondens, inquit, quod quæ ducere oportet, quo maxime natura uergit per loca conferentia, eo ducere conuenit. duplicem n. ut ait Galenus, nobis proponit intentionem, ipiam s. partis naturam & humoris inclinationem. sunt autem cõferentia loca intestina, uenter, uesica, uterus, cutis uniuersa. palatum & nares quæ e directo sunt loci patientis. Non conferentia uero sunt, quando siti natura principatum aliquem habuerint. & maius ex ipsis damnum subsequuturum sit, quàm morbi, qui indicatur, dignitas expostulet: uel nullam habuerit effluxionem, ut cor, pulmo, thorax. oportet itaque medicum in toto morbi decursu, & potissimum in quaternonibus ipsis, & contemplatorijs diebus naturæ inclinationem di ĩgentissime animaduertere: & si quidem idonea fuerit, subministrare, & adiunare; & per ductum, quem natura tentat, euacuationem perficere: sin autem contrarie simul ac noxiæ fiat, prohibere, transferre, atque diuertere oportebit. Natura uero nullam ex his euacuationẽ tentante, euacuatio per uomitum semper dimittenda erit. Quantum autem ad tres reliquas attinet euacuationes, causa euacuationis materiæ nondum coctæ, & in febrium initijs, dictum fuit euacuationem per aluum præcedere debere, siue pro primorum ductuũ materia, siue pro ea quæ quouis modo ualde urget euacuãda administretur: deinde uero pro serosa materia, quæ assidue à febrili calore funditur, per urinarios ductus euacuandum esse. Causa uero materiæ iam cõcoctæ in intermittentibus febribus euacuatio per aluum anteponenda erit. in continuis uero quæ sanitatis tempore ægrotanti erit magis familiaris, & minus incommoda, ea præferenda erit. dummodo euacuantia per eam partem à febris uehementia magis non prohibeantur. cæteris autem paribus tutius erit primo per aluum, deinde per urinam, & sudorem euacuare. in continuis tamen proportionatis, & in corporibus raræ texturæ, & tenuioribus humoribus peccantibus euacuatio per cutim & sudorem, fœlicius adhiberi solet. Quod si in purgationis uia aliquis morbus sit, aliò euacuatio conuertenda erit. ideo neque imbecillo uentriculo uomitus ciendus.

neque

Marginal notes: Gal. 11. meth. c. 7. (?) — Gal. 11. meth. cap. 9. — Euacuantia per vomitũ. — Hipp. 4. aph. 4. — Gal. in com. — Aphor. 6. — Gal. in com. Aphor. 8. — Aphor. 7. — Gal. 1. de humor. com. 12. — Per quã vĩã vacuare debeamus. — Hipp. 1. aphor. 21. — Gal. in com. — Loca euacuationibus cõferentia. — Non conferentia. — Si natura nullã habeat inclinationẽ quæ nã euacuatio præferenda.

neque in intestinorum vlcere, aut inflammatione per ea purgandum, neque renibus inflammatis, aut vrinæ vijs vlceratis, diureticis vtendum, sed ad intestina vitiosus humor conuertendus. Demum si febris fuerit inconstans, vt ait Hippocr. quæ neque in periodis, neque in vrinis vnam formam exquisitę seruet, necesse est euacuationem omnem & potissimum per aluum cauere, & donec constet eam finere, & hæc de medicamentis omnibus, quæ febris causam adimunt, & quod ipsius futurum est prohibent dicta sufficiant. Quæ verò febrem iam genitam submouere possunt, sunt refrigerantia & humectantia quorum plurima suère proposita, & in biliosis febribus vberius proponentur. Cum autem vel intus, vel extra administrari possint. intrinsecus præterea quæ dicta sunt concocta materia, & magna ex parte euacuata, in acutis febribus, & dum præsertim futuram hecticam febrem timemus, mirificè conducit serum lactis caprini, vel vacini ad 1. 2. vel 3. libras, prout ventriculus magis perferre posse videbitur. Si verò febris ardentissima fuerit, & cunctæ vires validæ, ac coctionis notæ euidentes, frigida audacter exhibenda erit, de qua tum alibi diximus, cum in acutis & biliosis febribus rursus agemus. In quibus dit Auicenna, nos ab inunctionibus, & epithematibus refrigerantibus excusari nullo modo posse. In acutis enim febribus potissimum incendentibus, dissoluentibus, colliquantibus, & ad hecticam tendentibus, nedum sudorem euocantia extrinsecus admota vt balneum, & similia euitamus: sed etiam incunctionibus & fomentis ex oleo violato, nenufarino, & aqua rosata spodio, aut alijs cordi potissimum applicitis vtimur. ita cichorei, endiuiæque succum cum aceto mixtum epari calidiori, vt bilis regeneratio inhibeatur, & vnà febrilis calor mitigetur, post totius exquisitam euacuationem vtiliter admouemus. Sed ea, quæ succorum putrescentium regenerationem prohibent, & puram à febre præseruationem respiciunt, in vitijs iecoris & ventriculi fuere proposita, & dum de præseruatione, in biliosis, & pituitosis febribus loquemur, rursus proponentur.

[Margin: Medicamēta quæ febrē respiciunt. Intrinsecus exhibita.]
[Margin: Hip. 4. de rat. vic. 52.]
[Margin: Extrinsecus admota.]
[Margin: Hoc l. b. 3. c de fyno. fine putr. Auic. 1. 4. trac. 2. c. 7.]

De ratione victus in putridis febribus, & alijs morbis opportuna. *Cap. XXIII.*

REMEDIA, quæ morbos remouere, & valetudinem restituere possūt eorumque materias quascunque Medicorum celeberrimi in tria genera retulerunt, nempè chirurgiam, pharmaciam, atque dietam. In curandis autem morbis scopi & indicationes principalissimæ tres in medendi methodo pariter enumerantur, nempè morbus eius causa & virtus. Cum itaque in duobus proximis capitibus quæ de chirurgica, & pharmacorum materia sunt, omnem præsidiorum materiam, quæ febrem & eius causam adimit (præter naturam enim cum sint, sui ablationem per contraria requirunt) accurate proposuerimus: reliquum est, vt in hoc cap. quod de dieta, & ratione victus inscripsimus, eorum auxiliorum materiam, quæ virtutem ipsam, sui per similia conseruationem exigentem, tueri & conseruare potest, accuratius adhuc in medium afferamus. Sub victus enim ratione siue dieta, victus magis proprie dictus comprehenditur. qui quidem vt scriptum reliquit Gal. in omni curatione morborum caput est. hic siquidem vires morborum medicatrices tuetur, & sicuti innumeri morbi & affectus sine pharmacis, chirurgicisque præsidijs sola victus ratione percurantur, ita sine victus ratione, ne vnus quidem submoueri potest. Sciendum itaque victum, siue dietam (idem enim sunt) apud Hippoc. & Galenum, multiplex significatum habere posse. Nonnunquam enim ab his capitur victus pro quacunque re corpori nostro occurrente, & ipsum permutante. Quem in modum sumpsit Hippoc. dum dixit, morbos vel à causa communi, vel à victu prouenire, & Gal. dum tradidit Hippocratem, morborum causas in vniuersales, & particulares diuidere. & alibi cataplasmata, clysteres, & inunctiones sub dieta ipsa complexus fuit. Aliquando sumitur pro ductu curationis, qui quidem per consuetas fiat materias, quibus quotidie vtimur, vt per cibum & potum, ambientem aerem, somnum & vigiliam, quietem & motum, inanitionem & repletionem, & animi accidentia, quæ etiam res non naturales, & eæ quidem necessario occurrentes nuncupantur, quia sine his vitam ducere est impossibile. Tertio & vltimo accipitur victus pro recta ciborum & potuum administratione, qui etiam maxime proprie

[Margin: Gal l. de reme. par. facil. c. 10.]
[Margin: Victus siue dietę diuersa significata]
[Margin: Hip. 2. de nat. hum. tex. 3. Gal. probe. lib. 1. epid. Gal. 11. meth. c. 15. Gal. 1. de rat. vic. 6. & 3. de humor. 16.]

proprie victus siue dieta dici potest,& hoc modo ab Hippoc. fuit susceptus. Tum 8.in 6.epid.1. quo in loco ait Gal. victum hunc ad vitam plurimum valere, quod eo dum hac lucis vsura perfruimur, vti vel inuiti cogamur. & ferè hæc vna reseft,cuius maiorem habere rationem,quam aliarum omnium Medici debent: tum in 1.aphorismorũ particula à quarto vsque ad decimumnonum aphorismum inclusiue. in quibus adeo perfectam,artificiosam,atque præclaram alendi, & proprie dietandi normam exarauit, vt nulla vel vniuersalior,vel ordinatior,vel præstantior,vt post declarabimus,excogitari possit.Nos autem de ratione victus siue dieta secundo modo sumpta,&prout sex res non naturales comprehendit, vt in omnibus curandis morbis consueuimus, quatenus in putridis potissimum febribus, & morbis ferè omnibus conueniens est,agere intendimus. A ciborum igitur, & potuum & alimenti ipsius inuentione rectaque administratione exordiamur, tanquam ea, quæ magis proprie victus ratio vocatur, & cum maximi momenti sit,diligentissimum examen requirit. Vt itaque nedum in ægris,sed etiam in sanis congruam nutritionem & alimoniam adinuenire,& rectè administrare possimus,sciendum est vnà cum Hippoc. nutritionem in duobus consistere, detractione.s.& appositione,sicut enim ab illa corporũ inanitiones, ita ab hac repletiones fiunt. Cum enim corpora,quæ ortui interituique obnoxia sunt, vt Gal. testis est, duplicem habeant in propria substantia transmutationem, alteram quæ per alterationem fit,alteram verò,quæ per dissolutionem substãtiæ ipsorum accidit,huic secundæ transmutationi obnoxia maxime sunt humidiora corpora,eoque magis si humiditati caliditas iuncta sit, quæ in humidã agens substantiam illam dissoluat. Cum autem corpora nostra calida & humida sint,mirum non est si ingens in eis substantiæ dissolutio fiat. Ex qua quidem quam citissime desicarentur, interirentque,nisi loco eius,quod dissoluitur,siue solida substantia sit,siue carnosa,siue spirituosa, aliquid eiusdem speciei substantia assiduo reponeretur.& hæc alimentum est. à quo substantia illa triplex restauratur, & subinde animę facultates,& vita conseruantur. Hæ siquidẽ in triplici substantia toties proposita essentiam habent. hinc fit,vt Medicus de nutritione ipsa maxime solicitus esse debeat,cum ab hac animæ vires,& vita tueantur,sine quibus nec præsens conseruari, nec amissa sanitas recuperari potest. Hæc autem nutritio,vt ex dictis liquet, conuersio est alimenti in animati corporis substantiam, loco eius quod amissum est facta ab anima vegetali mediante calore pro indiuidui conseruatione. Huius autem recta institutio,victus ratio,siue nutritionis ratio vocatur. Quam vt Medicus optime instituere valeat, vires ipsas & earum custodiam tanquam primum scopum & indicans sibi proponere debet. Harum siquidem gratia solum nutrimus,ait Gal. non autẽ morbi causa: & alibi scribebat solum virtutis respectum de nutrimento indicationem præbere. & alio in loco inquit,quod cibandi scopus communis sanis & ægris virtutis custodia est, morbus autem suæ affectionis indicat auxilia. His verò breuiter assumptis, cum ex Galeni sententia, tria sint capita quibus recta victus ratio comprehenditur,nempè quantitas ciborum,qualitas,& vtendi modus. ad ciborum alimentorumve quantitatem inueniendam, tanquam omnium præcipuam,imprimis accedamus, illud prius animaduertentes ipsorum quantitatem dupliciter accipi posse,vno modo pro alimenti forma,quæ maiorem vel minorem,seu ẽt remissiorem & intensiorem vim & efficaciam ad nutriendum habet: & quantitas hæc intensiua claritatis gratia vocari potest. Altero modo pro alimenti,cuiuscunque formæ,aut efficaciæ in nutriendo sit,quantitate proprie dicta, quam extensiuam appellare licebit. Qua tradita distinctione, quamuis Hippoc. & Gal.de vtrisque mixtim, & indifferenter(potissimum tamen de forma)intelligendi sint, quia vt inferius apparebit, ab ijsdem prorsus scopis desumuntur: Nos tamen vt in tam arduo, summique momenti negocio, maiori,quo fieri licet,facilitati incumbamus,de vtrisque seorsum loquemur. A victus itaque forma tanquam potissima,& ab Hippocr. & Galeno locis citatis principaliter intenta,exordiamur,quæ penes alimentorum vim,aut crassiorem & pleniorem,vel tenuiorem dictam substantiam,spectari debet. Victus forma triplex esse potest,vt ex Galeno colligimus. Cum enim victus pro virium substantiæ conseruatione adhibeatur,vel plus substantiæ,quàm sit deperditum,apponere studemus,vel æqualiter,vel minus.primus victus augens communiter vocatur,secũdus æquans, vel conseruans,tertius minuens,& ab Auicenna prohibens quoque dicitur. Augens autem victus vires quoque augebit,conseruans conseruabit, minuens imminuere valebit,potissimumque si nihil prorsus apponatur. Hunc porrò minuentem victum Gal.

tenuem

Marginalia (left): Hip.8.in 6. epid.1. — Gal.1.de elem.c.7. — Gal.11. meth.c.3. — Gal.1. aphoris. com.9.& 1.de ra.vic.com.24.& 11.met.c.14 & 1. de rat. vic.com.44. — Gal.1.aphoris. com.17.& 19. — Gal.1. aphoris. com.4. — Auic.4.1.t.1.

Marginalia (right): De nutritionis necessitate. — Alimentum quid. — Nutritio q.d. — Capitá quib. victus ratio comprehenditur. — Quãtitas dupliciter capi potest. — De recta victus forma inuenienda. — Victus forma triplex.

tenuem victum appellauit, qui quidem plures sub se continet differentias. quas priusquam declarare aggrediamur, vt Neotericorum quorundam instantias facilè diluamus, illud prius notare debemus, nutrimentum ex se vires non imminuere, sed minuens nonnunquam vocatur, quia tantam non præstat refectionem, quanta satis sit, pro eo toto resarciendo, quod amissum est, vt ex accidenti. s. virium diminutio consequatur. Cum enim nutrimentum à natura excogitatum sit, vt illud humidi calorisque resarciat, quod assiduo effluit, vt ait Gal. & in hoc calido & humido cunctæ virtutes vitales sitæ sint & animales, & ab hoc foueantur, & incrementum acquirant, secunda quadam ratione vires dicitur augere, aut conseruare, aut imminuere. Insuper quamuis Gal. de victu ægrotantium loquutus hanc distinctionem protulerit, non tamen comparat proposita alimenta viribus eorundem, sed vult modo hoc modo illud alimentum ægrotantibus conuenire, quod aut hanc, aut illam vim & proprietatem sibi vendicat, sanorum corporum victui comparatum. vt quandoque ægrotanti illud alimentum sit propinandum, quod si sano præberetur eius vires augere posset (licet id raro accidat) nonnunquam ægris illud dandum est, quod sanis ablatum ipsorum robur valet conseruare. Sæpe autem id quod bene habentium vires, diminueret. ex hoc autem colligat vnusquisque victum tenuem ægrotantis vires augere & conseruare nō posse simpliciter vt Brudus Lusitanus falsò existimauit, nō enim ab eo id totum quod absumptum est, & in dies absumitur, restauratur, aut etiam augetur. sed victus tenuis potest vires acuto morbo laborantis & conseruare, & augere secundum quid, Vt videlicet cum plurimum vires imbecilles sunt, & imminet certus ipsarum casus, nisi prius occurratur, ex alimenti appositione imminens lapsus impeditur, quo fit, vt virtus ex eo conseruari dicatur. quæ pariter nonnihil etiam roboris aliquando nanciscitur, vt ob id ipsam augeri pronunciemus. Sed conseruatio & auctio hęc secundum quid, nō autem simpliciter vocari debet. Veluti si magnæ flammæ factæ minimæ, & prope extinctionem existenti exiguas paleas apponamus. Dicitur igitur refectio secundum quid, cum particulam solum aliquam victus tenuis eius, quod absumptum est, reficiat, non autem totum. quem in modum Galenus audiendus est, dum inquit, ptissanam exhibendam esse, vt roborata virtus ijs, quæ per tusses ex pulmone fiunt, expuitionibus humidorum sufficiat. Non omnium igitur virium ægrotantium, ptissana aliudve tenue alimentum conseruans dicitur, aut augens, sed earum tantummodo, quæ plurimū imbecilles sunt effectæ. Iam verò victus minuens seu prohibens, qui etiam tenuis à Galeno dicitur, duplex est, vel enim tenuis est, vel tenuissimus. Rursus tenuis duplex est, vel talis est simpliciter, vel talis exquisite. Similiter tenuissimus victus & ipse duplex, vel enim talis est simpliciter, vel in extremo, quem Hippoc. ad extremum tenuitatis deuenientem, Gal. integram inediam appellat. Victuum formis omnibus declaratis, proprias eorum materias sigilatim apponamus. Augens alimentum quod etiam plenum vocatur, & conseruans, quod mediocre existit, vt inquit Gal. per carnes & vinum, & oua, & pisces perficiuntur. Et ambo hæc Hippocr. & Gal. communi nomine alimentum vulgare nuncuparunt. Minuens verò siue tenue alimentum, quod subuulgare ab ijsdem fuit appellatum, si simpliciter tale sit, fit per obsonia mollia, qualia sunt beta, malua, bliton, pisces molles, cucurbita, & ptissana hordeacea integra potissimum copiosior, ita tamen vt huius victus terminus sit, virium diminutio quarum gratia nutrimus. Si verò sit tenuis exquisite victus, seu tenue alimentum exquisite per ptissanæ cremorem absoluitur, vel vt ex Galeno colligimus, per ptissanam integram in parua tamen quantitate. Victus autem tenuissimus si talis simpliciter sit, ex solius melicrati exhibitione constat, si exacte talis existat, ita vt ad extremum tenuitatis deueniat, in integra constituitur inedia, in qua neque sorbitio aliqua exhibetur. Nostra tamen tempestate, in qua homines pleniori & frequentiori, quàm antiquitus, victu vtuntur, & non ita, vt prisci illi, robusti sunt, victuum materias iam propositas, aut vix & difficillimè, aut nullo pacto perferre possunt, & proinde qui in praxi diutius versati sunt, non absque maxima ratione & experientiæ testimonio loco integræ inediæ melicrato vel alio, quod æquipolleat, vtuntur, loco mellicrati ptissanæ cremorem offerūt vel panatellam aqua decoctam: loco autem cremoris integram exhibent ptissanam; pro qua paulò pleniorem victum, qualis fit per oua, & alicam, & pisces, & similia his, concedunt. Insuper quia hoc tempore mulsæ, & succi hordei vsus decidit, ad ea quæ à Galeno proponuntur confugiendum est. qui dum victum tenuem proponit ipsum, vel per edulia parum nutrientia, vel per ea quæ magis nutriunt, sed pauciora, fieri te-

status

Margin notes (left): Nutrimentū ex se vires non imminuit. — Victus tenuis ægrotātis vires augere, aut cōseruare simpliciter non potest. — Victus tenuis quot nā sint differentiæ. — Victuū omnium peculiares materiæ. — Minuentis, aut tenuis, Victus materiæ quib. nostris tēporib. vtimur.

Margin notes (right): Gal. 1. aphoris. com. 4. — Gal. 1. de rat. vic. com. 44. — Gal. loc. cit. & posis. 1. aph. 4. — Gal. 1. de rat. vic. com. 23. — Gal. 1. aphoris. com. 4. — Hipp. & Gal. tex. & com. cit. — Hip. & Gal. 1. de fract. 45. & 46. & Gal. 1. aphoris. com. 4. — Gal. 1. aph. com. 4. et 2. de dieb. decret.

ratus fuit. Cum igitur deficit mulsa, vel hordei succus, aut hæc ęgrotantes non admit tunt, sorbitiones ex pane parare debemus, sed parua quantitate. sit aűt panis purus, & optime fermentatus, vt in libro de bonitate succorum monet Gale. & in exigua quantitate concedatur. Victuum formis earumque materijs iam descriptis, inquirẽdum est, quæ nam victuum rationes, & formæ in sanis, & ægrotantibus, & præsertim in ipsis febricitantibus vsurpari debeant. Diximus porrò in victus ratione instituenda naturam siue virtutem ipsam, esse primum indicãs, ergo ab hoc eodem scopo & indicante victus forma & quantitas imprimis indicari debet, vt enim scriptum reliquit Gal. & nos abundè in methodo & proxime superioribus capitibus aperuimus, Cũ vires alimenti genus indicent, quantum etiam, qualeque alimentum dandum sit, commonstrabunt: quippe quæ sine differentia genus indicent alimenti: si differentiam assumant, etiam in genere differentiam significabunt. Si itaque vires nutrimentum indicant, assumentes quantitatem, nutrimenti quantitatem indicabunt. Quocirca quo maiores fuerint eo copiosius nutrimentum indicabunt. Quo minores minus copiosum. & ob id scribebat Hippoc. quod qui crescunt, plurimum habent calidi innati: & ideo plurimo egent alimento, alioqui corpus absumitur. Senibus verò parũ calidi innati inest: paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Pueri enim vt habet Gal. propter natiuum calorem augentur, non autem quia augentur ob id calidi efficiuntur. Sicut enim iuuenis calidior absolute est, inquit idem Gale. ita puer non absolutè sed natiui caloris copia. vbi itaque innatum calidum abundat vires robustæ sunt, si enim vt toties cum Galeno diximus, in carnosa, solida, & spirituosa substantia consistunt, in his non resident nisi merito calidi innati, & ob id quę augentur corpora plurimum alimenti requirunt. Senum corpora, quia in eis paucũ est calidum, paucum alimentum exigunt, vt Hippoc. in his verbis, vt notauit Gal. nobis ostendat, quod quanto vires erunt maiores tanto magis copiosum alimentum esse debet, & è contra. At verò in sanitate conseruanda, & remouendis ęgritudinibus virtutem ipsam, pro recta victus ratione instituenda, considerare non sufficit, neque Medicus vires magnas repiens, statim magnam alimenti copiam concedere debet. In sanis siquidem corporibus ait Gal. semper oportet robur seruare virium, vel augere alimentis, non autem diminuere, sed semper diminuens, seu tenue alimentum fugere, alijs verò augente. s. & mediocri, vt præsentia exigunt, vti. In ægrotantibus autem raro quidem accidit, vt robur corporis maius reddere, quàm acceperimus, studeamus: magna vero ex parte studemus in longis quidem morbis seruare vires, in acutis autem moderate debilitatas conseruare. nam, si eas in istis tales, quales accepimus, vel seruare, vel augere semper studuerimus, morbum augebimus. Quare non solum viribus, sed multis alijs tum in sanitate conseruanda, tum profligandis morbis Medicus intentus esse debet. Hæc autem sunt, quæ victum à virtute pręscriptum adeo impediunt, vel prohibent, vt Medicus frequenter indicationem à viribus contemnere cogatur. Si quis enim cum sanus sit, à consuetis exercitijs desistat. Medicus, quantum vires robustæ sunt, tantum alimentum concedere non debet, quia facilè si id fiat, corpus in plethoricam incidet dispositionem, pariter si quis robustus in prandio adeò plurimum comedat, vt vespere non bene concoxerit. in hoc prudens Medicus, vt ipsum sanum conseruet, omnimodam præcipiet abstinentiam: quia cruditas illa, quo minus nutriat, quantum virium robori debetur, prohibet, & sic de alijs multis dicendum est. Pariter in submouendis morbis primum quod alimentum indicat virtus est. Vt autem Medicus pro virtutis indicatione alimentum concedat vel non, morbus in causa est, qui quandoque consentit (licet raro) quandoque prohibet, quod vt plurimum accidit. Cum enim vnum (vt in methodo docuimus) ab vno indicetur, ergo morbus victui collatus victum non indicat, nec indicans dici debet, sed vel prohibens, vel permittens. Quod enim alimenti prohibitio à morbo pẽdeat non vt indicãte, vt falso putarunt nonnulli, sed vt prohibente vel pro parte, vel secundum totum, manifestauit Gal. dum dixit. quod cibi à viribus indicantur, ita vt quo fortiores sint, eo maius nutrimentum sit præbendum, vt autem in peripneumoniæ principio parum cibi exhibeatur, à morbo prouenir non vt indicante, sed vt prohibente. Quod si alibi asseruit vnam indicationem ex morbi temporibus desumi ad victus formam constituendam, alteram à viribus, non veram indicationem, sed scopum in quem Medicus respicere debet, & potius coindicationem quandam intellexit. Vt autem sciamus quando morbus indicationi quam exhibet virtus, consentit, & quando repugnat, & prohibet,

Gal. li. de boni. succor. c. 4.

Quæ nã victuũ formæ, quib. affectibus sint conuenientes.

Gal. lib. de opt. secta. c. 45.

Victus forma & quantitas à viribus primum indicatur.

Hip. 1. aph. tex. 14. & Gal. in com. & 8 in 6. epid. com. 16.

Gal. 2. de nat. hum. com. 13.

Gal. 1. in 6. epid. com. 4.

Gal. 11. met. c. 2. & 3.

Gal. lib. de opt. sec. c. 45.

Gal. 1. aphoris. com 4.

Vt alimenti copia in sanis & ægris inueniatur, non sufficit solas vires considerate.

Quę nã in sanis præter vires considerãda sint, pro victus forma & quantitate inuenienda.

In morbis quæ victus forma & quantitas a quib. definiri debeat.

Morbus alimenti formã non indicat sed vel permittit, vel prohibet.

Gal. li. de opt. sec. c. 42.

3. aph. com. 8.

Qui nã morbus augente victum permittat.

bet. Animaduertendum morbum duplicem esse immaterialem.s.vocatum, seu citra vitium aliquod ipsorum humorum,& materialem,qui ab humorum vitio dependet. si sit immaterialis, & esse suum habeat in tribus illis substantijs, in quibus vires propriam essentiam habent: sciendum est quod si fiat harũ substantiarum defectus quomodocunque deficiant,siue carnosæ partes,siue solidæ & spirituosæ, vires semper imbecilles redduntur, verum si defectus hic cum manifesta operationum læsione fiat,defectus hic illarum substantiarum morbus est. & ex eodem defectu tum virium diminutio,tum morbus prouenit,cum itaque deperditæ substantiæ generationem tum imbecillæ vires, tum morbus requirat,amborum indicationes coincidunt.& hanc ob causam scribebat Gal.quod in morbis in defectu substantiæ scopus est nutrire, & quia in hac nutritione,& substantiæ regeneratione vires quoque augentur, coincidunt indicationes,quia vtrunque indicant idem.& ob id tum in hecticis febribus,& atrophia, tum in cauis vlceribus victus augens,& à viribus indicatus, ex toto ab ipso morbo permittitur. Si vero morbus materialis sit,& ab humorum vitio dependeat,hic non coincidit cum viribus in indicatione,sed quantitatem alimentorum viribus conueniẽtium prohibet, cum enim in eo humores concoquendi sint, alimenti exhibitio naturæ actionem & humorum coctionem impedit. Cum itaque materiæ, à qua morbus fouetur, concoctio, & resolutio, ab alimento impediatur, ob id alimentum à viribus indicatum à morbo materiali prohibetur. & quo maior erit morbus eo magis nutritioni aduersabitur, quo minor ipsi magis consentiet. hinc fit,vt Galen.dixerit, quod magna ex parte in longis quidem morbis seruare vires studemus, in acutis vero moderate debilitatas conseruamus. diuturni enim morbi magna ex parte imbecilliores sunt,& exiguis symptomatibus gradiuntur; contra acuti opposito modo se habent.& ob id in diuturnis non minuente,sed conseruante vtimur victu,vt vires vsque ad integram morbi solutionem cum eo victu perdurare possint. Quamuis autem in diuturnis his morbis virtus adeo valida esse possit, vt ex se victum augentem indicare valeat, hunc tamen victum non concedimus, sed aliquid morbo quoque condonamus. & aliquid à viribus indicatum detrahimus,vt morbus tandem concoqui possit, & natura ab humorum coctione & dissolutione prorsus non impediatur. eadem de causa in acutis morbis, qui non simpliciter tales sunt, sed per collapsum seu conuersionem, & decidentiam, & uigesimam diem,& tertiam hebdomadam pertranseunt,eodem cõseruante utimur alimento. Quod quidem in acutis simpliciter dictis periculosum est, quia nimis replet. & morbus,cum maior sit, magis adhuc uictum sanis conuenientẽ prohibet, magis adhuc prohibebit,si fuerit acutus exacte, & adhuc magis si peracutus extiterit. Qua de re factum est, ut Gal. Hippocr. dicta colligens dixerit eos integra ptissana uti debere,qui nullum symptoma periculosum patiuntur. eius autem cremore,qui morbos habent periculosiores, neutro autem,qui grauioribus morbis detinẽtur. & ad idem respiciens Hippoc. ait, quod instante morbi uigore tenuissimo uictu utendum est, quia quo magis urget morbus,eo tenuiori utendum est uictu,ut natura eo minus à pugna cum tanto morbo, & à materiæ adeo ualidæ coctione intertubetur. Quare in acutis morbis, qui uigesimam diem & tertiam hebdomadam non excedunt uictus renuis simpliciter; in his uero,qui secundam hebdomadam non pertrãseunt,uictus exquisite,siue exacte tenuis congruus erit. in his uero qui peracuti sunt & ultra primam non protrahuntur hebdomadã,tenuissimus simpliciter, in his qui in quatuor primis diebus iudicantur tenuissimus in extremo adhibendus uictus erit. ex quibus liquet quod quo acutior morbus est,eo magis diminuere uictum dicitur, & magis tenuem expostulat, quia quanto acutior erit, tanto citius futurus est vigor, & maxima symptomatum uiolentia. Vt uera sit regula. quod quemadmodum se habet simpliciter ad simpliciter,ita magis ad magis,& maxime ad maxime, ex Hipp. ex Galeni decretis. quos etiam sequutus fuit Auicen. dum dixit quanto magis ægritudo acutior,& crisis propinquior,tanto nostra regiminis subtiliatio maior erit. Dicet iunior nonne uirtus illa est,quæ causis morbosis resistit? nonne morbos concoquit,atque persanat, ut docet Hip.? nonne ab alimẽto vires ualidius roboratæ hæc oĩa melius præstare poterunt, & symptomatibus efficacius resistere? ergo videretur vt quanto morbus maior, tanto maiori alimento vt magis roboratæ aduersus tantum morbum efficacius pugnarent,vtendum esset. Potissimum cum in prognosticis vnà cum Diocle & Galeno dixerimus vires ei, quod onus gestat,comparari. Baiuli vero fælicius onera gestabunt, si eorum vires alimento validius roborentur. Huic obiectioni facilè

Marginal notes:

Gal.li.de cõst. art.c.14.

Morbus ab humorũ vitio, & materialis cõiter dictus, victũ à virib. indicatũ phibet.

Gal.1.aphoris. com.4.

Victus diuturnis morbis conueniens.

In acutis ex decidẽtia victus conseruans esse debet.

Acutorum simpliciter & pacutorũ victus cõgruus

Gal.1. de rat. vi.in acu.com. 19.

Dubitatio.

Hip.& Gal.1. aph.7. Auic.4.1.c.1.

Hip.5.in 6. epid. in prin.

Solutio.

facilè respondemus, quod si nobis liceret alimento substantiam prorsus similem ei, q̃ iam deperditur, ægrotantium corporibus apponere & immediate citra vllam a natura factam alterationem, id vtique faciendum esset, sed id prorsus est impossibile, quia oportet vt alimentum pluribus, ac varijs permutationibus, & alterationibus à natura permutetur, vt perfectam illam similitudinem acquirere possit, & ad singulas partes quibus apponendum est idoneum perueniat. Hæc autem dum fiunt, natura à pugna cum symptomatibus, & coctione distrahitur, & symptomata magis adhuc inualescunt. & ab his natura facilius superatur, vt notat Gal. neque baiuli exemplum nobis obstat. quia in eo virtus motiua onus ipsum gestat, nutritiua vero alimentum conficit, in ægrotantibus vero eadem virtus nutritiua tum morbum ipsum, & eius materiam, tum alimentum concoquere debet, impossibile autem est vt eodem tempore vtriusque coctioni probe possit incumbere.

Gal.1. aphoris. com.8.

Sed quæ de victus formis, & affectibus in quibus conueniunt, iam diximus, in breuem summam redigamus. dicamusque victũ augentem à virtute indicari & ab aliquo morbo immateriali videlicet permitti. Mediocris autem pariter à virtute indicatur, & à cronico morbo materiali permittitur, vt natura diuturnæ obeundæ concoctioni sufficere possit. Hic autem victus mediocris ab acuto morbo prohibetur, quia breui tempore futurus est summus morbi vigor maximaque ipsius symptomatum vehementia, vt necesse sit, vt vel natura cito succumbat, vel morbus, quia morbi vehementiam diutius ferre non potest. quare præstãdum est, vt dum natura tantam vim patitur, omnibus viribus enixe obsistat, vt uel iã inceptam perficiat, uel nondum inceptam, post tantam pugnam cum symptomatibus, concoctionem aggrediatur, & ob id in hoc prœlio, natura alimento mediocri, vel conseruante, & multa minus pleno, à pugna & coctione distrahenda non est. & hoc eo minus faciendum quo magis acutus morbus fuerit, & quo citius morbi vigor futurus erit, & subinde quo maior, & breuior morbus & vigor citius futurus erit, eo minore alimento utendum erit. Alimentum enim in morbis exhibitum vel actu, uel potestate materiæ coctionem prohibere potest. actu quidem, si eo tempore offeratur, quo natura materiam exagitat, & in maximo uersatur certamine, vt in statu morbi, quando signa exquisitæ coctionis apparent, fieri solet. Potestate vero dum adhuc nõ apparente coctione propinatur: quia ad ipsum conuersa natura, materiam concoquẽdam non aggreditur, vt materia sæuiat magis, & morbus factus valentior naturæ vires penitus euertat.

Epilogus.

Ex his autem plana redditur, quorundam Hippocr. aphorismorum interpretatio. dum enim ait. Victum tenuẽ & exquisitum in passionibus quidem longis semper, in acutis vero, in quibus non conuenit, hoc est ex decidentia, qui tertiam excedunt hebdomadam, periculosus, id non alia de causa fit, nisi quia talis victus in morbis propositis nimium inanit, & vires resoluit. Dum autem subdit, quod rursus qui ad extremum tenuitatis deuenit, grauis est. Nam & extremæ repletiones graues sunt, hoc ad eosdem morbos referri debet. Si enim victus tenuis & exquisitus in eis semper periculosus existit, ergo & extremæ tenuis in eisdem erit valdè noxius, quia multo magis inanit, ostendit autem hoc, quia & repletio ducens ad extremum in p̃dictis quoque morbis, longis. s. & acutis per conuersionem, periculosa est.

Hip.1. aphoris. tex.4.

Aphorismorum quorundam breuis & plana interpretatio.

Subdit autem Hippoc. quod quamuis ægrotantes delinquere & errores committere consueuerint, quia magis mala quàm bona eligunt, & nonnunquam circa ipsos tum assidentes, tum Medicos errare contingat, & alia quæ extrinsecus accidunt peccata, de quibus omnibus in prognosticis diximus, in eorum detrimentum redundent, & errorũ omnium penas luant, & insuper quamuis dum tenui vtuntur victu ab erroribus iam dictis magis lædantur, quam dum paulò pleniore vtuntur victu, quoniam in tenui victu, vt ait Gal. errores duplici de causa maiores fiunt, vnà quidem quia eo victu vires magis dissoluuntur: secunda vero, quia transitus fit ad insuetum, qui quidem transitus; vt alibi testatur Hippoc. maxime lædit, in paulò autem pleniore victu & virtus cõseruatur, & transitus ad insuetum non fit: quæ etiam sententia comprobari potest exemplo sanorum, quibus etiam victus valde tenuis, idest valde parum nutriens, & cõstitutus, idest in quo nulla fiat mutatio, & exquisitus, hoc est ex paucis cibis constans, periculosus existit, quoniam in eo victu errores grauius ferunt propter causas assignatas; & demum, quamuis ob hoc tenuis victus, atque etiam admodum exquisitus, eo, q. sit paulò plenior, magis periculosus sit; nihilominus debita victus ratio, & salubris dieta & recta forma à nobis ex eiusdem Hippoc. & Galeni mente superius tradita, & proprijs morbis peculiaris atque conueniens, nullo pacto propter ægrotantium errores

Aphoris.5. Hip.li.de arte.

Hipp.2. de rat. vit. ad longum.

peruer-

peruertenda est, sed semper seruanda, & extremis morbis, extrema nihilo secius exquisite remedia optima sunt, & proinde vbi morbus peracutus est, quia statim extremos habet labores, nulla de ægrotantium erroribus ratione habita, extreme tenuissimo victu vtendum est, quem quidem per integram inediam, aut nostra tempestate per melicratum fieri diximus. Melius est enim ait Gal. naturam permittere vacarē circa morbi coctionem, morbo in suo vigore consistente, neq; distrahere ipsam ad cibos recenter assumptos conficiendos. vbi vero non, subdit Hip. sed pleniorē victum contingit adhibere: tantum cibi indulgendum est, quantum morbus extremis est mollior. In alijs enim morbis, inquit Gal. qui suum vigorem sunt posterius accepturi non licet afferre statim ab initio victum tenuissimum, quia prius homo morietur, quā morbus in vigore consistat. & ideo in morbis, qui posterius debent in vigore consistere, tantum à victus tenuitate declinare oportet, quantū morbus ab extremis recedit, hoc est à vigore summo. Hoc enim proximo existente, minus plenum victum afferemus. lōgius distante, magis plenum. vnde si lōgum sit tempus cibos copiosiores indulgemus, si breue minori quantitate exhibere debemus. Quando itaque morbus in suo vigore constiterit, tunc victu tenuissimo vtendum est, tum propter casuum siue symptomatū magnitudinem, tum propter morbi coctionem, in quam tunc temporis natura fortiter vacat, & non multo post fit euictura. nam sermo est de ijs morbis, in quibus post vigorem sequitur declinatio. Nā quorum vigorem excipit mors, in his solo vtimur pnostico, ne euentus rerum nostro ascribatur errori. Quibus igitur statim morbus cōsistit, ijs etiam statim tenuis victus adhibendus: quibus verò posterius debet consistere, ijs & in ipso consistendi tempore, & parum ante illud, cibus subtrahendus: prius verò vberius victus adhibendus, vt æger sufficiat. vnde in victus ratione instituenda semper ad futurum statum oculos dirigere oportet, illud semper in memoria seruando, quod vt alibi Hip. & Gal. testantur, grauior ægris offensa affertur, cum prope statum error committitur, quàm si in principijs morborum quid delinquatur. Verum dicet qs, dum statum futurum ignoramus, & de eius tempore dubij sumus, debemus ne ad pleniorem, vel tenuiorem victum declinare? Respondendum breuiter vnà cum Hipp. & Gal. & Auic. quod quamuis in tenuiore victu errores, qui circa ægrotantes cōtingūt, maiores euadant, & magis lædant, quam in paulo pleniore, nihilominus in re dubia melius est ad tenuiorē victum declinare: ideo ait Hip. potius detractioni ciborū, quā appositioni studendum esse, & idem Gal. in com. confirmauit. & Auic. scribebat, cū febrem ignoras subtilia regimen, id enim tutius est, quia vt ait Gale. si error in tenuiori victu contingat facilè corrigi potest, si enim vesperi ad ægrum accedentes videamus, cibum in mane exhibitum fuisse nimis tenuem, possumus ipsum adaugere quātū oportet, at si in mane fuit plenior quam conueniat, præter id quod ipsum non ita facilè deprehendimus, corrigi non potest. Verum quoniam, vt recta victus ratio in morbis instituatur, non sufficit ad morbos ipsos & eorum tempora respicere, sed semper ad aliam quoque intentionem, quæ a viribus ægrotātis desumitur oculos dirigere oportet, potissimum cum hæc prima & principalis sit (virtutis enim gratia alimus) à morbo autem desumpta, secundaria potius sit, & subindicatio magis appellari debeat; idcirco Diu. Hip. post tradita, quę à morbis desumuntur, theoremata, subdit deinde. Cōiectari autem idest simul conijcere oportet, an æger cum eo victu ad morbi vsq; vigorem sufficiat perdurare, an prius deficiat, nec possit cum tali victu persistere: quā morbus cedat, & obtundatur. vt magnus vir nobis insinuaret mollia tempora ipsorū morborum vnà cum ipsis viribus conijcienda & conferenda esse, nō enim certam scientiā temporum sine virium cognitione, possumus habere, sicuti virium cognitionem absq; temporum scientia habere non licet. Quo fit, vt vnum oculum ad virtutem, alterum autem ad morbum ipsum Medicus dirigere debeat: vt vtriusque vi cognita eam victus rationem præscribat, quæ nec morbū augeat, aut naturam à pugna & humoris coctione diuellat, nec vires adeo minuat, vt morbo facilè succumbant. & hanc ob rem scribebat Gal. ex morbi vigore, seu statu, & ipsis viribus victus rationem esse desumendam. & alibi inquit in omnibus morbis in quib. summus vigor & iudicatio primis quatuor diebus futura est, modo vires sint validę, integram inediam seruandam esse. In quibus vero non vltra primam septimanam protrahentur, validis existentib. viribus, solo melicrato vti sufficiet, & alio in loco ait. quod si iuuenis fortis morbo in quarta die terminando corripiatur, victus extreme tenuissimus conueniens est. adeo vt semper Gal. nō

Aphor. 6. Aphor. 7. Gal. in com. Aphor. 8. Aphoris. 10. Notandum. Dubitatio. Hip. & Gal. 2. de rat. vic. 40. Solutio. Hip. 2. de rat. vic. 37. Gal. in com. Auic. 1. 4. trac. 2. c. 7. De intentione, quæ in victus ratione præscribēda à viribus desumitur. Hip. aph. 9. Gal. 1. aph. 11. & 12. Gal. 1. aphoris. com. 4. Gal. 2. de dieb. decret. c. 11.

solum morbi vigorem, sed etiam vires ipsas respiciat. quas etiam dum ne dum robustas, sed etiam robustissimas inueniebat etiam in morbo in septima terminando integram inediam præcipiebat. sicuti dum mediocriter robustæ erant melicratum exhibebat. & in eodem peracuto morbo dum viribus non fidebar, relicto victu tenuissimo nō tamen in extremo, ad ptissanæ cremorem siue succum, & proinde exacte tenuem gratia virium confugiebat. ex quo etiam progrediendi modo, illud maxime animaduertere debemus, vt quotiescunque, propter virium imbecilliratem, renuiorem victum repudiare cogimur, non quidem ad plenum exquisite & ad alind extremum, sed ad ꝓximum alimentum, seu victum paulo pleniorem, aut non adeo exquisitum & tenuem cō fugiamus. vti si ab extreme tenuissimo & integra inedia, ad tenuissimū simpliciter, & melicratum, vel ab hoc ad ptissanæ succum declinemus. At vero cum in aphorismo dixerit Hip. conijciendum esse, siue præcognoscendum, an æger cum eo tenui victu, quē morbus insinuat, vsque ad morbi vigorem perdurare possit, ex hoc luce clarius nobis constat, Medicum debere non solum præ sentes, verum etiam futuras vires considerare, ad hoc vt sciamus, an virtus, cum tali victu, ita persistere possit, vt queat morbū superare, quia si futura sit debilis eum prohibeet. Quomodo vero futurum virium statū præcognoscamus, dum de venæ sectione egimus, accurate demōstrauimus. Memoriæ causa, oportet vnā cum Gale. res secundum naturam, præter naturam, & non naturales perpendere. Secundum naturam quidem, quia ætas puerilis, & valde senilis temperatura calida & sicca, habitus mollis, venarum angustia, paucitas sanguinis, & plurimi alimenti consuetudo, plus alimenti, quàm ratione morbi conueniat, præbere nos cogūt, & adeo possunt, vt propter calidam & siccam temperaturam Gal. nonnunquam in prima ipsa accessionis inuasione tales ægrotantes alere coactus fuerit. hi enim quos amarabili redundantes vocat Gal. omnium difficillimè inediam & victum tenuissimū ferunt. Sunt autem præter naturam oris ventriculi morsus & imbecillitas, immodica vētris euacuatio, vigiliæ immoderatæ, ira, mœror, lumbrici, qui potissimum in ventriculum ascendunt, & id genus alia à quibus vires præcipites agi consueuerunt. Quocirca inquit Gal. aliquādo etiam in ipso morbi vigore, vbi casus aliquis interuenerit robur naturę dissoluēs, nutrire cogimur, quia vires in indicādo potiores sūt, quàm morbus, cum in eis vita cōsistat, sine qua morbus profligari non potest, & à viribus morbi superentur. Quod si intentio, quæ à morbo desumitur ab Hipp. fuit primo loco proposita, id factum est, quia Hip. morborum curationi erat intentus, à quibus indicatio magis curatiua præbetur. nam ea, quam exhibēt vires, vitam magis, quam curationem respicit. Cum tamen vt in methodo docuimus, vires in indicando sint potissimæ; ideo, dum propter ea, quæ ipsas in futurum labefactare valent, dubitauerimus ęgrum ante morbi vigorē moriturum esse, cum eo victu viribus absumptis ob alimenti defectum, recedemus à victu quem postulat tempus futuri vigoris, & tempus in quo morbi molliores sunt, & tanto maiore copia alimentorum præbebimus, quanto maior fuerit mortis suspicio ob alimenti defectum. & quod de rebus secundum naturam, & præter naturam diximus, idem de non naturalibus, & aere ambiente statuere debemus. Si enim calidus & siccus fuerit, cogimur plus cibi, quàm morbo conueniat, exhibere. Sub aere autem, & anni tempus, & regionem, & cœli statum comprehendimus. Diximus autem timendam esse virium imbecillitatem propter alimenti defectum, quoniam vt ēt in uenæ sectione docuimus, illud imprimis maximopere animaduertere debemus, an uires uel propter dissolutionem, & ex solo nutrimenti defectu, uel potius propter morbi symptomatumque uehementiam imbecilles reddantur. Si enim propter alimenti defectum imbecilles fiant, tunc augendus uictus est. Sin propter morbi uehementiā, tantū abest ut augendus sit, ut potius sit minuendus, quemadmodum nos Hippocrates, & Galenus docuerunt. Quomodo autem hæc uirium imbecillitas distinguatur in capite de phlebotomia diligentissime docuimus. Verum quoniam recta uictus institutio, ut superius diximus, in oī curatione caput est, & nulla in submouendis morbis Medico contemplatio, aut utilior, aut magis necessaria adinueniri potest: idcirco, ut uictus forma & quantitas congrua, in quocunque morbo, citius & facilius reperiatur, ab ijs potissimum, qui praxim exercēt, infrascripta tabella frequentius, & diligentius inspicienda erit. Quam quidem non describemus, nisi prius monuerimus, quod cum uictus ratio ex duobus scopis ab Hip. iā propositis dependeat, morbo. s. & uirib. oportebit semp perpēdere an morbus, uel uirtus magis urgeat, & ei qđ magis urgebit incūbendum

Marginal notes: Gal. loc. cit. 1. aph. com. 4. — Notandum. — In victu instituendo non solum præsentes, sed etiā futuras vires considerare debemus. — Gal. 2. de dieb. decr. c. 11. & 2. de rat. vic. com. 44. — Gal. 10. meth. c. 3. — Gal. 2. de rat. vic com. 24. — Gal. 1. aphoris. com. 9. — Maxime notandum. — Hip. & Gal. 4. de ra. vic. acut. 48.

bendum erit, altero tamen, dum oportuerit, non spreto. diximus (dum oportuerit) quia virtus dum validissima est, nonnunquam omnino contemnitur, vt iam ex dictis patet, & ex hac tabella adhuc magis patebit. Hoc animaduerso, vt tabella facillimè percipiatur. Morbum cronicum, nec non etiam breuem, quem grauia non comitantur symptomata non vrgentem appellabimus: Illum autem, qui breuis est, & ægrum cum prauis aut sæuis symptomatibus inuadit, quem superius acutum nominauimus, nunc vrgentem nuncupabimus. Altera autem ex parte virtutem, quæ valida fuerit non vrgentem, imbecillam verò vrgentem dicemus. Hoc stante.

Morbo vrgente

Nullo modo,	Parum,	Mediocriter,	Multum,	Maxime,
Virtute non vrgente, victus cõuenit mediocris per ea quæ comeduntur.	Virtute non vrgente: conuenit victus tenuis, simpliciter, vt crassę sorbitiões	Virtute non vrgente, conuenit victus tenuis exquisitus, i. tenues sorbitiones.	Virtute non vrgente conuenit victus tenuissimus simpliciter idest potus.	Virtute non vrgente conuenit victus tenuissimus in extremo .i. itegra inedia.
Virtute parum vrgente victus mediocris.	Virtute parum vrgente victus mediocris per ea, quæ comeduntur.	Virtute parum vrgente tenuis simpliciter, id est crassæ sorbitiones.	Virtute parum vrgente tenuis exquisitus, idest tenues sorbitiones.	Virtute parum vrgente tenuissimus simpliciter idest potus.
Virtute multũ vrgente victus mediocris.	Virtute multũ vrgente idem victus mediocris.	Virtute multũ vrgente victus mediocris.	Virtute multũ vrgente tenuis simpliciter idest crassę sorbitiões	Virtute multũ vrgente tenuis exquisitus. i. tenues sorbitiões
Virtute maxime vrgente, victus quo seruari possit.	Virtute maxime vrgente, victus quo seruari possit.	Virtute maxime vrgente, victus quo seruari possit.	Virtute maxime vrgente, victus quo seruari possit.	Virtute maxime vrgente, victus quo seruari possit.

Postremo, ne, in victus forma & quantitate rectè inuenienda, in aliquo defecisse videamur. Sciendum est fuisse Hippoc. sententiam. Tres esse tum continuarum, tum intermittentium febrium, imo, vt Gal. in commento exponit, omnium morborum, necnon etiam symptomatum, modos & status. Quædam enim febres ab initio florent, & vigent maxime, & grauius vexant: sub iudiciũ verò & in iudicio imminuuntur. Hæ siquidem ait Gal. cum vehementissime incipiant, paulatim ad iudicationem diminuuntur. Quædam vero molliter, & leuiter incipiunt, sed increscunt, & exacerbantur in dies; sub iudicium vero, & in iudicio abundè elucent, quia cum moderate incipiant, inquit Galenus, vsque ad iudicationem paulatim augentur, & contrariam prioribus iudicationem habent. Quædam autem etiam leuiter incipiunt, augentur, exacerbantur, & simulatque aliquandiu viguerint, rursus se vsque ad iudicium, & sub iudicium remittunt, donec prorsus discutiantur, qui tertius modus ex duobus prioribus conflatus à Galeno dicitur. Hæc stante distinctione, si morbus & febris sit eius naturæ, vt eius vis & symptomata in eius statim initio appareant, & adhuc cruda existente materia maxime vigeant, & elucescant, & ægrum vehementer torqueant, quod fit vel propter summam materiæ copiam, crassitiem, aut acrem qualitatem, quæ adueniente statu & crisi mitiora fiunt: quemadmodum potissimum in inflammationibus neruosarum motuique destinatarum partium,

Hip. 3. in 1. epid. tex. 10.

Gal. in com.

Tres morborũ modi penes quos victus formã & quantitatẽ variari contingit.

& nonnullis tertianis, & quotidianis, & quibusdam etiam quartanis, contingere solet, in his morbis victus proculdubio prohibetur, aut simpliciter & ex toto, aut secundum quid & ex parte toto eo spatio, quo symptomata sæuiunt, & materia cruda est, idque fit ratione futuræ concoctionis. Statu autem aduentante, & adueniente coctione, iamque remissis symptomatibus, victus ratio augenda est, quia natura à symptomatibus, & morbi materia in principio, & augmento defatigata, alimento ipso reficienda est, vt validior facta inceptum opus perficere possit, & materiam perfecte coquere, & morbum demolliri valeat. & de his morbis loquutus est Hippocrates primo de rat. vict. libro. Quamuis enim cibus per se primo humorum concoctionem impediat, per accidens tamen, aut per se non primo, quatenus vires firmat & roborat, potest ipsam augere, quia concoctio non fit nisi à valida virtute, seu natura, quæ quidem proprium robur cibo potissimum acceptum refert. Roborata verò magis audacter coctionem aggreditur, & iam inceptam perfectiorem reddit. Sed quia nouum hoc est, vel, vt melius loquamur, nouiter explicatum, quæ autem noua sunt, multos, qui non nisi communem vsum, alioquin prauum, insequuntur, conturbare solent, alijs adhuc rationibus illud idem comprobare aggrediamur. Omnibus in confessum est, quod dum duorum malorum alterum obeundum est, minus malum est eligendum. Addimus autem non semper augendum cibum esse dum incipit concoctio, sed solum in his morbis, in quorum principio, & augmento symptomata magis sæuiunt. Natura siquidem ob eam vim quam à symptomatibus passa est, & ob præcedentem inediam, maxime defessa est, & imbecillis reddita, vt nisi reficiatur, non possit cœptam coctionem perficere. quia vero ex cibo validior fieri potest, ideo remissis symptomatibus coctioneque iam apparente, plenior cibus, quàm prius, exhibendus est. Qui quamuis naturam à pugna aliquatenus diuertat, plus tamen adiumenti affert, quàm noxæ, quia virtutem, à qua vita & morborum sanatio dependet, fouet, & roborat. Quare cum duorum alterum futurum sit, aut scilicet omnigenus virtutis lapsus, aut aliqualis à coctione naturæ diuersio, secundum absque dubio eligendum est. Accedit insuper quod quamuis augendus cibus sit, is tamen cuiuscunque generis esse non debet, sed talis & tantus, qualis, quantusque pro naturæ robore resarciendo conueniat, vt si prius dum sæuiebant symptomata, solo potu ægrotantem alebamus, ipsis remissis, & apparente coctione, non mediocrem illico, vt plures imperiti facere consueuerunt, sed sorbitionem propinare debemus, &, vt superius cum Galeno notauimus, ad proximam victus formam ascendere & declinare, quia hic victus is est, qui robustiorem virtutem reddere valet, coctionemque penitus non impedire. Non enim semper dum incipit cōcoctio symptomata sæuire incipiunt, & dum status est, vigent maxime: sed in quibusdam in solo principio excruciant symptomata, in augmento verò, & statu delitescunt. Quamuis enim morbus augeatur, quo ad sui dispositionem, non tamen symptomata augentur. Adueniente enim statu symptomata grauiora fiunt in ijs tantum morbis, quos Hippocrates paulatim & submissim incipere, & circa statum elucere affirmauit. & in illis quorum materia vniuersa ad vnam criticam expulsionem affertur. Ad hæc symptomata, quæ statu adueniente, & incipiente coctione augentur, non sunt cuiuscunque generis, sed ea, quæ ex pugna inter naturam & materiam, & ex coctione ipsa oriri consueuerunt, quæ quidem, ijs, quę præcesserunt, comparata læuia sunt. sed quid ad Galenum dicemus? is enim inquit, quod ex morbi vigore, seu statu, & viribus victus ratio desumenda est. Dicimus breuiter Galenum, de ijs morbis sermonem habere, quibus in statu symptomata maxime vigent. Quod si vniuersalem quoque Galeni sententiam reddere velimus, possumus vniuersaliter colligere ex morbi vigore, & viribus victus rationem esse desumendam. sed si morbus sit eius generis, vt in principio symptomata maxime vigeant, aduentante verò coctione remittantur, per morbi vigorem non erit status intelligendus, in quo exquisita apparet concoctio. Sed morbi vigor quo ad tempus quo symptomata maxime vigent, & cum virtutis tolerantia perdurare queant. sed in hoc genere morbi apparente coctione ex Hippocratis decreto aliam victus rationem instituemus. Illam verò, quæ alijs conuenit morbis ad vsque morbi declinationem exhibebimus. Si itaque altera ex parte febris, & morbus sit eius naturæ, vt leuiter incipiat, mox augescat ad crisim vsque, & in dies submissim

Hipp. 1. de rat. vic. tex. 23. & 25.

Gal. 1. aph. 11. & 12.

Responsio ad Galeni auctoritatem.

submissim exacerbetur sub iudicium vero, & in iudicio abundè eluceat, quod, vt plurimum fit, superioribus victus formis vtendum est, vt si acutus sit minuentem cibum indicet, donec concoctio perfecta sit, aut si mutatio facienda est aduentante statu, & aliquo signo coctionis apparente, cibus potius minuendus, quàm augendus. Si verò morbus modum habeat ex his mixtum, in cuius principio cum quiescat materia accidentia non exagitant, at in augmento, cum moueatur materia, ratione commotionis plurimum vigent, & magis quàm in statu facta iam & completa separatione, in hoc à principio vsque ad augmenti finem eadem victus ratio seruanda, in statu aliquatenus augenda. Forma victus adinuenta, eius quantitas proprie dicta, seu alimenti copia perquirenda erit. Cuius quidem in sanis corporibus inueniendæ regula perpetua erit, vt quo magis virtus ipsa robusta fuerit, maiorque caloris innati copia extiterit, eo maior ciborum, & alimentorum copia futura sit. & propterea inquit Hippocrates, quod senes facillimè ieiunium ferunt: secundo loco, qui ætatem constantem habent: minus adolescentes: omnium minime pueri, præsertim qui inter ipsos sunt viuidiores, cuius rei causam reddit dum subdit, quod qui crescunt, idest pueri & adolescentes vsque ad vigesimumquintum, vel etiam ad trigesimum vsque annum, plurimum habent calidi innati: ideo plurimo egent alimento: alioqui corpus absumitur: senibus verò parum calidi inest: ideo paucis fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Medio autem modo se habent, qui inter senes & eos qui crescunt, constituti sunt, & quo magis ad vnam vel alteram ætatem vergunt, eo maiori, vel minori alimenti copia egent. & eadem de causa idē Hippocrates habet, quod, quia ventres Hyeme & Vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi: quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. etenim tunc calor innatus copiosior est, vnde & pluribus egent alimentis: indicio sunt ætates, & athletæ. Sunt autem ventres Hyeme & Vere calidissimi non quidem simpliciter, sed calido naturali, quia calor hic refugit propter circunstantem extrinsecus frigiditatem, sicuti rursus æstate ad sibi affinem protenditur. atque ita contingit dissolui eius substantiam ac dissipari æstiuo tempore: contineri autem, & in profundum secedere hyemali. ob hoc igitur & coctiones, & sanguificationes, & nutritiones hisce temporibus sunt meliores, & somni longissimi fiunt propter noctium longitudinem, quod non parum confert ad naturales operationes. quod autem plurimum alimentum sit necessarium, vbi calidum superabundat, indicio sunt ætates, & athletæ. nam pueri, quia calidum plurimum habent, ideo pluribus egent, & plura concoquunt. Athletæ etiam, quia exercitijs augent calorem natiuum, ob id multis frui possunt alimentis. & in summa in sanis corporibus semper oportet, inquit Galenus, alimenta esse innati caloris multitudini proportionalia, nisi forte natura ex aeris ambientis caliditate imbecillis facta cogat subtrahere. At in ægrotantibus, quamuis virtus ex se quanto robustior tanto maiorem copiam nutrimenti indicat, tanto autem minorem, quanto imbecillior fuerit. Nihilominus virtus & innati caloris abundantia in his non absolute, atque simpliciter considerari debet, sed semper cum ipso morbo (vt superius dum victus formam inuestigauimus, dictum fuit) comparari debet. nam morbi magnitudo quantitatem minuit alimenti, & eo magis minuit, quo maior est, ideo in statu maxime minuit. Quemadmodum enim se habet tenuius ad crassius alimentum, ita minor quantitas vnius formæ victus ad maiorem, vt enim tenuius, ita minor quātitas facilius à natura coquitur, & minus eam à pugna diuertit. Qualis igitur est ratio diuersarum formarum victus ad morbos diuersos, talis debet esse ratio quantitatum eiusdem formæ ad varias eiusdem morbi dispositiones. At forma victus tenuior morbo conuenit maiori acutiorique, plenior verò minori, & minus acuto, minor igitur eiusdem formæ victus quantitas conuenire debet ei morbi dispositioni, quæ grauior est, maior autem minus graui. Quare dum virtus in ægrotante cum morbo comparatur, quamuis sit fortis, non tamen magnam indicat quantitatem, sed potius paruam permittit quantitatem, dum hæc parua quantitas à vehementi morbo præscribitur. Debilis autem virtus, quamuis modicam quantitatem exposcere videatur; tamen, quoniam, si hac sola contenta sit, subsistere in certamine non potest: ideo diminutam alimenti quantitatem dicitur prohibere. Quare magna, & mediocris cibi quantitas à valida, & mediocri virtute indicatur, à paruo autem morbo permittitur. Diminuta vero quantitas à magno præscribitur morbo, à valida autem virtute permittitur, & quo maior morbus eo mi-

De ciborum quātitate inuenienda. Quæ nā alimenti quantitas sanis cōueniat.

Hip. 1 aphoris. sec. 13.

Aphoris. 14.

Aphoris. 15.

Gal. in com.

In ægrotātibus quæ quā titas alimenti sit conueniens.

Quō virtus cum morbo collata cibi quantitatem indicet.

norem indicat quantitatem. Quare morbi vis, vt ait Galenu', illa est, quæ cibi quantitatem à virtutis robore indicatam prohibet, quæ si non prohiberet eandem ægrotantibus cibi copiam exhiberemus, quàm sanis præbere consueueramus, quæ quidem Galeni sententia tum de victus forma, tum quantitate verificatur. Verum ad alimenti quantitatem indagandam morbum & præsentes vires obseruare nō satis est, sed alia quoq; ab Hipp. & Gal. proposita, quæ nobis futurum virium statum magis indicant, consideranda sunt. Quæ quidem partim secundum naturam existunt, vt ætas, temperatura, corporis habitus, & consuetudo ipsa: partim non naturalia, vt vitæ institutura, & potissimum aer ipse ambiens, qui quidem ex anni tempore, regione, cœlique statu constituitur. Porrò ætatem ipsam, atque temperaturam his verbis tetigit Hippoc. senes facillimè ferunt ieiunium: secundo loco, qui ætatem constantem habent; minus adolescentes; omnium minime pueri, præsertim qui inter ipsos sunt viuidiores. Cum enim ieiunium dupliciter accipi possit, vel pro totali ciborum abstinentia, vel pro ciborum paucitate, Gal. ad secundam significationem magis inclinare videtur ciborum. s. paucitatem, quamuis si decrepitos senes excipiamus, etiam de prima significatione aphorismus verificetur. Decrepita enim ætas quæ à sexagesimo anno vsque ad finem protenditur paucitatem alimentorum fert, quia & si non possint longam mediam tolerare, paucis tamen cibis indigent. Tale enim quiddam patiuntur, quale lucernis, quæ extinguuntur, accidit, quæ & continuam olei exigunt suffectionem, & multam & subitam simul nequeunt sustinere. Senilis autem ætas quæ inter quadragesimumnonum & sexagesimum constituta est vtroque modo ieiunium facilli me sustinet. Quæ quidem facilitas & in non apperendo, & in nihil inde mali sustinē do consistit. Sicuti difficultas in contrarijs, non appetunt autem senes, quia propter frigidum corporis habitum pauca in eis fit substantiæ dissolutio: membra verò parum inanita parum trahunt à venis, & hæ non inanitæ parum trahunt à ventre, & ita suctus & tristis ille sensus in ore ventriculi paruus efficitur, & subinde pauca fit appetentia. Similiter membra propter frigiditatem debiliter trahunt, & propter eandem vētriculus veluti stupidum sensum habet, qui magis obtusus adhuc propter magnam pituitæ copiam in eorum ventre aggregatam redditur, ita venæ pituitam trahentes, & ea repletæ substantiæ ventriculi minus molestæ sunt, ita senes minus mouentur, & subinde minor in ipsis exoritur substantiæ dissolutio. Non offenduntur autem à ieiunio, quia pauca humiditas, quæ caloris innati pabulum est, absumitur, & propter frigiditatem minus resoluuntur & emaciantur. Secundo loco ætatem constantem proponit, quæ minus facilè quàm senilis, ieiunium sustinet, hæc aut à trigesimoquinto vsque ad quadragesimumnonum annum extenditur, & dicitur constans, quia, vt ait Galen. in hac ætate omnia vitæ munia æque atque illi, qui in vigenti ætate consistunt, conantur peragere, non tamen eodem modo ad labores sufficiunt, nam ex erroribus in victu plus, q̄ illi offenduntur; hi itaque quia calidiores sunt, & corpus nō ita densum habent, & eorum sensus seruatur ex abstinentia & ciborum paucitate magis læduntur: adhuc magis offenduntur adolescentes, quia calidiores adhuc sunt, quia declinātes, & integram membrorum & venarum attractricem, & vegetem sensum habent, & ex ciborum penuria eorum corpus dissoluitur, augentur enim adhuc, quia adolescentiæ ætas vigesimoquinto anno terminatur. ætatem autem inter hanc, & constantem interiectam quæ iuuenilis, siue consistens vocatur. Silentio præterijt Hippocr. quia sicuti ætatum, ita facilitatis, & difficultatis medium ordinem obtinet, ita vt nec tam facilè inediam ferre possit, vti constans, & senilis, neque ita difficulter vt adolescentes & pueri, qui vltimo loco ponuntur ab Hippocr. quia propter oppositas causas, & potissimum ob incrementum, & caloris copiam & habitus mollitiem ratione quorum maxime difflantur, nisi multo aluntur alimento, omnium maxime dissoluuntur. quia, vt in sequenti aphorismo huius rei causam reddens Hippoc. ait, qui crescūt plurimum habent calidi innati. Sicuti senibus parum calidi innati inest. puerilis autē ætas duobus primis septenarijs comprehenditur, & post annum quartumdecimū pueri pubescere incipiunt, vt ait Gal. pubertas autem eousque perdurat, quousque barbescant, & tunc adolescentia incipit, quæ vsque ad incrementi finem extenditur. Cum autem Hippoc. inquit, præsertim qui sunt inter ipsos viuidiores, vt notat Gal. naturarum, siue temperaturarum differentias manifestat, ex pueris enim, qui calorem validiorem admodum habent, ij promptiores sunt ad cibum assumēdum, & ipsum magis possunt concoquere: &, si non assumpserint, plus offenduntur. Quare calidiores naturæ

Margin notes: *Hip. 1. aph. 13.* — *Gal. in com.* — *Gal. in com.* — *Gal. 3. aph. 30.* — *Gal. 3. aph. 27* — Quæ nā alimenti quantitas ab ætate temperatura, corporis habitu, & consuetudine præscribatur. — Aetas. — Tēperatura.

tutæ frigidioribus inediam minus tolerant, quia adolescentibus, puerisq; persimiles sunt. sunt autem viuidiores naturæ potissimum calidæ & siccæ, quæ omnium minime ciborum penuriam ferunt, & quod de viuidioribus naturis dictum fuit, idem prorsus de gracili corporis habitu statuendum, nam graciles, quia calidiores, minus ferunt alimenti defectum, quàm obesi. quod si præter id quod graciles sunt, venas etiam angustas habeant, eo quia à natiuitatis exordio frigidiores potius fuerint, sed post ortum propter victum calidiores euaserint adhuc difficilius inediam perferunt. nam corpora quæ amplas venas habent, magis facile, vt ait Galenus inediam tolerant, quam qui angustas obtinent, dummodo obesa corpora obesis, & gracilia gracilibus corporibus conferantur. nam obesa corpora latas venas habentia facilius cibi paucitatem perferunt, quam eadē angustis venis prædita. fieri.n. potest vt calida corpora à natiuitate, & latas habentia venas (quæ quidem venarum latitudo temperaturæ ab ortu calidioris signū est inuariabile) propter otium obesa & frigida facta fuerint, quare gracilia quæ venas latas sortita sunt corpora, quia multa sanguinis copia abundant, minorem alimenti copiam sustinent, quàm gracilia angustas venas habentia. Cæterum quæ dicta sunt, in ætatibus, atque naturis per se consideratis intelligi debent, fieri enim potest vt puer pituitosus quieti deditus, minus difficultet ieiunium ferat, quàm adultus biliosus, & motibus, & exercitijs assuetus. & potissimum si hic plures cibos assumere diutius consueuerit, ille aūt paucos. Sed ætates ætatibus, & naturæ naturis conferendæ sunt. Quod autem pluribus alimētis assueti difficillime, paucioribus vero facilius ieiunium perferant tum Hippocratis auctoritas in secundo de rat. victus ad longum, tum quotidiana experientia comprobare valet. Consuetudinem vero tetigit Hippoc. dum de victus qualitate loquitur, vt mox dicemus; quemadmodum nihil ex his, quæ ad rationem victus instituendam attinent, intactum reliquit. Organicarū autem partium constitutionem Hippocrates omnino tāquàm accidentalem, & raro contingentem omisit, quod dixisse voluimus, quia, vt tradit Galenus, fieri potest vt corporis habitus, & temperatura pituitosa sit, sed propter vas aliquod. quod à bilis meatu in ventriculum inseratur, & in eum bilem regurgitet, quæ ipsum mordicet, & vellicet, famē tolerare non valeat. Quantum attinet ad vitæ genera, qui motibus & laboribus, & validis exercitijs incūbunt, ij procul dubio egerrime ferunt inedias, quia vbi fames laborandum non est, ait Hippocrates. contra qui parum se dimouent, & ociosam vitā traducunt, famem facilius tolerāt. porro vitę instituta tetigit Hippocrates dum dixit, præcipue qui inter ipsos pueros sunt viuidiores, quia, vt in commentario notat Galenus, pueri propter motum magnum ieiunium tolerare nō possunt. Hæc autem quæ de ætatibus naturis, corporum habitibus, consuetudinibus, & vitæ institutis fuere proposita, vt ex Galeno colligimus, eandē prorsus tum in sanis tum in ægrotantibus rationē habent, & in vtrisque ad maiorem vel minorem alimenti copiam indicandam eodem modo concurrunt. At aer ipse ambiens in sanis vnum indicat, in ægrotantibus vero contrarium postulat, & hac de causa Diuinus Senex, non communem, vbi de naturis & ætatibus, sed separatum de anni temporibus sermonem fecit. & ideo de sanorum solummodo victu verba faciens, dicebat, uentres hyeme, & vere natura calidissimos esse & somnos longissimos, & ob id per ea tempora copiosiora alimenta exhibenda esse. & paulo post ait, quod, quibus, plura, uel pauciora afferre oporteat, ex tēporibus, regionibusque desumitur. & æstate & autumno cibos difficillime ferre affirmat, hyeme facillime, secūdum locum uer habet, ut mox clarius explanabimus. Vnde si perpendamus totalem & absolutam alimenti quantitatem, quæ in egrotantibus administrati debet, non autem solam illam quantitatem quæ per solas uices & semel præbetur, de qua post agemus, procul dubio absoluta cibi quātitas maior esse debet æstate, quàm hyeme. & ob id Galenus inter ea, quæ hortantur ad cibum ægrotis præbendum æstatem retulit, hyemem uero statuit dehortari, nam sicuti æstate plurima fit dissolutio, & uirtus languida reddita ciborum carentiam tolerare nō ualet; ita hyeme propter paucam dissolutionem, & uires robustiores minori nutrimenti quantitate egemus. unde & Auicenna inquit, quod æstas propter sui resolutionem indiget additione cibationis & separatione eius idest partitiones. Hyems uero propter paucitatem resolutionis cibo multo indigere non facit. Alimenti enim necessitas ex defluxu orta est. & si nil deflueret, inquit Galenus, nulla esset alimenti necessitas. & quod de anni temporibus diximus, idem in regionibus, & aeris constitutionibus subaudiendum. Verum instabit quis, si in pueris, quia plurimum habent natiui caloris, etiam

dum

Marginalia: Corporis habitus. — Gal. 2. de temperam. cap. 4. — Cōsuetudo. — Gal. 2. de temperam. 6. & 2. de rat. vic. 29. — Vitæ instituta. — Gal. in commē. propos. aph. & lib. de opt. sec. ad Trasib. c. 45. — Aer ambiēs — Aphor. 17. & 18. — Gal. 1. de rat. vic. 44. — Auic. 1. 4. trac. 2. c. 8. — Dubitatio notatu digna. — Gal. 1. aphor. com. 15.

dum ægrotant, copiosiori egemus alimento. Cur eodem copiosiori non egemus in iisdem ægrotantibus, cum ex eiusdem Hippocratis & Galeni sententia superius diximus hyemis tempore ventres plurimo natiuo colore redundare? nonne diximus ab ipsis viribus robustioribus & innato calore copiosiore semper copiosius alimentum indicari? Dicẽdum ægrotantes,& potissimum febricitantes multis de causis hyemis tempore minorem cibi copiam absolute & pro vniuerso cibo acceptam,quàm æstatis tempore postulare. Nam primo ægrotantes nullo pacto frigido acri,qui calorem innatum concentrare,& roborare valet, exponuntur. sed in calidiori ambiente penes vniuersum corporis ambitum detinentur ne febrilis caloris effluxus prohibeantur; secundo exercitio, & motu aliquo non vtuntur. quies vero dissolutionem prohibet. Tertio somni à febribus interturbantur, quæ hiberno tempore,vti & cætera mala,nocturno tempore potissimum accessiones habent. Quarto influentis caloris,qui hyeme in visceribus potissimum abundat, operationes à contrario & præter naturam & igneo calore,qui tum in continuis,tum potissimum in intermittentibus in eisdem visceribus & in centro fomitem habet, maxime interturbantur. Quinto dum cibum offerimus,accessiones cauere oportet,& remissiones eligere,sicuti autem in accessionibus calor magis in intimis partibus collectus manet; ita in remissionibus expanditur,& ita in ægrotis eam,quam in sanis exhibet,vtilitatem afferre non potest. Pueri vero & natura calidiores non solum influente verum etiam congenito & per solida membra & vniuersum corpus disseminato calore abundant, à quo,cũ multa fiat dissolutio,ideo copiosioribus fomitibus indiget. sexto & vltimo in sanis nostrum propositum est vires robustas seruare,&,si fieri potest, augere,quod alimenti copia fit,ergo hiberno tempore copiosum præbemus. at in ægris præcipuum propositum est morbũ curare,& ideo virium solicitudine posthabita, eas solum vsque ad statum seruare studemus,vt pro morbo concoquendo sufficere possint. Rursus obijciet aliquis. Si tempore hyemis pauca fit corporum dissolutio,cur præcipit Hippocrates vt sanis eo tempore copiosum concedamus alimentum? Huic respõdet Galenus in commen. Quod calor innatus,cum omnium operum naturalium causa sit, quia hiberno tempore copiosior est,idcirco cibi appetentiam intendit,coctiones auget,& plus sanguinis accumulat,& crassius corpus efficit,& vt superfluitates excernantur,prouidentiam habet. neque enim aliud quicquã est natura animalium,præter hoc calidum ex Hippocrate, ac,quanto fortius extiterit calidum innatũ,tanto magis difflatio effugit sensum. bene igitur omnia hiberno tempore in corpore animalis administrantur (quando hyems mediocritatem seruauerit, immoderatas enim temperaturas Hippocrates damnat) iudicio autem nõ paruo sunt naturæ opera fortiora. Nam cibi in ventriculo bene concoquuntur, quia calor plurimus, & vnà superfluitates somnis longioribus expurgantur,exquisite extenuatæ,per cutem,in vapores conuersæ,per expirationem,sufficienter crassæ per urinas. in his.n. plus est sedimenti quàm æstate,præter quod tota urinarum copia hyeme sufficienter augetur. magis itaque nutriuntur,& carnem augent corpora hyeme, & plus boni sanguinis cumulant, nisi malo prorsus utantur uictu. Verum nisi calor abundans habeat,quo fruatur,alimentum,prius ipse à circunstante superabitur frigore tam ab eo,qui extrinsecus ingruit,quàm illo qui per inspirationẽ trahitur: cum ipso uero ciborum coctio debilitabitur, & boni sanguinis generatio, & partium enutritio,& superfluitatum uacuatio. Si uero tantum abunde habuerit alimentum, quantum potest euincere, & ipse magis augebitur, & omnia iam dicta circa corpus animalis perficiet. Sed denuo ambiget quis. Si hyeme plurimus abundat calor,& optimæ fiunt coctiones, & plus bonis sanguinis cumulatur, & excrementa omnia melius expelluntur, quomodo ex Hippocratis & omnium sententia pituita quæ diminuti caloris,& debilis coctionis & excrementorum expulsionis soboles est,hyeme redundat? Huic dubitationi, quæ plerosque plurimum, & diutius perturbauit, haud ita difficile est,ex his, quæ proposuit Galenus respondere. Cum enim Hippocrates ad anni tempora respexerit, prout ex sui natura similes sibi humores parere & aggregare nata sint,pituitæ,quæ frigida & humida est,generationem,nõ nisi frigido & humido anni tempori,quale hyems est,potuit condonare. Eo autem tempore necesse est,ut pituita accumuletur,quia non omnes eius immodicam frigiditatem & humiditatem deuitant,neque indumentis sufficienter teguntur, imo omnes fere caput, in quo plurimum pituitosi procreatur humoris, frigido aeri quasi nudum exponunt, ipsumque inspiratione de necessitate ducunt. Insuper non omnes congruo utuntur alimen-

Solutio.

Alia dubitatio.

Solutio.

Alia dubitatio.

Hippoc. lib. de nat. human.

Solutio.

alimento, neque omnes plurimo absolute calore abundant, aut validas facultates, & potissimum alimenti concoctricem & excrementorum expultricem robustas habent: Cum plurimi, tum senes, tum imbecilles, tum natura frigidiores, & habitu laxiore, rarioreque reperiantur. Sed de victus qualitate iam agamus. Quam, sicuti reliqua omnia, Diuinus Hippocrates proposuit, dum habuit, victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime pueris, & alijs, qui tali victu vti consueuerunt. in quibus verbis multa, quæ ad victus qualitatem attinent, & ad ægrotantes omnes, exemplo febris, & sanos etiam alendos conducunt, breuissime docuit. Quãuis enim totus aphorismus de qualitate victus in ægrotãtibus loquatur; attamen quod de pueris, & consuetudine dicitur, ad sana corpora, vt monet Galenus, extendi potest. Nam victuum indicationes, inquit ipse, in ijs, quæ præter naturã sunt, contrarias, in ijs quæ sunt secundum naturam, similes facere oportet. Febri.n. quia calida & sicca passio est, victũ humidum cõsulit. Humidioribus vero naturis, siue propter ætatem, siue propter consuetudinem non contrariam, sed magis affinem seruandam statuit. Conseruanda est enim per victum natura, non, vt morbus, destruenda. quod quidem in ægrotantibus perpetuo verum est. at in sanis si eos in statu, in quo sunt, cõseruare studemus, si victui humido sunt assueti, aut natura humidi, humido victu vtendum est. Sin ad mediocritatem temperamenti redigere cupimus, victus conuenit siccus. Febrẽ igitur Hippocrates pro exemplo nobis proponit, id quod in omnibus morbis commune est, docere volens, nempe victum talem instituendum esse, vt quæ præter naturã sunt contrarijs remoueantur, & quæ sunt secundum naturam similibus consetuentur. Cum enim de recta ciborum potissimum administratione, non autem de reliquis rebus non naturalibus dictis, loquatur, cibi, vt Galenus docet, duplici genere distinguuntur. vel enim sunt tantum cibi, qui quidem non alterantibus qualitatibus, sed sola nutriendi facultate prædití sunt; veluti sunt oua, carnes, panis, & cõsimiles: vel sunt cibi & medicamenta, ut ptissana, eius cremor, mulsa & id genus alia de quibus potissimum Hippocrates intelligendus. vt eorum euidentibus qualitatibus morbi refrangantur, & naturalia tueantur. Cum autem cibi rursus duplici modo humidi dici possint, actu scilicet, & potestate, febris ratione naturæ genericę, & quatenus morbus est, cibos exigit actu humidos, quia cum ea quæ concoquuntur, vt notat Galenus, fundi, & liquari debeant, omnibus autem ægrotantibus conueniat, vt non multum laborare debeant, ergo victus actu humidus & fusus liquatusque febricitãtibus confert. Quatenus vero talis est morbus, & passio est calida & sicca, & ratione naturæ specificę cibos humidos etiam potestate postulat. & hac de causa frigiditatis non meminit Hippocrates, quia in febribus & morbis non conuenit actu frigidus. quamuis enim potus actu frigidus ægris præberi possit, non tamen cibus, vt ait Galenus. insuper si de frigiditate in potentia loquamur, ex vna contrarietate, ut Philoteus exponit, alteram subindicare uoluit. Cum.n. febris morbus magis calidus sit, quàm siccus, frigidum uictum omnibus febricitantibus conferre, etiam medicorum uulgo notum erat: nihil autem uulgare scribere dignatus est Hippocrates, ut alibi monet Galenus. Vnde si cis humidus confert, quilibet elicere potest multo magis frigidum conuenire, cum magis aperte febris morbus calidus sit, quàm siccus. accedit quod frigidus his quæ de ætatibus subinferr, accommodari non poterat. frigidus.n. uictus, ut ait Galenus, pueris non confert. & tandem quia humiditas actu ad cibos omnes etiam si medicinales non sint, extenditur, ideo ut uniuersaliorem doctrinam traderet, non frigiditatem sed humiditatem proposuit. Quæ potissimum pueris conuenit, cum ætas, ex naturalibus cum sit, conseruari postulet, & his, qui tali uictui sunt assueti sanitatis tempore, nam consuetudo, ut ex Gal. mente, in methodo explicauimus, potest uel originalem tẽperaturam, indicare, uel adsritiam inducere, quæ in morbis curandis, etiã si mala sit, conseruari debet. Sub ætate uero tum naturalem temperiem, tum naturalia omnia Hippocrates complexus fuit, quæ omnia sui conseruationẽ, ut in methodo tradidimus, per sibi similia requirunt. Tu itaque, ait Galenus, & temperaturæ, & temporis anni, & regionis memineris, unius enim aut duorum, mentione facta, Hippocrates alia, quæ sunt eiusdem naturæ, & ordinis prætermittit. non tamen decipiatur iunior in ea, quam tradit aer ambiens, indicatione, quia vt diximus in methodo, si temperatus sit, nihil ad curationem febrium indicat, sed tantum humectandum, & refrigerandum, quantũ febris ipsa postulat. at si distemperatus sit, contraria indicat, quia si fuerit siccus magis adhuc humectare debemus, quia rationem habet morbum fouentis, si humidus minus,

De ciborum & victus qualitatẽ.

Hipp. 1. aphor. 16.

Gal. in com. & 1. de tuend. cap. 7.

Gal. 1. de rat. vict. com. 44.

Gal. lib. de opt. sec. cap. 4.

Gal. loco citato Philoteus in commen.

Gal. 2. de diff. resp. c. 7. & 3. eiusdem c. 1.

Gal. 8. metho. cap. 9.

Gal. in com.

Gal. 8 metho. vlt.

minus,quia habet rationem curantis. Vt autem dubitationes,quæ aduerſus Hipp.dictum fieri poſſunt, facile tollantur,aduertendum vnà cum Galeno vnumquemque ſimplicem morbum propriam exigere curationem , at ſi plures ſimul complicati ſint tūc etiam communem habent curationis indicationem , quæ in hoc conſiſtit, vt vtriſque curatio adhibeatur, ſed illi magis incumbēdum ſit, quod magis vrget altero tum non ſpreto, aut ſi æque vrgeat pari ſtudio omnibus ſuccurratur. ideo ſi febris cum hydrope coniungatur, non poſſumus eam humectationem,quam febris indicat,præſtare,hydrope prohibente. eodem modo ſi febris putrida ex inſigni putredine humorum dependeat, humectatio à febre præſcripta à putredinis exceſſu prohibetur . & idem de pituitoſa febre aſſerendum eſt. Cum.n.dum cauſis morbi repugnant,triplex Galenus conſilium proponat, vnum vt cauſis deſpectis morbo incumbamus , alterum huic contrarium , tertium vt vtriſque proſpiciamus , quia pituitoſa febris valde debilis eſt, & mitis,cauſa autem urget, febrem deſpicere, & cauſa pituitæ ſiccare licebit . Et hæc de cibis medicinalibus à Galeno vocatis, potiſsimum dicta ſint . Non medicinales vero febri curandæ nihil conferunt,ſed in febribus nutritionis gratia & ad vires cuſtodiendas conueniunt . non quidem omnes,ſed ij ſolummodo,qui conuenientibus qualitatibus & conditionibus præditi ſunt, & concedi poſſunt. Tales vero ſunt coctu faciles, boni ſucci,facilis diſtributionis,& minimum excrementoſi. Qua de re Galenus in cura tertianæ exquiſitæ plures concedit cibos,qui medicinales non ſunt,ad vires & nutritionem reſpiciens,vt ſorbitionem ex alica, piſces ſaxatiles,carnes volatilium,craſſorum etiam animalium, quibus dum vtimur, cum refrigerādi & humectandi vim nō habeant, talium medicamentorum vim augere debemus . Cum enim in tertiana exquiſita corporis temperatura ad calidum & ſiccum vergat,talibus temperaturis piſces & alij cibi, qui facile concoquuntur, & probos dulceſque procreant ſuccos, maxime conueniunt. Vnde ijſdem calidis & ſiccis naturis febricitantibus Galenus alibi quoq; piſces ſaxatiles potiſsimum concedit,quia eodem teſte omni culpa vacant,potiſsimū qui in mari degunt, quos pelagios vocant . de ſaxatilibus enim , qui ſcilicet circa ſcopulos in mari viuunt, ſermonem habens,inquit, alimentum quod ex eis ſumitur,non modo ad concoquendum facile, ſed etiam ſaluberrimum eſſe,quia ſanguinem,m ediū inter craſſum & tenuem, creat . & rurſus,memoratorum piſcium alimentum omnib. ocioſis,ſenibus,imbecillibus,& ægrotis accommodatiſsimum eſt.Propterea in bilioſis naturis febricitantibus præter ptiſanam & alicam,& panem in furno coctum,è piſcibus ſaxatiles omnes concedit,ſubditque,quod nec ipſis minus vtiles ſunt aſelli,niſi ſi prope lacum, aut magnum flumen, quod in mare decidat, depaſti,humidam magis glutinoſamque habeant carnem ; proxime aſe:los ſunt ſolea, & torpedo, itemque lupus,& mulus,poſt mugil è pelago. Omnis autem piſcis deterior eſt,qui prope lacum, qui mari coniungitur,aut magni fluminis oſtium paſcit. ex volatilibus autem optimi ſunt perdices, ac montani omnes paſſeres : ab his gallinacei,& phaſiani,& iuuenes columbæ , Sed nec hæ tamen intus claudendæ, cum excrementoſa ſint omnia,quæ exercitatione carent. excremētoſa vero non minus ſunt lacuſtria & paluſtria omnia.Quo fit vt ex ipſis ſuillis carnibus optima ſit montana : ab his deinceps hoedi ſunt. In omnibus vero iam dictis ſugienda, tum vetula , tum recens edita . illa enim duriora, & concoctu difficiliora ſunt ; hęc nimis humida,& excrementoſa,ac potiſsimum quæ naturaliter humida ſunt, vt oues ſueſque . Verum quoniam ſæpius ſaxatilibus caremus piſcibus,idcirco eorum loco,alijs eis,quo magis fieri poteſt, ſimilibus, nonnūque vti licebit,potiſsimum in diuturnis febribus, & conſeruationis virii,& maioris voluptatis gratia. veluti ſunt auratæ,varioli,& è piſcibus fluuiatilibus,ij, qui ſunt optimi ſucci,coctu digeſtuque faciles, & minimum excrementoſi, in quorum numero primum locum tenet Timalus,deinde Trota, & alij ſimiles,qui quidem in aqua elixari potiſſimum debent . cum enim elixa intus ſicca,ſicuti aſſa intus humida ſint,per elixationem eorum humiditas excrementitia melius abſumitur . Quod autem in putridis febribus cibi, potiſsimumque medicinales, attenuantem, & abſtergentem qualitatem habere debeant propter obſtructiones non ſemel aut bis, ſed ſæpius dictum fuit . In cibis autem aſſumendis notat Galenus ut ſemper prius aſſumantur quæ & facilius corrumpuntur,& magis ſubducuntur ; poſterius uero contraria Sed alia ad ordinem & ad cibos attinentia in cap. de læſa uentriculi coctione deſumenda ſunt . Remanet itaque , ut de tertio capite , quo uictus ratio comprehenditur, & proinde de utendi modo, ſiue modo uſus alimentorum, quæ in ægrotantibus & potiſsimum febricitantibus

Gal.in com.

Gal. 10.meth. cap.8.

Gal 1.ad Glau. cap. 9. & 10. meth.c.3.

Gal. 8.meth. cap.2.

Gal. lib.de cibos 6.et m.ſuc. c.9.3. de alim. facult.c.28. cap.3. eiuſdem lib.

Gal. 8.meth. cap.2.

Gal.3. de rat. vic.com.22.

Cibi nō medicinales in febribus opportuni.

De ciborum vtēdi modo.

tibus

tibus, & alijs sunt præbenda, breuem, atque distinctum sermonem habeamus. Porrò ad rectum vtendi modum alimentorũ spectat cognoscere & quo nam tempore exhibenda sint, & vt inquit Galenus, vtrum semel bis, vel pluries, & an multa vel pauca pro vice, nō solum in diebus, sed & noctibus, & particularim in singulis ciborum oblationibus, offerēda sint. Quantum attinet ad tempus, id ex præcipui indicantis præsentia præscribitur, & proinde ex virtutis, quæ conseruanda est, præsentia, quæ tamen non sufficit, cum oporteat, vt nihil eorum adsit, quæ naturæ seu virtutis actionem in alimento præstandam impediant, quæ quamquam plura sint, præcipuum tamen sibi locum vendicat cibus prius exhibitus non plane concoctus, eiusque excrementa, quæ vel non excreta sint, vel non descenderint. His enim dum intenta natura est, nouam renuit alimenti exhibitionem, quippe quæ de propositis solicita, nuper assumptum alimentum aut nō amplectatur, nec in ipsum agat, aut, si amplecti rentet, & in illud agere incipiat, munus aliud dimittat, & ex eo effatu dignum patiatur incōmodum. Quare magis potest cibus ad prohibendum, quàm virtutis præsentia ad indicandum. pariter non est dandus cibus, dum non potest à natura elaborari. ideo anhelanti ab exercitio non est cibus exhibendus ait auctor libri de salubri dieta. Et si hoc in bona multo magis in aduersa valetudine obseruandum. Quare si morbus sit continuus & vniformis tempus per sanitatem consuetum eligendum, quia signum est maioris tolerantiæ naturæ, & perfectioris ipsius actionis in nutrimento prius assumpto. Quod si ea hora natura morbum difficilius ferat, consuetudinis vi posthabita de prohibente magis soliciti esse debemus. & eo tempore præbendum alimentum, quo à morbo minus exagitata natura commodius oblatum sibi queat conficere nutrimētum. Si vero morbus continuus sit, sed manifestam habeat remissionem prima accedente hora declinationis cibus offerri debet. si morbus sit intermittens & eius interuallum longum sit, tutius est cibum exhibere in interuallo, quam alio tempore. Si interuallum breue futurum sit, vt in eo cibus assumptus nequeat ante futuram accessionem perfecte concoqui, interuallo neglecto, in ipsa declinatione præberi debet. In morbis.n.diuturnis ait Galenus tempus particulare cibandi est in optima declinationis parte; quod non potest in acutis expectari, quod timor cito futuræ accessionis impendeat. vt enim ait Hippocrates in accessionibus abstinere oportet; nam cibum dare noxium est: & quibus per circuitum fiunt accessiones, in ipsa accessione abstinere oportet. neque enim cum iam adsunt, neque cum paulo post futuræ sunt, accessiones cibus dandus est, sed cum declinant & cessant. & ob id alibi præcipit Hipp. vt dum adhuc pedes frigent, cibus omnino dimittatur, & dum maior est in pedibus, quam in thorace caliditas offeratur. & idem habet, quod ijs, qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet, neque cogere, sed subtrahere adiectioni ante indicationes. per quas vt explicat Galenus vel ante accessiones quascunque simpliciter, vel ante morbi vigores, vel ante crises intelligere possumus, quia triplex hic intellectus verus est. licet primus magis ad propositum pertinere videatur. per circuitus autem accessiones ordinatim venientes audire oportet. quia dum ordinem non seruant ratio exquisita temporis inueniendi haberi non potest. & proinde alibi inquit idem Hippocrates, quod à Galeno quoque recipitur; Febres inconstantes sinere oportere, donec constent. vbi autem constiterint, victus rationem, & aptam curationem eis oppones, naturæ contemplatione adhibita. inconstantes autem febres vocauit, quæ neque in periodis, neque in vrinis vnam formam exquisite seruant. Quod si nō solum virtutis absolute sumptæ præsentiam perpendamus, sed etiam aliud in ea ratione cuius potentior adhuc ad indicandum reddatur, veluti est ipsius imbecillitas effatu digna, mutanda quandoque sententia est, & iam statutum cibandi tempus peruertendum, & immutandum: & in temporibus, quæ ciborum exhibitionem prohibere proposuimus, nonnunquam alimenta omnino sunt exhibenda. Sciendum itaque duplicem esse, vt alias diximus, virtutis imbecillitatem, vnam quidem ex resolutione, aut alimenti defectu, alteram vero ex suffocatione, aut morbi vehementia. Si ergo secundo modo fuerit imbecillis in tempore minus naturæ molesto, quale est interualli, & declinationis tēpus cibus propinandus, si primo modo ex resolutione videlicet nonnunquàm etiam in accessionis principio, & in statu cibus præbendus, nec declinatio aut interuallum expectandum. & ob id ait Galenus siue igitur ob euacuationem sensui manifestam, siue per digestionem per halitum, siue ob inediam virtus labascit, hi quam celerrime alimentum postulant, contra fit in ijs, quibus vel propter dolorem, vel propter morbi vehementiam vires

Marginalia: De cibi offerendi tēpore. — Gal. 1. de san. tuen. la. 13. & 1. aphor. 17. — Tex. 42. — Gal. 4 de rat. vict. 114. — Hipp. 1. aphor. tex. 11. — Gal. in com. — Hipp. 1. de rat. vict. 46. & 4. eiusdem 39. 1. aphor. 19. — Gal. in com. — Hipp. 4. de rat. vic. 52. — Hipp. & Gal. 2. de rat. vic. acu. 47. & 48. — Maxime notanda.

vires imbecillæ fiunt: quippe qui euacuationis potius interdum, quàm repletionis indigentes sint, quibus qui alimentum dederit, maximum afferr detrimentum. qui autem ex venarum inanitione imbecilles sunt, si quis tenui victu torqueat lædet, quamquam neque tam perspicue, neque tam celeriter. Sicut tamen superiore malo lenius est, ait Hippocrates, ita magis deridendum: si enim alius vel medicus, vel plebeius accesserit, noritque accidentia, & contra prioris Medici institutum cibum & potum exhibeat, is veluti mortuum resuscitasse videbitur, & prioris artificis institutum maximam apud homines calumniam subibit. quomodo autem virtus hoc vel illo modo imbecilla dignoscatur, in capite de chirurgicis materiebus diligentissime docuimus. Similiter viribus resolutis in principio & statu cibãdum esse nos alibi quoque idem Galenus docuit & potissimum 10.meth.cap.3.4.& 5. quibus in locis nõ paucos semimalorum, ac non penitus asinorum docuit, etiã ante accessiones nonnunquàm esse cibãdum, vel si duarum horarum spatium intercedat: ac multo magis ante accessionem tertij. imo in prima accessionis inuasione homines, in quibus corporis intẽperies ad siccũ & calidum cõuersa febres accendit, esse nutriendos, Quãquàm autem ex Galeno dictũ sit in virtutis imbecillitate ex suffocatione & propter morbi vim nõ esse dandum cibum in accessionis statusve tempore, illud tamen addendum, hoc non semper obseruandum esse. nam si extrema sit imbecillitas, qualis est inuadente syncope aliquid dandum est, quamuis materiæ copia & morbi sæuitia prohibeat: quemadmodum ex eodem Galeno colligere licet, dum scribit. at non ea, quæ ex redundantia frigidorum humorum incidit, siue exolutio, siue stomachi syncope alimentum ceu medicamen desiderat, quamquàm etiam in eiusmodi affectibus nõ solum nutrimentum, sed etiam vini aliquid non raro ægris dare cogimur: non vt affectum curemus, sed quo periculum præsens depellamus. & idem in sequenti capite confirmat, dum ait, si autem ad eos quos syncope iam premit, & alia quæ sequuntur. Reliqua demum ad cibandi modum attinentia apposuit Hipp. dum dixit. Et quibus semel aut bis, & quibus, vel pauciora & particulatim oporteat afferre, considerãdum, ex viribus scilicet & morbo, à quibus reliqua omnia ad victus rationem pertinẽtia principaliter & maxima ex parte desumuntur. Sed quia huic contẽplationi confert quinetiam reliqua aliàs proposita considerare, ideo subdit, condonãdum autem aliquid tempori, regioni, ætati & consuetudini. à quibus neque totum, neq; maximum huius contemplationis accipitur. Vt autem quõ virtus & morbus hæc indicent, nobis ostendat Galenus, supponit vires quandoque robustas esse, quandoq; debiles, nonnũquàm medio modo sese habere. morbos vero aut cum humorũ defectu, aut copia, aut corruptela consistere. Vt autẽ validæ vires copiosa alimenta, debiles pauca, mediocres vero mediocria requirunt: ita humorum defectus, vt deperditum restauretur copiosa, ipsorum copia, pauca; & eorundem corruptela, vt malitia attemperetur, copiosa præscribit alimenta. His suppositis inquit Galenus si vires laborauis debiles fuerint, cum corruptione humorum, vel defectu, parum alimenti sæpius talibus afferemus. Si vero cum virium debilitate neque defectus aliquis affuerit, neque corruptio, humores autem secundum naturam moderate se habuerint, vel etiam superabundauerint: raro & pauca afferemus, & multo magis si cum viriũ robore humores superabundauerint. Si vero cum humorum defectu, vel corruptione vires validæ fuerint: tunc multos cibos, & multoties dabimus. Si vero accessiones non permiserint, neque multas cibãdi occasiones præstiterint: raro plura exhibebimus. At si vires ualidæ fuerint cũ plethorica dispositione, raro pauca afferemus. Aestiuo autem tempore, quantũ ad temporis rationem attinet, sæpius pauca dãda sunt. quia & pluri egent adiectione, vt qui dissoluantur, & uires habent debiles. hyeme multa propter uiriũ robur, sed raro, quia pau ca euacuatio fit. Sanos.n. prius ostendimus sufficienter hyeme euacuari, quia plus habent caloris innati. in ægrotãtibus.n. calor natiuus à morbo & potissimum à febrili & igneo calore ceu cõtrario, labefactatur. Vere aũt medio, & adhuc magis æstati proximo paucis, & ex longo interuallo nutriemus præsertim in febricitãtibus. nam tẽpus id periclitatur, ne proxime accedat ad phethoriam propter humorum, qui hyemis frigore concreuere, fusionem. Autũnus uero morbis ex corruptione assimilatur. Quare qui eo febricitant tempore continua boni indigent adiectione: & si uires ualidæ fuerint, sæpe & multa dabimus: sin imbecilles, pauca & sæpius afferemus. Et ob id subdit Hippocr. quod æstate, & autũno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime: Secundum locum uer habet. Si.n. hyeme, ait Gal. etiam sanis semel multumq; ciborum attu leris,

Hip. in tex. 47 & 48.

Gal. 10. meth. c. 3. 4. & 5. & 11. meth. c. vlt.

Gal. 12. meth. c. 2. & 3.

Hipp. 1. aphor. tex. 17. Gal. in com.

An semel aut bis, & an plura vel pauciora alimenta singula vice sint exhibenda.

Viriũ & morbi contẽplatio.

Anni tẽporum consideratio.

Aphor. 18. Gal. in com.

leris, haudquaquã nocebis. quare tunc quidem raro & multos cibos afferri concedendum est: æstate vero, quia propter caloris innati penuriam, cibos ferunt difficulter, cauendum omnino, ne totũ simul cibũ exhibeamus: sed studere oportet, vt frequentius pauca afferamus. nam corporis dispositio morbis ex humorum defectu similis exigit adiectionẽ. Autũnus vero æstatem subsequitur, ver aut hyemẽ. nã restigerari & cogi in vnum atque densari corpora autũno: laxari vero, & rara fieri vere incipiunt. Similimodo quispiam & ab ætatibus temperaturis, & à consuetudine, & à regionibus sumeret indicationes ad duas primas redigens intẽtiones. Singula.n. quæ diximus, aut fortes, aut debiles vires efficiunt, & corpus reddunt, aut superabũdans bonis humoribus, aut sufficienter carens, aut vitio humorum deprauatum. Sed aduersus Galeni dicta, quidam dubitãt, quomodo cum humorum corruptela vires possint esse robustæ, cum solidæ & carnosæ partes, in quibus vires præsertim resident, ex prauis humoribus probe nutriri non possint. alij contra querunt, quo non pacto cum probi sanguinis copia, vel moderantia, vires imbecilles esse possint. nõnulli vero Gal. carpere ausi sunt, quod dixerit humorũ corruptelam copiosius alimentum indicare, cum dixerit Hipp. quod quanto magis non pura corpora nutrimus, tanto magis lædimus Quibus oĩbus satisfacere, & respondere non est difficile. Si.n. non quidẽ sanguis, sed alij potius humores à naturali statu & non ita multũ deflexerunt, non est impossibile cũ hac humorum corruptela vires esse validas. Opinari autem hatum robur in probis & copiosis succis & subinde in probis & inculpatis & abundantibus spiritibus solum consistere, admodum puerile est. nam in methodo ex Gal. mẽte docuimus, virium robur multo magis in carnoso & solido genere in quantitate, & qualitate cõmensurato residere. dũ aũt ait Gal. corruptelã humorum maiorem alimenti copiam indicare, eam non intellexit, quæ vel extensiue, vel intẽsiue adeo magna sit, vt ad benignũ amplius reduci nõ possit, quia sibi ipsi contradiceret; nam alibi statuit ipsam sui eradicationem vel per venæ sectionem, vel purgans medicamẽtum indicare, & hæc illa est, quæ corpus impurum adeo reddit, vt ex nutritione maiori, multo magis lædatur, cum potius detractionem indicet. Sed si corruptela nõ ita copiosa, aut intensa sit, vt ad benignam naturã redigi non possit, de qua loquitur Gal. hæc procul dubio ratione nutrimenti attẽperatur, & ad probiorem naturam reducitur. quod si paucum alimentũ tribuamus, facilius à prauis succis corrumpitur, & superatur. Sin copiosum, magis resistit, & corpus, quod probo eget alimento, fœlicius nutriri potest, & prauos humores digerere, & expellere, & in alimentum, & benignam naturam, si fieri potest, commutare. Postremo, ne quid ad cibandi modum attinens, prætermisisse videamur, quæstio quædã cũ ægrotantibus, tum sanis non inutilis, prorsus dirimenda est. Medici frequentissime inuicẽ altercãtur, dubitantq; an Galeni propositio uera sit, in qua ait, Valentius alimentum uesperi exhibendum esse. Nos itaque breuissime propositionẽ hãc, & de maiori cibi quantitate, & crassiori alimento uerificari ostendemus. Sæpius dictũ fuit tantum cibi exhibendum esse, quantum à uirtutis robore superari potest, & ob id alimẽti quantitas uirium robori, & actioni æqualis esse debet. sed uirtutis robur, & actio multo major noctu existit, q̃ interdiu, ergo noctu, aut uesperi maior alimenti quantitas concedenda est. quod autem maior atque perfectior uirtutis actio nocte fiat, Gal. tribus fundamentis probat, nempe quiete, somno, & temporis longitudine. Nam quies coctioni confert, quia cum à calore fiat, calor sicuti ratione motus expanditur & dissipatur, ita ratione quietis intus detinetur. quemadmodũ etiã hiberno tempore, ob eandem rationem, cõcoctiones meliores fiunt. & ob id Gal. ex Hipp. mente scribebat laborem debere cibum præcedere. & in præcedẽti libro inquit, quod infantis seu pueli corpus oleo dulci confricandum, tempore, quo lac crudum in uentriculo non detinetur. si quis.n. uentriculũ ipsum adhuc lactis plenum infricet, corpus crudo alimẽto implebit, & caput onerabit. Quo magis prospiciẽdum in primis est, nequid nutrimenti neque ante balneum, neque ante frictionem puerulo præbeatur. In somno pariter, ut ex innumeris Hipp. & Gal. auctoritatibus uidere est, innati caloris cõcentratio fit. De tempore autem nulla dubitatio est, quia concoctio cum motus sit, tempore mensuratur. Quod autem de quantitate diximus, idem de forma, & crassiori alimento statuendum. nam crassius nutrimentum uirtutem concoquentem fortiorem requirit, quia magis nutrit, & difficilius concoquitur. Sed quia sententia hæc patitur instantias, ideo ut facile omnes tollãtur, sciendum est triplicem esse concoctionem, quarum prima in uentriculo, secunda in iecore & uenis, tertia in totius corporis ambitu cele-

Margin notes:
- Aetatis & reliquorũ consideratio.
- Respõsio ad nõnullas dubitationes.
- An cena vberior prandio esse debeat.
- Gal. 1. aphor. com. 17.
- Hipp. 2. aphor. 10.
- Gal. 2. aphor. comp. 17.
- Gal. 9. metho. c. 10. in fine.
- Gal. 7. meth. cap. 6.
- Gal. 2. de tuen da val. c. 2. 1. de tuen. c. 10
- Hipp. & Gal. 4. in 6. epi. 20. & 15. & 1. aphor. 15. & 5. in 6. epid 32. & Gal. 12. methodi. c. 3.

Gal. 5. in 6. epi dem. 32. *Gal. 1. de rat. vict. 18.*

bratur. Gal. aũt sententia, vt ab eodẽ licet colligere, de prima & secũda intelligẽda est. Secundo notandũ est primã coctionẽ ex eiusdẽ decreto in ventriculi fundo potissimũ fieri. vnde si alimentũ in fundũ non descenderit, sed suspensum in ore reneatur, non modo nõ coquitur sicuti decet, q̃uis ibi diutius maneat, & qui illud assumpserit quiescat longoq; somno perfruatur, sed etiã crudũ manet, & hominẽ aggrauat, & non vulgari molestia afficit. ideo tũc oportet, si valẽtius vesperi assumẽdũ est alimẽtũ, ut ab ipso assumpto vigilemus, & moueamur, donec in fundũ descenderit, à ventriculoque cõmode amplexetur. Nec valet instantia, dũ aiunt, quod q̃uis inter cœnã & prandiũ horæ sexdecim intercedãt; non tñ mane ita fames sentitur. Ad famẽ.n. procreãdam quinq; illa à Gal. relata requirunť, s. euacuatio, appetẽtia naturalis euacuatorum, ventris suctus, eius sensus, & animalis ipsius appetentia. hinc fit, vt quamuis vespere assumpta cibaria noctu per somnum optime fuerint concocta, non tamen necessariũ sit, vt statim à somno expergiscentes à fame solicitemur, sed sæpe opus est, vt exercitio vtamur. qui cum calorem augeat, & succos qui in ambitu sunt digerat, & euacuet, in causa est, vt, queãdmodũ notauit Gal. validior fiat attractus deducendorũ in corpus, ex quo deinde fames consequitur. & ob id consulit Gal. vt ante cibũ exercitãdum sit. Quod si nõnunq̃ experientia demonstret, cœnã in maiori tpe difficilius concoqui, id accidit, quia prius decubitũ accedimus q̃ cibi ventriculi fundũ petant, & ab eo probe amplexentur. Idẽ fit, dum quis insuetus à prandio dormit, quia cibi nondũ ad ventriculi fundũ descẽderunt. Sed rursus obijciunt, cur nõ omnibus à prandio somno indulgere cõsulimus? Respõdendũ, quod si à prandio dormiremus cibis in fundo iam exceptis, vtique somnus ex se plurimũ coctioni conferret, præsertim si longus foret, & in aere obscuro. Sed quia breuis esse consueuit, & in aere luminoso, ideo ipsum prohibemus, cũ inde plus emergat mali, ob vapores, qui cũ in caput ascẽderint à breui somno resolui nequeant, q̃ cõmodi propter maiorẽ naturalis caloris actionẽ. Addunt in longiori somno magis impeditur concoctio, nam breuis somnus nõ adeo nocet. dicimus in longiori cõcoctionẽ impediri quãdo cibi in ventriculi fundum non descenderint. Fames vero quæ in vehemẽti exercitio laborantibus suboritur, naturalis non est, quia in duabus aut tribus horis naturaliter fieri non potest. Nec vigilia vorax ab Hippoc. nuncupatur, quia aliquid coctioni conferat, sed ea ratione qua somno aduersatur, Nã vt somnus solum concoquit, calido interiora petente; ita dissipat vigilia exterius euocando calorem, qui secum non exiguas corporis humiditates educit. ob id sicuti somno dediti non famescunt, modica facta resolutione, ita qui vigilant, & exercentur, quia dissolutionem patiũtur, insigniter famescunt. Priusquam vero de potu dicamus, illud cum Galeno notasse opere precium erit, in acutis potissimum morbis tutissimũ esse, etiam si morbus iudicatus videatur, eam diligẽter victus rationem, qua eger vsus est, vsque ad biduũ seruare: præteritis autem duobus diebus, rurum est plenius alere, ac ne tum quidem tota simul facienda mutatio est. Ex his autem quæ de cibo dicta sunt, facile est cognoscere qui nam potus in morbis omnibus, & potissimum materialibus, putridisque febribus sit cõueniẽs. nã cibis in quãtitate, qualitate & modo usus, proportiõne respondere perpetuo debet. Cũ.n. potus, quatenus potus est animalibus à natura tributus sit, ut eius merito solidior cibus perfecte distribuatur, & frigiditas & humiditas eorũ corporibus cõparetur, ut in capite de læsa appetẽtia declarauimus; in sanis quidem talẽ decernimus potum, qualis pro iam dictis scopis adimplendis, & uirib. cõseruãdis, & si fieri põt adaugẽdis, idoneus futurus sit; talis aũt erit si præter id qđ ciborũ cõmodũ erit uehiculũ, triplicẽ quoq; uiriũ substãtiã solidã. s. carnosam, & spirituosam potissimũq; pcipuorũ uiscerũ quo ad molẽ adaugebit, aut saltẽ cõseruabit, & quo ad tẽperamẽtũ ad optimã perducet symmetriã: cuiusmodi sunt uinũ potissimũ, ceruisia, & id genus alia. In morbis aũt pter id qđ uehiculi uicẽ gerete debet, nõ solũ uires, ubi opus sit, & ea oĩa, q̃ scdm naturã sunt, seruare, sed morbũ, & eius causam si psens fuerit, tanq̃ pter naturã oĩo destruere, si id fieri licebit, & labefactare dẽt, uel saltẽ nullatenus, aut quãminimũ, & quãto minus id fieri poterit, adaugere. Hinc fit, ut in putridis febrib. ad scopos iã ,ppositos ciborũ. s. deuectiõnẽ, uirtutẽ, febrẽ, & eius causas oẽs, oculos dirigere debeamus. nã quãto morb. acutior erit, & rigor citius futurus, & subinde tenuiori uictu, & liqdiorẽ formã habẽte, tenuioribusq; sorbitionib. utemur, tãto minori potus copia, ,p eius distributione indigebimus, cũ sorbitiones prõprissime p se ipsas distribuanť, & eodẽ tpe cibi potusq; uices gerãt. sed intẽtio hæc à febre q̃ plurimũ humidi cõsumit, & siti eã insequẽte, sæpe superať, Quãto uires fuerint

Gal. 1. de sym- pto. cau. cap. 7.

Respõsio ad instantias.

Gal. 2. de tuen da cap 2. Gal. 2. de tuen. eiu. & 5. eius dem, cap. 11.

Gal. 1. de rat. vic. acut. 25.

Animaduersio.

De potu.

fuerint imbecilliores tanto magis & citius nutriente potu erit vtendum; quanto aũt morbus & eius causa magis vrgebunt, tanto minus nutriẽtem potum, vel etiam cuiuscunque nutritionis expertem, qualis aqua est, propinabimus. Quanto febris fuerit intensior, & putredo maior, tanto, ratione horum, calidiorem potum deuitabimus, & ad frigidiorem declinabimus, & ratione febris humidiorem, ratione putredinis porestate sicciorem eligemus. Quanto materia, quæ febris causa est, crudior fuerit, ne naturam ipsam ab eius coctione diuellamus, tanto minus nutriente potu occurremus, dummodo natura concoquens potu firmari & roborari nõ postulet, & id morbus nõ prohibeat. Quanto materia calidior, & magis putrida fuerit, tanto magis calefacientem potum euitabimus, & frigidiorem exhibebimus. Contrarium autem efficiemus si contrarijs qualitatibus prædita fuerit. Quod si materia in parte aliqua fuerit impacta, & inflammationem & phlegmonem produxerit, maxime omnium, tum nutrientem, tum calefacientem, tum etiam refrigerantem potum, quousq; cruda fuerit, prohibebit, & hoc eo magis, quo pars affecta nobilior, & magis præcipua, & neruosior fuerit. nam phlegmones à potu nutriente, & calefaciente magis adhuc adaugentur, à refrigerante vero magis recrudescunt, & ad discussionem rebelliores fiunt, & neruosę partes affectæ, quia frigidæ sunt, adhuc magis læduntur, & imbecilliores euadunt. Hos scopos si quis diligenter inspexerit, facile cognoscet, cur in putridis febribus curandis, vt plurimum aqua ipsa, nonnunquàm eadem aqua sed carne alterata, & proinde iure longo, vel destillato, rarius autem vino ipso & potissimum aquoso vtendum sit. Si enim morbus maxime vrgeat, virtus aũtem minime, aqua simplici, quæ, vt ait Galenus, non nutrit, vel etiam sine potu ægrotantẽ detinemus, aut parum admodum & voluptatis solum gratia, & vt os & fauces madefiant, & sitis mitigetur, concedimus. Sin contra morbus minimum, virtus maxime vrgens sit, vinum concedere coacti sumus, magis vel minus aquosum prout morbus, & virtus exigebunt. Si æqualiter vrgeant vel ius & destillatum, vel aqua, cui vinum permixtum sit, exhibemus. & quod diximus de morbo idem prorsus de ipsius causa statuendum est. Dum autem aquam exhibemus, hanc, vt ait Gal. ab omni labe purã seligere debemus, quæ neque limi, neq; mali odoris particeps sit, & gustantibus nullam penitus qualitatem præseferat, neq; in ventriculo diutius cõmoretur, aut eum feriat, aut inflet, aut prægrauet: sunt enim huiusmodi permultæ, quas maxime ab optimis aquis discreuisse Hip. videtur, cũ ait; aqua, quæ cito calefit, ac cito frigefit, leuissima est. & proinde in ventriculo minimum immoratur, & cito permeat. Sed alia quoque huic similis dignotio ex oleribus, aut leguminibus, aut carnibus, aut fructibus, aut denique radicibus, quæ aquis incoquũtur, sumi potest: nam in optimis, celerrime: in prauis tardissime res elixantur. ac nonnulli ex veteribus aquas ita prauas, indomitas, ac crudas appellauerunt. aqua itaque debet esse bene alterabilis: siquidem facile transmutari volumus, quidquid cõcoqui debeat ab instrumentis, quibus est coctionis munus à natura demandatum. quod si talis aqua sui natura nobis non suppetat, non secus ac multa cibaria, prius elixanda ac decoquenda erit, vt ipsam ad meliorem naturam perductam propinemus. quæcunq; enim ex diuersæ naturæ substantijs sunt cõcreta, mixtaq; per exiguas particulas sunt, hæc postquàm incaluerint, refrigerata, facile secernuntur: statim uero post elixationem, antequàm refrigerentur, adhuc agitantur, atque ideo omnes particulæ permistæ sunt. at vbi sint refrigerata, quod graue terreumq; est, subsidet, quod leue est supernatat. Quod si aquã frigidiorem reddere velimus, si niuis nobis suppetat copia, aquã prius excalfacimus, tum niuem extrinsecus aquæ circumponimus: at si nix non adsit, in puteum aut fontem scaturientem demittimus, & ita refrigeramus; prius tamẽ calfacimus, vt facilius immutetur, quod vnaquæquæ res prius calefacta, ab ijs quæ ei occurrunt, tota præ calore facilius alteretur. & multo magis si aer eam attingat, cum ipse propter substantiam tenuiorem & promptius alterab.lem, facilius & exactius refrigeretur, & ob id vas non ex toto aqua replemus. id autem efficimus, cum ægris gratificandum est, & vel nullam penitus noxam, aut perexiguam ex eius potione futuram speramus. nulla autem noxa subsequitur, si nulla subsit in visceribus inflammatio, & febris intensa sit, & à calido & tenui humore dependeat, & ventriculus exæstuet, & nõ imbecillus sit, & ante oĩa si ægrotans sanitatis tpe frigidæ potui fuerit assuetus. cõsuetudo. n. præcipuã in medicina vim habet, ita vt à clarissimis Medicis natura aduẽtitia nũcupetur. quã constat inter ea, quæ necessario admodũ spectantur, Hip. vbiq; numerasse in indicãdi facultate, tribuentẽ ei secũdas, illa videlicet primas occupante, quæ à

Gal. 3. de rat. vic. 40.

Aquę electio & præparatio.

Gal. 4. in 6. epi dem. com. 10. et 3. de rat. vic. 10.

Hipp. & Gal. 5. aphor. 26.

Gal. 3. de offic. medic. 20.

natura sumitur. Scribebat autem Galenus, quod in febribus colliquatiuis, in quibus excrementa biliosa spumantia vt plurimum subducuntur, quemadmodum mulsa aduersissima est, ita potio aquæ frigidæ est accommodatissima. Si vero ventriculus imbecillis sit, & ratione aquæ flatibus repleatur, & rugitibus, & tensionibus conflictetur, & ipsa nihilominus vti cogimur, anisum, aut cinnamomum, aut fœniculum aut piperis grana, in parua tamen imo minima quantitate, ne febris intendatur, ei incoquimus. similiter in his casibus, & dum aqua in præcordijs diutius immoratur, fluctuationesq; parit, quod vt monet Galenus sæpius contingit, ex eiusdem consilio, vinum in parua admodum quantitate, cum aqua permixtum ægrotantibus nonnunquam exhibendū tum voluptatis, tum aquæ distributionis gratia, & vt aquæ synceritas tollatur, & ob id Galenus quotidie cuidam seni quotidie paucissimum vini aquæ instillabat. ita vt aqua in ipso gustatu vinum superaret. Aquam vero in principijs accessionum, & refrigeratis pedibus, potui datam lædere, est de numero eorum, quæ manifesta sunt, & de quibus inter omnes constat. Quando igitur vtiliter danda potui est? Cum s. potu solo æger vsus fuerit, nondum accepto ptissanæ cremore: tunc enim in medio aliarum potionum aquam tempestiue quis ingesserit; præcipue vero, si æger siti vrgeatur. vnde habet Hippocrates quod inter oxymel & mulsam, si paulū aquæ sorbeatur, propter qualitatis potionum mutationem sputum etiam euocabit: siquidem intus inundationem quandam facit: alioqui sitim nō arcet, sed amarescit, bilem etiam parit in ijs, qui natura biliosi sunt. & dum vētriculo vacuo ingeritur, vt longe pessima, & summe biliosa redditur, ita vires maxime prosternit. & lienis & iecoris inflammationes auget. Si quis autem potu dulci delectetur iuleb rosatum, aut violatum cum aqua permiscere consueuimus, quia facilius subducitur, & non ita ventriculi substantiam lædit. sicuti dum acido potu magis gaudent, parum acetum aut syrupum acetosum simplicem eidē instillamus, potissimum dum putredo & obstructiones vigent, tuncque syrupus de succo acetosæ, vel etiam acidum citri, aut eiusdem syrupus ei vtiliter immiscetur, vel interior citri medulla quæ acidum succum continet, abiectis seminibus, aut etiam acetosæ folia cum ea decoquuntur. sicuti dum febris valde vrget tum hordeum, tum semina maiora, & dum vrget necessitas lactucam in eadem decoquere consueuimus. Quod si vires magis conseruare studeamus, carnem prius optime despumatam & diligenter à sordibus expurgatam pulli uel uituli, minutim incisam & vna cum eadem aqua permixtam in vitreo præsertim vase vel decoquimus, vel etiam destillamus, & vel ius longum, vel destillatum paramus, quod etiam actu frigidum exhiberi potest. Si autem vires imbecilles valde fuerint, ad vinum confugere coacti sumus, non tamen quodcunque uini genus, etiam si lymphatum sit, propinamus; quia innumeri febricitantes hoc solo potu interficerētur, sed aquosum de quo sic habet Galenus, Aquosum uinum est febricitantibus maxime idoneum, hoc autem est colore album, consistentia tenue, nullamque insignem earum, quæ cæteris uinis insunt, qualitatem habet, neque austeritatem, neque acerbitatem, neque dulcedinem, neque acrimoniam, neque odorem denique: huic enim soli inter omnia uina, datum est, ut aquæ, & uini mala effugiat. & talis apud omnes gentes inuenitur, ut in Italia imbecillum Sabinum, quod febricitantibus potui dant: in Asia Titacazenum, & Tibinum. Sed vbi huiusce uini notas intellexeris, talia facile in qualibet gente comperies: apud quas ualde tenuia, & aquosa uina producantur. atque ego quidem talia etiam reperi in Cilicia, Phænicia, Palestina, Scyro, & Creta. Imo in regionibus omnibus uidi: & quod magis mirabile est, in Aegypto: crassa enim & odora, & ualde potentia uina in feruidis regionibus prodeunt: In Italia uero, Bithynia, & Asia, si multa aquosa producantur, nihil mirum uideri debet. Si itaque tale uinum nobis suppetat, in intermittentibus quocunq; morbi tempore potest concedi. in continuis uero, quia magis urgent, tutius est manifestam materiæ coctionem, & febris declinationem expectare. dummodo uitium imbecillitas magis nō urgeat, quàm ipsa febris. Sed quia sæpius talia uina non habemus, idcirco, si febris intermittens fuerit, eius autem materia fuerit manifeste cocta, uinū poterit exhiberi, imo etiam si fuerit solummodo concocta secundum partem, dummodo longiora habeat interualla, poterit nihilominus aliqua ex parte propinari, potissimum oligophorum, aut lymphatum. ita ut semper in aquæ cum uino permixtione tum ad febrem tum ad uires respiciamus, Vinum autem, in aquosi penuria, probe maturum, purum tenuisque substantiæ, boni saporis, & odoris, & albi, aut fului, uel rubri coloris, eligatur. Si uero febris continua sit, quamuis in declinatione

Gal. 3. de rat. vict. 40.

Hip. loco citato

Ius longum, & destillatū.

Vinum.

Gal. 3. de rat. vict. com. 8.

natione cõsistat, attamen si calor febrilis intensus sit, & potissimum si ægrotantis temperies ad siccum & calidum vergat, ne putrida febris in hecticam abeat tutissimum est vinum cauere. Si autem virtus propter pugnam aut alia de causa imbecilla reddita, & resoluta sit, non quidem mediocriter, sed vehementer, ita vt pulsus ad subitam paruitatem & imbecillitatem deuenerit, cogimur vinum, aquosum, &, si febris fuerit intensa, in minima quantitate concedere, ita vt solus panis in eo madefactus tribuatur. quod si tum vitium imbecillitas tum febrilis feruor mediocriter se se habeant, si materia concocta fuerit, & potissimum hibernum tempus aquosum vinum poterit concedi. Non est autem vt Hippocratis Galenique auctoritas nos decipiat dum in acutis vinum proponere videntur, nisi enim adsint conditiones ab Hippocrate propositæ, & à Galeno alibi quoque relatæ, vinum omnino caueri debet. Sed breuiter regula sit, in acutis febribus vinum, alioquin aquosum, nullo pacto præbendum esse, nisi virium imbecillitas illud requirat, & febris calor non intensus illud permittat, & tertio materiæ cruditas illud non prohibeat. vbi enim vna ex his conditionibus defuerit protinus abscindendum erit. & potissimũ, vt ex Hippocratis dictis colligimus, si vel delirij suspicio, vel capitis grauitas adsint. dum enim hæc præsto sunt, multo magis cauendũ est, ne in phrenitim præcipites agantur. & sola aqua vti debemus. Quod si his symptomatibus præsentibus virtus sit admodũ imbecilla, & febris moderata sit, coctionisq; signa adsint, vinum oligophorum & lymphatum concedendum est, sed ne caput petat, aqua superbibenda erit. Quod si virtus adeo resoluta sit, vt iam iam syncope futura sit, vt in eius tractatu dictum fuit, ad vinum ipsum tãquam celerrime spiritus non quidem suffocatos, sed resolutos reficiens, cõfugere coacti sumus. quod tamen aquosum sit, vt ait Galenus, & in parua quantitate, quæ s. pro viribus sustinendis sufficiens sit. Si autem in cõtinua febre materia cruda sit, vt diximus, ex se semper vinum prohibet, imo etiam si concocta iam sit, sed tamen copiosa reperiatur. nam vinum sui tenuitate, & caliditate crudam materiam per vniuersum corpus deducit, & obstructiones, putredinemque & febrem adauget, quod etiam cõtingere potest dum valde copiosa in corpore subsistit. nam Galenus vinum exhibet non solum post apparentia perfectæ coctionis indicia, sed etiã post euacuationem per plures vias aluum s. locium, & sudorẽ. Quando enim materia fuerit magna ex parte euacuata, uinum maxime prodest, quia omnes euacuationes mouet, & quod reliquum est materiæ facilius euacuatur. hoc autem faciendum est, dummodo febris ualde intensa id non prohibeat, si enim uehemens fuerit, etiam si materia concocta & magna ex parte euacuata sit. cauendum est, dummodo uires debiles omnino non sint, nam tunc cogimur illud exhibere, sed oligophorum, & æquæ permixtum propinari debet, ita ut semper in aquæ cũ uino mixtione, unius uel alterius quantitas pro uirium uel febris statu, & indicatione adaugeatur. Post cibum & potum, tanquam maxime propriam uictus rationem, de aere ipso ambiente tractare debemus, ipsius etenim, ut ait Gal. præ cæteris omnibus, maxima habenda ratio est, siquidem ipsum cõtinenter ducimus, & emittimus. Cum autem ex eo tum spiritus gignantur, tum calor attemperetur, & subinde innati caloris symmetria conseruetur, ut in sermone de cordis uitijs ostensum est, idcirco in substantia purus, & nitidus esse debet, & nulla prorsus uitiosę materię mixtione cõinquinatus, siquidem & tales spiritus assiduo generari opere precium est: in qualitate uero in sanis quidem & temperatis corporibus temperatus, commodissimus est, in intemperatis uero, & ægrotantibus, tum intemperantijs, tum morbis omnibus, tum eius causis contrarijs qualitatibus, si fieri potest, perpetuo reluctari debet. & ob id nos monuit Galenus quòd calidos temperatura præstat loco frigido dormire, deinde subdit, quod melius est, ut stragulis calefacientibus horum calor ad cutem reuellatur; frigidus uero aer inspiretur, ut utraque ratione calidum corpus ad temperaturæ mediocritatem perducatur, quod etiam febricitantibus mirifice conducit. & alibi unà cum Hippocrate scribebat, quod in febricitantibus in inspiratione aer calidior cauendus est, sed ut febrilis calor refrangatur, & ut sitis arceatur, quæ febricitãtibus familiarissima est, maxime expedit clausum os habere & tacere, auramq; frigidã cum potu introducere, quod si cum potu ex Hippocrate uentus frigidus attrahendus, planum etiam est, subdit Gal. sine potu per solam respirationem id esse faciẽdum. quare prouidendum est, ne aer, qui inspirandus est, calidior sit, quàm conueni t, præsertim æstiuo tempore. & item alibi scribebat, sedulo igitur agẽdum est, ut ambientem, quoad fieri potest, qualem esse expedit, præpares, s. humidiores frigidioresq; domos tum deligens, tum

Hippo. & Gal. 3. de rat. vic. à tex. 4. vsque ad 7. inclusiue.

Gal. 12. meth. cap. 6.

Gal. 11. metho. cap. 9.

De Aere ambiente.

Aeris necessitas.

Eius substantia.

Aeris qualitas.

Gal. 8 in 6. epidem. 1.

Gal. 4. in 6. epidem. 16.

Hipp. & Gal. 3. in 6. epid. 33

Gal. 9. metho. cap. 14. & 10. meth. c. 8

uero præparans (de febre.n. qua febris est, loquitur) sicut è diuerso, si frigida sit humidaq; morbi species, quæ calefieri siccariq; postulet, & eligendæ & præparandæ domus sunt, quæ calfaciant, & siccent. At deligendas quidē dico, quæ ex seipsis eiusinodi sunt: præparandas vero, cum arte nostra molimur per æstatem subterraneas eas, & ad septentriones versas, ac pauimenta earum assidue humore aspergentes, tum vt ex euripo aliquo aura inspiret, machinantes, flores pręterea, ac germina, quę frigidæ humidæque facultatis sint, per aream proijcientes: per hyemem vero contraria horum molientes, præsertim vbi morbus suadet: vbi non suadet, excessus tantum vtriusque temporis remittentes. & dum de aere hecticis febribus conueniente loquebatur, ita scribebat. Hic igitur si temperatus sit, tali nobis est vtendum, (in hecticis.n. febrilis calor remissus est) sin admodum calidus sit, vel admodum frigidus: pro calido inducendus arte contrarius est, subterraneis inuētis domibus, quæ & frigidissimæ sint, & maxime perflatæ, & ad septentrionē versæ: tum auris quibusdam, quæ ipsis sint propriæ, opera nostra paratis, alias ex euripis in quo se deijciant multi aquarum fontes: aliàs aqua frigida de vasis in vasa transfusa: Iam hoc statim etiam somniferum est præterea domo assidue aqua frigida aspersa: ac rosis plurimis humi fusis, aut vitiū capreolis, aut ruborum fumitatibus, aut lentisci ramis, aut denique reliquarum, quæ refrigerent, stirpium aliquibus. Turba quoque hominum ingredi prohibita, quia domum calefacit. Atque ita calidissimum æstatis aerem refrigerabimus. In hyeme enim calidissimus esse non potest, sicuti nec frigidissimus in æstate. At, siquis modice frigidus est, hoc esse contentos oportet, nihil alterantes. Qui vero frigidissimus est, vtique, quatenus respirando attrahitur, ad mittendus est, vt qui calorem, qui est in corde, admodū refrigeret: non tamen quatenus extrinsecus ægrum contingit: quippe id densat, cogitque cutim, ac puttedinosorum & fuliginosorum effluxum transpirare prohibet. Siquidem per pulmonem, quod rarum viscus est, difficile non est, vt tum qualitas ipsius, tum etiam substantia ad cor febris radicem facile perueniat. At, per cutim, fieri nequit, vt eius vel qualitas, vel substantia ad cor perueniat, utpote prius densatam. nam nimium frigidus aer cutim densando, semper sibijpsi viam præcludit. Scire tamē licet maius fore ex frigida inspiratione commodum, quam ex cute densanda incommodum: præsertim cum operimentis hanc calefacere licet. Porrò utendum maxime tali aere est, in ijs hecticis, quibus primum, quod afficitur, ipsum est cor: æque ut si uentriculus primum esset afflictus, ipsi per comesta, & bibita esset succurrendu. Hic enim illa cum integris adhuc uiribus occurrunt, sicut cordi inspiratus aer quæ autem de hectica febre dicta sunt, eadem puttidæ febri adaptari possunt, cum & quatenus febris, & quatenus à putredine orta, aerem similiter refrigerantem postulet. siquidem quod iam corruptum est, ait Galenus, omni ratione uacuamus, quod reliquū est, moderatis motibus, & refrigerante perspitatu ad exactam symmetriā reducimus. Quemodum autem ratione febris in paisiuis ad humidum, ita ratione putredinis ad siccū debet declinare, præsertim dum vehemens est putredo, ideo tunc cum aceto, oxalida, succo citri, mali medici, & id genus alijs refrigerantibus, & siccantibus alterari debet, & quia tunc temporis virtus maxime prosterni consueuit, odoratis autem cito & facile penes spirituosam substantiam refocillatur, ideo odoratis quoque potissimum utimur, quemadmodum in cura pestilentium febrium, tanquàm in proprio magis loco, docebimus. Ex his autem quæ in primo lib. de somno & uigilia eorumque natura & necessitate à nobis fuere conscripta facillimum est colligere quibus morbis unum uel aliud magis uel minus fit opportunum, quemadmodum etiam in partium morbis sigillatim examinandis declarauimus. illud hoc in loco annotasse sufficiat, in putridis febribus somnum ualde proficuum esse, tum quia ad superfluos & uitiosos humores concoquendos apptime facit, tum quia innatum calorem adauget, uires roborat, & corpus humectat nō tamen superfluus esse debet & immoderatus, ne calor innatus obruatur & putrescentis materiæ digestio, & dissipatio & per uniuersi corporis ambitum dissolutio impediatur. Qui uero somnum refrigerare semper existimant, eos, ait Gal. quod in arte præcipuū est ignorare arbitror: somnus.n. semper humectat, ut uigilia exiccat: at ut semper calfaciat, aut refrigeret, non est ei à natura comparatū: sed cū in ijs qui febrim nō habēt, aut pituitosos aut crudos, aut quomis modo frigidos in corpore humores inueniet, eosque cōcoctos reddet, & ex eis probū sanguinē creabit, tū aucto natiuo calore hoiem calefaciet. Cū uero in illis iā febris ex hmōi humorū putredine accēsa sit, tum extincto quidē calore, quē febris cōcitauit, sed aucto natiuo, refrige-

Ga. meth. 8.

Gal. 11. meth. cap. 8.

Sōnus & uigilia.

Gal. 4. in 6. epidem. com. 17.

An somnus refrigeret, vel calfaciat

refrigerabit. at vbi vel cum febri, vel sine febri biliosi humores redundent, si quidē eos potest secernere, & subinde excernere, corpus ad salubris temperamenti mediocritatem perducit. quod si hæc efficere non possit, idem temperamentum seruat. Si quis verò ex visceris inflammatione febricitans in principio accessionis dormiat, hic somnus importunus aucta inflammatione febrim simul adaugebit, & inde corpus calidius calore præter naturam reddetur. Vno tamen modo interdum contingit, vt corpus calidius frigidiusque simul à somno efficiatur; quia cum in corpore duplex caloris genus sit, quorum alterum proprium est & innatum, alterum alienum & præter naturā, si alterum ipsorum somnus auxerit, & corroborarit, alterum detraxerit, & debilitarit, quomodo quispiam non merito dicet, vno, eodemque tempore corpus ex somno calidius iuxta, atque frigidius simul reddi? ex quibus Galeni verbis maximam somni in putridis febribus vtilitatem esse colligimus, nec non in febricitante corpore, vti in febris essentia docuimus, duplicē calorē realiter distinctū reperiri. Qua ēt & alia auctoritate ductus Auic. monet, vt ægrotantes à sōno prohibeamus, principio accessionū proprie qn̄ pſto est horripilatio, aut frigus, & rigor, qm̄ prolōgat, ait ipse, sup eū frigus, & rigor, exprimūt. n. materias ad viscera qdā, & prohibet digestionē humorum. apud declinationem verò est iuuatiuus valdè, & fortasse non nocet apud statum. Vnde quo magis accessio à principio ad declinationem progreditur, eo minus somnus incōmodus existit. Dum autem in eodem discursu inquit Auicenna in statu pessimum esse, id tanquam signum audire debemus, quia virtutem omnino labefactatam indicare potest. Optimum autem est vt qui febre laborant, ijs putridis exceptis, quæ longiora habent interualla, quales quartanæ simplices & intermittentes sunt, perpetuo quiescant, atque decumbant. Vnde scribebat Hippoc. Prodicum cuius etiam meminit Plato febricitantes cursibus, luctis, fomentis, circuitionibus interfecisse. Ab ijs enim & deambulationibus, fomentis, frictionibus, & motionibus quibuscunq; calorem adaugentibus, vt ait Gal. febricitantes maxime læduntur. per fomentum enim hoc in loco, inquit ipse, omnem calorem, qui nobis extrinsecus accedat intelligere debemus. Qđ autem tum repletio quæcunque, tum omnis inmodica inanitio euitanda sit, dum de cibis disseruimus, cum Hippoc. declarauimus. In febribus pariter quibuscunque animi pathemata quieta, atque tranquilla esse debere, & iram potissimum, tanquam hostē perniciosissimum, cauendam esse, vulgaribus quinetiam compertissimum est. Placidi vero tranquillique seruabuntur animi affectus ipsius ægrotantis, & vniuersa victus ratio erga ipsum optime succedet: Si non solum ministri & assidentes seipsos opportuna facientes præstabunt: sed Medicus quoque cum in omnibus artis præceptis exequendis strenue se geret, tum in ingressibus, sermonibus, figura, vestimentis, tonsura, vnguibus, & odore, vt scriptum reliquit Hippoc. decorem optime seruabit. vnde prouidere Medicus debet, vt neque dum dormiunt, aut alio tempore, quo non debēt accedat, neque temere magno cum strepitu, aut alta voce, aut incessu, aut aspectu, aut aliquo alio huiusmodi, in quo decorum non seruetur. Præstiterit quoque ipsum neque adeo ægrotantibus adulari, vt contemptui habeatur: neque ita rusticum & durū esse, vt Callianacta Herophili studiosus fuit. Id autem fiet, si in aspectu, sermone, & omni corporis habitu Medici grauitatem seruabit, ægrumque præceptis suis parere docebit. Vt enim non decet Medicum odio dignum ægro videri, ita nec contemptui; sed in eo debet cum humanitate moderatisque ac suauibus moribus seueritas esse cōiuncta. Cum autem sermonum plura sint genera, duos potissimum, probabili primū exordio vsus, poterit ægrotanti commemorare, quorum vnum Hippoc. in aphorismorum prohemio literis consignauit inquiens. Debet autem non solum Medicus ea facere, quæ oportet, sed & æger, & qui assident, & quæ extrinsecus adueniunt. Reliquū vero in primo de vulgaribus morbis, dum habet, Ars ex tribus constat morbo, ęgro, & Medico: debetque æger vnà cum Medico morbo aduersari. Si enim æger solum Medicum cum morbo pugnare permittat, vel etiam ad morbum transfugiens Medico repugnet, certe fiet, vt Medicus à morbo vincatur. Figuram vero perpulchre in primo de officina Medici docuit Hippoc. eiusmodi autem sit & dum ingreditur & dū sedet, vt nec propter humilitatem despiciendus, nec propter fastum, & arrogantiam inflatus videatur. Conandum itaque vt mediocritas retineatur. At si interdum, quod raro accidit, humilitatis æger studiosus videatur, ad hanc parumper deflectere præstabit: si contra affectus sit, paululum à mediocritate in alteram partem declinandum erit. ob id & vestis sit mediocris, neque sumptuosa, vt arrogantiam præseferat, neque sordida & planè

Margin notes: Gal. 2. aph. 1. Auic. 1. 4. tra. 2. c. 7. — Gal. 2. aph. 1. — Motus & qes — Hip. 3. in 6. pid. 31. Gal. in com. — Inanitio & repletio. Animi accidentia. — Quo nā pacto Medicus ad ægrotantem accedere debeat. — Hip. 4. in 6. epid. 9. Gal. in com.

& planè abiecta. nisi æger immoderatius, aut prætiosa, aut sordida veste delectetur. ita & in reliquis iam dictis, decorum & communem, potissimum vsum ad vnguem seruabit.

De præseruatione à putrida febre. Cap. XXIIII.

QVICVNQVE ea omnia diligenter perlegerit, quæ à nobis de natura causisque putredinis, & ei obnoxijs corporibus fuere conscripta, is haud difficulter omnes scopos, intentionesque sibi proponet, in quas intendens homines à putrida febre præseruare, & immunes reddere optime sciet. Cum enim ad passi dispositionem, agentisque vim perpetuo respiciendum sit: ob id ratione passi id erit prouidendum, vt corpus excrementis, ac superfluitatibus omnino vacet, & si fuerit humidum ad siccitatem perducatur. Ratione autem agentis quilibet extraneus immodicusque calor arcendus erit, subindeque causæ omnes calefacientes, & potissimum obstructiones, & adstrictiones, quarum vi vt plurimum in putridis febribus is accenditur, erunt ex toto remouendæ. & hoc est quod nobis insinuauit Gal. dum dixit, quod vna & prima est in omnibus communis intentio, quod corpus quàm maxime superfluitatibus vacet, atque optime spiret: ita vt libera in omnibus meatibus spiratio sit, & corpus obstructionibus atque adstrictionibus careat. Quod si putredinis causa, fuerit præpotens, ita vt vehemens putredinis excessus suspicio sit, subdit, quod secundo loco, post hæc, corpus præpotenti causæ, quoad eius fieri potest, aduersari debet. Aduersabitur autem si ad siccum declinabit, vnde humidiora corpora dicebat ipse, omni via exiccare conabimur, quæ vero ficciora sunt, in his antiquum habitum conseruabimus. Quo modo autem adstrictiones & obstructiones tollantur, tum in ephemerarum, tum in putridarum febrium curatione tradidimus. Quibus autem præsidijs corpus exiccandum sit, ex propositis in curatione humidæ ventriculi intemperiei, conspicuum est, tū ex dicendis de totius corporis magnitudine aucta remouenda adhuc magis clarum fiet. Vt autem corpus superfluitatibus vacet, ne dum conueniens victus ratio in sex rebus non naturalibus vocatis instituenda erit, verum etiam causæ omnes internæ superfluos & vitiosos humores generantes, & colligentes, siue sint membrorum potissimumque principalium intemperantiæ, quarum vi eorum naturales facultates, & potissimum concoctrices seu alteratrices, & expultrices læduntur, siue alia vitia, erunt auferendæ. Si verò superfluitatum generationem vel propter internas causas, & intēperantias potissimum habituatas vel quia is homo negociorum interdum occasione, vel sponte, vel inuitus pro secundæ valetudinis præceptis viuere prohibeatur, vel propter ipsius incontinentiam, & errores in ratione victus, inhibere non possimus, & hæ per consuetos aut alios conuenientes ductus non euacuentur, earum euacuationem, per pharmaca, cauteria, aut alia præsidia, quæ inaniendi, aut naturam ad expulsionem irritandi & adiuuandi vim habent, moliri oportebit. Verum quoniam vt plurimum homines dum intra sanitatis limites constituti sunt, etiam si non adeo commoda vale tudine fruantur, quia tamen plurima sanorum munia obire valent, medicorum consi lia, & auxilia, nec non etiam consortia contemnere consueuerunt: Idcirco pij, prudentesque Medici, dum primum in neutram incidunt dispositionem, & potissimum aliquo symptomate, aut re aliqua præter naturam vrgentur, ratione cuius Medicos adire, atque consulere coguntur, eos à morbis & præsertim putridis febribus vindica re, & præseruare debent. & quoniam vt in signis neutræ dispositionis & sermone de prognosticis ostendimus, lassitudines sunt illæ, quæ perpetuo ferè putridas febres, & morbos præcedere consueuerunt: has verò homines facillimè percipiunt & animaduertunt. quippe quæ motiuas functiones reliquarum omnium apertissimas interturbant; propterea, quamprimum lassitudinis conqueruntur, quę quidem non ab immo dica exercitatione, & externa causa ortum duxerit, sed spontanea sit, illico lassitudinis curatio, & subinde à putrida febre, quæ iam instat, aut paulò post futura est, præseruatio, aggredieda erit. sed quia rectam curationem adhibere est impossibile, nisi prius lassitudinis naturam, differentias, & causas omnes cognouerimus: idcirco hæc omnia prius vnà cum Galeno aperiemus. Quantum igitur attinet ad nomen, sciendum est per lassitudinem illum affectum intelligendum esse, in quo homines tristi molestoque sensu,

Gal. 1. de diff. feb. c. 4.

Gal. 3. de sanit. tuen. c. 8.

Gal. 3. de sani. tuen. c. 5.

De lassitudinibus.

Lassitudinis notio & intelligentia.

ſenſu, in vniuerſo corporis habitu, aut ſaltem in pluribus ipſius partibus, inter mouendum afficiuntur. adeo, vt laſſitudines omnes in hæc communia ſymptomata conueniant, vt plures, vel omnes corporis partes tum triſti quodam ſenſu, tum mouendi difficultate teneantur. quæ quidem motus difficultas à triſti potiſſimum moleſtoque ſenſu, ſicuti hic ab ipſa ſolutione vnitatis dependet. à quibus autem cauſis ſoluatur vnitas in ſingulis laſſitudinis differentijs examinandis mox tradenus. Cum autem ex his laſſitudinis communis natura, & cauſa vniuerſalis immediataque clariſſima ſit, differentias iam tradamus. Harum autem primæ atque præcipuæ ab ipſa triſtis ſenſationis forma capiuntur. Interdum enim vlceris ſenſus, cum mouentur, ſe exhibet, & vlceroſa vocatur laſſitudo; nonnunquam tendi ſiue incendi videntur, ita vt tenſionis ſenſus exoriatur, & tenſiua nuncupatur; aliquando moleſtus ſenſus phlegmones ſpeciem præfert, & phlegmonoſa laſſitudo ab omnibus appellatur. Quo fit vt ſeptē eius in vniuerſum differentiæ ſint, tres ſimplices iam propoſitæ, & quatuor ex his cōpoſitæ. Aliæ verò rurſus laſſitudinum communes differentiæ ſunt, quatenus vel ab externis cauſis & exercitationibus, vel internis potius originem ducunt. & has quidem ſpontaneas, ſiue ſponte factas, illas verò non ſpontaneas Hippoc. & Galenus vocant. Verum quoniam circa tres ſimplices laſſitudinum differentias iam propoſitas aliquis dubitare poſſet phlegmonoſam ſimplicem non eſſe, nec à duabus reliquis tertiam, ſed ex his compoſitam, nec aliunde conſtantem, quàm ex neruoſarum partium tenſione, & vlceris ſenſu, nam calor qui in huiuſmodi laſſitudine ſentitur, in alijs quoque naturaliter ineſt: ideo vt inſtantiam remoueret Gal. ſubdit, quod huic vni, ideſt phlegmonoſæ egregie præter ceteras ineſt, nempè maior, quàm pro naturali habitu, tumor, tunc quod nec grauitas ſenſus ſimilis in hac, & tenſionis laſſitudine habetur. Quippe in illa tendi, in hac contuſos eſſe vſque ad oſſa neruos vniuerſos putant, qui ipſa laborant. Non igitur duæ ſolummodo, ſed tres laſſitudinum differentiæ ſunt. neque rurſus præter tres ſimplices iam propoſitas, quartam adhuc ſimplicem laſſitudinis differentiam ſuperaddere licet. eſt enim ait Gal. affectio alia quoque, quæ, ceu laſſitudo ſit, nonnullis imponit. hæc incidit, cum ſupra iuſtum muſculi ſiccantur ſic, vt ſquallens, contractumque corpus appareat, atque ad motus quodammodo pigrū: non tamen ei quicquam eorum, quæ modo diximus, ineſt; neque is, qui veluti vlceris aut tenſionis eſt, multoque minus, qui veluti phlegmones eſt ſenſus. Quippe diuerſiſſimus aſpectus eiuſmodi affectionis eſt, & eius, quam vltimo loco retulimus. Hæc enim ſqualiens, & contractius corpus efficit. at phlegmonoſa, mole etiam, quā pro natura ampliote. Si vero de laſſitudinum cauſis loquamur. Vlceroſæ interna cauſa eſt acrimonia tenuis & calidi humoris, qui corpus erodit, ſtimulat, ac pungit. Hic autem vitioſus ſuccus imprudentibus nobis in corpore ſuccreuit. Non enim quæuis mali ſucci ſpecies, ſed tantum, in qua rodens acrimonia continetur vlceroſam laſſitudinem creat: ſed nec eiuſmodi quidem ſuccus, dum in venis cum ſanguine miſcetur. latet enim tum eius vis, vtpote transfluentis, & à ſanguinis bonitate ſuperati. Verū cum ab his tranſlatus, in carnibus, & ad cutem ſolus hæret, vlceroſum ſenſum tūc ingerit. Qui vero ex abundantia naſci hanc laſſitudinem putant, ſanè falluntur. Nam neque ex ea copia, quàm plethoram dicimus (hæc enim tenſiuam gignit) neque ex ea, quæ vires prægrauat. Non enim eroſio, aut vlceris phantaſia, ſed vel grauitas, & ad motiones ſegnitia, talis ſunt abundantiæ ſymptomata, vtique dum ad animales collata vires, eas ſuperās præmit: vel pulſus quædam vitia, ſi quando vitalem vrget. quare vlceroſæ laſſitudinis cauſa eſt humorum, qui in cute & carne continentur, acrimonia. Hæc enim vt quieta ſenſum latet, ſic agitata protinus ſentitur. Duplici autem ratione ad motum incitatur: vnā quidem ex incidenti. ſ. cum nobis partem aliquam, aut etiam totum corpus mouere volentibus, cum hoc humores, qui in ipſo continentur, ſimul mouemus: altera vero cum à ſenſibili ipſo corpore impellitur, vtpote, quod repellendi alieni vim obtinet: vehementiore autem momento agitur tum ab exercitatione, tum frictione, tum balneo. Quod ſi vlceroſa laſſitudo non quidem ſpontanea ſit, ſed ab externa cauſa occaſionem accipiat, tunc vlceroſus quidem affectus oritur ab excrementorum copia tenuium ſimul & acrium. quæ nimitum inter exercitandum proueniunt duplici ex cauſa, aut. ſ. eo excremento, quod craſſius erat, fuſo & attenuato, non tamen ex toto expulſo: aut adipe, mollive carne liquata. Neceſſe enim eſt abs tali humore, ceu tenui atque acri, pungi, & quaſi vulnerari tum cutem, tum ipſam carnem. Porrò vlceroſa laſſitudo quæ ſpontanea eſt, multas præter ceteras ſortitur differen-

Margin notes: Natura. — Differentiæ. — An phlegmonoſa laſſitudo ſit à reliquis duabus tertia: — Gal. 3. de tuen. vale. c. 7. — Alia affectio quæ laſſitudo non eſt. — Gal. 3. de tuen. vale. c. 5. — Laſſitudinū cauſæ. Cauſæ vlceroſæ. Internæ. — Gal. 4. de tuen. ſani. c. 2. — Externæ. — Gal. 3. de ſani. tuen. c. 5. — Vlceroſæ laſſitudinis differentiæ.

Gal. 4. de tuen. sani. a c. 4. usq. ad fin. libri. ferētias, quarum quæ essentiales sunt, ab ipsius causa, & proinde ab acris & mordacis, seu tristem sensum inferentis humoris specie desumūtur, infestat enim alias biliosum, alias melancholicum, alias pituitosum, sed quod vel salsum, vel acidum sit, excrementum. Atque horum quodlibet aut crassius, aut sero propius, aut media quapiam cō sistentia. Reliquæ verò differentiæ ab huius humoris loco, & quantitate, nec non ab ijs, quæ cum eo connectuntur, capiendæ erunt. Nam excrementum acre, & malus succus vel sub cute, vel in carne & in solidis tantum corporibus; vel etiam intra venarum sinus continetur. & rursus succus hic vitiosus, vel vnà cum sanguinis copia, vel vnà cū crudis succis, vel per se solus in corpore consistit: ad hæc hi crudi succi, vel solum in primis venis, vel solum in corporis habitu, vel in toto corpore redundant. Quas quidem differentias omnes spectare pro curatione maxime necessarium est, quemadmodum & alias, si quæ sint huius generis, quæ dum vnà cum vitioso humore & vlceroso affectu complicatæ sunt, curationem immutare valent. Alterum verò lassitudinis genus, in quo tensio sentitur, quoties sua sponte incidit, plethoris superuenit. Quippe tenduntur in his solidæ animalis partes, præcipue in quibus succi continentur. Vbi vero ab externa causa & exercitio occasionem duxerit, in hoc certe lassitudinis genere nullum excrementum, de quo ratio vlla sit habenda, in corpore continetur, sed residet in musculis & neruis ex nimia tensione, quam exercitando admiserunt, affectus quidam effectricis causæ potestatem testificans. Accidit nanque in vehementi tensione omnes musculorum fibras tendi, non tamen similiter omnes lassari, sed eas maxime, quæ per longitudinem tensionis porriguntur. Quippe quæ obliquiores quodammodo iacent, minus in directum aguntur. quare his nullum instat periculum. In ijs verò, quæ immoderatius sunt extentæ, ita vt parum à rumpendo absint; relinquitur affectio quædam similis ei, quæ inter agendum fiebat. quippe tendi adhuc videntur, cum tamen nulla iam tensione vrgeantur. incidit certè lassitudo hæc, ijs, quibus salubris succus est, post robustas potius, quàm celeres exercitationes. Tertium autem lassitudinis genus, quod phlegmones sensum affert, dum spōte fit, ex ambobus causis, à quibus reliquæ duæ spontaneæ lassitudines separatim creantur, ortum ducit, videlicet tum nimia boni succi redundantia, tum prædicto vitioso succo. Ab externa autem causa tum maxime solet incidere, cum musculi nimium excalfacti attraxere quippiā ex circumfusis sibi excrementis. Quod si etiam tum tendonibus, tum neruis idem affectus incidit, Græci quasi ossium dolorem & lassitudinem eum affectum nominãt, ob penitiorem, scilicet sensum, partibus, quæ in alto maxime corpore sunt positæ, nomen tribuentes. Quippe summum locum cutis occupat. secundum ab ea positurae ordinem musculi habent, vtrique circum ossa positi. at tendones ipsis ossibus adhærent quo magis rationabile est, cum hi quicquam prædictorum patiuntur, videri in imo, ac circa ipsa ossa affectionem hærere. Quemadmodum verò patientes, dum molesto tristique sensu & motu difficili in vniuerso corpore teneri se dicunt, subinde sua sponte lassitudinem in communi pandere consueuerunt, ita si sedulo interrogentur, lassitudinis speciem statim aperiunt. interdum enim se vlceroso veluti sensu vexari, nonnūquam tendi, aliquando phlegmonis similitudinem sibi repræsentari affirmant. Insuper prudens Medicus vnica ferè inspectione (dummodo humores ipsi propter animæ affectus, aut ambientem acrem, aut alia de causa, non retrocedant, aut ad cutim magis quam par sit, non impellantur) facilè poterit triplicem lassitudinis speciem interstinguere, & ad maiorem artis ostentationem antequam patiens id proprio sermone efficiat, tristis sensationis formam explicare. Si enim viderit hominem vitioso colore affectum vlceroso punctorioque sensu ipsum vrgeri affirmabit, & non errabit, sin rubro, & valde viuido colore respersum, citra tamen euidentem calorem, & citra maiorem corporis habitus, & musculorum molem, ipsum veluti tendi poterit prædicere. Si verò color ex rubro & alio vitioso colore permixtus fuerit, & præter doloris magnitudinem, cum euidenti calore, etiam musculi in maiorem molem attollentur: phlegmonis cuiusdam veluti sensum patienti repræsentari, cum maxima ipsius admiratione, pdicet. Vtrum autem lassitudo spontanea sit, vel potius ab exercitatione orta, ex relatu patientis deprehenditur. Dum autem vlcerosa est, succi ipsam efficientis species imprimis discernenda est. discernitur autem potissimum tum ex symptomatibus præsentibus, tum causis prægressis. inter præsentia symptomata ea imprimis, quæ per vniuersum animalis habitum apparent, & eos, qui illic sunt, affectus cōsiderare oportet. & si cum pustulis (quas Græci exanthemata vocant) lassitudinis affectus consistat. ex his fa-

Marginal notes: *Gal. 4. de sani. tuen. c. 2.* — Tensiuę lassitudinis causæ. — *Gal. 3. de sani. tuen. c. 5.* — *Gal. 4. de sani. tuen. c. 3.* — Phlegmonosæ lassitudinis causæ. — *3. eiusd. 5.* — Signa. — Signa differentiarum. — Signa succi vlcerosā lassitudinem pmouentis. — *Gal. 4. eiusdem c. 4.*

his facilis inuentu erit excrementi species. Sin absque his, superantibus in eo calidis succis, insolito caloris sensu vrgentur: frigoris verò, cum frigidi dominantur. Iam albiores pituita superante, pallidiores bili abundante cernuntur. Quod si meracior bilis sit, etiam planè flauiores. nam color à succo prouenit, non ex solidis animalis partibus, vtique cum succi, vt superius diximus, in altum se non receperũt. quod accidit illis propter frigora, rigores, timorem, ingentem tristitiam, vel incipientem verecundiam, quorum nullum si adsit, nunquam se in altum recipient succi. Aeque, nec in cutem violentius irruentes, hanc adurent vnquam nisi animus aliquo modo affectus sit, aut æstu immodico animal extrinsecus obsessum. Ideo si nec ambientis violentia calidi frigidive, nec vllus animi affectus subsit, certissima succi animalis cognitio ex colore datur. Tanquam igitur corpus, sicubi albius solito est effectum, pituitosum abundare succum indicat: sicubi pallidius aut flauius, biliosum: ita, sicubi ad rubicundius, quàm pro natura, est mutatum, sanguinis abundantiam subesse significat: sicubi ad nigrius, nigram superesse bilem ostendit. Videas præterea ceu plumbi colorem aliquando nonnullos habere: rursus aliquando ceu misturam esse albi, liuidique: aliquando liuorem solum sine albo consistere. Ergo eiusmodi colores, crudos dominari succos indicant: qui cum de genere sunt pituitæ, minus tamen humiditatis habent, quam ea, quæ publice vocatur pituita. Plerunque vero huic nec lentor inest. Nam, is si adsit, Praxagoras talem succum vitreum appellat, egregie quidem frigidum, crassum tamen eo, quem crudum per eminentiam vocant, certè minus. generaliter igitur tales succi omnes albi crudique sunt, nomenclaturam vero alius aliã sortitur. Præter affectus, qui in corporis sunt habitu exeuntia perpendere oportet, & præsertim sudorem & vrinam. Vnde qualitas sudoris examinanda. Hic enim partim acidus, partim salsus est, partim veluti lutum, aut virus planè olet. licet autem hoc ex strigili deprehendere, cum lauantur. Sæpe nanque amarus planè apparet, qualis vtique morbo regio laborantibus emittitur. Eius vero dignotio etiam citra gustum facilis ex solo colore est. Quippè pallidus pro eiusmodi bilis ratione apparet. Sæpe tamen post validissimos labores, & vehementem æstum planè flauus cõspicitur. aliquando medius, & ex ambobus mistus cernitur, veluti quodammodo ex pallido flauus. Qualiscunque enim in corpore bilis habetur, tale necesse est eius appareat serum. Ac sudor quidem succorum, qui in toto corpore abundant, nota est: vrina vero, eorum tantum, qui vasis continentur. Sudor itaque inspiciendus, aliquando vero patientem sudorem suum gustare, quo certius internoscatur, iubemus. id quod aliquando sua sponte accidere solet, dum ex fronte in os sæpe delabitur. Aestimare præterea vrinæ tum consistentiam, tum colorem oportebit. Sed nec, quæ in ea pendẽt, aut sidunt, prætermittere conueniet, sed omnia perpendere. Cuiusmodi enim sanguis sit, qui in vasis continetur, ea planè ostendunt. quando si is biliosus sit, serũ quoque eius biliosum esse necesse est, idque pro vtriusuis bilis ratione. Simili modo pituitosum, si is sit pituitosus. Ergo vbi crudus planè is est, vtique tenuis aquosaque vrina cernitur, nihil, quod sidat, nec quod pendeat, in se habens. At vbi is concoctus est, hæc in vrina apparent, atque etiam nubeculæ quędam desuper tenues superstant, veluti quod in summo lacte colligitur, & quod in summo refrigerati iusculi concreuit: quas plerique practicantes, vti nos sæpius audiuimus, ex ingenti hepatis & renum ardore & colliquatione prouenire affirmant, & subinde vehementer refrigerantia ægrotantibus, dum à morbis se recipiunt, & conualescunt, non sine maximo discrimine exhibere solent. Quod si turbida sit, qualis veterinorum visitur, crudis vocatis humoribus refertas venas indicat, non tamen cessare naturam, sed eos valenter concoquere. Si vero celeris separatio crassi à liquido in ea cernitur, sitque quod subsidet, album, leue, & æquale, iam iam superaturam eos omnes naturam indicant. Sin cum emingitur, pura sit, protinus vero turbetur, iam crudi succi coctionem aggredi naturam docet. At, si interposito tempore turbetur, non protinus, sed post aggressuram insinuat. Verum omnium, quæ turbantur, vrinarum generalis nota esto ipsius crassi à liquidiore separatio, aut propere, aut tarde facta, aut omnino nulla. ergo si protinus fiat, & quod subsidit sit album leue, & æquale, superiorem longe naturam succis, quos concoquit, ostendit. Sin bonum sit, quod subsidit, sed quod post longius tempus interpositum colligatur, etiam naturam temporis spatio superaturam succos nunciat. Si vero vel omnino nulla separatio, vel id, quod subdidit, malum sit, imbecillitas naturæ significatur, egetque ope aliqua ad succos percoquendos. Ex prægressis quoque

Margin notes: Signa q̃ de sumuntur ab affectib. qui sunt in corpore. — Signa ab exeuntibus desumpta. A sudore. — Ab vrinis. — Vrinæ turbidæ quid nã indicent.

quoque causis excrementi, seu vitiosi succi species & qualitas cognoscitur. Vnde in boni quidem succi corporibus tum ex ijs, qui præcesserunt, cibis, tum reliquis, quę ipsis corporibus inciderunt. In ijs verò, qui malos succos natura colligunt, hinc quoque nonnihil capiendum. sed de eiusmodi temperamentis vberius alibi egimus, nūc de reliquis agamus, ex quibus licet de mali succi specie coniecturam accipere. Qui in ocio degunt, ij pituitosum aceruatè succum solent. Quos multus labor exercet, ij biliosum vel melancholicum: illum Aestate, hunc Autumno gignunt. Quinetiam, an diuturni labores fuerint, inspiciendum est: Quanto enim fuerint longiores, tanto sunt ad atram gignendam bilem magis procliues. Præterea, qui cum multo sudore obeuntur, ij crassius excrementum faciunt. Qui sine sudore peraguntur, magis tenue, veluti qui Hyeme, & frigido aeris statu suscipiuntur. Mali succi specie rectè cognita, considerandum erit, in solidisne tantum corporibus, an intra venarum sinus contineatur. De ijs vero, quæ intra venas sunt, excrementis, nullum planè manifestum, nec euidens signum habemus præter solam vrinam: conijcere tamen ex his licet. Primū æstimabimus, quonam, qui affligitur, vsus sit victu. Secundo solitusne sit malum succum naturæ sponte congerere. Ad hæc, an naturalis aliqua, & consueta excretio iam desierit. Quarto an exercitatione, purgatione per vomitum aluumve, gestationibus, aut vsu aquarum sponte nascentium soliti superuacua expellere, id intermiserint. Atq; in victu quidem videndum, an cruditas & crebrior & maior, quàm ex consuetudine, præcesserit: an mali succi cibis copiose se impleuerint: an vinum pro antiquo mustū pro tenui crassum, an aqua marina mixtum biberint: an etiam prorsus à vino se ad aquæ potionem transtulerint, nec semel bisvè in quolibet horum peccauerint, sed assidue, bonoque tempore. Secundo considerandum an homo ex eorum numero sit, qui facilè malum succum congerunt. deprehendas id percontatus, an scabie, aut lepra, aut vitiligine, aut pruritu crebro sit affectus. Item an erysipelas, aut herpes, aut elephantiasis, aut ophiasis, aut alopeciasis, aut pustulæ crebræ, aut vlcera, aut epinyctides, aut denique vllum symptoma, quod ex vitioso succo & natum & auctum est, illum malè habuerit. Ab his consideranda diximus, consuetaue vlla excretio retenta sit per vomitum, vel hæmorrhoidas, vel fistulam aliquam, vel disenteriam, vel, si mulier est, p menstruum ꝓfluuium. deinde num ipse medicamento se purgare semper solitus, id intermiserit. Nonnulli enim sunt qui deiectorijs medicamentis, alij vomitorijs, aut vrinam sudoremve cientibus, aut vsu sponte nascentium aquarum, vtique quibus aut sulfuris, aut bituminis, aut nitri vis inest, Vere, vel Autumno quotannis soliti excrementa vacuare, aliquando id negligunt. Multi exercitationum consuetudinem dimiserūt. Alij rursus omnis frictionis, aut balnei, aut à vino dulci post balneum vomitionis morem prætermiserunt. Sanè constat nos non illorum modo, qui optimo sunt corporis temperamento, fecisse mentionem, sed, quo nihil in mali succi causarum catalogo sit prætermissum, etiam eos, qui vitiosum succum natura prompte congerunt, sermone comprehendisse, ex quibus & alijs infra dicendis de mali succi sede & quantitate, nec non alijs cum eo complicatis coniecturam facere oportebit, ac remedium ad mensuræ ipsius quantitatem proportione inuenire. Quamuis autem lassitudo quælibet ex se curationem admittat, non æque tamen omnes aut facilè, aut breui tempore percurantur. quæ enim ab exercitio oriuntur longè facilius, quàm spontaneæ tolluntur, inter has verò breuissimo temporis spatio facillimeq; tensiua lassitudo submouetur, ægrius tollitur vlcerosa. omnium egerrime quæ phlegmonis, sensum infert: quæ etiā reliquarum omnium periculosissima est. nam phlegmonosa lassitudo, ait Gal. ne paucis quidem horis, nedum duobus tribusve diebus, eodem tenore consistit, prout Erasistrato placet, sed statim febrem accēdit vehementissimam, nisi sanguinis detractione malo prius sit occursum, ita vt in curatione in hac lassitudine quammaxime festinandum sit. causa vero in promptu est, nam corpus duplici malo cacochymia. s. & plethora obsessum est. Si autem in vlcerosa vitiosus succus etiam in venis subsistat, clarū est maiori cum difficultate curari, & hoc eo maiori quo vitiosus succus copiosior fuerit, facilius autem si cum sanguine moderato fiet. Similiter si cruditas vnā cum prauo succo fuerit complicata difficilior euadet curatio, non ita tamen difficile extirpabitur si cruditas in corporis habitu consistet, ægrius auferetur malum si fuerit in primis venis egerrime si in toto corpore cruditas redundabit. Est autem Hippocratis diuulgatus sermo spontaneas lassitudines morbos prænunciare. cum enim morborum causæ presto sunt, morbos futuros absque dubio timere debemus. pro lassitudinis autem diuersitate

Signā ex causis pręgressis desumpta.

Signa mali succi sedē, & quantitatem indicantia.

Prognostic a.

Gal. 4. de san. tuen. c. 10.

Hip. 2. aphoris. tex. 5. Gal. in com.

sitate, diuersas quoque morborum species, & timere, & prænunciare debemus. Vnde in vlcerosa, biliosas, aut melancholicas, aut pituitosas febres, aut similes morbos prout vnus vel alius prauus succus abundabit, prædicere poterimus. In tensiua autem morbos ex multitudine prouenientes, vt synochos sine putredine, vasorum disruptiones, & apertiones, sanguinis fluxiones, obstructiones, & inflammationes expectabimus. In phlegmonosa vero caloris suffocationem ex Galeni sententia, aut, si hoc non contingat, prauissimas putridas febres, & synochos cum putredine pertimescere debebimus. Quia, vt in commento notat Galenus, phlegmonosa lassitudo ex vitiatis humoribus & plenitudine simul iunctis ortum habet. Hæc autem Galeni verba nos perturbare non debent, nec ex his colligere debemus phlegmonosam lassitudinẽ non simplicem, sed ex duabus reliquis compositam esse, & proinde Galenum sibi cõtradicere. Cum in tertio & quarto de sanit. tuen. eam simplicem esse aperte statuerit. Nam Gal. dum ait phlegmonosam esse ex his duabus compositam respicit ad causam, non autem ad ipsum symptoma, & affectus essentiam, quam in libris de sanit. tuenda considerauit, affectus enim simplex est ab vlceroso tensiuoque distinctus, vti superius manifestauimus, & multo magis simplex existit, vbi non spontanea est, sed ab exercitatione proueniens. In quacunque autem lassitudine curatio per ea, quæ causæ contraria sunt, adhibenda est. Vnde dum lassitudo ab interna solummodo causa orta est, & spontanea, si à sola multitudine dependeat, hæc minuenda est, si ab excrementorum vitijs ortum habeat, siue calidum sit, siue frigidum ipsum, ait Gal. aut expellas, aut alteres oportet. Recipit vero non omne excrementum alterationem à natura, quod enim omnino alienum est, nulla fieri ratione potest, vt id naturæ suæ gratiam recipiat, sed educere id quamprimum est tentandum, æque certe, vt, quæ in ventre corrupta prorsus sunt, ea vel vomitione, vel deiectione expelli profecto est optimũ. Non tamen perinde promptum est in carne atque alijs corporibus imbibitum vitiosum succum educere, vt qui in ijs, quorum sensibilis capacitas est, continetur. Interdum nec ipsa laborantis natura medicamentum, quod malum succum mature vacuet, admittit, sicuti interdum & alius quispiam affectus obstat, qui talem educendi rationem respuat. Non est autem vnà tantum ratione educendum, aut alterandum excrementum, sed explorata, quæ ei, quod affligit, maxime sit accommodata, ei est insistendum. Ea verò, vt in summa complectar, ratio est, quæ ex contrario opem mollitur: priuatim verò, quæ ex cuiusque contrario. Si vero lassitudo non spontanea sit sed exercitium insuetum, aut immodicum insequatur. Vlcerosa euaporationem per cutis meatus, tensiua relaxationem, phlegmonosa vero vacuationem, requiem, & refrigerationem postulat. Si vero lassitudines simul complicatæ fuerint, vtendum auxilio, quod vtrunque respiciat, magis tamen id quod est maius. Non est autem in omnibus rebus vnius rationis ipsius maioris natura, sed alibi pro viribus, & quasi dignitate rei, alibi pro ipsius propria essentia spectanda. ac dignitate quidem, & viribus maior phlegmonosa est, quàm excrementosa, vtraque tamen ipsarum sic propriè essentiæ ratione magna paruaque esse potest, vt si vtraque sola seorsum consisteret. Si itaque vtraque pari interuallo à naturali habitu recessit, phlegmonosa præcipuam cũ rationis solicitudineã se conuerteret, vtpote dignitate pollens. Sin exigue, quæ phlegmonosa est: plurimum vlcerosa à naturali habitu recessit, æstimandum, num tantum superet magnitudine vlcerosa, quantum quæ phlegmonosa est, viribus, an minus, an magis, atque ita quod pol let, explorare. Quod si æqualiter pollentes videris, pari studio est vtrique consulendum. Atque hæc ratio perpetua sit coniugatorum affectuum. Sed latius nunc cuiuscunque particularis lassitudinis curationes nobis explicandæ sunt, vnà cum sua cuiusque euidenti demonstratione, idque à spontaneo vlceroso affectu exorsis. Facta itaque de mali succi quantitate coniectura remedium ad ipsius mensuræ quantitatem adhibendum, mediocrius, si omnino sit exiguus, & ad cutem tantum collectus: valentius, si multus & in profundo. Prius vero eius, qui exiguus, & iuxta cutem est, curatio dicetur: deinde eius, qui in carne residet: tertio ab his loco, eius cuius totus sanguis impurus excrementosusque est. Supponatur itaque iuuenis boni succi, qui prius salubri omnino victu sit vsus, nunc necessitate quapiam vrgente longi temporis iter confecerit, in quo nec exercitatus, nec lauatus pro consuetudine fuerit, cibis potioneque mali succi vsus sit, tum à prandio, vel cœna, vel etiam toto die vehiculo sit vectus, nec bene plerunque dormierit, illud tamen adda-

Gal. li. de caus. morb. c. 2.

Dubitatio.

Solutio.

Indicatiões.

Gal. 4. de sani. tuen. c. 3.

Gal. 3. de tuen. val. 6. & 7. Cap. 9.

Curatio.
Vlcerosæ lassitudinis spõtaneæ curatio.
Si vitiosus succus paucus, & ad cutem tantum collectus sit, & laborãs sit iuuenis boni succi curatio

Gal. 4. de sani. tuen. c. 4.

addatur, nihil huic in modo assumptorum erratum esse, proindeque nec in cruditatem vllam incidisse, talis multum mali succi congessisse profecto nequiuerit. itaque etiam nec correctionem prolixam requirit, imo exercitationem tantum, quæ apotherapia dicitur: & accommodatam huic victus rationem. Huc enim omne consilium dirigere oportet, vt excrementa, quæ circa cutem tantum sunt, educantur, & discutiantur. Hæc porrò discutit apotherapia exercitatio dicta, quæ cum duplex sit, altera quidem exercitationis ceu pars, altera eius ceu species, horum excrementorum expulsioni, ea potissimum apotherapia conueniens est, quæ exercitationis ceu species quædam est. In qua s. motus adhibeas, ait Ga. quantitate mediocres, qualitate tardiores, idque cum frequenti interposita his quiete: qua vtique fricare hominem oportet pluribus simul contrectantibus, quo nec frigescat pars vlla, & ocyssime excrementa digerantur. Porro frictionum plus adhibebitur in hoc iuuene proposito, in quo in cute & sub cute excrementorum collecta vis est; sicuti motuum plus, quos ipsemet laborans edat, in ea lassitudine, in qua plus est in ipsis musculis congestū. Quę enim in his coacta excrementa sunt sola frictio educere non potest: his enim opus est non solum ab aliquo foris attrahi, verum etiam ab altero quopiam intrinsecus impelli. Impellit ea partim calor ipse, qui per motum accenditur, partim spiritus, qui vnà emittitur, partim ipsa musculorum tensio: super hæc vero singularum partium excretoria alieni vis. Rursus detur eundem iuuenem præter alia, quæ eadem sint, etiam in cruditates sæpe incidisse: & vlceris sensum habere, non cute tenus modo, verum etiam altius in corpore sic, vt totum id malis succis refertum suspicere, huic nec exercitationem, nec vllum omnino motum iniungemus, sed quiescere ac dormire iussum, in abstinentia totum diem exigere cogemus: dein vesperi pinguiter vncto, temperatoque balneo mediocriter lauato, pro cibo dabimus sorbitionem aliquam boni succi, sed planè quam minimam. nec tamen à vino eum abstinebimus. Concoquit enim id semicrudos humores, quantum aliud quiduis: tum sudorem vrinamque promouet, ac somnum conciliat. In ijs autem qui ita se habent, id agendum nobis est, vt, quod mali succi iam planè corruptum est, nec concoqui etiam potest, id sudore vrinaque expellatur: quod semicoctum adhuc est, concoquatur, ac vtile reddatur. Id autem optime quiete, somnoque fiet. Si ergo his peractis malum constiterit, ad consuetudinem rursus paulatim reducendus homo est. Sin in posterum etiam diem duret, de valentiore remedio cogitandum. Maxime si per noctem vel lassitudo magis, quam ante, vel fastidium infestet, vel peruigilet, vel somnos turbatos, & imaginationibus inquietos habeat. his enim si vires non dissuadent, duorum alterum, aut sanguis mittendus est, aut purgatio exhibenda, sed discernentibus nobis, vtrum magis expediat. Sin vires imbecilliores dehortantur, sanguis mittendus non est, sed deiectio mediocris adhibenda, de qua post dicemus. Nam, virium robore constante si lassitudo adhuc infestat, æstimandum est, cum sanguinisne copia, an cum crudis, ac minime coctis humoribus, an per se solus consistat vitiosus humor, qui lassitudinem creat. Nam si cum sanguinis copia, aut vena incidenda, aut aliquid, quod tantundem valet, agendum. Sanè tantundem possunt hæc: quibus hæmorrhoides sunt retentæ, si has aperueris. Si mulieri menstrua consuetudo cessauit, hanc si prouoces. Si quibus horum nihil est, si malleolos scalpello incidas. Post hæc aluus eo medicamento deijcienda est, quod maxime accommodatum malo succo sit. Quod si vitiosi tantum succi hique citra sanguinis copiam subsint, purgatio petenda est, quæ infestanti excremento sit accommoda. Cum enim alij succi priusquam ad exactum sanguinem alimentum peruenit, veluti semicocti sint, alij prorsus incocti, crudique, alij paulo absunt à sanguinis forma, rursus alij sanguificationis veluti vltima pars, qui vtrique excessu caloris prouenjunt, (quorum alij paululum, alij plus, alij plurimum à sanguine recesserunt) vbi paululum vel citra sanguinem restitutum, vel vltra processum est, audacter mittendus sanguis est: vbi plus, consideratius agendum: vbi plurimum, in his nullus omnino mittendus est. Inspicere vero & quantitatem coueniet, vt verbi gratia, si bonus sanguis exiguus sit, reliquus vero succus plurimus: vtique in his abstinendum à detractione sanguinis est. Sin is quidem exiguus, sanguis vero copiosus, audacter incidenda vena est, deinde deijcere, vt diximus aluum oportet, ratione habita de abundantis succi copia pariter & specie. Quod si quis vel pp ętatē, vel timiditatem sanguinis detractionē non admittat, huic deijcienda largius aluus est: aut

si id

Apotherapia exercitatio quæ & quotuplex.

Gal. 3. de sani. tuen. c. 2. & 6.

Si vitiosus succus est in musculis cōsistat.

Gal. 4. de tuen. sani. c. 4.

Si totū corpus malis succis sit refertum.

Si vitiosus succus cum copia, & virium robore cōsistat.

Si vitiosi succi citra sanguinis copiā subsint.

si id quoque suspectum habet, alia ratione educendum superuacuum est. Ac in proposita natura vacuandi rationes inuenire difficile non est: in alijs cum discretione & diligenti examine disquiri eas conueniet. Pone enim propositam naturam ex mala victus ratione lassitudine laborare, & ex relatis notis in venoso vasorum genere apparere subesse illi copiam semicrudorum succorum, in reliquo vero corpore toto multitudinem horum sanè mordacium, quos lassitudo sequuta est, auctus præterea illi quodammodo & sanguis esto, maxime ergo, vt dictum est, detrahere primo de sanguine oportet, deinde succum illum educere, qui superare videtur. Non sustinente autem homine sanguinem sibi detrahi, augere deiectionem: si verò neutrum admittat, aliam quampiam rationem iniri, qua maxime si non breui, at longiore tempore pristinam corporis habitudinem homo recipiat. Cum autem rationem hanc Gal. breuitati studens non proponat, sed eam supponat tum superius traditam, tum postea proponendam, nos, præter alia, de quibus mox dicetur, inediam ipsam in hoc casu summopere comprobabimus. Quum enim consuetus corpori cibus aut subducitur, aut ex toto circunciditur, & huius penuria inest, natiuus calor omnium naturalium operationum auctor per omnia diffusus, noui cibi copia minime implicatus, vbique vim suam exercens, inualescit. Ac primum quidem vtilem succum, & sanguinem in corporis partiumque substantiam mutat, & nutritione absumit: tenues vero & alios superuacuos humores in halitum digerit, & insensibiliter dissipat: crudos concoquit, & in sanguinem alendo corpori idoneum mutat. ex superuacuis autem crassos attenuat, lentosque detergit; & proinde strenue expedit obstructiones, adhæc quidquid concoquere non potest, id saltem præparat, & vias per quas excludatur, tum etiã expultrix facultas quæcunque præparata fuerint expellit. hinc sæpe, aluus sponte soluitur, vomitiones erumpunt, vrina copiosior effunditur, cerebri excrementa defluunt, & quæ à purgationis via longius absunt, perspiratione dissipantur. His corpus vniuersum sublato quasi onere leuatur, respiratio libera fit ac facilis, mens sensusq; omnes expeditiores alacrioresque euadunt. Hæc dum confert inedia impuro quidem corpori sæpe ventriculum vitiosis implet humoribus: vnde stomachi erosiones, vigiliæ, perturbationes corporis, & vertigines, quod. s. calor in alimenti penuria, noxios humores exagitet, at perturbatos demum subigit, domat, & depellit, vnde magna sequitur tranquillitas, & morborum multorumque symptomatum sedatio, superstite etiamnum & integro naturali calore. Hæc igitur moderata efficit inedia. nam immoderata quia pabulo & superuacuo humore absumpto, ipsam etiam partium substantiã dissipat, quæ caloris est sedes, corpus tandem refrigerat, & vires imminuit. in casu itaque proposito apprime vtilis erit moderata inedia & cibi parsimonia, quæ leues morbos ex cruditate futuros arcet. & eosdem recens genitos facilè persanat, & eos inueteratos plurimum coctione lenit, tandemque profligat. & ex plenitudine futuros cõuenienter prohibet, quod sensim ac tempore onerantem copiam eximat. Quilibet igitur facilè prospiciet, dum iuuenis propositus sanguinis detractionem, & deiectionem non admittit, an meliori ratione euacuari possit, & ad pristinam sanitatem restitui, quàm cibi parsimonia. Cum enim duo prima sint, quibus primum intentus sit, oportet, qui propositis affectibus medebitur, crudorum siue etiam semicoctorum, qui ante sanguinis perfectionem fuerunt, percoctio, & mordacium, qui secundi sunt, & sanguine posteriores, eductio, abstinere eos conuenit ab omni valido motu: blande vero vnctos, atque oleo perfrictos, perquam suaui lauare balneo: inde in ocio abstinentiaque habere. Atque etiam somno, si fieri potest, nil enim est, quod æque concoquat ea, quæ concoqui possunt, & malos succos per halitum digerat, vt somnus à balneo. Cum igitur primo die (vt diximus) experti, an facilè finita lassitudo sit, similiter grauatum hominem cernimus, tum mittendus in balneum secundo etiam die est, tum in quiete abstinentiaque habendus. æque vero & si iterum & tertio oportere videris, itidem ieiunum lauabis, quietem ac somnum ipsis lauationibus interponens. Conducit ad somnum non in postremis ipsum quoque balneum. Sunt enim qui eo sunt vsi omnes magis ad somnum propensi, modo maioris momenti nihil obstiterit. Adeo tibi somnus & causa, & signum percommodum speratæ vtilitatis sit: veluti è diuerso non posse dormire à balneo nec causa, nec signum est commodum. Sicuti autem in primo die, ita etiam in secundo sorbitionem & minimam, & simplicẽ illis exhibebimus. Quippe large ijs apponere, qb. auferri potius aliquid debeat, planè

Si vna cũ prauis succis lassitudinẽ efficientib. in venis semicrudi succi, & ẽt sanguis abũdent.

Inediæ maxima vis & vtilitas.

Fern. 3. therq. c. 20.

Gal. 4. de sanit. tuen. c. 4.

est contrarium: ficuti rurfus omnino non nutrire & faftidia ftomachi creat, & eundē lædit,& vires labefactat,& malum fuccum adauget.Ergo exiguum his dandum,ac potiffimum ptiffanæ cremor fi fieri poteft fimpliciter paratus. Si minus, farris alicæ ve eodem,quo ptiffana, modo præparatus,cum paulò aceti adiecto: præfertim fi cruditatis abundantiam vel in venis,vel in toto corporis habitu fubeffe fufpicamur. Quippe, fi nil prorfus aceti fit alicæ admiftum,glutinofior erit, quàm vt propofitis conducat: itaque obftruet magis, quàm detergebit,halitus meatus:quod tamen maxime petitur in craffis,ac glutinofis fuccis,cuiufmodi planè omnes pituitofi funt.Ac boni quidem fucci far ipfum eft,& ob id mordaciū humorum acrimoniam retundit.fed nifi lentor eius corrigatur adiectis aceto,& porri modico,non folum obftruet, fed etiam nutriet plenius, quàm propofitis fit ex vfu. & ob id ptiffanæ cremor in hoc cafu tutior eft, quia præter ceteras vtilitates,quod in crudis fuccis craffi continetur, diffecat, & refoluit. Horum ipforum gratia & mulfa his idonea eft,& oxymeli,& apomeli,& piper,& zingiber, & alia, quæ citra vitiofi fucci generationem diffecant humorem craffum, foluuntque. Frugum nanque aptiffima eft ptiffana. Olerum, fola lactuca, pifcium, qui faxatiles dicuntur. Panis, qui & furno coctus, & fermentatus, & modicè purus eft. Aues Monticulæ. Potio oxymeli, mulfa,vinum tenue,& album,femelque quæ boni funt fucci, detergent, nec glutinofa funt, nec craffum fuccum efficiunt, nec valenter nutriunt. Diuretica verò maxime quæ fanguinem calfaciunt,ac liquant non probantur. Hæc itaque omnia fecundo die facienda ad hunc modum funt, atque ēt tertio quartoque. Ad hæc præterea, fi tum laffitudinis fenfus leuetur, tum corpus coloratius appareat, tum fomni quieti, & vrinæ concoctæ fint, fricare quidem liberalius, exercitare verò parce hominem audebis. His ita peractis, fi nullus laffitudinis fenfus præterea fuperfit, ad confuetas ftatim exercitationes hominem reduces. Sin quicquam appareat priorum, aut fymptomatum, aut notarum, rurfus tu quoque in id intentus, mutare tentabis ea, quæ particulatim non recte habent. Si itaque folius laffitudinis fenfus recordatio fupereft, ceteris notis omnibus bene fe habentibus vtique apotherapiæ munere laffitudinem fubmouebis. Sin autem turbatæ notæ funt, & veluti confufæ ceterum laffitudo abeft, in quiete maiore feruare hominem oportebit. Si vero ambo coierunt, eadem ratione hominis curam ages, qua prius vfus in eum ftatum duxifti, quo etiam exercitationis aliquid tentare auderes. At fi in eodem homine reliqua eadem fint, fed fanguis bonus exiguus,crudi humores plurimi, huic nec fanguis mittendus, nec alui deiectio, aut exercitatio, aut omnino motus, aut balneum adhibendum. Quippe incifa vena bonum fanguinem emittit: malum, qui in primis maxime venis circa iecur & mefenterium colligitur, in totum attrahit corpus. Deiectio vero in talibus tormina & rofiones creat, animique deliquia, nec quid notatu dignum educit. quia crudi fucci ad motum inepti propter craffitiem, & frigiditatem funt. & anguftas vias obftruunt, per quas id quod medicamentum deijcit, ferri ad aluum debeat; vt nec ipfi educantur, & alijs impedimento fint. Concocta enim medicanda, non cruda,vt ait Hippocrates, eadem de caufa nec exercitare, nec omnino mouere, fed nec lauare expedit eos, qui in primis venis crudorum copiam habent. Omnes enim id genus motus, fuccos illos in totum corpus agunt. Seruandi igitur hi funt in omni quiete,dandaque ipfis cibus, potio,medicamentaque funt fingula eius generis,quæ attenuent,diffecent, & conficiant fuccorum craffitudinem,idque citra manifeftum calorem. nam fucci vehementius excalfacti in omnē corporis partem feruntur. Ergo nutries hos maxime oxymelite,aliquando etiam ptiffanæ & mulfæ exiguo quopiam. Suftinent enim victum, fi modo alij vlli, tenuem, ipfa nimirum crudorum copia, quos paulatim concoquunt, ad corporis alimentum abutentes. Quia verò præcordia his omnibus turgida & inflata funt, ac facile quidquid fumunt,in flatum vertitur,non inutile fuerit longi piperis aliquid cūm cibo dare, qa flatus craffitiem foluit, & quæ in præcordijs pigra ceffant,ad ventrem inferiorem depellit, & concoquendis, quæ fumpferis, fubuenit, pro communi piperum ratione. Quod fi huius copia non eft, albo vtendum, quod fupra reliqua duo genera ventriculum roborat. Sin hoc non adeft, optimum nigrum petendū eft. Sanè vtilius fit, & diofpolitico vti cuius compofitio duplex eft, alias ex paribus omnibus cumino, pipere, ruta, nitro: poteftque ita magis ventrem foluere. Alias cum reliquorum pari pondere mifcetur nitri dimidium. Quatuor his aliquando defpumatum

Alimentorū quæ conuenientiffima funt, breuis fumma.

Gal. 4. de fani. tuen. c. 5.

Si fanguis bonus exiguus, & crudi humores plurimi curatio.

Diofpolitici compofitio.

tum

tum mel additur, aliquando nihil, sed sola sine melle reponuntur, ac ptissanæ cremori, & alijs, quibus maxime conuenire videntur, cibis inijciuntur. Sumitur, & per se medicamentum hoc & ante & post cibum. Porro ad eum vsum optimum est, quod mel curiose despumatum admistum habet, id enim flatum maxime discutit. Appositum sanè remedium sic affectis est, & diatriumpipereon cum nō admodum medicamentosum fuerit, & ex varijs confectum. expedit autem dupliciter præparatum habere, alterum simplex quod ijs dandum est, qui minime concoxerunt, & recens frigus in ventriculo habent, & pituitosum succum: alterum quod medicamē tosum magis est, quo maxime vtimur in fluxione à capite ad pectus. Simplex autem quo vtimur ad primarum venarum cruditates abundantes tale est. Ad cuiusque triū piperum drach. quinquaginta abunde adduntur anisi, & thymi, & zingiberis singulorum drach. octo. & simplicissimum hoc est. hoc magis simplex à quo detractum zingiber est. Alterum vero est, quod ex ijsdem conficitur, sed ad cuiusque triumpiperū drach. quinquaginta, reliquorum cuiusque drach. sexdecim pondus inijcitur: quo ēt ad proposita commodissime vtimur. Omnibus autem simul tusis, & per tenue cribrū transmissis mel optimum curiose despumatum miscetur. Hoc igitur medicamētum dare conueniet non semel bisve quotidie, sed etiam sæpe. Siquidem mane & ante cibum & post, etiam cubitum euntibus recte datur cochlearij pleni mensura. Ita zingiber, quod ex barbaris affertur aceto maceratum assumere confert. est id virentis herbæ radix à collectu statim in acetum coniecta. Extinguitur enim talium medicamentorum calor circa ipsas primas venas, nec in totum perfertur corpus, vt diacalaminthes & similia. Idcirco etiam oxymeli his vtilissimum est, quod ita paratur. Cū melli optimo super carbones spumam abstuleris, conijcies in ipsum aceti tantum, vnde gustanti nec acidū nimis, nec dulce videbitur: ac denuo super prunas coques, quoad planè vnitæ ambæ qualitates sint, nec appareat acetum adhuc crudum. hinc ab igni depones. cumque vti voles, aquam ei miscebis, ita nimirum temperans, vt vinum. & si bibens nec de acore eius quæritur, nec dulcedine, assidue eo vtatur, sin alterutro offenditur, adiecto, quod desideratur, rursus id coques. neque enim probandi sunt ij, q sub vna mensura id conficiunt. ex sumentis itaque gustu, non nostro iudicium de modo faciendum, id esse sumentis naturæ conuenientissimum oxymeli ratos, quod iucūdissimum est: & ob id etiam vtile. Contra aduersissimum quod iniucundum. Conuenit etiam & apomeli optimum quod aqua conficitur, bibiturque tota æstate refrigerantis vice. Sanè cura conficiendi in eo est, vt nec fauus admodum sit vitiosus, coquaturque bene in fontana aqua, quæ & pura sit, & dulcis. oportet enim expressum à fauis mel eatenus in aqua coquere, quoad nulla inde spuma existat. ergo tū hac vtendum potione est, tum vero è vinis ijs, quæ leuiter acescunt. Nutriendum præterea cibis est, qui citra calorem extenuent, cuiusmodi capparis est, ex oxymelite, vel aceto, & oleo sumpta ad duos vel tres dies. Quod si crudos iam succos satis attenuatos speras, vinum dabis, quod & substantia sit tenue, & colore fuluum albumve. hoc enim & ad succi bonitatem, & concoctionem facit; illud vrinam mouet. sunt vero in Italia prioris Falernum, & Surrentinum: posterioris Sabinum, & Albanum, & Adrianum. Crassa vero & nigra reijcienda, vt quæ tum malum succum gignant, tum tarde penetrent. Quod si his adhibitis melius habere se senserit, etiam lauare tum hominē debebis, vngereque ac molliter fricare. vt vero primum in vrina subsidentia visuntur, tū frictiones augere, tum ad consuetas exercitationes paulatim reducere. Hoc tempore vnguentis vtendum, quæ per halitum euocent. Vomitus autem fugiendi, non enim soli crudi succi in primis venis abundant. sed periculum est ne intro violentius reuellatur aliquid eorum excrementorum mordacium, quæ in carne consistunt. Caueri.n. in talibus satius est vtrunque reuulsum, & foras crudorum, & intro mordacium. Summæ verò eorum, quorum occasione foras ferantur, hę sunt, exercitatio, & frictio, & balneum, & somenta calida, & vnctio calefaciens, & iracundia, & alia quæ succos, qui alte sunt mersi, ad motum quoquouersus irritant. Quorum verò occasione intro ferantur, ea sunt, quæ vtique prohibent foras ferri. talia sunt ex ijs quæ cuti propinquant, & quæ frigida sunt, & quæ adstringunt: & quæcunque succos intus attrahunt, aut ipsorum intro motum excitanr. vt tristitia & horror. hæc itaque omnia deuitanda cū idem homo & lassitudinem sentit, & venas habet crudis succis refertas. Quare qui foris sunt succi praui leuiter educendi per halitum sunt. siquidem, quæ vehementius id faciunt, etiam eorum, quæ intus sunt, aliquid attrahunt. Qui vero intus sunt, ij at-

Diatriōpipereon simplicioris compositio.

Oxymelitis præparatio.

Apomelitis confectio.

tenuandi coquendique sunt. Quod si vel vomitu, vel deiectione educere violentius tentes, vtique eorum, qui sotis sunt, aliquid intro rapueris. Praxagoras vero & Philotimus rationabiliter post mulsum, cum hyssopo vomitum probãt, quia crudos citra lassitudinem succos curant. Si vero crudi succi copia in solidis animalis partib. sit, non in venis, cui accedat vlcerosæ lassitudinis in his ipsis affectus. Accidunt hæc in ijs maxime negotiorum circunstantijs, in quibus aut calor, aut immodicus labor crudos succos à venis in carnem rapit: idque ijs, qui nullam ad præsens recentem cruditatem contraxerunt (hæc enim si adsit, totũ corpus crudis occupatur) danda his sunt, quæ vel ad cutim vsque calorem suum transmittant: (non enim in eis succorum crudorum, qui in primis venis sunt ad habitum deductionem, vt in proxime dictis, timemus) fricandumque largiter oleo, quod relaxandi vim habet; ac potissimum mane cũ surgunt à somno. Nam ea frictio simul concoquit crudum succum, simul corpoream molem animantis nutrit. Quiescendum vero post hæc diu est, siquidem probe sint cessura. sanè multo euidentius efficiant, cuius gratia fiunt, si homo exiguũ cibum pridie sumpserit, nec aliud à cœna bibat, quàm vinum quod fuluum sit ac tenue. Nec vero illico exercitandum assidue & vehementer est, necubi imprudentes crudo adhuc succo nutriri corpus cogamus. Vtilius itaque fuerit manè largius fricare, & post id diu quiescere, ac modice inambulare, tum denuo multa vti frictione & balneo modice calido, & alimentis boni succi non glutinosis supra enarratis. apti etiam cibi sunt, qui attennant, imo & diacalaminthen audacter dabis, quod recipit calaminthes, pulegij, petroselini, seseleos ana vnc.ij. seminis apij, cacuminum thymi ana vnc.iiij. libysti. ci vnc.xvj. piperis vnc.xlviij. omnia tundenda & cribranda tenui cribro, quia in totũ corporis habitum maxime digeruntur: veluti è diuerso crassiora in ventre hærent, vt quæ angusta venarum oscula subire nequeant (vnde & diospoliticon dum crassius sit magis aluum deijcit) miscendum vero his ita præparatis est mel optimum curiose despumatum. Vsus eius erit post matutinam frictionem & ante exercitationem & balneum, licet & sine melle siccum medicamentum reponere, eoque salis vice ad obsonia præparati vti, post cibum tamen nunquam nec hoc, nec aliud vllum, quod vehemẽtius distribuit, sumendum est. Non enim distribui tunc, sed concoqui, quæ sumpta sunt, est vtilius. Optimum itaque diacalamenthum est, nam crassa & lenta attenuat, & per halitum educit, & vrinas mouet, & mulieribus menses, & iucundissimũ est. quoad enim fieri licet iucundissimum fiat medicamentum, sed tamen virium eius vtilitate seruata. Similiter in hoc casu inunctionibus extrinsecus & acopis vocatis medicamentis, idest lassitudines tollentibus, ex semine abietino, & populi floribus & id genus alijs paratis, vt succi qui in carne, & tota corporis mole congesti sunt, & concoquantur, & per halitum digerantur. Postremò si vnà cum lassitudinis sensu vlceroso copia crudorũ in toto corpore congesta sit, ex dictis facilè est curationem inuenire. Si enim vbi in primis venis crudi succi copia est, dissecandum, coquendumque esse diximus, cauentibus semper ne in habitum corporis traducatur. vbi vero in extremis venis & corporis habitu residit, & concoquendum pariter & per halitum resoluendum: nimirum in quibus ambo inciderunt, in ijs ambæ rationes sunt miscendæ, & si æquali noxa vrgere videbuntur, pari respectu; sin alterum pergrauat, vtique totius curationis studio in id propenso, altero tamen non neglecto. Ad hunc.s. modum. suasimus ijs, quibus in primis maxime venis crudi succi congesta copia est, simplici diattiõpipeteon medicamento vti. ergo si etiam in omnibus venis sit, & in ipsa carne, in principio curationis ipso diatriõpipereon vtendum, sed cui admistum petroselini tantum sit, quantum anisi & thymi, & zingiberis habebat: post primum vero diem, magisq; etiam post secundum, miscendum ei est aliquid diacalaminthes: mox vero partes çque miscendç: procedente vero tempore ipsius diacalaminthes plus addendum. ad extremum vero solum exhibetur. Ad eundem modum in alijs & in reliqua omni victus ratione, quoties pares affectus sunt, miscendç eorum medendi rationes, ita tamen vt inter initia potiores medendi partes ijs præstentur, quç in primis continentur venis: in fine vero ijs quç in carne. medio inter hçc tempore ambç rationes çquabiliter miscebuntur. ex ijs verò quæ in vlceroso affectu retulimus, cum adiunctus vitioso succo est, ratiocinari licet, & de alio quouis, cum solus constiterit. Si verò vlcerosa lassitudo ab exercitio ortum duxerit, si quæ redundent, euapores malum cessabit. sanè euaporabuutur frictione multa mollique cum oleo à quo omnis adstringendi vis abest. vnde quod planè dulcissimum est, id est ad hanc affectionem maxime accommodatum. Hoc igitur copioso

Gal. 4. de sani. tuen. c. 7.

Si vnà cum lassitudine vlcerosa adsit cruditas in corporis habitu, curatio.

Diacalaminthes cõpositio

Cap. 8.

Si vnà cũ vlcerosa lassitudine copia crudorũ in toto corpore congesta sit, curatio.

Si vlcerosa lassitudo ab exercitio occasionem habuerit, curatio.

Gal. 3. de sani. tuen. c. 6.

pioso cum multa frictione vtendum, tum primo die quo suspectam forte lassitudinem omnino declines, tum secundo, vt si qua incidit, discutiatur. Discutit porrò eam exercitatio, quæ apotherapia dicitur, de qua superius meminimus. Si enim simul & excrementa digeri, ait Gal. & quæ tensa sunt molliri, conuenit, duræ certæ frictiones omnino sunt fugiendæ: nec his minus à tardis cauendum. Nam postquam à se corpus nō amplius diminuetur, periculum est ne frigescat, ac densescat, dum nulla ope externa calfit. Hac igitur de causa non solum cum celeritate est fricandum, sed etiam quoad fieri potest plurium manibus: quo nulla corporis pars nuda maneat. At si nec tardā esse frictionem oportet, nec duram, oleum nimirum fricando corpori largiter circunfundi debebit. id enim ad velocitatem simul & mollitiem frictionis multum conducet. & alioqui aliud secum non mediocre commodum affert, quando & quæ tensa sunt remittit, & quæ inter vehementius laborandum fatigata sunt, emollit. & ob has causas dura vitanda est frictio, ob alias vero mollis. quippe ea nec alte demittitur, sed circa cutem ipsam, & ei vicinas carnes deficit: nec ea, quæ in angustis meatibus contenta excrementa sunt, elidit. cuius profecto causa rum ipsam fricandarum partiū tēsionem, tum spiritus cohibitionem iniunginius. Media igitur mollis duræque, quæ mediocris est, ab vtriusque incommodo abesse videtur, & mollis inefficacia, & duræ violentia, noxaque. Ea vero perficitur fricantis quidem manibus valenter iniectis ita, vt earum impressio ad duram frictionem proxime accedat. Ceterum pinguitudinis copia, & velocitate mouendi eatenus remissis, vt planè euadat mediocris. Tendendas autem partes dum fricantur, censemus, quo quidquid inter cutem, & subiectā carnem excrementorum residet, per cutem expellatur. & ob id etiam anhelitus cohibitionem imperamus. Ceterum spiritus cohibitio, quæ ad apotherapiam est maxime idonea, iecur, lienem, & ventriculum attollit, tensis qui in thorace sunt musculis vniuersis: remissis, qui sunt in septo & abdomine. ita nanque deorsum feruntur excrementa. Secundo autem loco habenda est, quæ mediocriter abdominis musculos tendit, vt ea quæ sub septo sunt, viscera apotherapiæ fructum sentiāt. Nihilosecius tamē, si probe balneum adhibeas, ipsum quoque apotherapiæ pars aliqua fit. Siquidem duras tensasque partes emollit: excrementum, putreque, si quod intus ad cutim hæret, euocat. Tensiuam vero lassitudinem cum citra exercitationem constiterit, cum abundantiam solidas animales partes distendentem indicet, optimum est, vel venæ apertione, vel malleolorum scarificatione curare. Ac in saluberrima natura à nobis proposita, licet etiam alia quoque ratione talem redundantiam emittere. In vitiosis autē naturis, in quibus vel in cerebro, vel spiritus instrumentis excrementum subsistit, maximum additur discrimen si sanguinis detractione, omissa, alia vacuandi ratione vtamur. Hæc autem alia vacuandi ratio, vt ab eodem Galeno alibi licet colligere, tum larga purgatione potest obiri, tum alijs præsidijs quia abundantia, seu plethora, vt sæpius tradidit Gal. non modo venæ sectione, sed etiam frequenti balneo, & exercitatione, & frictione, & digerentibus medicamentis, & præter hæc omnia cibi parsimonia, & inedia curatur. Exercitatio tamen minus quàm inedia absumit, ac digerit, & magna tum corporis, tum humorum perturbatione. innatum enim calorem suscitat, qui deinde per vniuersum corpus effusus humores calfacit. vnde alimenti concoctio, distributio, nutritioque fœlicior succedit. eadem sanguinem, & humores extenuat, mollit, colliquat, & diffundit, vt vasa impleāt, atque distendant, vt vix cōtineri possint, sed vi impulsi aut foras exiliant, aut impetu in aliquam partem ruant, ita exercitatio cutis spiracula laxat, & resoluit, quumque validior suscitatus est calor, spiritus quoquouersum in corpus impelluntur, qui ductus omnes aperiunt, & vias expurgant, & sudore copioso oborto superuacua propulsant. quia vero vires exoluit, & corpus defatigat, ægrotantibus grauis importunaque est. Sanis autem ad præcautionem accommodata, concocto. s. ac iam distributo cibo, aliuque subducta. ab impuriori autem corpore vitari debet, quia vitiosos humores perturbat, non tamen euincit, nec prorsus depellit, & ob id morbis grauioribus sæpe rudimenta ponit. Balneum vero dulcis aquæ longe potentius quàm exercitatio spiracula laxat, remittitque humores calfacit, extenuat, fluxosque colliquat. & ex his fuliginosos non modo dissipare summis, verum ē ex intimis corporis regionibus tenues & fluxos foras vi euocat, prolicitque sudores. crassiores vero quos non discusserit, colliquat, & tanta vi concitat, vt in alias plerunq; partes iactati confluant. Vnde quauis in optima de qua agimus natura lassitudine laborante commodissimum fit: ijs tamen, qui morbo graui tenentur aduersissimum est, & ijs etiam

Margin notes:

Cap. 2.

Tensiuæ lassitudinis spōtaneæ curatio.

Gal. 4. de tuen. sani. c. 10.

Gal. 4. de sani. tuen. c. 4. Gal. 4. met. c. 6 & 13. met. c. 6 & li. de vat. cu van. per ven c. 10.

Exercitationis vis & vtilitas.

Balnei vis & vtilitas.

ijs etiam, qui citra morbum impuro plethoricove sunt corpore, & quibus nobilioris cuiusdam visceris imbecillitas inest, aut præcordiorum durus & renitens tumor. liqua tus enim humor præter naturam in partem languidam decumbit & in phlegmonis periculum adducit. Vtile vero ijs etiam deprehenditur, qui extenuati sunt, & quibus dam magna partium solidarum inest ariditas, & ijs etiam, qui ex febris ardore quasi terorridi euaserunt: nec non melancholicis, & crasso, & terreno humore oppressis, sed & in ijs cautio adhibenda, ne vlla subsit in primis venis crudi humoris copia: neve inter administrandum horror vllus incidat. Laconicum autem balneum in quo sicco calore sudor elicitur, humores è corpore aliquanto valentius, quam balneum resoluit, nnde morbis accommodatur frigidis & diuturnis, quorum materia aut in artub. aut in summo hæret corpore. sed nec calidis, nec acutis affectibus, nec impense biliofo, nec extenuato corpori decernendum. Vnctio vero, atque frictio summa solū corporis exinaniunt, nec humores intus abstrusos, nec corpus ipsum insigniter conturbant. Mollis quidem longaque frictio corporis summa excalfacit, cutis spiracula laxat, & dilatat, quibus ex causis humores in extrema corporis effusi incalescunt, extenuantur & liquefiunt, qui demum sponte dissipantur, & euaporant. Vnctio calida eadem, sed aliquanto validius confert. Altiusq[ue] siquidem penetrans non modo cutem emollit, verum etiam corporis interiora, & humores contagione calfacit, extenuat, di sperditque. leuior tamen est vnctio & tolerabilior frictione longa. illa quidem in acutis morbis, longa vero frictio, neque in acutis, neque in crescentibus est ex vsu. Si vero ab exercitio tensiua lassitudo fuerit producta, ex Hippocrate relaxationem requirit. ait enim cutis duræ mollitio, distentæ remissio. Quod igitur distentionis per exercitationem incidit, tum pauca mollique frictione, eaque ex oleo dulci, atq; egelido, tum intermissione omnino, aut etiam quiete, præterea lauatione medij rempera menti, atque in calida plusculа mora: adeo si bis terve lauabis, plus proderis. Hi vero & post balneum vngi desiderant priusquam vestiantur. quinetiam postero die cū è cubili surgunt: nunquam tamen oleo vltime frigido, nec dura frictione. Denum si phlegmonosa lassitudine, & ea q̄dē spōtanea homo correptus fit, qa in ea calidissimus est sanguis, eius plurimum detrahi postulant, qui ea præmuntur ferè omnes. nam statim accendit febrem vehementissimam nisi sanguis prius detrahatur, non pauci vero eorum febricitant, etiam si sanguinem detraxeris. Itaque nec cunctari, nec parū detrahere conuenit, sed & mature educere, & nisi quid aliud vetat, ad animi defectum vsque. Optimum vero fuerit bis eodem die, si fieri potest, detrahere, ac primum quidem ita mittere expedit, vt animi defectum homo non adeat. Secundo vero ne defe ctus quidem ipse est formidaedus. quippe qui priore detractione resolutus est, secun dam sustinere non poterit. in hac vero, si quid tale homini incidit, facilè reuocabitur. Qui vero sic affecti sanguinem non miserinr, hi si euaserint, vtique fortunæ beneficio id acceptum ferent. sed nec euadent, nisi alia quapiam ratione leuentur, aur sanguinis è naribus profluuio, aut largo sudore effuso. diligenter autem inspiciendum est, an in thorace ne, dorso, & lumbis tensio pulsansque dolor figatur, an in capite potius & col lo. His enim affectis humeralem venam diuides, maxime si repletum caput, & calidum sentiunt: illis vero internam. Si vero æquabiliter lassitudo corpus occupat, ambarum mediam. ac si ab incisa vena febrire cœperint, curādi methodum superius tra didimus. Sin aurem rum non febricitent, primo die post incisam venam, aut ptissanæ cremorem, aut sorbitionem ex alica solum dabis. Secundo vero etiam lauare licet, cū copioso oleo: nutrire vero tametsi laueris, planè moderatissime debebis, lactucæ, si placet, vel si eius copia sit, cucurbitæ & ptissanæ. est & alica non inutilis siue hanc ace to, vt ptissanam, condias, siue etiam sine aceto. Si cucurbitæ copia non sit, malua betaque, & lapatho, & atriplice est vtendum. Quod si carnem quoque gustare velit, saxatiles pisces, vel oniscos in albo iure bene elixos dabis. Voco ius album, cum sine garo, magisque etiam sine superuacua conditura præparatur, anetho saleque cum oleo, & porri exiguo in aquam coniectis. Vino autem vtiliter etiam ipso secundo die parcet: tertio vero, si quidem aquæ potionem facilè toleret, tunc quoque vino abstinebit: si non ferat, potissimum quidem apomeli dabis, leuiter enim refrigerat. Hoc si non fit, album & tenue uinum offeres: & alia pro ratione dabis, quæ ut boni sint succi, ita minime calfaciant. Cauendum uero præter cetera est, ne propere, & multum, nō sensim, & paulatim renutrias. Si enim post huiusmodi exinanitionem largius per hoc tempus se cibis impleuerit, crudi succi multis de causis plurimi in corpus rapiuntur,

& quod

Vnctionis, & frictionis vsus.

Gal. 3. de sani. tuen. c. 6.

Si tensiua lassitudo ab exercitio oria tur curatio.

Gal. 4. de sani. tuen. c. 10. et 11

Phlegmonosæ spōtaneæque lassitudinis curatio.

& quod deterius in uentre uenisque alimentum concoquitur, quod copiosum est; & quod multum in corporis molem ideo subit, quia multum superest: & quòd citius, quàm par est, quia venter venis, venæ reliquis omnibus animalis partibus rapi, quod nondum confectum est, permittunt. Quod adeo non facerent, si id exiguũ esset, quod ipsæ haberent. Venæ autem sectio in hac lassitudine iteranda est, quia in ea vis calidi sanguinis congesta in corporis mole est, venæ autem sectio succos è vasis emittit, vnde vtile est, post priorem detractionem tãtisper intermittere, dum aliquid eorum, qui in corpore sunt humorum, remigret ad venas. Sed ne in his maneat, vtpote ex dimidio corruptum, & plurimum eius expellatur, ideo detractionem etiam secundo die iteramus; aliquãdo vero & in tertio vbi, s. & reuellere, & ex alijs in alia transferre visum est conducere. Si autem ab exercitationibus insuetis (hæc enim vt plurimũ causa est) vel vehementissimis pluribusq; motibus exorta sit, sanationis eius consilium ad tria dirigitur, eadem fere, ad quæ omnium phlegmone obsessorũ, s. superuacui vacuationem, extenti requiem, & inflammationis refrigerationem. Ergo & oleum copiosum ac tepidum cum frictione mollissima, & longissima in medij temperamenti aquis mora, tales lassitudines emendat. Quod si paulo tepidior aqua fit, plus proderit. Ad eundem modum multa quies, & vnctio assidua, denique omnia, quæ id, quod lassatũ est, quiete lenimentoque recreent, ac quod superuacaneum est, per halitum digerant.

Si ab exercitio orta sit phlegmonosa lassitudo, curatio.

Gal. 3. de sanit. tuend. c. 7.

De febre putrida sanguinea, siue synocho, cum putredine. Cap. XXV.

Cõtinuatio.

VNIVERSALI putridarum febriũ sermone iam cõpleto, ad particulares earum tractatus descendere oportunum est. & quoniam ex ipsarum differentijs eas potissimas, atque præcipuas esse diximus, quæ ab humoris putrescentis specie & forma sumuntur, ob id, cum de ijs potissimum nobis disserendum sit, ab ea, quæ ex putrescente sanguine ortum ducit, exordiri decreuimus. Cum autem ordo maxima semper contemplatione dignus sit, quia à rei natura desumitur, quæ morborum cognitionem, cu rationemq; nobis suggerit; idcirco, quemadmodum nonnullas ambiguitates ab auctoribus in hac febre propositas, tanquàm ad artis scopum omnino inutiles pede sicco pertransire statuimus, ita huius ordinis rationẽ assignare opere pretium duximus. Hanc itaque dissertationem cæteris anteponimus, quia cum doctrinæ ordo cõuenientissimus ille sit, qui à facilioribus ducitur, cum de synocho sine putredine iam egerimus, qui ad synochum cũ putredine præuia quædam dispositio est, de huius profecto tum cognitione tum curatione pauca omnino dicenda supersunt. Insuper, cum Galenus in lib. de medendi methodo vniuersalem putridarum febrium curandarum methodum huic vni perpetuo fere adaptauerit, & ad ipsius potissimum curationem tanquàm reliquarum exemplũ contraxerit, ipsum profecto imitari & nos debemus, quia non nisi maxima ratione ductus id egit. Nam febris ex sanguinis putredine orta quã synochum vocant cum putredine, de qua nunc loquimur, reliquarum omnium putridarum & simplicissima, & curatu facillima est. Cum enim in reliquarum curatione ad tria præcipua indicantia, seu scopos respicere debeamus, febrem. s. causam, atque virtutem, in hac submouenda primos duos solummodo perpendere fere satis est, quia vt mox in curatione dicemus, virtus, cum in hac febre vt plurimum validissima sit, vt plurimum quoque à medicis contemnitur. Ad hæc cum huius febris proxima, continensque causa sanguis sit putrescens, putrescat autem propter prohibitam transpirationem, hæc autem ab obstructionibus dependeat, hæ vt plurimum à sanguinis copia promouentur, qua quidem sublata, & subinde proxima febris causa comminuta, obstructiones vnà, quæ causæ febris remotiores sunt, statim quoque tolluntur, & vniuerso corpore ex accidẽti refrigerato, febrilis calor insimul profligatur. adeo vt præsidia quæ tum febrem tum eius causam proximam atque remotam respiciunt, simul coincidant, quo fit vt febris hæc & simplicissima, & omnium curatu facillima sit. Verum recentiores nonnulli, qui Auicennæ doctrinam & ordinem insequuntur, hunc ordinem peruertunt. inquiuntque iure merito Auicennam à biliosis febribus fuisse exorsum, quia hæ præ cæteris cum dispositione febrili maximam habent affinitatem atque consensum, vt nimirum quod indicatur à febre, à materia etiam indicetur. Cum enim

Falsæ cuiusdam opinionis reprobatio.

febris

febris fit pafsio calida & ficca, adeft vtrumque iudicans quod refrigerans & humectās auxilium expoftulat, quia bilis quoque calida & ficca eft. Sed pace eorum dixerim, & circa ordinem maxime hallucinantur, & prauam Auicennæ interpretationem afferunt. Falfam porrò ordinis caufam afsignant, quia fanguis & ipfe quatenus igneo febrilique calore corripitur idem præfidium refrigerans & humectans requirit, prout etiam tum bilis, tum febrilis difpofitio. Infuper bilis copia peccans antequàm euacuetur præparationem poftulat, fanguinis autem copia, vt minuatur, nullum apparatū requirit. Ad hæc bilis refrigerantibus & humectantibus præfidijs vt plurimū ad probam naturam reduci non poteft, fed folum ad expulsionem faciliorem præparatur: fanguis vero his præfidijs ad propriam reuertitur naturam, ita vt alia euacuatione nō indigeat. & ex his magis clarum fit, cur fynochum Galenus fimplicifsimam febrem effe dixerit. Quod fi fanguinem, vt iam computruit, perpendamus, cum vt ipfi quoq; fatentur, in bilis naturam abeat, vt expulfioni idoneus reddatur, eadem refrigerantia & humectantia, quemadmodum & bilis, neceffario requirit. Auicennam vero perperā interpretati funt, quia is maximo iure biliofas fanguineis prætulit. Cum enim ftatim fupra vniuerfalem tractatum de febribus acutis confeciffet, non poterat nifi biliofas febres eis fubnectere: quia, licet tum febris in genere, tum putrida ipfa febris nō quidem analogū aut ab vno, fed vniuocum genus fit, nihilominus acuta febris analogum genus exiftit, & magis & minus fufcipit. biliofæ autē febres & penes velociorem motum, & penes maius periculum quod inuehunt, cæteris paribus perpetuo fanguineis acutiores funt. Sed ad maiora defcendamus. De huius fynochæ febris exiftentia certant artis Medicæ principes, an. f. febris, quæ ex putrefcente fanguine prodit, fynochusne fit, an biliofa. Siquidem Galenus fynochum r pudiaffe viderur dum dixit, quod cum fanguis putrefcere cœperit, non amplius bonus remaner, fed biliofus fit: & item inquit, quod fi fanguis fupra modum affetur, pars eius fubtilior ac pinguior omnino in flauam conuertitur bilem, quæ autem crafsior in atram. vnde in his qui laterum inflammationes patiuntur, quo tempore maxime rubidum expuunt, obferuatum eft, febres fimilem accefsionum proportionem affumere, qualem tertianæ maxime febres oftendunt. Sed Auicenna ex his auctoritatibus non quidem male perceptis, fed fibi male oblatis atq; tranflatis occafionem nactus contra Galenum ipfum inuehitur, & quatuor potifsimum rationibus febrem ex fanguinis putredine fubortam probare nititur. quarū prima eft. Sanguis dum putrefcit non vniuerfus in bilem flauam conuertitur, fed folum eius tenuior ac pinguior pars, nam crafsior terreftriorque portio, vt idem Galenus fatetur, in melancholiā migrat, ergo nō omnis febris, quæ fanguinis putredinem comitatur inter biliofas febres connumeranda eft. & eodem modo curanda, quemadmodum Galenus in primo ad Glau. in quo tres folum febrium fpecies proponit, atq; curat, facere videtur. Secunda ratio huiufmodi eft, fanguis per aliquod tempus putrefcit, priufquàm in bilem vertatur, fed eo tempore febrem producit, & nondum in bilem conuerfus eft. Sed remaner adhuc fanguis, ergo non nifi febrem fanguineam procreare poteft: cum adhuc in alium humorem tranfmutatus non fit. Tertia eft, dato quod fanguis poft putredinem in bilem vertatur, non tamen fequitur vt illa bilis putrida fit, nōn enim omne, quod ex putrefcēte generatur, putrefcit, fit. n. ex putredine quod non eft putridum, quemadmodum ex vini putrefactione acetum generatur, quod tamen non putrefcir. Similiter animalia ex putredine orta non ftatim putrefcunt. Si autem alicuius generatio ex putredine neceffario putridum effet, oporteret, inquit Auicennas, vt fpiffum cinerulentum, quod f. poft humorum putredinem derelinquitur, putridum effet. & fubinde fequeretur, quod cuicunque febri, in qua poft poprij humoris putredinem cinerulenta eius portio derelinquitur, melancholica febris connecteretur, nam portio illa cineritia atque terreftris melancholica eft, quod quidem experientiæ maxime aduerfatur, nam febres omnes vfque ad finem propriam formam vt plurimum feruant. Quod fi quis pro Galeno diceret eius propofitionem, in qua ait, fanguis dum putrefcit, fit bilis, alium fenfum habere, & ita intelligendam effe, vt dum fanguis putrefcit, æque cito ficut putrefcit, incipiat effe bilis, & non detur tempus medium aut inftans, in quo fit verum dicere fanguis putrefcit, & non fit verum dicere in bilem, faltem penes tenuiorem portionēm, conuerfum effe, huic, fubdit Auicenna, refpondendum eft, hoc effe mendacium, quod enim eft in via ad corruptionem nōdum eft corruptum, fed fanguis dum putrefcere incipit eft in via ad putrefactionem, ergo non eft corruptus, & fubinde in bilem verfus non eft, quia bilis

Gal. 2. de crif. cap. 11.

Gal. 2. de diff. febr. c. 9.

Auicen. 1. 4. tract. 2. c. 43.

An ex putrefcēte fanguine fynochus exoriat, vel biliofa febris.

Rationes Auicennæ probantes putridam febrem fynocham & fanguineam dari.

bilis generatio sanguinis corruptionem consequitur. & propterea inquit Auicenna quod putredo quidem non habet tempus, hoc est inter sanguinem non putridum & eius putredinis principium non cadit tempus medium: conuersio autem sanguinis in bilem non fit nisi in tempore, quoniã alteratio, quæ ad sanguinis in bilem trãsmutationem requiritur, intercedit de necessitate. nam sanguis, quantũuis bilis naturæ proximus, in ipsam transmutari nõ potest, nisi præuia alteratione, quæ tempus exigit. Demum affert Auicenna rationem desumptam à simili, aitque, pituita putrescens retinensque propriam formam, aut in alium humorem non conuersa, propriam febrem quotidianam nempe, producit, ergo & sanguis putrescens propriam febrem procreare valet, ita vt sanguis sit neque in bilem neque in melancholiam conuersus, nisi tamẽ in hæc cum putredinis complemento conuertatur. His autem rationibus addere licet, quod si concedamus sanguinem, dum primum incipit putrefieri, sanguinem esse, implicat contradictionem sanguinem putrefieri, & sanguinem non esse sed bilem, vel sequeretur quod idem secundum idem esset simul sanguis & bilis. At vero Fernelius horũ Auctorum cõtrouersiam dirimi posse hac distinctione arbitratur. nam sanguis, inquit, bifariam putrescit, vno generali modo, quum vi caloris præter naturam segregantur quæ in eo sunt substantiæ dissimiles & flaua ac tenuis ab atra, quæ crassa est, secernitur. Hæc autem generatio verius corruptio, quam putredo censetur. atque si sanguis hac ratione putrescat accendaturque febris, ea non synochos, sed vel biliosa, vel melancholica euadet. Alio modo vere sanguis putrescit, quum citra substantiarũ diremptum aut secretionem totus corrumpitur, quemadmodum dum in aliquam capacitatem effusus viciatur, & putrescit; aut in musculos irrumpens tumorem præter naturam, & phlegmonem parit, atq; putrescit primum, deinde suppurat. Quinetiam quum phlegmone teneatur iecoris substantia sanguis totus non modo putridus, sed etiam nonnunquàm totus purulentus existit. Sed & oẽs fatentur sanguinem tam magna interdum mutatione deprauari, vt nõ amplius ad habitum redeat naturalem: nec possit iterum per naturæ concoctionem ad primam humoris bonitatem redire. denique per febres qui detrahitur, sæpe animaduertitur non solum fœtidus & graueolẽs, sed & putridus adeo vt nec sibi cohærere nec cõcrescere queat, omnibus, f. eius fibris putredine consumptis. & hoc modo cum sanguis corrumpetur, synochos accendetur putrida. Verum quamuis distinctio hæc Fernelij vera sit, & Galeni doctrinæ consentanea, nihilominus cõtrouersiam inter ipsum & Auicennam iam propositam non tollit. Nam Galeni propositio superius proposita hunc habet intellectum, vt etiam in putredine, quæ fit in sanguine citra substãtiarum direptum, ipse biliosus fiat. Quod hoc sit verum, inquit quod in his qui laterum inflammationes patiuntur, quo tempore maxime rubidum expuunt, obseruatum est febres tertianarum accessiones assumere, sed in laterum inflammationibus sanguis secundum se totum, & citra substantiarũ diremptum putrescit, vt etiam fatetur Fernelius, in his autem tales accessiones tertianarum febrium fiunt, quia dum sanguis putrescit in bilis naturam conuertitur. Multo minus conciliatio, quam affert Gentilis alicuius momenti est. dum habet quod Auicennæ rationes concludunt solum per tempus aliquod breuissimum febrem ex sanguinis putredine perdurare, quod quidem Galenus non negasset, sed dixisset tempus hoc propter sui breuitatem consideratione dignum non esse, eo quia post exiguum tempus post initium suæ putredinis secundum partem tenuem in bilem vertitur, quę de tertio in tertium accessiones facit, & ob id optimum esse, vt dum sanguis putrescere incipit febris curatione, quæ biliosæ competit, percuretur. hæc inquam cõciliatio nulla prorsus est, neque Galeni dictis respondet. Is.n. in nono libro de medendi methodo à febris principio vsque ad finem, totoque curationis ductu, propriam synochi putridi curationem tradit. & febrem hanc perpetuo ex putrescente sanguine subortam, siue sanguineam, non autem biliosam appellat. Postquam enim vnum genus febris sanguineæ, quod absq; putredine fit, declarauerat, subdit deinde Alterũ genus est, vbi in omnibus vasis, & potissimum maximis æquabiliter succi putrescũt. atqui per succos, vt ab eo alibi traditis colligimus, sanguinem ipsum semper intelligit, & in vndecimo libro eiusdem methodi, nec non in secundo de differ. febrium, eãdem prorsus febrem ex sanguinis putredine ortam proponit, dum habet. Sed quæ circuitum non habent febres, illis nulla est corporis pars, quæ præcipue sit offensa, sed qui in venis & arterijs omnibus cõtinentur humores, & hi præsertim, qui in maximis, & plurimo calore abundantibus sunt, aut ob aliam quamuis causam, vt in ephemeris, aut ob putrefactionem

seruen-

Fernelij distinctio Gal. & Auicennã cõciliare nõ valet.

Fernel. 4. therapeut. cap. 5.

Gal. 2. de diff. febrium. cap. 9

Gẽtilis conciliũm nullũ est.

Gal. febrem ex sanguine putrescente genitam admittit.

Gal. 9. meth. cap. 3 & 4. Gal. lib. de plenit. cap. 10. Gal. 11. meth. cap. 1. & 2. de differ. febr. in fine.

feruentes febrem accendunt synochum appellatam. & eodem libro scribebat. febres ex putrescente sanguine ortas mitiores esse, seu simpliciores, quàm reliquas ex alijs humoribus ortas. & si tales humores ex eodem sanguine geniti sint, adhuc febres mitiores, tum in reliquis omnibus, tum in caloris qualitate, etiam si immodice exustus in bilem conuersus fuerit, quàm ex alia bile non genita ex putrescente sanguine. Quare Galenus quoque febrem ex sanguinis putredine subortam, prout ab alijs humoribus contra distinctus putrescit, clarissime concedit. Vt itaque apertum fiat, quo nam pacto Galeni auctoritas, quam impugnauit Auicennas, intelligenda sit, & vnà luce clarius appareat ex putrescente sanguine synochum, non autem biliosam febrem procreari. Illud in primis notare debemus, quod dum dicimus sanguinem putrefieri, non eundem exquisite syncerum audire oportet, sed illum qui pro aggregato ex quatuor succis alimentalibus sumitur, & vtriusque bilis pituitæque particeps est, cum exquisitus vsque adeo sanguis in venis contineri nunquàm possit, vt nihil in eo nec bilis nec pituitæ, nec serosæ feratur saniei, vt Galenus testis est, & hic est ille sanguis, quem Galenus sæpius cum humoribus, seu succis confundere videtur. nam licet quo ad sensum vnius naturæ videatur, attamen secũdum rei naturam dissimilaris est, & diuersos succos iam propositos in se continet. Insuper animaduertendum quod si quatuor hi succi aut naturalem proportionem seruent, aut quartus ex his succus, qui maxime proprie sanguis dicitur, alios copia excedat, ijs tamen naturalem proportionem seruantibus, hoc illud aggregatum est, quod absolute sanguis dicitur, & ex quo continentes febres de quibus nunc loquimur, oriuntur. si enim aut tenuis & biliosa portio, aut melancholica, aut pituitosa naturalem mẽsuram excedat, non amplius sanguis absolute, sed cum adiectione aut biliosus, aut melancholicus, aut pituitosus dicitur, vt etiam in vniuersali sermone declarauimus. Quemadmodum itaque dum in sanguine primo modo & absolute accepto febrilis solum accenditur calor, ita vt solum efferuescat non autem putrefiat, synochus accenditur sine putredine, & feruore sedato vniuersus ferè in suam reuertitur naturam: ita dum in eo propter causas vehementiores, de quibus post dicemus, non solum inflammatio, verumetiam putredo succenditur, synochus seu continens febris cum putredine oritur. nam sanguis penes vniuersas quatuor illas portiones, seu determinatos succos, propter maximã sui copiã, quæ vniuersa ab ipsa natura regi & gubernari non potest, & propter vehemẽtiores causas, putredine corripitur. Si.n. vel biliosa & tenuis portio, aut crassior & melancholica, vel viscida & pituitosa in hoc ex quatuor naturis aggregato naturalẽ copiam & proportionem exuperet, procul dubio si putredo hoc aggregatum inuadat, succus ille qui & copia inutilis, & qualitate molestus naturæ est, atque omnino neglectus, putredine occupatur, & subinde vel biliosa, vel melãcholica, vel pituitosa febris eaque continua generatur. Dum autem sanguinem absolute susceptũ putredo corripit, cum ex quatuor constet naturis rationabile est, vt illa primo, promptiusque ac magis putrescat, quæ putredini magis obnoxia est, deinde altera, quæ minus, & deinceps, vbi putredo inualuerit, altera, quousque singulas sanguinis partes populetur. Quamuis autem putredo adeo augeatur, vt secundum singulas partes corrumpatur, semper tamen aliqua eius portio, & potissimum illius partis quæ putredini minus exposita est, à putredine immunis permanet, (Dummodo putredo valde magna & omnino exitiosa non sit) nam licet febrili calore perfundatur, quia putrescentibus succis proxima & commixta est, nihilominus à putredine innoxia seruatur, aut saltem semiputrescens: quæ quidem sanguinis portio cessante putredine, febrilique calore sedato, siue in omnibus, siue in aliquibus vasis sanguis putrescat, confestim ad pristinam redit naturam. Hæc autem sanguinis putredo, cum accidens quoddam sit, non quidem in instanti, sed, vt superius cum Auicenna declarauimus, in tempore generatur. cum enim asserimus aliquod putrescere, quandam eius partem putrefactam, seu omnino corruptam esse fatemur, quandam vero non ita, sed semimalam, seu semiputridam, vt appellat Galenus, esse dicimus. quæ quidem pars semimala & alterari & concoqui & vtilis reddi valet, quod non eueniret, si omnino corrupta & putrefacta foret. Vbi enim in sanguine magna facta sit corruptio, ad naturalem statum amplius non reddit, si vero pauca fiat, vbi id quod est superfluum, & vitiosum fuerit euacuatum, quod residuum est, ad suam naturam restituitur. ex quibus clare colligimus quod sanguis interdum putrescens sub forma propria permanere potest, ita vt non confestim in alterius humoris naturam transeat, potissimum vbi exigua in eo putredo, seu corruptio generetur. Si enim omnino

Cap. 9.

Synoch' putridus quomodo generetur.

Gal. lib. de plenit. cap. 10.

Quo pacto sanguis putrescat.

Gal. 11 metho. cap. 8.

Gal. 2. aph. 17.

nino corrumperetur, ac propriam formam penitus deperderet, vtique non posset iterum ad pristinam bonitatem redire. Quod autem, si in omnibus aut maioribus & principalioribus venis sanguis putrescat, adhuc sanguis sit, atque dicatur, præter iam dictas & promultas alias auctoritates id etiam decretum reliquit Galenus, dum asseruit, quod inter omnes corporis partes plurimas amplissimasque venas vteri habent. Cumque eos aut menses aut à partu purgamenta suppressa, aut phlegmone aliqua vtcunque orta, male accipiunt; ipsos sanguine compleri necesse est; quo deinde putrescente, si febris excitetur, inter synochorum species ipsam connumerari opus est: nam id genus febrium ex putrido sanguine accendi ostensum est. Si igitur verissimum hoc est, ex putrescente sanguine synochum non autem biliosam febrem generari posse, vt quid igitur alibi asseruit Galenus, quod dum putrescere incipit, non amplius bonus remanet, sed iam biliosus fit? Non alia sane de causa Galenus id protulit, nisi quia verissimum est, quod dum primum putrescere incipit, simul etiam ad bilis naturam rendere, & in eius naturam quodammodo conuerti incipit, nam illud aggregatum quod à prædominio moderate calidum, & humidum erat, dum extraneo calore corripitur, & ab eo alteratur, & immutatur, calidius, & siccius euadit, & subinde biliosas qualitates aquirit, & ne dum quo ad vim & qualitates, verum etiam quo ad molem biliosum euadit. nam bilis alimentalis ratione feruoris in bilem non naturalem & calidiorem vertitur, sanguis pro quarto succo acceptus, qui in aggregato prædominabatur, calidior & siccior effectus, & ipse in biliosam migrat naturam. pituitosa portio, quæ in hoc aggregato subdominium tenebat, & veluti sanguis semicoctus erat, à calore valido excoquitur, & calida euadit, & magnam humiditatis partem amittit. Succus melancholicus qui minimus in aggregato erat, tenuioribus partibus secretis & resolutis, paucior adhuc, & crassior, & siccior remanet, & extraneam caliditatem concipit, ita vt ex Auicenna atra bilis non naturalis fiat. serosa autem portio, quæ pro vehiculo huic aggregato deseruiebat, propter ipsius à caliditate extenuationem, fusionem, & liquationem copiosior fit, & in ichoroidem rubramque conuertitur bilem, caliditate enim siccitateque perfunditur. Vnde mirum non est si Diuinus vir, dum sanguis putrescit, in bilis naturam abire dixerit. Verum non ob id voluit, vt confestim & immediate in bilem vertatur, adeo vt exacte bilis fiat, vt propter prauam Galeni translationem opinatus est Auicennas, sed vult, vt taliter alteratus, ac transmutatus aptius reddatur, & præparetur ad bilis formam suscipiendam, quæ quidem alteratio, & sanguinis corruptio adeo magna, vt ipse omnino in instanti corrumpatur, nequaquàm fieri potest: sed in tempore, paulatim, ac sensim, & per gradus quosdam acquiritur. quo stante fateri licebit, quod donec alteratio hæc, ac sanguinis putrefactio, seu corruptio exigua est, & in motu ac generatione, seu in fieri, licet non amplius bonus remaneat, vt ait Galenus, & propterea bonus sanguis dici nequeat, appellari tamen poterit sanguis sed biliosus, non tamen bilis: participat enim vt diximus quasdam ipsius bilis qualitates quia calidior, siccior, tenuiorque, quam prius, redditur. Neque enim totus sanguis, cum putrescere cœperit, vt demonstrauimus, fit biliosus, licet calidior vniuersus reddatur, sed, vt ait Galenus, id duntaxat, quod in eo pingue ac tenue est. Quod demum cum magnopere exustum, putrefactum ac corruptum fuerit, fit flaua bilis ex eodem Galeno. Toto autem hoc tempore, quo à propria natura recedit, ac ad bilis naturam accedit, donec eiusdem bilis formam suscipiat, verum erit dicere sanguinem putrescere, & propriam formam seruare, licet non bonum, sed quodammodo biliosum esse. Temporis autem progressu cum valde putrefactus, ac exustus fuerit, siue præassatus, tum pars quidem ipsius subtilior & pinguior omnino in flauam conuertitur bilem, quæ autem crassior in atram, vt in carbunculis cernimus. & tunc non amplius sanguis appellari potest, sed aliorum humorum formam iam suscepit. Verum dicet quis, si sanguis putrescens propriam formam seruat, ergo quartum genus febrium putridarum à putrescente humore sumptum cogimur fateri, cum tamen Galenus locis citatis tria tantum ex putredine ortarum febrium prima genera semper posuisse videatur, tertianam videlicet, quartanam, & quotidianam, quarum prima ex flaua bile, secunda ex atra, tertia & pituita procreatur. Huic dicendum, quod licet toto eo tempore, quo sanguis putrescere incipit, & vsque ad finem, in quo bilis formam tandem recipit, febris secundum rei naturam sanguinea sit, quia ex sanguine oritur, attamen

Gal. 1. in 6. epi dem. 1.

Quo sanguis putrescens in bilem verti, & ex eo biliosa febris generari, ex Galeni sententia dicatur

Gal. 2. de crif. cap. 11.

Auicenna loco citato.

Gal. 2. de crif. & 2. de differ. febr. cit. 15.

Dubitatio.

Gal. 2. de crif. 9. & 2. de diff. febr. c. 2. & 1. ad Glauc.

Solutio.

men quia quamprimum putrescere incipit, tamprimum biliosus fit, & continuo magis à sua natura recedens, & ad eam, quæ bilis est, accedens magis biliosus euadit, febris hæc poterit quodammodo biliosa vocari. quia licet sanguis non omnino in bilem conuersus sit, sed proximus sit vt eius formam suscipiat, admittit tamen denominationem à fine, seu termino ad quem mouetur. & hoc est quod voluit Galenus dum dixit, Atque in hoc illud seruatur triplex esse genus vniuersum simplicium febrium, quæ enim ex sanguinis putredine fit, iam quodammodo biliosa est. inquit enim (quodammodo) quasi voluerit innuere quod non omnino biliosa sit. vnde appellari quodammodo biliosa potest, licet improprie, & non vere biliosa sit. Clarum est itaque Galenum voluisse sanguinem putrescentem non quidem in bilem sed in naturam biliosam mutari. & febrem sanguineã non quidem biliosam, sed quodammodo biliosam esse, dum aurẽ assatur, & quodammodo comburitur, mirum non est si, vt superius declarauimus, secundum portionem tenuiorem in flauam, secundum crassiorem vero in atram vertatur bilem, vt in carbunculorum generatione cernimus. Quod si Auicennas & Auerroes ei contrarium imposuerint, id propter prauam locorum Galeni interpretationem euenisse, opinandum est. Porrò pro diuersitate loci, in quo sanguis putrescit, duæ quoque sanguinearum febrium sed putridarum oriuntur differentiæ. Quarum altera continens seu synochus dicitur, reliqua continua non tamen synochus vocatur. Prima autem fit, quia in omnibus vel principalioribus vasis sanguis putrescit, & vnam à principio ad finem vsque accessionem habet, quæ in multos dies porrigitur, cum ob vehementem angustiam sanguis non transpiret, nec vlla subsit occasio, quæ alterius accessionis principium excitet. Altera autem licet ad infebricitationem, priusquam ex toto soluatur, non deueniat, plures tamen habet accessiones, ac declinatio aliqua sensibilis in ea apparet. quoniam in minimis vasis sanguis putrescit, nec non etiam in partium porositatibus, similem vero proportionem assumit, qualem tertianæ maxime febres ostendunt, quoniam à maioribus ad minora vasa fluxio aliqua & transmissio, attractioque fit, biliosa vero tenuisque sanguinis portio, sanguini pro vehiculo deseruit, vt minora vasa partiumque substantiam permeet, quæ cum ratione feruoris sanguinis adhuc magis copiosa euadat, hæc vt alibi diximus tertia quaque die magis exacerbatur, atque putrescit. Verum hac differentia nunc relicta, quia de febribus principalibus in hoc libro agere intendimus (quamuis postremo loco de symptomatica quoque febre breuiter dicturi simus, nam diffusæ de ijs omnibus in partium morbis egimus) de prima solummodo pertractabimus. Huius itaq; causas tradit Galenus dum habet. Sane reuocare in memoriam prius conueniet, quæ nam alias putredinis indicata sit causa: ac deinde, cur pari modo in omnibus animalis partibus fiat, inquirere. ergo ostensum est alibi, illa tantum putrescere corpora, quæ cum calida, humidaque natura sint, neque perflata, neque ventilata, in calido, & humido loco maneant. Quod si in motu sint ventilenturque, ac perflentur, posse ea non putria integraque seruari, potissimum quęcunque corpora sua ipsorum natura regūtur, vt animalium & stirpium. Itaque si quid eo manifeste putrescere debebit, dictas transpirationes impeditas esse oportet. At vero qui fieri potest, vt illæ per totum animal sistantur, nisi vel finibus vasorum stipatis, vel tota cute? Porro accidere in finibus vasorum stipatio potest, vel ex vehementi extrinsecus refrigeratione, vel ex succorum, qui extrorsum in ipsis confertim ruerint, crassitudine, multitudine, vel lentitia. Accidit hoc illis & ex ijs exercitationibus, quæ in palestra, vel alias obeuntur, & itinere laborioso, vel ambientis statu, cum ex rigore in æstum subito est mutatus. Nonnullis vero feruentes ex ira succi, ac foras simul impetu ruentes, dictas stipationes effecerunt. & hæc Galenus, synochus enim cum putredine causas habet, quàm synochus non putridus, validiores. Quarum omnium efficacissima est cutis non simplex constipatio, sed ab impactis multis crassis viscidisque humoribus vera obstructio, quæ non cutem solam, sed & tenues iecoris hābitusque corporis venas infarciat. Tametsi igitur integre sanum corpus fuerit, omnesq; humores secũdum naturam ac synceri, quia tamen valida obstructio perspirationem prohibet, neq; vis refrigerans foris intro subit, neq; tenuia, acria, & fuliginosa excrementa intus foras erumpunt, hinc & natiuum calorem strangulari, & quæcunque illic calida humidaque sunt, putrescere necesse est. Verum dubitaret aliquis an synochum putridum, synochus citra putredinem semper præcedat.

cum

Gal. 2. de cris. cap. 12.

Epilogus.

Differentiæ à loco i quo putrescit sanguis.

Gal. 11. metho. cap. 4.

Synochi cũ putredine causæ.

Gal. 2. de diff. febr. cap. 9.

Gal. 11. meth. cap. 4.

Dubitatio.

eum sanguis putrescere non possit, nisi prius incalescat, & accendatur. ad hoc dicendum, quod quamuis sæpius putridam hanc febrem synochus non putridus prægrediatur; fieri tamen potest, vt etiam à principio synochus putridus inuadat, quia propter vehementiores causas fieri potest, vt sanguis à principio putrescere incipiat. præsertim quia contingere potest, vt parua sanguinis portio à corde distans putrescere incipiat, & ita per partē post partē, tum putridus vapor, tum putredo cordi cōmunicetur. Huius autem synochi differentiæ à Galeno & Auicenna, nec non alijs omnibus scriptoribus tres proponuntur. Cum enim toto febris decursu par est & æqualis, vniformisque putredinis modus homotonos excitatur; quum autem plus putrescit, quàm dissipatur, epacmastica: paracmastica vero, quum minus putrescit, quam dissipatur. vt alibi quoque declarauimus. Verum in tertia differentia objiciet quis. Si maius est in ea illud quod dissipatur, quàm id quod putrescit, & multiplicatur, ergo sequeretur quod paracmasticus vel nunquàm fieret, vel si fieret per vnum tantum instans perduraret. Si enim quamprimum fit, tamprimum maior resolutio putridi vaporis à corpore & corde fit, quam eius ex putrescente materia multiplicatio; ergo quamprimum oritur, statim esse desinit. huic dicendum verissimum esse, quod, vt fiat paracmastici principium, necessarium quidem est, vt maior fiat & in toto corpore & in corde vaporis putridi multiplicatio, quàm resolutio, & id multo magis vt augumentum & status fiat, vnde necesse est, vt vsque ad statum inclusiue vaporis multiplicatio augendo & resolutionem excedendo procedat; sed hæc tempora propter sui breuitatem, vt etiam alibi notauimus, manifesta non sunt. Sola autem declinatio, quia longa est, deprehenditur. nec tamen necesse est, vt hæc subito tollatur, & delitescat, quia licet maior sit vaporis resolutio, quàm eius multiplicatio: tantum nihilominus ipsius multiplicatur, vt pro febris conseruatione sufficere possit. Rursus ex hac tradita synochi differentia, aliquis quærere posset, quo nam pacto Hippocratis sententia quæ et à Galeno confirmatur, possit seruari, in qua ait quod tres sunt febrium & morborum omnium modi siue mores, quorum duo, quamuis in epacmastica, & paracmastica febre verificentur, attamen tertius modus, in quo morbus leniter incipere ait, & postquàm paulatim increuerunt, & in dies exacerbati sunt, & perfectam magnitudinem sunt adepti se se deinde remittunt, donec prorsus discutiantur, hic inquam tertius modus in Homotono seruari, & verificari non videtur. ad hoc dicimus Homotonum ad hunc tertium modum de necessitate redigi, quia impossibile est, vt Homotonos ad summam magnitudinem perueniat nisi prius paulatim increscat, sicuti etiam impossibile est, vt prorsus discutiatur, nisi paulatim deinde decrescat, sed quia tum prima tempora, tum declinatio, in eo quàm citissime pertransuent; status autem diutissime perdurat, eundem tenorem & statum perpetuo quodammodo seruare dicitur. Signa, vt ex Galeni dictis colligimus, synochum putridum indicantia, eadem fere sunt, quæ simplicem & absque putredine synochum nobis pandunt, vnde ad ea, quæ in eo capite tradita sunt, recurrendum est, ne frustra eadem bis repetamus: differunt autem, vt ait Galenus, quia huic priuatim putredinis insunt notæ, idque tum in lotio, tum pulsu, tum caloris ingrata qualitate. insuper in synocho putrido notæ adhuc magis conspicuæ sunt. quare calor in hoc acrius contactū ferit, pulsus non modo magnus, vehemens, celer, & frequēs, verum etiam inæqualis cum sistole celeriori, & inordinatus: vrina crassa, rubra, turbida & in principio præsertim sedimento omnino carens. Verum circa febrilis caloris qualitatem, illud animaduersione dignum est, quod quamuis synochus putridus, in relatione ad eum, qui sine putredine est calorem acrem manui tangenti exhibeat; attamen, si ad reliquas putridas febres referatur, plurima quidem in eo, vt ait Galenus, caliditas manus tangenti se se offert, sed mitis, & magis vaporosa, ac minus molesta, quam quæ ex cæteris putrescentibus humoribus percipitur. & ex hoc elicimus hunc synochum de genere febrium ardentium non esse. quamuis enim magna sit, imo maxima, quia semper febrilis caloris multitudo in multitudine defluxus consistit, vt ait Galenus, multum autem defluit in hac febre ex putrescente sanguine orta, quia is calidus & humidus cum sit, vt exhalet, & in halitum digeratur, propensus est, vbi putrescens supra modum incaluerit; attamen caliditas omnino mitis est, sicuti ea, quæ in balneo contrahitur, etiam si sanguis supra modum exuratur, & in aliorum humorum naturam conuertatur. Et ob id ardens dici nequit, quæ quidem non in caloris

Marginal notes: Solutio. — Putridi synochi differentiæ. Homotonos Epacmastica Paracmastica. — Dubitatio. — Solutio. — Alia dubitatio. — Solutio. — Signa. — Notandum. — Cur synochus ardens febris dici nequeat. — Gal. 9. metho. c. 3. & Auic. 1. 4. trac. 2. cap. 44. — Hippo. 3. in 1. epid. tex. 10. — Gal. 2. de diff. febr. c. 9. — Gal. loco citato

loris aut defluxus multitudine, sed in eius mordacitate, & acrimonia consistit. Eiusmodi autem febris, vt ait Galenus, in gracili & frigido corporeoriri non solet; sed plurimum in ijs, qui sanguine abundant, & corpulentis gignitur. humorum enim putredo in omnes, quæ inter inguina & alas intersunt, venas æquabiliter, ac cito porrigi in frigido habitu non potest. Debent enim semper quæ putrescunt, tum calida & humida esse, tum vero difficilem transpirationem habere. eoque fit, vt nec in frigida ætate, nec frigido corporis temperamento, siue id ab initio constitit, siue modo frigidum sit factum, continens excitetur febris: sed nec in gracilibus, vel qui raro sunt corporis habitu. imo tum ætate, tum natura, tum acquisititio temperamẽto, quæ calida sint, ac præcipue si & carnosus, ac bono & multo sanguine affluens, & dẽso corpore æger sit, aut etiam calidis excrementis refertus. Quod autem febris hæc inter putridas, & simplicissima & curatu facilis sit, superius in huius capitis initio demonstrauimus, deterior tamen est epacmastica, minus mala est homotonos, omnium minime periculosa paracmastica. Quisquis autem propositam sanaturus est febrem, hic simul causam eius adimat oportet: simul calorem, qui in animali excitatus ab ea est, refrigeret. Ac quemadmodum ille quidem sit refrigerandus, prius est dictum: causam vero adimi oportebit propria cuiusque naturæ inuenta contrarietate. Vtique si ex frigida causa stipatum densumque redditum est corpus, relaxato eo, omnique ratione rarefacto: sin ex obstructione ita est affectum, hac reclusa: Quod vero recludet, hic quoque ad contrarietatis indicationem attentus inuenies. Vbi enim abundantia humorum est, hos vacuabis: vbi crassi sunt, & glutinosi, tenues eos, ac fluxiles efficies. Si plures causæ aliquando coibunt, omnibus per contraria occurres. Siquidem fieri potest, vt & coarctatum corpus sit, & exigui meatus densati, & multi simul & lenti humores subsint. In huiusmodi autem causarum complexu cæpisse à sanguinis missione conueniet: ac abundantia vacuata, tum ad extenuandos humores venire: ab hoc ad remittenda, quæ sunt constricta, & rarefacienda quæ sunt densata. Atque hæc quidem à morbi affectu indicatiue sunt sumenda. A viribus autem, (quoniam hos cibi, potiones, & spiritus certa mẽsura & apta qualitate exhibita seruabunt, inuẽtus est quantitatis eorum modus ex virium substantia, qualitatis vero à temperamento) nimirum æstimari debebit, quomodo vires, quæ corpus regunt, in his se habeant. Si enim valentes sint, quod vt plurimum contingit, audacter vacuantibus præsidijs vteris: sin infirmiores sint redditæ, vacuantia remedia cautius administrabis. Sed & nutrimenti modus hinc tibi desumendus. Quippe cum vires legitimum robur suum habent, & morbi summus vigor breui futurus expectatur, tenuissimo victu licet vti. cum sint infirmiores, non licet sine graui noxa: sed adijcere ad nutrimenta tantum oportet, quantum est de robore virium imminutum. & ex his scopis accipiẽdus est nutrimenti modus seu mensura. Qualitas vero ex morbi affectu, vnà cum solidorum corporũ, quod tum est, naturali temperamento: Ab affectu, si is obstructio est, quæ extenuet: A naturali ipsorum temperie, vna cum cõsuetudine, prout in generali methodo prius definiuimus. Tempus vero nutriendi, vt inueniatur, facilis toleratio, & consuetudo spectari debebunt. tunc enim offerendus cibus, quum facilius morbum tolerant. eoque potissimum diei tempore, quo prius in sanitate cibari consueuerunt. Vniuersa vero præsidiorum materia siue ad venæ sectionem, siue ad lenientia, & reliqua omnia medicamenta, siue ad victus rationem attineat, ex capite de synocho non putrido petenda, & huc transferenda est, ne frustra eadem repetantur. Quamprimum autem secanda vena est, vt ibi diximus. & si bilis multiplicata sit, quia sanguis putrescens in eius naturam migrat, pręmisso leniente, quod ipsam euacuet ibi proposito. quod si multiplicata non sit, & cum sanguine commixta sit, à venæ sectione incipiendum, quia hac bilis etiam educetur. nam illud memoriæ gratia dixisse satis sit, quod, ex Galeni sententia, maxima continentium febrium remedia hæc duo sunt, sanguinis detractio, potissimum vsque ad animi defectum, & potio frigidæ. verum illa, nullo non tempore, modo vires ferant, hæc cum & in pulsu, & vrinis concoctionis euidentes notæ cernuntur, febris autem est maxima. Nec enim pulsus duntaxat vires ad eiusmodi agẽda firmas requirimus, veluti nec eius facultatis, quæ voluntariũ motum præstat, sed ipsius potius concoctricis. ergo si & vires cunctæ valentes sint, & febris ardentissima, & concoctionis notæ plane euidentes, frigidam homini dare audacter debebis. Constat enim talem hominem senem non esse, ex quo omnes illi virtutes

Gal.9.metho. cap.3.

Prognostica

Gal.11.meth. cap.4.

Indicationes.

Cap.5.

Curatio.

Gal.9.metho. cit.

Gal. 11.meth. cap.9.

Natatio in frigidā quando cōueniat. tutes valentes esse proposuimus. Quod si etiam bona corporis habitudine sit, tum status cœli calidus ac siccus, etiam si in frigidam natationem hunc dimittas, nequaquā lædetur. eiusmodi enim temporis opportunitate vsi, qui sese in frigidam coniecerūt, & protinus omnes sudarunt, & nonnullis eorum aluus biliosa reddidit. *Victus ratio.* Victus ratio ex dictis in vniuersali ipsius sermone & in scopis propositis clara est. particulatim vero in eiusmodi febribus paucissimas sorbitiones, potionesque exhibere conueniet, quibus vtique ceu medicamentis potius, quàm nutrimentis egemus, veluti est aqua hordei, & ptisanæ cremor. Nam aqua mulsa ad crassos succos extenuandos, & viscidos detergendos & excretionem promouendam, optimum medicamentum est in ijs synochis, quos habitus coarctatior, & putredo excitarunt; quatenus vero calorem febris adauget, est noxia. *Gal. 11. meth. cap. 11.* Vnde si hic immodicus sit, parcendum aquæ mulsæ est, & ptisanæ cremore vtendum. Quod si difficiles ac contumaces esse obstructiones iudicaueris etiam oxymelite, hoc tamen immodice non est vtendum, quia intestina radit, & tussim excitat, & neruosa lædit. & hæc de synocho putrido ad Galeni mentem sufficere deberent: *Synochorū ex aliorū humorū putredine reprobatio.* Verum quoniam ex recentioribus quidā alios synochos ex alijs quoque alimentalibus humoribus, bile. s. flaua, pituita, & melancholia, vnà cum redundante sanguine putrescētibus subortos excogitarunt, quia cum reliqui succi (inquiūt isti) pauxillum quēdam excessum adepti insimul cum copioso sanguine redundare possint, atque hæc etiam multitudo seu plethora, secundum quid tamen, nuncupari possit, ex ijs vna cum sanguine putrescentibus synocha seu continens febris gigni potest: Idcirco priusquàm ad biliosas febres accedamus, sentētia hæc breuiter reijcienda est. Si enim vnà cum copioso sanguine bilis etiam exuperet, cum hæc & sui copia & mala qualitate naturæ molesta sit, & multo minus quàm sanguis naturæ familiarissimus à natura gubernetur, &, quod magis est, ad putredinem, accensionem, febrilemque calorem suscipiendum longe magis parata sit, quærendum ab ijs est, cur & citius, & facilius putredo bilem hanc non inuadat relicto sanguine. aut si aliqua sanguinis portio cum ea putrescat, rursus interrogandi sunt, an bilis vel sanguis in putredine prædominetur, si sanguinem dicant, quod vix propter causas allatas persuaderi potest, ergo febris synocha non quidem biliosa, sed sanguinea dicenda erit. quia febres proprium nomen, ab humore in putredine prædominante sortiri debent. Si bilem prædominari affirment, ergo febris ardens & biliosa gignetur, vt in sequenti capite dicemus, in qua calor non quidem mitis halituosusque, vt in sanguineis percipimus, sed acris & mordax manui se se offeret. & quod de bile diximus, idem multo fortius de pituita & melancholia licet asserere. ijs siquidem succis cum sanguine in magna copia putrescentibus, cùm sui natura frigidi sint, qui fieri potest, vt febrilis calor non refractus, & ad mediocritatem perductus producatur? non ergo vel plurimus, & omnino æstuosus, & proinde non synochus sui natura velox & suprascriptas notas præseferens procreabitur. insuper humores hi, videlicet melancholia & pituita, etiā si salsa sit, & ex accidenti calida, præter id quod raro admodū in magna copia intra vasa putrescunt: etiam si putrescant, difficillime tamen eorū putredo, propter sui crassitiem & visciditatem, & naturalem frigiditatem, per vniuersa vasa æquabiliter & cito porrigi potest, sed potius in quibusdam paruis, minusque calidis vasis impacti ac detenti propter crassitiem & lentorem, præsertim si multum sanguinem excedant, in eisdem putrescunt, priusquàm per omnia & calidiora vasa diffundantur, eisdem etiam maximis vasis tanquàm calidioribus existentibus extenuantibus, & euincentibus, aut saltem tales humores expellentibus ad eadem minora & remotiora vasa, ita vt difficulter in maioribus & cordi proximis acetuentur. proindeque cōtinuæ magis febres ex eis fient, quæ plures accessiones habent, quàm synochi vbi eos contingat intra vasa putrescere. nam synochi, vt testis est Galenus, fiunt vbi putrescunt humores, qui in venis & arterijs omnibus continentur, atque hi præsertim qui in maximis atque plurimo calore abundantibus reperiuntur. *Gal. de differ. febr. c. vlt.* & ob id Galenus de his synochis quos isti inter sanguineas & vere synochos reposuerunt, ne vnū quidem vnquàm verbum habuit, quia tamen de nominibus nunquàm curandum esse voluit, permisit nonnunquàm vt febris deurens ardensve synochus appellari possit, dummodo sciamus ardentem caloris qualitate à synocho proprie dicto maxime differre. *Gal. 2. de crif. cap 6 & 2. de differ. feb. c. 2.*

De febribus ex putrescente bile genitis, & primo de his quæ continua sunt. Cap. XXVI.

Cõtinuatio.

BILIOSAE febres, tum propter maximam, quam habẽt, penes humorem putrescentem, cum febres natura conuenientiam, tum quia Galenus de putridis febribus à sanguineis diuersis agens semper ab ipsis biliosis tanquam omnium frequentissimis exordium sumit, tum quia putrescens sanguis in bilis naturam vertitur, sanguineis succedere debẽt. Per bilem autem hoc in loco, nos calidum & siccum humorem, & ab atra bile distinctum, atque diuersum intelligere, planum est, siquidem millies Galenus in Hippocratis potissimum expositionibus nos admonuit, quod, dum bilem absolute pronunciamus, calidum siccumque humorem ab atra bile diuersum, audiri volumus. ex quo quidem putrescente biliosæ absolute vocatæ febres generantur. Hæ porrò vnà cum Galeno per diuisionem imprimis bimembrem secari debẽt, quatenus quædam continuæ sunt, quædam intermittentes, seu ad integritatem omnino denenientes quæ etiam tertianæ vocantur, & hæ duæ primæ differentiæ à loco in quo bilis putrescit, oriuntur, in continuis enim bilis in venis, seu vasis exactum & purum sanguinem continentibus putrescit: in intermittentibus vero in venis chyli, quas etiam primas venas sæpius appellat Galenus, & in partibus ad caua iecoris, præcordia, & hypochondria spectantibus, putrescit. Loquamur itaque primo de continuis in hoc capite propter maximam, quam habeat cum sanguineis cõuenientiam, & postea in sequenti capite de intermittentibus loquemur. Iam vero biliosæ continuæ rursus subdiuiduntur, quia vt ait Galenus, earum duplex est species. Altera earum, quæ à continuo feruore synochę, i. continentes appellantur, quarum vniuersum tempus in vna consumitur accessione, quæ à principio vsque ad finem pertingit; Altera earum, quæ idem cum genere nomen sortiuntur, & continuæ appellantur, atque in pluribus particularibus circuitibus continentur. accessiones enim & remissiones, seu declinationes (licet ad infebricitationem non perueniant) manifestas & conspicuas habent: sicuti continentes & causones exercitentiam quãdam de tertia in tertiam, sed tamen occultam habent. Earum autem, quæ synochæ dicuntur, tres sunt omnes numero differentiæ: nam quædam earum à principio vsque ad finem æquales perdurant, quædam paulatim augentur; tertia species paulatim decrescit. Vnde & nonnulli primas quidem homotonas atque acmasticas, hoc est eodem vigore perseuerantes nominarunt; secundas anabaticas, atque epacmasticas, hoc est assurgentes, & inualescentes dixerunt: tertias autem paracmasticas, hoc est decrescentes appellarunt. Continuarum rursus duæ sunt primæ differentiæ, nonnullarum quidem, quæ singulis tertijs diebus inualescunt: aliarum vero, quæ die intermedio alteram faciunt accessionem. Sicuti autem eas quæ singulis tertijs diebus inualescunt Triteophyes, hoc est tertianarum naturam referentes Galenus nominauit: ita eam quæ die intermedio alteram facit accessionẽ, nomine carere dixit; Cum autem in figura duplicis tertianæ progrediatur, clarioris doctrinæ gratia duplicem tertianam continuam, aut duas continuas tertianas eam appellare poterimus, quæ quidem ab hemitritæo valde differt, vt in proprio sermone apparebit: nec non etiam à quotidiana continua. Nam, quæ in die intermedia faciunt accessionem continuæ (ait Galenus) nonnullæ quidem in quotidianarum figura progrediuntur, duas inuicem accessiones simillimas facientes; nonnullæ vero duas dissimiles habentes, primæ quidem tertiam omnino simillimam obtinent: secũdæ autem quartam, in figura duarum tertianarum progredientes. Hæ igitur ex bilioso magis, altere vero, quę singulis diebus similem accessionem faciunt, ex pituitoso potius humore consistunt. Insuper circa biliosæ continuæ nomen illud vnà cum Gal. notare debemus, quod si aliqua febris tertio quoque die exacerbetur, neq; exiguum interuallum in ea sit, in qua æger prope ad synceram integritatem venisse videatur, eam acutam nominabimus, id quod reuera est, de ca dicentes, eam tertio quoque die exacerbari. ex ex quo fit, vt ex ijs, quę tertio quoque die exacerbantur, tertianę naturam referens ea sola appelletur, quæ prope ad integritatem peruenit. Quod si quis alias oẽs acutas febres, quæ tertio quoque die exacerbantur tritæophyes. i. tertianarũ naturam referentes, velit nominare, is sane videbitur fortasse non temere in hanc venisse sententiam.

Quem-

Margin notes (left): Gal. 2. de cris. prope princ. & 2. de differ. feb. 2. & primo ad Glauc. — Gal. 2. de cris. & 2. de differ. febr. cit. & 3. in 1. epid. cõ. 5. — Gal. 4. de sani. tuend. passim. — Gal. 2. de diffe. febr. c. 2. — Gal. loco citato — Gal. 2. in 6. epidem. com. 22.

Margin notes (right): Nomen. — Naturæ. Differentiæ. — Biliosæ continuæ differentiæ. — Cõtinentes. Continuæ. — Continẽtiũ differentiæ. — Homotonæ. Epacmasticæ Paracmasticæ. — Continuarũ differentiæ. — Tertianarũ naturam referentes. — Duplex tertiana continua.

Continuarũ differentiæ qua de causa oriantur.

Quemadmodum autem primæ duæ biliosarum febrium differentiæ, à loco, in quo bilis putrescit, exoriuntur; ita & earum, quæ continuæ sunt, species seu differentiæ ab eodem putredinis loco originem ducunt. Nam continentes fiunt, quia bilis vel in totius corporis vasis, vel in his quæ magna sunt, & cordis proxima putrescit, vt etiam superius cum Galeno de sanguineis diximus. Tertianarum vero naturam referentes ex eadem bile in vasis à corde remotis paruisque putrescente procreantur. Bilis enim in ipsis à maioribus vasis non quidem ad primas venas & hypochondriorum partes mittitur à quibus deinde per magnos ductus foras extruditur, aut in partibus ignobilioribus & in magnis capacitatibus & potissimum in ventriculo intestinis & præcordiis suscepta, facillimè & quacitissime putrescit, dissoluitur, & dissipatur, quemadmodum in tertianis intermittentibus contingit, sed pro maiori parte ab ipsis maioribus vasis ad minora & à corde remotiora, quæ tamen puriorem sanguinē continent, & supra iecoris caua constituta sunt propellitur, vt in generali differentiarum sermone declarauimus, in quibus propter eorum angustia non expurgatur, vt ait Gal. & ærrius, longiorique tempore dissoluitur, vnde tum hac de causa, tum quia materia copiosior est, & vnà cum succis alimentalibus, & in venis consistentibus cōmixta atque contigua, putredo nunquam cessat, sed contiguos humores, & potissimũ superflu os & eiusdem generis cum bile depascit, & ita accessio ad infebricitationē nunquam deuenit. Earum enim materia in venis coercita, ac putrescens, licet quadam ex parte per cutis spiracula sine sensu dissoluatur, non tamen potest ante perfectam solutionem tota depelli, quod si materia à duplici fomite ad paruas venas propellatur, oritur ea, quæ duplex tertiana continua nuncupatur. Verum priusquam ad harum febrium causas tradendas accedamus, quærendum est, an biliosarum febrium tradita diuisio sufficiens sit. Nam Auicenna ipsam trimembrem proposuit inquiēs quod febres cholericæ tres sunt, tertiana continua, periodica, & causon. Ad quam nam igitur ex his biliosarum febrium speciebus, seu differentijs, quos nos adduximus, causon, seu febris ardens reducetur? sciendum est Gal. varijs in locis, diuersa admodum de causo seu febre ardente protulisse. quod quidem in causa fuit, vt in hac plerique fuerint hallucinati. Nonnunquam enim asseruit causum fieri ex bile in vniuersi corporis venis putrescente; aliquando in vna eius parte, vt in ventriculi ore, & ipso ventriculo, stomacho, ieiuno intestino, pulmone. imo etiam extra ipsas venas & in carne alicuius particularis membri. Interdum ex salsa quoq; pituita ipsum oriri fassus est. alibi verò ipsam tertianam febrem intermittentemque de genere ardentium esse dixit. Sicuti alijs in locis tertianam ab ardente clare seiunxit: sed vt nullam in Galeni dictis controuersiam esse intelligamus animaduertendum imprimis ardentem febrē, vel communiter, vel proprie appellari posse: communiter quidem, veluti dum ad materiam solummodo putrescentem nempe bilem ipsam, aut aliam materiam calida & sicca intemperie affectam respicimus, non aût ad locum in quo putrescit, & tunc sub hoc communi nomine tum febrem, quæ erysipelata comitatur, tum etiam tertianam ipsam ardentem febrem esse asserimus, quia ab amara bile generatur. Proprie vero quum ne dum ad materiam ipsam, verum etiam ad locum in quo putrescit, respicientes, eam proprie ardentem febrem seu causum esse dicimus. Cui tum vehemens totius corporis caliditas, tum sitis inestinguibilis inest. ita vt per hæc duo tanquam propria & pathognomica signa circumscribatur. quo fit, vt scripserit nonnunquam Galenus, quod non appellabitur ardens febris nisi adiunctam perpetuo habeat per totum morbum sitim assiduam, & exurentem calorem, quia de simplici proprioque causone loquitur. Insuper Causus hic proprie dictus, vt idemmet Gal. testatur, rursus duplex est, exquisitus. s. & nothus. Comperio enim inquit ipse, Medicos febrem ardorem appellare, cum vrens caliditas & sitis, quæ sedari non potest, hominem cruciat. id, si ita est, causum eum, in quo corpus non vritur, sitisque leuis est, ardorem quidem simpliciter, sed exquisitum & verum non dicemus. Cum enim pro dimidia parte sit talis, breuiori doctrinæ gratia non erit alienum, eum ardorem nothum appellare. quē deinde ex salsa pituita, seu salsuginoso succo generari affirmat. & idem prorsus ex Hippocratis sententia testatus est Auicenna, dum de causo loquens, ait, quod febris ardens phlegmatica fit ex phlegmate salso putrefacto in venis quæ sequuntur partes cordis: sicut dixit Hippoc. in Epidemijs, phlegma autem salsum non fit, subdit ipse, nisi ex aquositate phlegmatis cum cholera acuta. Vnde legitimus & exquisitus causus erit, qui non à salsa pituita, sed ab ipsa bile procreatur, tam si æqualiter in omnibus vasis putre-

Marginalia (left): Per causonē siue febrem ardentē qd nam intelligendum sit. — Proprius ex usus duplex est exquisitus s. & non reqsitus seu nothus. — Causus nothus. — Causus legitimus.

Marginalia (right): Gal. 2. de cris. c. 3. — Auic. 1. 4. tra ct. 2. c. 35. — Gal. 4. de rat vict. in prin. — Com. tex. 13. — Gal. li. de rigo. & 2. de diffe. feb. c. 3. & 6. & 2. de cris. c. 6. — Gal. 4. aphoris. com. 58. & 59 — Gal. 3 in 3. Epid. com. 34. — Gal. 4. de rat. vic. com. 13. & 2. in 1. epid. com. 18. — Auic. 1. 4. tract. 2. c. 41.

putrefcat, & febris vnam habeat à principio ad finem vfque acceffionem, quàm fi in quibufdam particularibus, & plures habeat acceffiones,fiue tertio quoque die eædē fiant,fiue etiam die intermedia aliam habeat acceffionem, quemadmodum ex pluribus Galeni auctoritatibus clarè colligimus. Vnde fæpius afferuit quod caufus, feu febris ardens exquifita accenditur, cum in vaforum capedinibus, vnà cum fanguine putrefcens flaua bilis contineatur: præcipuè vero vbi in ventris aut iecinoris,aut pulmonis venis,bilis efferuefcat,tanquam cordi proximioribus exiftentibus. Quas omnes auctoritates contemplatus Auicennas,& ipfe fcribebat quod caufon fecūdū duos modos fit,aut enim eft cholerica: & eft caufa in ea multitudo putredinis: aut intra venas corporis totius: aut in venis, quæ fequuntur partes cordis proprie, aut in venis partium oris ftomachi,aut in hepate,aut eft phlegmatica. Addit autem Auicennas hepatis venas,quia Galenum vidit alibi afferentem,quod in ardentibus febribus humor in venis præcipue autem in iecur ac ventrem pertinentibus abundat. Quibus hunc in modum definitis, ardentium & biliofarum, quæ continuæ funt, febrium omnium caufas iam tradamus. Quæ cum vel externæ fint,vel internæ, de prioribus loquens Galenus fcribebat. Ardentes enim non perinde à biliofis excrementis retentis originem ducunt, fed à calore in vafis,ac vifceribus aucto ab inflammata conftitutione,quæ mirum in modum calida eft; vt fieri folet in ijs, qui fe nimium exercuerunt,aut magnis funt curis conflictati, aut diutius fuerunt in Sole, aut cibis adurentibus liberalius fe expleuerunt: vel qui plurima huiufmodi,aut etiam omnia fecerunt,paffique funt. & alibi inquit,febres ex laffitudinibus ortæ, quarum biliofiffima eft temperatura,tibi quoque funt ad præfagiendum adiumento. hæc igitur eft ab externis caufis ad præfagiendum ducta vtilitas,& in alijs externis caufis,quæcunq; corpus biliofius efficiunt, ex vfu futura: funt autem hæ, æftus,vigiliæ,curæ,angores,iræ, alimenti inopia,& biliofiorum eduliorum vfus nimius.fed potiffimum calida,torrida, fqualidaque aeris conftitutio. Cum autem ardentes febres, vt tradit Galenus, illæ fint, quæ ex biliofa materia feu redundantia, tanquam caufa propria & peculiari, in iecur & ventrem irrumpente,oriuntur,proinde ea omnia,quæ fuccum hunc multiplicare poffunt,qualia funt potiffimum iecoris caliditas & ficcitas, totius corporis temperies calida & ficca,iuuenilis ætas,nec non vitia præter naturam, vti funt morbi calidiores & obftructiones adftrictionesque,& in fumma illa,quæ bilem & generare, & colligere, & multiplicare valent, biliofarum febrium caufæ ftatuendæ erunt. Signorū porrò q̄dā omniū febriū biliofarū cōia funt:q̄dā magis cōtinuarū,de q̄b.nūc agimus propria ac peculiaria.cōia aūt oium biliofarū febriū figna funt illa, q̄ flauæ bilis exuperantiam indicant, quorum aliqua ex his, quæ præfentia funt,fymptomatibus,nonnulla verò ex prægreffis caufis bilem multiplicantibus eliciuntur. Primam autem,inquit Gal. firmiffimamq; naturæ febrium notitiam acquires ex ijs, quæ circa corpus apparent: fecunda vero ab externis caufis ducta cognitio non parum ad certiorem fidem eorum,quæ inueneris,conducet,& hoc præceptum vtiliffimum eft.Ea vero,quæ circa corpus apparent fymptomata rurfus duplicia funt, vel enim in corporibus confpiciuntur,etiam fi febre correpta non fint,aut etiam priufquam in febrem,& morbū incidant: vel dum febre ipfa actu laborant, obferuantur. Quum itaque bilis molestius inualefcit, etiam fi febre adhuc correpti non fuerint, hæc apparere confueuerunt. nempè corporis habitus ficcus, macer,& gracilis, & qui tangentem acri morda ciq; calore feriat: venæ & arteriæ amplæ, & à prima conformatione caloris vi diftentæ. Faciei oculorum totiusq; corporis color pallidus,flauus,aut citrinus,interdū biliofæ puftulæ eryfipelatis fpecie erumpentes apparent, & alia in fignis laffitudinis vlcerofæ fuperius propofita. Somnus leuis nec profundus, magna corporis iactatione inquietus: infomnia belli, furoris,iracundiæ,fplendorisq; plena: infomnia autē perpendere multum refert,quia hæc ab interno potiffimum non autem externo mouentur obiecto, quemadmodum animæ affectus tempore vigiliarum moueri præfertim confueuerunt. Sunt enim biliofi ex fe in iracundiam,in audaciam,& vindictam propenfi. & frigidorum appetentes, quorum vfus gratus, & delectabilis exiftit. Eorum pulfus vehemens,velox, frequens,& durus eft. Vrina flaua,flammea & acris,fedimēti pauci. vomitione vero,deiectione, vrinis, aut fudoribus biliofa excretio in eis apparet. & bilis purgatio eis vtilis toleratuq; facilis exiftit. Ex partium autem, in quas bilis fluit,& impetum facit,varietate,fymptomata variare folent. Siquidem illa in cerebrum infiliente,vigiliæ fiunt, deliria rixarum & iracundiæ plena: in os ventriculi

fitis,

Marginalia: Gal. 2. de diff. c. 6. & 4. de rat. vic. com. 1. & 1. in 1. epid. com. 9. Auic. loc. cit. — Gal. 2 in 1. epid. 20. — Gal. loc. cit. — Causæ Externæ. — Gal. 1. in 6. epid. 9. — Gal. 2. in 1. epid. 15. Gal. 3. in 3. epid. 11. — Internæ. — Signa. Signa omniū biliofarū febrium cōia. Signa bilem exuperātem indicantia. Symptomata præfentia. — Gal. 1. in 6. epid. 9.

sitis, nausea inappetentia, oris amaror, animi defectio: in intestina diarrhæa, & dysenteria. Ea vero symptomata, quæ dum febcicitant, nobis apparent, tradit Auicennas, dum habet, quod & vehementia sitis, & angustia, & inquietudo, & vigilia, & alienatio, & nausea, & oris amaritudo, & siccitas labiorum, & scissio ipsorum, & dolor capitis in biliosis febribus multiplicarur. & eorum venter vt plurimum siccus est, quia bilis sui leuitate & caliditate superiora petit, vt caput & stomachum, aut ad circunferentiam mouetur, cum sæpe sub forma sudoris expellatur, aut insensibiliter resoluatur. Causæ autem bilem multiplicantes sunt illæ omnes, quæ paulò supra fuere propositæ, vt iecoris cordisque calida & sicca temperatura, iuuentus & constans ætas, quę omniũ seruenrissima est, & biliosis morbis facilè conflictatur. Alimenta calida & sicca, inedia, aut victus admodum tenuis parcus & rarus. Exercitatio vehemens, robusta, multa & frequens: æstus feruidiorisque aeris siue à regione, siue æstate, siue æstuarijs, siue à calefaciente vitæ sit genere, frequens occursatio vigiliæ immodicæ: curæ graues, attenratæ cogitationes & mœrores: suppressa bilis vacuatio spontanea, aut intermissa, quæ medicamentis fieri consueuerat, per vomitum, aluum, vrinas, aut sudores. Propria vero & peculiaria biliosarum, quæ sui natura continuæ sunt, & ardentium febrium signa sunt. Imprimis duo hæc, quæ etiam earum indicia pathognomica sunt, nempè exurens caliditas, & sitis quæ sedari non potest. Vnde scribebat Gal. sopor perrarò febribus ardentibus adiungitur: fastidium verò persæpe. non est tamen perpetuum, vt sitis, quæ non sedatur, & deurens calor. nam ab ardente morbo duo hæc, sicuti nec febris acuta, auelli non possunt. & deinde ait. neque enim febris ardēs ab excrementis imprimis cognoscitur: neque enim mere biliosa in solis ardentibus febrib. aluus deijcit: neque his solis accidit colliquatio: sed hæc sunt quidem maligna symptomata & febrium exurentium; qui tamen huiusmodi excernunt, multi modicè sitiunt, & febris calores ferunt, sed ardens non vocabitur, nisi per totum morbum adiuncta perpetuo habeant ea duo sitim inquam, quæ sedari non possit, quantumlibet bibant, insuauemque & ardentem, & fastidiosum calorem. vt enim alibi quoque testatur, febres ex bile multam & acerrimam caliditatem habēr, ex pituira minorem, & minus acrem. Illud tamen circa sitim ex eodem Galeno & Hippocrate notandum est, quod si arida tussis accedat leuiter irritans, non quidem, siti vacantes sint, sed tamē sitis retunditur vehementia, vt ad febris proportionem non sitiant. humor enim particulis, ad quas modica tussi commotas defluit, affunditur, qui in causa est, vt ægri minus siticulosi reddantur. propter motum autē in tussi factum ex locis vicinis humor aliquis attrahitur. Similiter ex Hippocrate & Galeno proprium huius febris symptoma est, lingua nigricans. ob immoderatam caliditatem, & arida & aspera, propter immodicam siccitatem. ait enim Hippoc. lingua autem aspera, arida, ac valde nigra fit: venter morsu cruciatur: deiectiones liquidæ, & pallidæ: vehemens sitis cruciat: itemque vigiliæ: interdum mens quoque turbatur. in quorum verborum expositione notat Gal. quod ventris morsus, & biliosa deiectio ardentes febres perpetuo non comitantur. notat insuper, quod vbi ardoris minera est in pulmone ventris morsus, & biliosa deiectio non admodum eueniunt, sed potius quæ de lingua, & desipientia dicta sunt, & respiratio difficilis densa & magna: efflant enim continenter os aperientes, igneique spiritus efflatione leuantur, vt idem inquit, vnde scribebat etiam Hip. vbi in febre non intermittente difficultas spirandi, & delirium acciderit, lethale. Fit enim in his febribus interdum mentis alienatio ob eam, quæ ad caput recurrit, bilē, & ob temperaturæ caliditatem & siccitatem, quare ventrem morderi, & biliosa deijcere nō sunt de ijs, quæ perpetuo insunt, nisi cum morbus vehemens sit, & bilis motus ad interna fiat, & ob id ijs, qui ventrem heparque febris ardentis veluti sedem habēt, hæc contingunt. Pulsus autem in causo celerior adhuc, & frequentior, quàm in synocho putrido percipitur, & inæqualis magis; nam multo celerior erit contractio distēsione, & quies externa breuior: erit quoque durus, & ob id non adeo magnus & vehemens, vt in synocho. Est autem ardentibus his febribus, præsertim vbi vehementes fuerint, fluxus sanguinis narium familiarissimus, cum enim copiosus calor proptet humoris ad superiora inclinationem, ad caput attollatur, mirum nō est si non solum delirent, verum etiam à sanguinis acris & spiritus copia venæ narium aperiantur. erunt autem urinæ tenuiores quàm eæ quæ in synochis excernuntur, & non adeo rubeæ, sed rufæ, seu flauæ & igneæ. Ait autem Gal. quod febres hæ, vt alij multum acuti morbi diebus imparibus accedere solent. Ab intermittentibus autem, & tertianis distinguun-

Auic. loc. cit.

Causæ præ-gressæ.

Signa ardentium & biliosarum continuarum febriũ propria.

Gal. 3. in 3. epid. 34. & 46.

Gal. 4. de rat. vic. com. 2.

Hip. & Gal. 2. in 6. epid. 23. & 4. aph. 54.

Hip. & Gal. 4. de rat. vic. tex. & com. 4 & 13

Gal. com. 4.

Hip. 4. aph. 50

Pulsus.

Gal. 2. in 1. epid. 63 & 66.

guuntur, quia harum insultus,& excandescentia non vt intermittentium vel à rigore, vel ab horrore, vel frigore initium haber, nec sudore soluitur, nec ad insebricitationē deuenit, quamuis plures habeant accessiones. Communiter autem in continuis, vt habet Gal. pulsus in vno ictu eam habet inæqualiratem, in qua multo velocius principium & finis motus, quàm medium percipitur. Penes autem symptomatum magnitudinem & vehementiam causos legitimos à nothis facilè distinguere licet. Vnde scribebat Gal. in febribus ardentibus, quæ legitimæ sunt, propter magnā vim caloris humores ad caput extolluntur, & sanguinis profluuia & deliria fieri solent, & quia vehementes sunt, siti, vigilia, molestia. & interdum conrurbatione mentis hominem vexāt. & quia tam acutæ sunt, ideo celeriter in eis fit iudicatio. in ea vero, quæ vere ardens non est, sed notha, symptomata remissa potius sunt. Nullumque ex eis dolorem inuehit: nec certa in eis fit iudicatio, sed quasi mediæ cuiusdam sortis, vt ex recidiua rursus secundo loco iudicentur: & alibi scribit, quod dum inquit Hippoc. de ardore notho verba faciens. Aluus soluta, siris magna, lingua scabra, arida, salsa, non adiecit id, quod priori legirimo. [attribuerat: ardor enim spurius alterum symptoma habet ex ijs, quæ in vero ardore fiunt, alterum non habet. Deinceps autem, cum linguam scabram, aridamque esse dixit, non adiecit nigram, vt in superiore, sed loco huius symptomatis, salsam posuit. Nam, vt cum lingua amara redditur, flauam bilem redundare significat: ita cum salsa, salsum, & salsuginosum vocatum succum, qui vnum pituitæ genus est. Ad inuicem autem distinguuntur hæ febres, subindeque differentiæ à loco, in quo bilis putrescit, desumptæ facilè cognoscuntur, quia quæ continentes sunt vnicam accessionem habent, reliquæ verò plures, & minus sitiunt egri, & calor & cetera iam dicta sunt quadamtenus mitiora. ita ex paulò supra enarratis, & ex his, quæ in pulmonis, hepatis, cerebri, & ventriculi vitijs descripta sunt, facilè est percipere, dū in vno aliquo nobiliori membro causi sedes est, an hoc vel illud membrum afficiatur. nam ex Galeni sententia febris ardens tum ob alias causas, tum propter cerebri inflāmarionem æque fit. Iuuenes vero ætateque constantes, & temperatura calidos & siccos ardentibus biliosisque febribus obnoxios esse, minime autem senes apertissimū est ex his, quæ de harum febrium causis superius tradidimus. Quæ quidem causæ, si fuerint, maturæ consideratæ, & potissimum ætas, temperies, vitæ genus, & prægressa ambientis aeris constitutio, haud difficilè erit futuras quoque febres ardentes prædicere. Potissimumque si talis præcederet anni constitutio, qualem Hippoc. his verbis posteritati reliquit. In Thaso paulo ante Arcturum, & sub Arcturo multi ac magni, Aquilone spirante imbres: circa æquinoctium, & vsque ad Vergilias austrini imbres parui, modici, hiems aquilonia, squalores, frigidi venti, magnæ niues: sub æquinoctium vero frigora maxima: ver aquilonium, squalores pluuiæ paucæ, frigidæ: circa Solsticium ęstiuum imbres pauci, magna frigora vsque ad Canem: à Cane ad Arcturū vsque æstas calida, æstus magni, non per additionem illi quidem increscentes, sed cōtinui, & vehementes: non pluit. Etesiæ spirauerunt: circa Arcturum vero pluuiæ vsq; ad vernum æquinoctium austrinæ, in hac autem constitutione (quæ vt notat Gal. frigida, & sicca, & ex parte quadam inæqualis fuit) per Hyemem paraplegiæ cœperunt, multosque corripuerunt, quorum nonnulli celeriter peribant: qui quidē morbus copiosè vulgabatur: in ceteris incolumes constabant. nam Autumnus austrinus caput calefecerat, rarefecerat, & impleuerat, & ob id paraplegiæ multos corripuere: sed quia Hiems sicca erat, nullus alius morbus eam vexauit, quia siccitates imbribus salubriores. Fuit autem paraplegia præter morem lethalis, quia caput erat valde refrigeratum. Ante Ver autem subdit Hippoc. febres ardentes cœperunt, & earum origo ab æquinoctio vsque ad æstatem perdurauit. Quam obrem qui Vere & ineunte æstate statim ægrotare incœperunt plurimi superstites fuerunt, pauci vero quidam mortui sunt. nam febres ardentes tunc lenes erant, ait Gal. & moderatæ, & non synceræ, vt quæ non ab exquisite calido siccoque genitæ statu: nec omnes temperaturas inuaserant, sed quæ prius bilis copiam coaceruatant. Ardentes autem febres non alia de causa tum acciderunt, quia æstas, quæ descriptam ab Hippoc. constitutionem præcessit, (ab Autumno enim initium sumpsit) fuit fortasse calidior, ac non ita multum naturalem statum excessit, quocirca ne describendam illam Hippoc. existimauit. Veruntamen quia in æstate, quæ etiam in sua natura constet, amaræ bilis succum fieri copiosiorem necesse est, ideo cum is esset, in ea æstate non solum solito, sed etiam multo copiosior, ab insequenti frigore in corpore conseruatus, nec difflatus, necper halitū digestus

Gal. 1. ad Glauc. | Gal. 2. in 1. epid. 17. & 18. | Gal. 4. de rat. vic. 13. | Gal. 1. in 1. prædict. 18. | Hip. 2. aph. 14. | Hip. 2. in 1. epi. tex. 60. | Gal. in com. | Tex. 61. | Gal. in com.

Signa causones à tertianis distinguētia. Signa causos legitimos à nothis distinguentia. Signa differentiarum. Prognostica. De futurarū ardentiū febrium præscientia.

gestus est: qui cum diu delituisset, ac temporis spatio computruisset, ardentes febres excitauit. In Autumno iam (subdit Hippoc.) & cum pluere cœpisset, letales erant, ac plurimi moriebantur. Nam auster (inquit Gal.) corpora dissoluere, humoresque fundere atque adeo etiam putrefacere, vbi cum largioribus imbribus coniunctus est, consueuit. Vnde cum magnos æstatis æstus, à quibus bilis multiplicata fuit, austrinæ exciperent pluuiæ, merito complures febres ardentes, eæque lethales viguerunt. circa arcturum, secundi. s. anni, multi vndecimo die iudicati sunt: hisque recidiuæ nō rite fiebaut: sub hoc etiam tempus comatosi fiebant (propter austrinam .s. constitutionem) & maxime pueri: qui quidem omnium minimè moriebantur. Circa æquinoctium vero vsque ad Vergilias, & sub Hyemem febres ardentes sequebantur. plurimi vero etiam phrenitide tentabantur: quorum plurimi interibant. Aestate vero pauci in phrenitidem inciderunt. Hyeme vero sub brumam, & vsque ad æquinoctium febres ardentes, phrenitidesque perdurarunt: multique mortui sunt. Vere autē subdit Hippoc. paucissimi rigebant: æstate plures: Autumno etiam multo plures: sub Hyeme longe plurimi: sanguinis verò eruptiones cessabant. de Vere autem, vt monet Galenus, non quod in secundo anno, sed quod in prima constitutione memoratum fuit, verba facit. Si vero de harum febrium longitudine & breuitate sermonē habeamus, scribebat Gal. quod ardentes febres exquisitæ, quia tam acutæ sunt, ideo celeriter in eis iudicatio fit. Natura siquidem calorem adeo exurentem, & alia symptomata adeo vehementia, vt notat Auicenna, diutius perferre non valet. nothæ vero, quia in his symptomata remissa sunt, ait Galen. longiores sunt, aut mediæ cuiusdam sortis, ita vt nec certa in eis iudicatio fiat, & ex recidina rursus secundo loco iudicentur. Minus autem breues sunt dum bilis in vasis paruis, & à corde remotioribus putrescit, breuiores vero si in venis alicuius membri principalis bilis putrefiat, & hoc eo magis, quo membrum nobilius, & ad vitam magis necessarium fuerit. Breuiores adhuc erunt si in vasis cordi propinquis, & maximis, omnium autem breuissime, si in omnibus corporis vasis bilis accendatur. Vt plurimum autem ardentes exquisitæ febres septem diebus iudicari solent. Præsertim si diebus imparibus, quod vt plurimum fit, progrediantur; interdum etiam nono die, ita non raro vndecima ipsa die iudicantur, minus frequenter in tertiodecimo, si vero paribus diebus excandescant & exacerbētur, sæpius in sexto, nonnunquam in quarto, nō raro in quartodecimo, rarius in alijs diebus finiuntur. Quamuis autem nulla ex his febribus tuta sit, ait enim Hippoc. quod febres quæcunque non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculosæ. Quocunque autem modo intermiserint periculum abesse significatur: nihilominus periculum in his intenditur, & grauiores adhuc euadunt, non solum pro loci, in quo bilis potissimum putrescit, diuersitate, eodem .s. modo, vti de longitudine & breuitate diximus: verum etiam pro maiori tum febris & symptomatum vehementia, & minori virium robore. Vnde, vt sciamus salutem aut mortem prædicere, oportet & futurum statum præuidere, & morbi magnitudinem, & virium statum, & robur sedulo contemplari, quemadmodum in generali de prædictionibus sermone sufficientissime declarauimus. Sicuti autem futuri status præcognitionem & ibidem, & nunc etiam docuimus: de virium autem statu tum præsenti dignoscendo, tum futuro præcognoscendo, tum in eodem loco, tum etiam in sermone de vene sectione disseruimus; ita quomodo morbi magnitudo spectari debeat, in præallegato prognosticorum tractatu manifestauimus, adeo vt in præsentia communibus omissis ea solum quæ febrium ardentium propria sunt, subnectere satis sit. Clarum enim iam est ardentem febrem & propter recessum à naturali habitu, & propter affectarum partium præstantiā morbum magnum esse, verum eo maior adhuc euadet, quo pars principaliter affecta nobilior & ad vitam magis necessaria fuerit. & insuper quo maior à naturali habitu fuerit recessus, vnde si frigidus & humidus temperatura, qualis senex est, ardente febre corripiatur, lethaliter laborat, vt ait Gal. nec minus exitialiter habet ob eandem causam, qui in frigido ambiente vehementer vritur, quod si nec coctionis signa, nec vires validas habeat, seruari planè non potest, vt idem Gal. testatur. Quod si febris hæc tertio quoque modo, nempe propter sæuitiam & malignitatem magna fiat, proculdubio magis adhuc exitialis euadet. Cum autem èius malignitas ex symptomatum malignitate deprehendatur, omnia hæc vnica verborum serie tradidit Hippoc. dum dixit, quod in suprascripta constitutione, cum febres ardentes inciperent, quibus exitium impenderet, denunciabant. Nam statim ab initio febris acuta eos corripiebat, parū rigebant,

De ardentiū breuitate & longitudine præcognoscēda.

De salute & morte prædicenda.

Gal. in 1. epid. 18.

Auic. 1. 4. trac. 2. c. 41.

Hip. 4. aph. 43

Gal. 1. aphoris. com. 14.

Gal. 11. meth. c. 9.

Hip. 2. in 1. epi. tex. 75.

Ardentiū exitialia symptomata.

rigebant, vigilabant, grauiter angebantur, siti cruciabantur, fastidiosi erant, paululū in fronte, & clauiculis exudabant, sed nemo per totum corpus. Multa obloquebantur, timores, mestitiæ aderant, extremitates subfrigidæ, vt summi pedes, magisq; manus: accessiones diebus paribus: plurimi quarto die maxime laborabant: sudores diutissime subfrigidi: extremitates non iam ad calorem redibant, sed liuidæ erant, ac sub frigidæ, non sitiebant. ad hæc eorum vrinæ erant nigræ, tenues paucæ: & alui sistebantur: nec sanguis è naribus profluxit, ne his quidem, quibus hæc accidunt, sed parum stillarunt: neque recidiuam vllus horum passus est: sed die sexto cum sudore moriebantur. Quæ quidem verba eorumque rationem exponens Gal. inquit, quod statim ab initio rigere malignitatis est proprium, quia rigor solet ardentes febres iudicare, sed, quæ iudicant non debent statim apparere. Insuper symptoma vigiliarum, atque angoris fastidijve, non modo in principio, sed etiam toto tempore prauum est: vt etiā exudare. Vbi enim paululum in fronte & clauiculis sudent, multumque delirent, eiusmodi sudor, etiam si frigidus non sit, minatur syncopem: pessimus autem erit, si frigidus egrediatur, quippe qui, vt ait Gal. non fore, sed iam esse syncopem indicet. vnde scribebat Hippoc. frigidi sudores cum acuta febre mortem, cum mitiori longitudinem morbi significant. Iam vero obloqui, quod est absurda loqui, hoc est desipere læsum cerebrum indicat. Timores vero magnopere acrem deustamque flauam bilim consequuntur. timoribus vero iam cognatæ sunt mœstitiæ. At partium extrematum perfrictio symptoma est, & signum febribus ardentibus perniciosissimum: quemadmodum etiam desipere, cum ex febris æstu caput inflammatur: proprium autem, familiareque est febribus ardentibus, vt extremæ corporis partes exurantur: quæ si qñ refrigerentur, partes vero ad viscera pertinentes ardeant, tum sanguinem in intimis partibus coaceruatum esse indicatur, & extremas partes sanguinem desiderare, refrigerati, & perfecte emori, eas iam natura destituente. Quocirca scribebat Hippoc. in febribus non intermittentibus si partes exteriores algent, interiores vruntur, & sitim habent lethale est. Hi enim casus inquit Gal. in solis ardentibus perniciosis, vel si aliter libeat appellare malignissimis, veluti lipyrijs accidunt. Neque enim mitior ardens febris, neque tertiana, quæ duæ præceteris sunt calidissimæ, intus vrunt cute frigescente. huius autem causa est, quia vbi aliqua fortis inflammatio in parte corporis profundiori, vel erysipelas euenerit, vniuersus ex toto corpore sanguis ad locum trahitur patientem, & ideo vruntur profunda. cutis autem refrigeratur, vt in principijs fit accessionum. In his tamen caloris motus ad intima sponraneus magis, in lipyrijs violentus potius existit. quia à magna flammea dispositione tanquā à cucurbita quadam calor & sanguis intus attrahitur. Ob id alibi etiam testatur Gal. quod febris ardens cum refrigeratione grauissimum est symptoma. & item, quod ardentes febres summas partes non calefacientes malignæ: quæ autem totum corpus æqualiter vrūt, benigne. & Hippoc. testatur, quod in morbis acutis frigus partium extrematum, malum est. Iam accessiones cum statim à principio diebus paribus fiunt, modo sexto die pessimam iudicationem fore, modo morbum in longum tempus productum iri prænunciant. Cum vero vehementer mouentur, si quartus dies prauam accessionem habeat, sexto die moriuntur. ita Hippoc. ait, quod qui morbi diebus paribus iudicātur, malè iudicantur, ac libenter repetunt. & quod febricitans nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidiuare. Liuescere autem extremitates, subdit Gal. nec calorem amplius reuocari, inditio est eas demori, estque constans nota, vires non posse vltra diem sextum sufficere. Addidit autem Hippoc. etiam aliud signum exitiosum, cum tamen esset minime necessarium, vt quāuis prius æstuassent, non tamen amplius siti affictarentur. necesse est enim horum alterutrum euenisse, vt vel morbi solutio, vel virtutis extinctio in eis esset, vt iam præsentia mala non sentirent. at primum non fuit, cum perniciosa symptomata adessent. restat igitur, vt deperditi sensus signum sit, non sitire. Hæc igitur omnia symptomata enarrata grauiter maligna erant, & perniciosa: nec minus etiam, quàm hæc, vrinæ quæ nigræ, tenues & paucæ erant: ac nigrę quidem vtpote bilioso humore iam adusto: paucæ autem, tum quia mador omnis ex sanguine iam esset ab ardenti febre exhaustus, tum quod vrinæ instrumenta emortua iam essent. Eadem quoque causa alui supprimebantur. ait etiam nares stillasse, quod cum in alijs, tum vel maxime in ardentibus febribus perniciosum signum est. cum eis profluuium sanguinis sit familiarissimum. imo, vt alibi testatur Gal. in febribus & potissimum ardentibus, quælibet alia exigua excretio praua est, siue per nares, siue ventrem,

Gal. in com. Hip. 4. aph. 58

Gal. 1. prognos. com. 26.

Gal. 2. in 1. epid. com. 75.

Hip. 4. aph. 48

Gal. in com.

Febres Lipyriæ quę nam dicantur.

Gal. 1. proret. sec. 2. com. 49. & sec. 3. com. 61.

Hip. 7. apho. 1.

Gal. 2. in 1. epid. com. 75.

Hip. 4. aph. 61.

Gal. loc. cit.

Gal. 2. proret. com. 47.

trem,

trem, siue vomitum, siue per sudores, siue per vterum excernatur. Nihil enim, ait ipse, eorum, quæ decretoria sunt, exigue secerni conuenit: sed quæ ita vacuantur, omnia duorum alterum subeunt. nam vel quod non queant tolerari ob copiam, ab affectis effunduntur partibus, vel imbecillitatem ostendunt naturæ, quæ proponit quidem superflua excernere, sed nequit. Si vero cum iam dictis symptomatibus inuoluntariæ illachrymenr mors significatur, vt ait Galenus, quanquam in cęteris quoque febribus & morbis malum sit, vt Hippocrates restatur. qui etiam ait, quod in febribus circa ventriculum forris æstus, & cordis morsus, malum. & item in acutis febribus conuulsiones, & circa viscera dolores fortes, malum. Sicuti malum quoque est spiritus offendens: mali item ex somnis rimores, & conuulsiones, laboresque. Verum oritur ex Galeni dictis difficultas, quia dixit, quod prius sitire & æstuare, & non amplius siti conflictari vel morbi solutionem, vel sensum deperditum esse significat. nam alibi ait, quod lingua arida, aspera, & nigra existenre, si non siriant, alterutrum indicat, aut scilicet mentem læsam, aut ventriculi naturalem facultatem extingui. soluitur difficultas si dicamus vtroque modo sensum deperditum esse. Extincta enim venrriculi naturali facultate, obiecti receprio aboletur, læsa autem mente, tollitur iudicium, quod quidem vt in vitijs capitis demonstrauimus, in cerebro depromitur, ad sensum autem perfecte obeundum hæc duo de necessitate requiruntur. & hanc solutionem innuit Galenus dum ait citato loco, mentem læsam significare, vt propterea quæ patiuntur, nam sentiant. dum autem ait Galenus, quod amplius non sitire vel morbum solutum, vel virtutem extinctam significat, & recipientem, & iudicantem comprehendit. Si verò de bonis signis & symptomatibus, quæ morbum benignum potius significanr, sermo fiat, relictis illis, quæ ceteris quoque febribus, & morbis communia sunt, de quibus in tractatu generali loquuti fuimus, quemadmodum ex Hippocrate & Galeno clarè colligimus, sanguis è naribus copiose effluens optimus est, vti stillicidium pessimum. quibus enim in ea constitutione ardente febre labotantibus rite, & copiose sanguis è naribus defluxit, ea de causa maxime seruabantur: nec vllum, si recte ei sanguis effluxisset, in eo statu mortuum vidit Hippocrates. nam Philiscus, Epameno, & Silenus, quibus parum quarto & quinto die è naribus stillauit, mortui sunt. & paulò infra ait idem Hippocrates, quod eorum plurimi periere, quibus sanguis non profluxit. Quod si coctionis signis prius apparentibus, cum virium robore, in die critica largum è naribus fiat profluuium sanguinis, aut sudor copiosus ex toto corpore procedat, proculdubio æger liberabitur. Sudores enim, ait Hippoc. boni sunt si per diem criticam ex toto procedant, à quibus febre vindicentur, aut saltem facilius morbum ferant. & idem scribit. A febre ardente habito, rigore superueniente, solutio. post rigorem enim, ait Galenus, & alui soluuntur, & sudores, & vomitus biliosi superueniunt, & expurgata bile, quæ morbi causa est, soluitur febris. quod si febre non intermittente rigor incidat (videlicet non semel) ægro iam debili existente, lethale est. Bonum autem signum erit, si morbum facile ferant, si non admodum æstuent, nec inestinguibili detineantur siti, neque fastidiosi sint, neque grauiter angantur, si facilè spirent, si nullum internarum partium sentiant dolorem, si dormiant, & ex somno iuuentur, si corpus æqualiter calidum esse videatur, ac molle, si lingua non admodum nigra, arida, & aspera, si vrinæ bonæ & concoctæ sint, in colore, substantia, & copia. tutum enim & breuem morbum, si tales statim appareant, significant. cuti deiectiones quoque, si concoctæ appareant, bonæ sunt. Est autem proprium, si quid aliud, air Galenus, exquisitarum febrium ardentium, vt per sanguinis eruptionem indicentur. appellat autem Hippocr. sanguinis profluuium non addito membro ex quo sanguis fluat, id quod è naribus fit. post id verò, solurio per sudorem eis præ ceteris euacuationibus familiaris est. Quod autem ardentes febres conuulsiones ex inanitione, colliquationes, & tabes accersant, clarum est. Indicationes ex vniuersali sermone apertissimæ sunt, à febre siquidem, eius causa, & à virtute desumuntur, sed ijs, quæ ibi fuere propositæ, ea particularis indicatio adijcienda est, quæ à particulari putrescentis humoris natura depromitur. Cum enim bilis, quæ calida & sicca est, putrescat, hæc tum refrigerantibus, & humectantibus eductioni paranda est (quo fit, vt in biliosis febribus & potissimum ardentibus refrigerantia & humectantia infesiora & copiosiora esse debeant) tum pharmacis & alijs præsidijs euacuantibus, quæ huius potissimum humoris inanitionem respiciant, vtendum est. quod si febris non quidem exquisita sit, sed notha, quod sæpius contingit, in febribus enim conti-

Ff nuis

[Margin notes:] Gal.2. in 1. epid.80. & 1. in 6.epi.com.2 — Hip.4.aph.52 — Aph.65. — Aph.67. — Aph.68. — Dubitatio. — Solutio. — Bona signa benignā febrem ardentem indicantia. — Hip.& Gal.2. in 1.epid.63. — Hip.2.progno. tex.26. — Hip.4. aph.58 Gal.in com. — Hip.4.aph.46 — Hip.2. progn. 16. — Solutionis modus. — Gal.1.in 1.epidem.com.9. — Indicationes.

nuis putrescens humor reliquis succis, & sanguini ferè commixtus est, semper autem iuxta positus, tunc & concoquentia, & euacuantia medicamenta humorem cum bile prædominante putrescentem, & potissimum pituitam ipsam respicere debent. Quemadmodum autem dum bilis in magnis, & communibus vasis putrescit, hæ febres nullam aliam à iam dictis præferunt indicationem, ita, dum aliquod membrum particulare putredinis potissima sedes est, eas, quas ab affecta parte desumendas indicationes esse sæpius diximus, adijcere oportebit. In huius autem febris curatione, non est vt recentiorum nugas, friuolasque distinctiones audiamus, dum scilicet cacochymiam vel exquisitam, vel non exquisitam; vel communem, vel determinatam, & multas alias ineptias in medium afferunt, sed vbi virtus valida, & ætas florens præsto sunt, à venæ sectione tanquam omnium auxiliorum præstantissimo & efficacissimo, & sine quo reliqua præsidia in cassum vt plurimum adhibentur, exordienda erit curatio, firmissimum enim fundamentum iactum fuit, quod vbi virtus, & ætas non prohibent, si morbus magnus sit, vena incidenda est, biliosa autem continua nedum magnus sed maximus & vehementissimus est morbus. nec minus firmum iecimus fundamentum, quod in omni putrida febre saluberrimum est, vt ait Galenus, vbi præsertim duo iam dicta non prohibent, venam incidere. idque multo magis vbi continua fuerit, quia, vt superius demonstrauimus, humores in venis putrescunt, quod si præter putrescentis ipsius humoris eductionem, & minorationem, validissima quoque egeamus refrigeratione, vt in ardentibus febribus indigemus, multo magis imo maxime auxilium hoc expetendum est. cum per se quidem vniuersum corpus & peccantes humores euacuet, atque à principalioribus partibus reuellat, ex accidenti vero totum corpus & efferuescentem sanguinem maxime refrigeret, & tantum abest, vt in choleræ ebulitionem inducat, vt potius ne in bilem magna ex parte vertatur, prohibeat. Cum autem experimentum nunquam à veritate dissentiat, mirum non est, si in constitutione superius enarrata, in qua febres ardentes grassabantur, ij salui fiebant, quibus plurimum sanguinis per nares defluxisset, reliquis omnibus, quibus id non accidisset, pereuntibus. quinimo mulieres, vt ait Galenus, minus periclitabantur, vtpote in quibus per sanguinis eruptionem iudicationes fierent, quippe ingenitum auxilium habebant purgationem menstruam. vnde nonnullis inquit Hip. & sanguis è naribus, & menstrua simul proruperunt, quod in Detharsis filia virgine tum primum apparuit, ac nullam earum, quibus aliquid horum rite euenit, mortuam vidit. quid amplius? Quidam Auic. malè interpretantes venæ sectionem damnant, quia maximum imminere periculum inquiunt, ne bilis ebullitio, & efferuescentia, impetentiave probiori educto sanguine, subsequatur, sed in maximo versantur errore, quia virtute valida existente impossibile est, vt probior sanguis prope nobilia viscera & in maioribus venis, vt alias declarauimus, non detineatur, & bilis redundās ceu expultricem magis stimulans, & inutilis, & reliquorum succorum tenuissima & ad fluendum paratissima, ad remotiores, & ignobiliores venas non propellatur, quo fit vt dum has incidimus, & sanguinem detrahimus, ne dum eadem intra vasa sanguinis & bilis seruetur proportio, sed etiam probus sanguis copiosior in maioribus potissimū venis relinquatur, quia bilis in multo maiori copia vnà cum ceteris serosis & inutilibus succis per venam adapertam egreditur. In biliosis intermittentibus, in quibus, vt alias demonstrauimus, putrescens humor in primis venis & infra iecoris caua continetur, merito ebulitionē hanc quis pertimesceret, quia venis per phlebotomiā exinanitis, facillimū est, vt, cum à meseracis assiduo attrahant, bile, quę fluxioni proptior est, illico repleantur, sed in continuis, in quibus bilis putrescens iam in venis est, nullum huius rei periculum imminet. Non est autem, vt quis nobis obijciat in ardentibus, quæ continentes sunt, bilem in maioribus vasis putrescere, & proinde sanguinem non esse mittendum, quia sanguine probiori euacuato, bilis magis efferuescens & impetens fit: non enim ob id putandum bilem in venis remotioribus in minori copia contineri, quia propter rationes adductas in eis in maiori potius copia redundat, sed in maioribus vasis magis putrescit, quia inibi plurimus calor, & obstructiones ex crassa, & uiscida materia, quæ ægre dimouetur, reperiuntur. dum tamen bilis, quæ magis in centro est putrescit, reliqua, quæ in remotioribus uenis existit propter calorem febrilem magis efferuescit, & nisi per sectam uenam aliqua ex parte educatur, putredinē & malū, quod infra alas & inguina consistit, quàmaxime fouere potest. dū aūt Auic. de cura causonis loquēs, inquit, quod phlebotomia fortasse inflā-

mabit

Curatio. Chirurgia.

Gal. 11. meth. c. 15.

Hip. & Gal. 2. in 1. epid. 68.

mabit eos; & fortasse iuuabit; sciendum est Auicennam, phlebotomiam damnare, quotiescunque bilis quammaxime redundat, & sola putrescit, quod rarò contingit, & ætas, temperaturaque calida & sicca, & anni tempus æstuosum, & vniuersa victus ratio ad bilem multiplicandam concurrunt. quod hoc sit verum, in principio capitis ait cansonem hunc eodem modo, quo tertiana pura, curari debere, sed tertiana pura esse non potest, nisi conditiones omnes iam dictæ præsto sint: hæ autem dum adsunt, virtus valida esse non potest, vt etiam in sermone uniuersali de venæ sectione vnà cum Galeno superius declarauimus. Sed tunc ardens febris ne dum exquisita, verum etiam exquisitissima est, in qua vires uenæ sectionem sustinere nequeunt, sed potius purgatione utendum est, ut sola & syncera bilis educatur. In reliquis autem in quibus uires ferunt, uena post clystere, de quo post, adhibitum statim incidatur, & potissimum, quæ cubiti interna est, quia, ut ait Galenus, uelocissime, & plurimum ex ijs, quæ principes sunt partibus, ea uena corpus euacuat. Quod si pars aliqua affecta sit, ea quæ è directo affectionis respondet, aperienda est, ut sæpius diximus. Sanguis tamen in hac febre non est usque ad animi deliquium, & in magna copia, ut in sanguineis, extrahendus, cum uires, ut in illis, adeo ualidæ non sint, & non ita facilè recreari possint, sed moderata copia inaniendus, ut ad libram unam uel circiter prout uires & reliqua indicabunt. & si quid deficit in prima sectione auxilium hoc potius repetendum erit, sin uirtus omnino ualida permittat, ut maior refrigeratio subsequatur, unica potius uice extrahendus sanguis erit. Dum autem uel propter ætatem, uel uirium imbecillitatem uenam incidere non licet, ad cucurbitulas cum scarificatione, quæ coxis admouendæ erunt, confugere oportet. & quia sanguinis eruptio in ardentibus adeo proficua est, ideo in criticis potissimum diebus, ubi cernimus sanguinem ad caput raptum habere, unà cum signis, quæ sanguinis per nares eruptionem comitari solent & potissimum, vt ait Auicenna, nasi & faciei ruborem, si sponte non egrediatur, narium venas recludere optimum erit. Medicamenta vel obstructiones putredinem, & materiæ, quæ febris causa est, concoctionem, apparatum, & euacuationẽ præsertim respiciunt, vel febrilis caloris potissimũ extinctionem & viscerum corroborationem. Priora sunt lenientia, exobstruentia, putredini resistentia, concoquentia, & euacuantia per lotium, aluum, sudores, & vomitum, de quibus omnibus in generali sermone ad vnguem loquuti fuimus, vnde repetenda non sunt. Hac enim potissimum de causa vniuersales methodi traduntur, vt inanes repetitiones non fiant. Sed propter iuniores nonnulla, quæ in biliosa febre magis particulariter conueniunt, breuiter apponantur. Priusquam sanguis mittatur, si opus sit, aluus emolliente lenienteque hoc clystere inaniatur quod recip. decocti foliorum maluarum, betæ, violarum, & si feruor insignis sit, etiam lactucæ lib. j. sem. vel etiam duas, olei violati vnc. iij. sacchari rubei, vel etiam mellis violati vnc. ij. medullæ cassiæ nouit. extract. vnc. j. salis communis drach. j. sem. misce pro clystere, quo ne dum ante sanguinis missionem, verum etiam vbi vsus requirat, sæpius & quouis ferè die vti licebit. Vbi autem ardens febris fuerit exquisita, quia dysenteriæ periculum imminet, melius est à sale omnino abstinere, & clysteri ouum integrum adijcere. tũcque succi refrigerantes vt portulacæ, lactucæ, solani vtiliter etiam vnà cum prædictis infunduntur. sed post venæ sectionem bilis excretio tum per vomitum, si ad os ventriculi impetum capiat, tum potissimum per aluum leniente tamen & mitiori pharmaco tentanda erit, ideo postero statim die (nisi accessio aliqua in sequentem diem auxiliũ hoc differat) & priusquam in partem aliquam figantur humores, etiam si materia concocta non sit, (bilis enim haud difficulter educitur) lenieus medicamentum quod bili educendæ conuenientissimum sit, qualia sunt tamarindi, flos cassię, manna, syrupus tum rosatus, tum violatus solutiuus, propinandum erit. Quãtitas ex alibi traditis clara est. Nam flos cassiæ ad vnc. j. sem. tamarindi à drach. iij. vsque ad vj. manna, & syrupi propositi ad iiij. & v. vncias cum decoctis refrigerantibus, vt cichorei, acetosæ, endiuiæ, possunt præberi. Quibus si corpus robustum sit, aliquid quod pro calcari deseruiat, vt drach. tres diacatholiconis, vel vnam & semis, aut etiam drach. ij. diaprunis solutiui, adijci poterit. Vt autem promptius bilis per imum ventrem potissimum expurgetur, eiusdemque feruor mitigetur, & putredo tollatur, & obstructiones remoueantur, occasio arripienda erit, si fieri poterit (præsertim quia accessiones non quidem concoquentium, sed purgantium exhibitionem magis impediũt) exhibendi syrupos, ut acetosum simplicẽ, de oxysaccharo, de acido citri, de succo bo-

Gal. 4. de rat vic. 24.

Auic. 1 4. trac. 2. c. 10.

Pharmacia.

Lenientia.

Præparantia & concoquẽtia.

raginis, endiuiæ, cichorei, rosatum, & violarū, sed cū eorū largis & copiosis decoctis, qui etiam in accessionum incremento, & uigore, possunt exhiberi. Quibus etiam post purgans medicamentum, unà cum alijs in sermone generali propositis, pro tollendis obstructionibus, remouenda putredine, & materiæ concoctione, & ornatu, vti licebit. ita tamen, ut si febris biliosa exquisite talis sit, refrigerantibus, & humectantibus, & aliquatenus incrassantibus citra tamen adstrictionem pro concoquendis utamur. Si uero sit notha, pro pituita & frigidis humoribus concoquendis, aliquā portionem eorum, quæ leuiter calefaciunt, & magis aperiunt, adijciamus. veluti sunt syrupus de duabus radicibus, bisantinus, de liquiritia, decoctum radicis petroselini, feniculi, foliorum betonicæ, & his similia quæ calefaciunt, attenuant, atque detergūt. Quibus materia iam concocta, quod quidem urinæ potissimum indicabunt. uel ad frigidam exhibendam de qua post, uel, si hanc formident, aut ita tuta non sit, ad purgans aliquod per secessum euacuans deueniendum erit. & si febris continens sit, suprascriptis lenientibus contenti esse debemus; si accessiones habeat, rhabarbarum ipsum ad drach. j. uel unam & semis, unà cum diacatholicone ad unc. unam in bolo, si hac forma magis gaudeant, uel etiam cum cassiæ flore: uel, quod magis expediens erit, in aliquo refrigeranti decocto, aut etiam decocto tamarindorum, infusum & cum tribus aut quatuor unc. syrupi rosati, aut uiolati solut. permixtum exhibendum erit. Similiter commodissimum erit si rhabarbarum in seri lactis præsertim caprini libra prius infundatur, & deinde facta expressione, aliqua ex suprascriptis syrup. solut. quātitas adijciatur, & post huius medicamenti assumptionem alias duas libras seri lactis superbibant. nam serum lactis pro purgante in quacunque biliosa febre continua præstantissimum est, quia tum euacuare, tum contemperare summopere valet, & à dysenterie præseruat, & viscera roborat. Vnde in continentibus vsque ad iij. & iiij. libras vnà cum syrup. rosſ. solut. ad vnc. ij. vel iij. propinari potest. ita tamen vt syrupus (ne potio ingrata prolixior euadat) vnà cum primo cyatho seri tantummodo misceatur. Vbi biliosa febris & causus fuerit nothus ea miscenda erunt, quæ in pituitosis febribus proponentur, in minori nihilominus dosi. quam quidem in pueris penes omnia ingredientia minimam esse debere apertum est. Iam verò quæ febrilem calorem, & viscerum corroborationem respiciunt, ea sunt, quæ proprie alterantia nuncupantur. quæ cum vel intrinsecus assumi, vel extrinsecus admoueri possint. Inter ea quæ intus sumuntur, principalissimum, validissimumque præsidium est, vt in sermone de synocho non putrido cum Galeno declarauimus, aquæ frigidæ potus. de cuius administratione in eodem loco omni cum diligentia pertractauimus. tum enim omnia commoda, & quæ frigidam indicent, tum omnia incommoda, & quæ ipsam prohibeāt eo loci fuere cum Galeno proposita, vnde ea omnia diligenter perlegere, atque perpendere debet, qui frigidam recte & tuto administrare volet. Nam ratione febris, & bilis, quæ calida & sicca sunt, nec nō sitis molestissimæ, quæ frigidi & humidi appetitus est, mirum in modum confert; potissimum quia ab hac solidorum, in quibus vires consistunt, intemperie submota, vires recreantur. recreatæ vero quod vtile est facilius in earundem partium alimentum immutant, inutile vero & noxium per omnes ferè cōuenientes ductus expellunt. quod si ægrotans frigidæ potui fuerit assuetus, & anni tēpus exæstuans sit, adhuc tutius & commodius exhibetur. quia ambientis excessibus resistit. Sicuti autem in temperato quinetiam aere facilius perfertur, ita in frigidiori difficilius. Potissimum; quia vt habet Galenus, frigidæ potionem in tali cœli statu ferè non expetunt, vtpote inspiratu ipso assiduè refrigerati, cum siquando in frigido ambiente vehementer vti ægrum contingat, exigua salutis eius habenda spes est. In quo autem desperata salus est, imprudentis consilij fuerit, apud vulgum infamare præsidia, quæ multis fuere saluti. Quod autem virtus valida & totius & partium potissimum principalium requiratur, capite citato declarauimus. Vnde in frigida, siccaque, tum temperie; tum ætate, qualis senilis est, quia vires sunt imbecillæ, & natiui caloris extinctionis periculum imminet, exhibenda non est. Dummodo propter febrem vehementissime exurentem præsentaneum vitæ discrimen non impendeat. Vnde & senibus nonnunquam, in minori tamen quantitate, cum eorum salute, fuit propinata; nec mirū cū in eis vehementissimus à naturali statu recessus fiat, & proinde intensissimus calor febrilis suboriatur, à quo aquæ frigiditas adeo refrangitur, vt solidis partib. naturaliter frigidis obesse minimū possit. & ex hoc colligat vnusquisq; qđ si tuto frigida exhibēda sit, requiritur febris ardens q̄ non notha, sed potius exquisita & vehe-

Purgantia.

Alterantia, & corroborantia.

Intus assumpta.

Frigidæ potus.

Indicantia.

Prohibētia.

Gal. 11. meth. c. 9.

& vehemens fit. Pituitosa enim frigida & crassa materia hoc auxilium respuit. Pariter quibus in principe particula, ait Galenus, tumor aliquis è phlegmones, oedematos, aut scirrhi genere consistit, ijs offerenda non est. Sed nec ijs, quibus obstructio, putridusve humor non concoctus incommodat. Quod si euidentes percipimus in vrinis potissimum concoctionis notas, absque iam dictis tumoribus, illud solum extimabimus, sitne pars aliqua temperamento adeo frigido, vt in hanc noxa procumbat. & ob id qui neruos imbecillos habent, aut similem ventriculum, quod ex tremore, ructu acido & alijs notis percipitur, à frigida læduntur. Porrò verum erysipelas non aliter sanaueris: at si mistum cum phlegmone sit, in hoc concoctionis expectandæ sunt notæ. & in summa ea omnia perpendenda sunt, quæ in citato capite tradita fuere. illud solum annotasse sufficiat, in synochis sanguineis, quia corpora magis carnosa esse solent, tutius exhiberi, quàm in biliosis in quibus graciliora esse consueuerunt, & ob id minus tuta inquit Galenus, in eis est, qui exiguum sanguinem carnemque obtinent. Celeriter enim ad solidas peruenit partes nulli, quod eius vim frangat, occurrens. Omnibus igitur tum indicantibus, tum prohibentibus examinatis, si omnia in hoc præsidium conspirent, ea potui offerenda aqua est, quæ prorsus sit gelida, & quantum bibere ægro licet. & proinde in magna copia & vsque ad ipsius satietatem. vnde alibi etiam Galenus, de frigidæ potu verba faciens, inquit, tantam esse oportere, quantum aquæ frigidæ æger vno haustu potest assumere, & ideo inquit, quod cum febris sit, ac vires constent, tantum abest, vt si tum aquam frigidam dederis, sis læsurus, vt etiam sis magnopere adiuturus. & statim post quantitatem apertius declarans, subdit, quod aqua affatim pota, & vsque dum æger expleatur, sanationis gratia potatur. Si vero aliquid impediat aqua hordei commode exhibebitur, vel etiam stillatitia aqua buglossi, cichorei, aut endiuiæ, quibus vnc. ij. vel iij. iulep violacei, vel rosacei, aut syrupi de oxysaccharo, aut ex acido citri adijcere poterimus. Pariter cum Auerr. aqua anguriæ, vbi presto sit, vti licebit. & dum aderit aliquod prohibens minori quoque quantitate poterit exhiberi. Vt autem alias notauimus apparentibus manifestis concoctionis inditijs, & instante iam vigore erit offerenda. Quod si febris feruidissima fuerit, & sitis intolerabilis, & sanitatis tempore frigidæ potui æger fuerit assuetus, quamuis materia fuerit mediocriter concocta, poterit tamen propinari. Similiter ad bilis feruorem, & febrem extinguendam, putredinem arcendam, sitim sedandam, & principalia membra roboranda hoc medicamento tum post, tum ante purgationem sæpe vti licebit. Recipit autem sacchari violacei, boraginati, & rosacei ana vnc. j. sem. dissoluantur in aqua acetosellæ, buglossi, & endiuiæ, cuiuslibet lib. semis: deinceps per colum transfundantur, & adde pulueris diamargaritonis frigidi drach. ij. syrupi de pomis, de acido citri, & de oxysaccharo ana vnc. ij. foliorum auri num. iiij. quibus omnibus simul commistis æger sæpe vtatur, cochlear vnum pro singula vice assumens. Transacto autem morbi vigore, & in declinatione Auicenna, vt prædictis indicationibus satisfaceret, exhibebat trochiscos de camphora, & syrupum acetosum cum emulsione seminis cucumeris, & seminis endiuiæ, & seminis portulacæ. vnde licet recipere seminum cucumeris, endiuiæ, portulacæ ana drach. ij. ruditer contundantur, & insundantur in vncijs v. aquæ calidæ per duas horas, deinde exprime, & aqua illa expressa cum vnc. ij. syrupi acetosi simplicis, sed dilutioris, seu breuioris permisceatur, & offeratur. in morbi autem vigore & etiam ante, inquit idem Auicenna, quod quandoque maxime iuuantur per administrationem clysteris confecti ex succo melonis indi, & cucumeris, & cucurbitæ & portulacæ cum oleo rosaceo & aliquantulo camphoræ. Quæ autem extrinsecus admouentur rursus duplicia sunt, quia vel vniuerso corpori, vel aliquibus tantum partibus applicari possunt. Quæ vniuersi corporis circunferentiæ admouentur duo sunt balneum, & frigidæ natatio. De balneo vero ita scribit Gal. Scias in vniuersum de balnei facultatibus, si, non ante vacuato corpore, adhibeatur, ipsum membris affectis fluxionem parere: at si euacuato corpore adhibeatur, iuuari ab ipso coctionem: nam toto corpore ante euacuato admotum habet facultatem præterea euacuandi. ex quo fit, vt qui febrem ardentem habent, balneum ijs solis auxilietur, qui sine tumore vel inflammationis, vel erysipelatis laborant, bile in eis per totum corpus feruente; si vero etiam concoctionis signa in eis appareant, multo magis proderit. At si febris ardens ex pituita salsa putrefacta originem ducat, sciendum est, balneum esse eis aduersissimum: siquidem pituitosus humor, non ita ut biliosus, per cutim

Marginalia: Gal. 9. meth. c.5. — Quantitas. — Gal. loc. cit. — Gal. 1. de rat. vic. 43. — Auer. 7. collig. c.12. — Tempus. — Auic. loc. cit. — Auic. 1. 4. trac. 11. c. 10. — Extrinsecus applicita. Balneum. — Gal. 3. de rat. vic. vlt.

euacuatur, cum & crassus & glutinosus sit: neque itidem extinguitur, cum longæ concoctionis indigeat. quod autem dulcis aquæ moderatæ calidæ, seu tepidæ fururũ sit, clarum est. cuius solium, vt inquit Alexander totum ægri corpus capite excepto, operire debet. Si vero qui ægrotat iuuenis sit bene carnosus, seu bona corporis habitu dine, tum status cœli calidus & siccus, & vires cunctas valentes habeat, & febris sit ardentissima, & concoctionis notæ planè euidentes fint, etiam si in frigidam natationẽ hunc dimittas, ait Gal. haudquaquam lædetur. quinimo protinus sudabunt, & nõnullis eorum aluus biliosa redditur. oporret tamen vt citra visceris alicuius inflammationem febricitet, vt etiam de balneo dictum fuit. Quæ autem partibus principaliter affectis applicantur, sunt epithemata, quæ præsente plenitudine cauenda sunt, & non nisi post euacuationem, & materiæ minorationem, commoda sunt, & dum febris fuerit continens vnicamque habens à principio ad finem accessionem cordi ac thoraci, non autem reliqnis adhibenda sunt partibus. Si vero plures habeat accessiones, ea pars inuestiganda est, in qua bilis coaceruata putrescit, an.s. in venis pulmonis vel iecoris, aut ventriculi, in quibus præsertim putrescere consueuit. nam illi, & non ceteris, præterquàm cordi, adhibenda remedia sunt. Cordi enim tanquam perpetuo & maxime affecto succurrendum erir. Propterea cordi hoc epithema conuenientissimum erit. Recip. aquæ rosarum, succi rosarum, aquæ acetosæ ana vnc.j. aceti aquæ coriandri ana vnc. sem. sandali drach.j. camphoræ grana v. croci scrop. sem. quibus aliqđ calidum adijcere licebit, vt parum vini aromatici, vel exiguum musci odorati, aut similium. optimum quoque est, quod recipit aquæ rof. lib.j. aquæ acetosellæ, & buglossi, & melissæ ana lib. sem. sandalorum omnium, & corallorum rubrorum ana drach.iij. ligni aloes, corticum citri, & seminum basiliconis ana drach.j. ossis de corde cerui num. ij. croci parum, & vini albi odorati parum, misceantur & fiant epithemata pro corde. quæ calida applicanda sunt, nam tepida partium robur dissoluunt. Mirifice quoque conferunt in hac febre ardente panniculi linei complicati moderate graciles, madesacti in aqua rosacea, & oleo rosaceo, cum pauco acero, thoraci impositi, & interim, vbi feruor id exigat, pampinorum vitis, cichorij, endiuiæ, lactucæ, aut cucurbitæ succus adijciatur. quę abunde calida applicentur. quia mirum in modum feruorem sedabũt. Si enim calida admoueantur, poros statim adaperiunt, & citius, & abundantius permeant vsque ad affecta viscera, & per poros adapertos acer vapor & febrilis calor discutitur. contraria succedunt omnia si actu frigida applicentur, & calor febrilis intus repellitur, & magis concentratus magis exurir, & medicamenta quæ sui natura frigida, & adstringentia sunt, ęgre permeant. & in superficie solum consistentia meatus occludunt, & vaporum febrilium discussionem impediunt. Assiduus tamen horum vsus vitandus est. Hepari vero hoc erit applicandum recip. aquę endiuię, rosarum ana vnci.j. specierum ceroti sandalini drach. ij. aceti vnc.j. quibus parum spicę aut aliquod calidum penetrationis maioris causa miscere licebit. pręstantius adhuc erit, quod recip. succi solani, & cichorei ana lib. sem. aquę rosaceę & endiuię ana lib. 1. sandalorum omnium drac. iij. aceti parum. misce pro epithemate. ita ex succo cichorei, solani, aut endiuię, & vnguento rosaceo, sandalis, pauco aceto, & cera vnguentum parati poterit. Vbi vero ventriculus primo affectus sit, palmulę cum vino, & rosaceo, aut melino tritę adhibendę sunt. Vel recipe aquę rof. lib.j. sem. succi pampinorum vitis, polygoni, aut cichorij lib. sem. vini albi odorati, in quo parum absynthij, & chię masticis prius leuiter sint decocta, vnc. iiij misce pro epithemate. cui etiã aliquid santhali, vel corallij maioris roborationis gratia adijcere licebit. Valide autem calefacientia vitanda omnino sunt, quia maior ad locum lęsum fit attractio, & affectum membranm ratione febris exustum, adhuc magis exuritur. Quod si renes admodum calidi videãtur, albo cerato seu infrigidante Galeni aut vnguento rosato Mesue & oleo violato, aut de cucurbita, pauco aceto adiecto, & exigua cera inungantur. ita probatur epithema, quod ex vnc.ij. aquę rosatę, & unc. sem. aceti, & drac.ij. mucillaginis psylij conficitur. Horum autem refrigerantium epithematum rempus particulare est accessionis vigor, quia tunc caliditate per totum expansa quę adhuc reliqua est circa uiscera facilius exringuitur. Vnde & melius spirantes, & minus siticulosi fiũt, si eo tempore adhibeanrur, & ad somnum conuertuntur. Aduentante autem declinatione remouenda erunt. Si uero continens febris fit, omni certe tempore post purgationem, & potissimum meridiana hora poterunt, admoueri. De his autem quę sitim sedant, & somnum conciliant, in morbis partium abundè diximus. Vnde ut sedetur sitis, quod ut ait

Natatio in frigida.

Gal. 11. meth. c. 9.

Quæ partib. affectis applicantur.

Cordi & thoraci applicita.

Hepati admota.

Pro ventriculo.

Pro renibus.

Quę sitim sedant & somnum conciliant & dysenteriẽ arcent.

Au. ... cit.

ait Auicenna in harum febrium curatione maxime proficuum est, probat ipse, vt in ore detineant mucillaginem psylij quæ frigida & humida est in primo gradu, & mucillaginē seminum cytoniorum quæ eiusdem est facultatis. quæ mucillagines per leuem seminum tum psilij tum citoniorum decoctionem extrahuntur, & absque contusione, ne forte aliquid ex eorum medulla quæ calida valde & sicca est, cum mucillagine permisceatur. Præantiota adhuc sunt, frustum anguriæ in ore detentum, & sæpius renouatum, & pruna recentia, vel sicca excorticata & in aqua frigida infusa, & frigida sola in ore detenta. Gutturæ enim his humectato, & lingua refrigerata & humectata, respiratio libera seruatur, & sitis obtunditur. quod si dysenteriæ & nimij alui fluoris periculum immineat, ad sedandam sitim succum granati acetosi, aut agrestæ; aut morarum acetosarum, aut limonis, aut arancij, aut potissimum berberi cōcedere licebit. Ad intestinorum autem abrasionem, quæ maxime vitanda est, quia natura, vt ait Auicenna, propter dolorem ab expulsione materiæ ad intestina diuertitur, & superfluitates ad superiora reddeūt, vtendum clysterijs potissimum emplasticam, & adstringentem vim habentibus, & alijs in capite de dysenterie propositis. Vt autē somnus concilietur, & sitis vnà mitigetur, & febris bilisque calor extinguatur, & biliosa materia incrassetur, fluxusque & abrasio arceatur, mirifice prodest syrupus de papauere, aut etiam diacodion, & similia refrigerantia & incrassantia. Similiter ad vigiliarum instantiam licet hoc odotamētum parare quod recipit, florum & foliorum violarum, foliorum lactucæ, & hyosciami, florum nymphææ añ. drach. iiij. corticum papaueris albi & nigri añ. drac. ij. rosarum rubearum pugillum sem. fiat decoctum in aqua fontis, de qua Recip. lib. sem. & adijcito olei de nenufare, de papauere, & violacei añ. vnc. j. aceti parum, quibus interim & radicis mandragoræ drach. j. & opij scrop. semis licebit adijcere, & paretur odoramētum, quod in ampulla tenni panniculo lineo tecta imponatur, & hanc sæpe agitatam æger odoret. Fomenta vero, stillicidia, & inunctiones quæ refrigerant & humectant, & capiti applicantur, non ita tuto administrantur. imo si adsit catarrhus, & tussis, aut capitis grauitas, aut tensio, quæ vaporum copiam ostendunt, maxime fugienda sunt. quod si vapor biliosus & calidus & siccus sit, quod ex intensis vigilijs, narium siccitate, & alijs cognoscitur, tunc perfusionibus & alijs iā dictis, de quibus in cura vigiliarum egimus; vti licebit. Prout autem morbi vigor minus vel magis remotus fuerit, & febris magis vel minus breuis & acuta, ita tenuiori vel minus tenui victus forma, vt in generali sermone diximus, erit vtendum. quod si febris naturam exacte non nouerimus, vt ibi cum Auicenna monuimus, regimen potius attenuare oportebit, potissimum vbi vires validæ fuerint, nam hic alius est scopus, in quem intueri medicum oportet, dum victus rationem instituit. Nam quæ velociter fiunt, ac celeriter ad statum veniunt, etsi valde tenuem victum exhibueris, ait Galenus, haud magnum afferes detrimentum, potissimum vbi vires valide sint; quæ vero febres sunt diuturniores, nisi ab initio pleniori cibo reficias, hominem cum morbo pariter perimes, aut intempestiue victus formam commutabis. Neque enim oportet statu aduentante pleniorem quàm prius cibum offerre, sed contra potius tenuissimum victum, qui in toto morbo adhibeat, ad statum reseruare, vt vnà cum Hippocrate & Galeno diffuse in citato capite docuimus. cibi refrigerantes sint, & humectantes, vt ptissanæ potissimum cremor, lactuca, intibus, quæ quidem oleta cum aquosa posca feruefacta exhiberi possunt. Sed melius est vt tum hæc tum malua, portulaca, atriplex, oxalida, buglossa, & similia, quia parum habēt boni succi, in parui pulli iure decoquantur, & bucellæ panis in eo maceratæ exhibeantur. Quæ etiam bucellæ interim aqua frigida lotæ, & acido citri aut malorum punicorum acidorum succo inspersæ offerantur. Pariter ptissanæ cremor, aut eadem integra iniectis mali punici granis cōducit. Quod si propter virium imbecillitatem pleniorem victum exhibere cogamur, paruorum pullorum, & paruarum auium montanarum carnes elixas cum aliquo dictorum olerum, aut etiam cucurbita exhibebimus, & si pleniori egeamus alimento, ad gallinatum iuuenum, aut caponum perdicum, francolinorum, fasianorum & similium carnes accedendum erit. interimque eisdem contusis, aut in aqua tabefactis, adiecto citri, limonis acido, aut malorum punicorum succo, seu omphacio vtendum. omnia autem dulcia, & præsertim quæ ex amygdalis & saccharo conficiuntur, quia facillime vertuntur in bilem, euitari maxime debent. Quod autem piscium saxatilium vsus conuenientissimus sit, in citato sermone diximus. in quo etiam de potu abunde tractauimus. sed in hac febre aqua hordei potissimum tribuatur, aut aqua leuiter decocta

Auicenna loco citato.

Victus ratio.

Victus forma.

Gal. primo ad Glauc. c. 8.

Cibus.

Potus.

cta exiguo mali punici acido adiecto, aut etiam mali medici. Quod si vires vinum exigant, aut propter cõsuetudinem ægri ab eo abstinere nequeant, aut nolint, sit albũ & aquosum, vt ibidem diximus, vtilius enim est quàm aqua ad concoctionem iuuãdã, vrinasque ac sudores ciendos. &, vt tutius adhuc exhibeatur, medіocriter aqua diluatur. huius autem vini aquosi notas, & loca in quibus prouenit loco citato narrauimus. Pariter tum voluptatis, tum sitis arcendæ gratia, idem vinum aquosum, aut aqua hordei, aut aqua decocta cum acidorum granatorum, aut mali medici succo, aut exiguo aceto, ad colluendum os, seu gargarizandum præbeatur. confert etiam vt à cibo duo cochlearia aquæ frigidæ, potissimum si eius potui assuetus sit æger, absorbeat. Si vero vna cum refrigeratione, ventris lenitionem expetamus, iubet Auicenna vt aqua cucurbitæ, aut potissimum melonis indi, aut cucumeris, exhibeatur, sed magis proficuus ad idem est, succus anguriæ. Auerroes autem ad eandem alui lenitionem respiciens tamarindorum infusionem exhibebat, vnde ne bilis in corpore detineatur tum hac, quæ leuis tamen sit, tum prunorum infusione singula etiam die, si vẽtris adstrictio vrgeat, vti licebit, potissimũ quia pruna & tamarindi ne dum aluum mouẽt, sed etiam intestina roborant. Decũbant autẽ in locis frigidis quæ ad purum & perflatum aerem vergant. Aer autem per flabellum concitetur, & folia viris viridia, & nenufaris, violarum, salicum, myrti, & rosarum per pauimentum spargantur, & illud aqua frigida frequenter irroretur. ac aquæ salientis in vicinia sonus audiatur. Refrigeratur etiã aer ex Auicenna per prohibitionem hominum frequentiæ, & suspensionem flabellorum multorum, & impositionem niuis plurimæ, & quandoque in domo parantur manationes fontium, & rotationes aquæ dulcis, & frigidæ. & ponuntur quandoque calathi, in quibus sint fructus boni odoris & frigidi, in frustra concisi vti sunt mala acetosa, & cydonia, pruna, & pira boni odoris, aspersa aqua rosata, & nenufare & salicibus, super quæ & rosę & camphora puluerizata sint, quod si super iam dicta etiam parum vini odoriferi destilletur optimum erit, quia reliquis vaporibus frigidis copiosis vsque ad corporis intrinseca penetrationem exhibet. Quod si horum commoditas non suppetat, paretur odoramentũ quod Recipit aquæ rosatæ, myrtillorum, & florum nimpheæ añ. vnc. ij. sandalorum omnium & coralorum rubeorum añ. drach. j. s. corticum citri drach. j. aceti rosacei vnc. j. s. misce, & detineatur in ampulla, quæ sæpe agitetur, & odoretur. In stratis autem decumbant, quæ mollia quidem sint, non tamen plumis, sed gossypio, vel lana repleta, aut corijs cohoperta, ampla autem sint, quo membra calfacta transferri, & de loco ad locum immutari subinde possint. indusium, seu nocturna vestis subtilis sit, & sæpius immutetur; corporis & animi motus, & affectus immodicos, & præsertim iram maxime caueant. Somnus omnino concilietur. Vbi vero aluus sponte non fluat, lenientibus, & emollientibus potissimum clystetijs quotidie citanda erit.

Auerroes 7. colliget cap. 22.

Auicenna loco citato.

Ambientis præparatio & alia ad ratione victus pertinentia.

De biliosa febre intermittente. *Cap. XXVII.*

EX ijs biliosis febribus, quæ periodos tertianos habent, & ad integritatem veniunt, Tertianæque passim à Galeno nominantur, quædam accessionem habent duodecim horis inclusam: quædam autem longius productam, vt idem Galenus ait, quæ autem duodecim horarum curriculo circumscribuntur, reliquis horis febre vacantibus tertianæ exquisitæ vocantur: quæ vero accessiones habent duodecim horarum tempus excedẽtes, siue quindecim horarũ spatium, siue etiã longius tempus æquent, hæ non amplius tertianæ exquisitæ, sed vel tertianæ absolute, sine vlla additione, vel, si accuratius loqui velimus, tertianæ non exquisitæ vel etiam nothæ, aut spuriæ appellabuntur. Quæ quidem non exquisitæ tertianæ, seu etiam nothæ rursus duplices esse possunt. Nam quarum interuallum non breuius fuerit horis vigintiquatuor, omnes, inquit Galenus, absolute tertianæ appellabuntur, quarum vero breuius hoc spacio interuallum erit, & subinde paroxysmi vigintiquatuor horas excedent, & longiores erunt, hæ tertianæ extensæ vocabuntur. perueniunt autem prorsus ad tria interualla, cum quatuor sint omnia, per eum circuitum, qui tertio quoque die fit: (appellat autem Galenus interuallum duodecim horarum spatium, vt ex eiusdem decretis alibi colli-

Gal. 2. de cris. 2. de diffe. feb. & 1. ad Glauc. & alibi. Gal. 3. in 1. epidem. 5. & 2. in 6. epid. 22.

Gal. locis citat. 3. in 1. epid. 5. & 2. in 6. epi. 22.

Differentiæ.

Tertianæ exquisitæ.

Nothæ tertianæ.

Absolutæ tertianæ.

Tertianæ extensæ.

colligimus) etenim in his omnibus, quæ tertio quoque die exacerbantur, duo dies, duæque noctes mediæ intercedunt. Raro autem comperies febrem, quæ supra tria internalla exacerbetur, & ad integritatem perueniat: quam Agathinus magnam semitertianam appellare consueuit, sicuti illam cuius tempus accessionis est minus, & vigintiquatuor horis continetur, paruam semitertianam nominat. sed Agathini nominibus tanquam absurdis prætermisis, nos cum Galeno semitertianas non nominabimus. Sed eæ solæ semitertianæ vnà cum Hippocrate & Galeno nominandæ sunt, quæ singula tertia die horrificas faciunt repetitiones, & altero die alteram accessionē sine repetitione habeant. vt in proprio capite clarum fiet. Tertianæ siquidem cum ad integritatem perueniant, periculo vacabunt, semitertianam vero Hippocrates non sine periculo esse cognouit, & proinde de numero intermittentium, de quibus nunc loquimur, non erit. Hæ porrò biliosarum febrium intermittentium differentiæ non quidem à loco, in quo putrescit humor, sed ab eiusdem putrescentis humoris diuersitate proueniunt. Si enim sola bilis citra alterius humoris permixtionem putrefiat, tertiana oritur exquisita, si vero bilis vna cum pituita fuerit commixta, & non solum hi duo humores iuxta positi sint, sed adeo inuicem mixti, vt quemadmodum notat Auicenna, vnica complexio ex ambobus consurgat, in qua tamen bilis vis pituitæ vigorem exuperet, tunc notha seu non exquisita tertiana febris procreatur. & ob id scribebat Auicenna quod Tertiana non pura fit ex putredine bilis crassæ substantiæ, propter cōmixtionem bilis cum pituita commixtione aliqua complexionali vnita: propterea differt ab hemitritæo seu semitertiana, cum hemitritæum producant duæ materiæ separatæ, tertianam autē non puram generat materia vna, quæ in seipsa permixta est, cum cuius calore permiscetur aliquantum frigoris, quod grauat suam putredinem, & suam resolutionem & suam digestionem. & ob id in hemitritæo fiunt duo paroxismi. & tertianæ non puræ paroxismus vnus. Tertianæ autem puræ seu exquisitæ differentiæ sunt, prout magis vel minus talis, seu exquisita est, quod quidem propter eiusdem puræ bilis putrescentis vel quantitatem, vel qualitatem prouenire cēsendum est, vnde quo copiosior, & quo calidior erit biliosus humor, eò magis exquisita tertiana febris statuenda erit. & ob id exquisitissima erit, si omnia quæ bilem creant, vt ætas iuuenilis, temperatura calida & sicca, anni tempus æstiuum, calida & sicca regio, & victus ratio precedens biliosa, vt ait Galenus, in vnum coeant, minus exquisita erit, si vnum ex his deficiat, adhuc minus si plura. quæ si ad bilis generationem magnum momentum habuerint, nō amplius exquisita, sed notha fiet tertiana. similiter quæuis bilis, quæ putrescens intermittentem febrem accendit, semper excrementitia sit, non autem alimentalis, attamen si causæ remissæ, vel non adeo numerosæ fuerint, vel pallida bilis, vel flaua, quæ vt ait Gal. ad pallidā proxime accedit, estq; fere ex eodē genere quæ minus calidæ sunt, creabuntur, sin intensæ & numerosæ, ac cruda & praua cibaria sint ingesta, æruginosa, aut porracea, quæ isatidis herbæ, vel porri colorē præfert, generabitur. Vitellina vero quæ vitellis ouorū persimilis est, ex crassæ potius pituitæ permixtione, quā ex simplici calore intenso creatur, & proinde ex hac putrescente pura tertiana nō ita producitur. bilis aūt rubra quæ serū seu ichor sanguinis est, cū in venis superioribus vnà cū sanguine contineatur, non aūt in primis venis, dum putrefit, continuam potius febrem gignit. Simili modo nothæ seu non exquisitæ tertianæ differentiæ, & ipsæ penes maiorem vel minorem ab exquisita tertiana recessum, constituendæ sunt, magis autē vel minus nothę fiunt prout vnà cum bili maior vel minor pituitę copia commisceatur. Vnde quæcunque febris exquisitam simplicitatem seruauerit, formam vnam quandam veluti regulam cæterarum obtinebit: quæ vero aliquo modo ab ista defecerit, tantum etiam à febrium simplicitate recedet, & quo magis recedet, & accessio longior fuerit, eo magis notha & spuria, seu impura tertiana erit dicenda. Moderni omnes nedum practicantes, sed etiam lectores & scriptores, vnico excepto Fernelio, reliquis omnibus veteribus perspicaciores aliud nothæ tertianę genus excogitarunt, ex bile f. & melancholia simul mixtis prouueniens: sed cum ipsius nunquàm meminerit Galenus, ipsum excusant, dicuntq; compendiosam tradere doctrinam, & vnius, seu etiam duorum extremorum exemplo, reliquas eiusdem generis differentias subindicare voluisse. quemadmodum etiam de phrenitidis, fatuitatis, stultitięque differentijs dixere. Verum an Galenum excusent, aut turpiter accusent prorsus ignoto, nam ipse de hemitritęi seu semitertianæ differētijs aut speciebus & febriū intermittentium & continuarum complicatione loquens. pręter id quod hemitritęi plures

Gal. 2. de cris. cap. 3. Gal. 2. in 6. epid. 22.

Auic. 1. 4. tract. 2. cap. 35.

Tertianæ exquisitæ differentiæ.

Gal. 2. de diff. febr. c. 3.

Gal. 5. in 6. epidem. 14.

Tertianæ nothæ differentiæ.

Gal. 2. de diff. febr. c. 3.

Cuiusdā nothæ tertianæ speciei reprobatio.

Gal. 2. de diff. febr. 8.

plures perfecte describit, & multo numerosiores tangit differentias, postea subdit. n. ã per hæc quæ de biliosa & pituitosa febre simul commixtis conscripsimus, licet & melancholicam febrem transferendo eius, cum vtraque illarum complexionem, ac confusionem pariter coniectari. Si itaque in hemitritæo diuidendo, quamuis rarius contingat, & in diuersarum febrium complicationibus declarandis, quamuis rarissime diuersæ naturæ febres commisceantur, tanta vsus fuit diligentia. cur in tertianæ nothæ, qua nulla frequentior est, differentijs explicandis, adeo parcus fuit, vt neque in eodem libro, neque in primo ad Glauc. neque in secundo de crisib. neque in tot Hippoc. locorum expositionibus, neque in dignotione, neque in curatione de hac specie, quam isti somniarunt, vllum vnquam vel exiguum verbum fecit? sed Galenum missum faciamus. dicunt hi se speciem hanc tertianæ nothæ adinuenisse, quia rei naturam diligentius rimati sunt. hæc autem rei naturæ contemplatio consistit in hoc, quia si bilis potest cum pituita permisceri, quid prohibet, inquiunt, quo minus etiã cum melancholia commisceri possit. perpulchra planè rei naturæ perscrutatio. sed cur Gal. tam abditam rei naturam attingere non potuit? an quia, vt isti, accuratissimus & occulatissimus non fuit? vel potius quia commentum hoc rei naturæ penitus aduersatur? mihi quidem sic videtur, & ob id tum ipse, tum eius interpres Auicenna speciem hanc, ceu falsissimam, abiecerunt. Cum enim vt & ipsi concedunt, tertianæ, & omnes intermittentes febres ex humore excrementitio producantur, non re flaua bilis, & melancholia in diuersas imo oppositas maxime partes attrahuntur & resident, cum hæc à liene in sinistrum, illa verò à poro felleo in dextrum hipochondriũ alliciatur. pituita verò omnes has partes & potissimum mesenterium, & iecoris caua, in quibus bilis potissimum superflua colligitur atque putrescit, assiduo permeat, & p loca iam proposita indifferenter præterlabitur. sed parum hoc est. Si notha tertiana fieri debeat, talis duorum humorum permixtio requiritur, vt ex duobus humoribus fiat vnicus succus, vnius complexionis, & vnius naturæ, nam secus vnicam accessionem & motionem, & conspirationem, & alterationem non haberet, & proinde vnica febris & impermixta omnino non fieret. Sed mixtio, cum miscibilium sit alteratorum vnio, impossibile est, vt inter omnium crassissimum, & tenuissimum succum talis intercedat vnio, potissimum quia etiam si demus hæc miscibilia remanere form aliter in mixto ex ipsis genito, ipsorum tamen virtutes refractæ, & ad medium redactæ remanent. refractio autem non à simili, sed à contrario fit de necessitate, modo facile est vt bilis caliditas & siccitas à pituitæ frigiditate & humiditate refrangatur, & ita quoddam ex duobus medium resultet, potissimũ quia pituita, sub qua tum dulcis, tum magis fluxilis, tenuisque, & serosa materia comprehenditur, ab ipsa bile penes substantiam seu consistentiam parum differt, & cum copiosa admodum sit, & lenta, & bene passibilis ei facillimè adhærere potest, & à bilis caliditate, tenuitateque vniuersa facilè ac breui permeari. Melancholia vero crassissima, & aridissima, & paucissima est, & difficillime alieno, facillime vero proprio terminatur termino, & sicuti bilis velocissime ita hæc tardissime mouetur. imo si bilis melancholiæ per quandam iuxtapositionem vniatur (quæ enim sicca sunt difficillimè vniuntur, vt ex Philosopho colligimus) impossibile est, vt absque viscidi, & pituitosi humoris tanquam vinculi cuiusdam interuentu misceantur, sed dum putredo etherogeneum hoc aggregatum inuadit, necesse est, vt ea portio primum putrescat, quæ putredini magis exposita est, & minus resistit, sed bilis & pituita, vt alibi declarauimus paratissimæ sunt, melancholia omnium imparatissima. & ob id necesse est vt serius putrescat. & dum putrescit periodum immutet; huic autem rei maxime fauet experimentum, quia sicuti sæpius erraticas febres cernimus, quia. s. melancholia cum alijs succis exacte non miscetur, sed solum iuxta ponitur, ita sæpissime tertianas in quartanas, nunquam autem in quotidianas abire conspicimus, quia bile & pituita per putredinem simul consumptis, portio tandem terrestris & melancholica sola remanet. Insuper dictum fuit accessionem semper in notha tertiana productam iri, verum productio hæc quamuis à pituita, propter sui viscitatem, præstari possit, quia ob id egerrime incineratur, attamen melancholia, dummodo viscidi humoris particeps & impura non sit, id præstare vix potest, vnde quartanæ exquisitæ paroxismi sæpius breuiores duodecim horis cernuntur, quod ea de causa prouenit, quia licet melancholicus succus propter suam terrestreitatem, putredinem difficillimè suscipiat, attamen posteaquam succensus est, facillimè friatur, & in cinerem redigitur, quia humiditas, quæ caloris extranei tanquã cuius-

Arist. 1. de generat. in fine.

cuiusdam flammæ pabulum est, in eo perexigua admodum reperitur, & quam citissime depascitur. quod si concedamus bilē cū ea cōmisceri, ratione maioris feruoris ad huc citius exureretur, & accessio breuior euaderet. qd plura? erysipelata, quæ in exter nis fiūt partib. licet ex bile cū alijs succis alimētalib. prius in venis ad vnguē cōmixta fiāt; nihilominus nūquā scirrhosa cernūtur citra crassæ piruitæ pmixtionē. Sed ad ꝓpriū munus pſumꝗ; redamus. Tertianæ exquisitæ causæ propriæ sunt illæ, ꝗ bilē ipsā multiplicant, & in superiori de ardentis febris tractatu ad vnguem fuere propositæ. hanc vnicam his, quæ ibi dictæ sunt, adijcere oportet, quod cum tertiana à bile excre mentitia & in præcordijs primisque vijs putrescente, oriatur, quæ quidem ne dum flaua, verum etiam porracea & eruginosa esse potest, flaua quidem in iecore calidiori, porracea uero & æruginosa tum in vasis gignitur ob nimium incendium, tum in uentriculo & ex prauis & crudis alimentis potissimum generatur. quod si alibi ait Galen. porraceam solum in uentriculo gigni: id sanitatis tempore intelligi debet, quo reliqui colores, hoc prauo excepto, nequeunt procreari ut idem habet. quando enim sanitatis tempore bilis porracea in uentriculo creatur, eius causa non est adustio, aut ingens calor, sed alimentorum cruditas & eorum praua qualitas, ut 2. lib. de temperamentis declarauit, in uasis autem & in ægrotantibus semper ob assationem, & maximum calorem generatur. Inter causas autem nothæ tertianæ tum has, tum eas, quæ pituitam ipsam multiplicant, de quibus in sermone de pituitosis febribus accuratissime loquemur, recensere debemus. Insuper circa tertianarum febrium causas illud particularim notandum est, quod quamuis causæ bilem multiplicantes tum ardentes febres, tum tertianas indifferenter producere possint, nihilominus causæ quæ bilem genitam in superiores uenas uel attrahere, uel impellere possunt, uel ipsam in eisdem uenis multiplicare ardentium magis febrium in causa sunt, ueluti sunt præsertim aer impense calidus & siccus, & uehemens exercitatio. quæ autem bilem in uentrem inferiorem & primas uenas & mesenterium impellere, & aggregare ualent, Tertianas potius febres procreare possunt. & ob id in constitutione ab Hippoc. in primo epid. lib. sect. 2. descripta Autumno & sub Hyemem tertianæ febres plures erant ardentibus, & item grauiores. quia, ut alibi testatur Gal. Autumnus excipiens tenues & bene mobiles humores, qui in æstate sunt generati, cum frigidus simul ac inæqualis existat, eos ad profundum corporis agit, sunt autem in profundo tum ventriculus, tum etiam intestina, nec non aliæ partes circumiacentes, in quibus humor in febribus intermittē tibus putrescit. & hac de causa in principio æstatis & Autumno tertianæ copiosiores quàm ardentes generantur, quia bilis his temporibus in superiores venas non valde digeritur. æstate autem media, & magis exurente ardentes, & biliosæ continuæ febres copiosiores quàm tertianæ febres procreantur, quia ab intenso ambientis calore bilis in superiores venas & per vniuersum corporis ambitum distribuitur, & in eis magis coaceruatur. De tertianæ autem exquisitæ signis sermonem habens Gale. & imprimis de illis, quæ ad mutatam attinent qualitatem, ait quod febres, quæ cum rigore inuadunt, non ab re ex earum numero esse iudicabis, quæ per circuitum infestāt. & ex hoc primum à biliosa continua periodica distinguitur, quia continuæ cum rigore non incipiunt, in intermittentibus autem fit rigor, quia, vt ait Gal. in talibus rigoribus natura incipit prosequi quòd offendit, vt illud procul expellat, & à reliquis probis succis separet, quod quidem vt plurimum consequitur, quia in intermittentibus putrescens succus in vijs latioribus & prope magnos ductus continetur, & à probo sanguine separatus est. Vnde subdit Gal. quod tertianæ, & quartanæ in totum cum rigore inuadunt & faciunt accessiones. sed tertianæ quidem in primo insultu cum vehementi sæpe rigore incipiunt; quartanam vero non vidimus cum vehementi rigore incipientem, sed post tempus magnitudo illi superuenit, præter id quod neque statim ab initio hæc febris vt plurimum solet inuadere, sed alijs, quæ antecesserint subsequi. nam quartana erraticas insequitur: quotidiana vero raro aduenit quin os ventriculi patiatur: quemadmodum quartana ex male affecto splene generatur: tertiana ex iecore laborante. Quæ igitur cum valido rigore incipit, magis febrem tertianam, quā aliquam aliarum febrium fore par est. quam si reliqua etiam dicenda signa attestentur, hanc procul dubio in primo die tertianam esse cognosces. Rigor autem percipitur, veluti si à re aliqua acuta, magis quam frigida, partes pungantur; & sæpius concutiens est. cum hi, qui quartanam aut quotidianam patiuntur, potius frigidum rigorem sentiant. Quod si cum paruo rigore inceperit, tunc magis & alia signa attende-

Gal. 2. progno. com. 39.
Gal. 2. de cōpe. c. 6. & li. de atra bili. c. 2.
Gal. 2. in 3. epid. 8. & 3. de alim. fac. c. 39.
Gal. 2. pror. 10.
Hip. 2. in 1. epid. 10.
Gal. 3. aphor. com. 22.
Signa tertianæ exquisitę Immutatæ qualitates.
Rigor præsertim vehemens.
Gal. 1. ad Gla. c. 5. & 2. de sympt. caus. 5. & 2. de cris. 3. & 2. de diffe. feb. 3.
Gal. 2. de sym. cau. c. 5.
Gal. 1. ad Gla. c. 5.

tendere oportet: quia non quotidiana tantum atque quartana, sed etiam hemitritæus, aut aliqua alia ex continuis esse potest, quia in his à principio natura quod offendit expellere tentat, & ob id calor contrahitur, vt in sermone de rigore declarauimus. sed cum id assequi non possit, quia materia in venis &cum probo sanguiue permixta est, aut impacta, quotiescunque putredinem suscipit, putredo quousque ex toto materia consumpta sit, perdurat, nisi à natura victa, & à proba separata, & vijs adapertis, rursus cum rigore valido & valida caloris concentratione natura ad ipsam extra corpus pellendam insurgat. sed id nunquam in primis diebus sed in statu contingere solet. Tertiana itaque febris, quia ex flaua bile ad sensibiles præcordiorum partes mota ortum habet, rationabiliter statim ab initio rigorem affert non mediocrem hoc ipso primum à quartanæ rigore differentem, quoniam pungi videtur, ac vulnerari corpus (talis enim est in tertianis febribus rigoris sensus) sicuti in quartana febre vehementem stigefactionem habet, qualis per gelu tempore hyberno sentitur. nam & illud ostensum est, quod in quartana febre atra bilis redundat, sicuti in quotidiana pituita. Tertianam itaque exquisitam febrem fieri non contingit sine rigore vehementi partes sentientes pungente, ac feriente. Quartana vero non primo statim die cum rigore inuadit vehementi, nam progrediente ipsa atque aucta, vnà etiam rigor augetur, sensusque ægrotantibus adest, non quasi pungantur, sed potius refrigerentur, & veluti contundantur vsque ad ossa, & carnem habere confractam imaginētur. In quotidianis autem non antecedit rigor, neque statim ab initio, neque in ꝓgressu, sed solum perfrigeratio. Verum circa rigorem hunc ceu primum tertianæ signum propositum animaduertendum, quod quamuis possit esse proprium signum dū scilicet vehemens est, & in primis paroxismis percipitur: non est tamen inseparabile, quia nonnunquam (licet raro) tertiana alioquin exquisita propter bilis exiguā quantitatem, benignitatem, tardioremque motum, vel cum nullo prorsus rigore, vel vix perceptibili, & valde remisso inuadere potest. Insuper notandum cum Auicenna, quod licet tertiana cum rigore inuadat, attamen rigorem hunc horror quidam præcedit, nam accessio (inquit ipse) tertianæ febris incipit imprimis cum horripilatione vt punctura acus: deinde infrigidat & incipit facere rigorem difficilem & longe difficiliorem reliquis rigoribus, non tamen valde frigidum, sed cum pauco frigore propter profundationem caloris ad interiora ad partem materiæ. & hic rigor alioquin vehemens facilè sedatur, & fit rigor in tribus primis diebus fortior & vehementior: & in quartana è contrario. & iterum rigor incipit cum fortitudine: deinde lenitur paulatim, & minuitur velociter: & in quartana è contrario. Hæc Auicennas quorum omnium causam reddere non est difficile. Nam primo frigus minus percipitur in tertiana, quàm in pituitosa, & melancholica, quia in illa frigus non oritur nisi propter caloris ad intima reuocationem, sed in istis quæ à frigida prodeunt materia, & propter eandem caloris concentrationem, & propter positiuam materierum refrigerationem, frigus exoritur. Tertianæ autem rigor facilè sedatur, licet intensus sit, quia materia pauca, tenuis, facilè dissipabilis, & expers viscìditatis existit. propter causas oppositas qui ab humore melancholico & pituitoso dependet, difficilius sedatur. In primis autem tertianæ accessionibus rigor vehementior est, in alijs, aut circa statum, debilior, quia materia iam incrassata, & refrigerata, & à natura victa est, vnde non ita stimular, nec tanto cum impetu & mordacitate ad sensibilia membra defertur, præsertim quia etiam pro maiori parte consumpta, & euacuata est. Oppositum in quartana, & pituitosa contingit, quia conçoctionis merito crassa, & viscida materia attenuata est incisa atque detersa, & ita cum maiori impetu & facilius ad sensibilia membra propellitur. & quo magis assidentes huius rei ignari tristantur, quia ægrotantē in deterius labi arbitrantur, eo magis Medici, qui probi artifices sunt, lætantur. & propter easdem causas rigoris perduratio in tertianis vt plurimum breuis est, & ab horæ dimidio vsque ad vnam protelari consueuit. sed in quartana diutius durat, quia in ea rigor in accessionis initio debilis incipit, postea paulatim augendo progreditur: deinde decrescit, & tardè aufertur. & ob id eius tempus à duabus horis vsque ad tres solet extendi. Similiter biliosa febris intermittens, seu tertiana ex calotis qualitate, & quantitate à reliquis distinguitur. Nam calor quidem multus, & acris esse debet, & in vigore. ait Galenus, æqualiter quaque versus extenditur: nihiloque plus thorax extremitatibus calet: & si manum imposueris, in primo occursu quidem fit calor multus atque acris, quique veluti quodam cum vapore efferatur; paulò post ve

roà

Gal. 2. de cris. c. 3. — Animaduertio. — Auic. 1. 4. tra. 2. c. 36. — Causæ diuersitatis rigoris. — Gal. 3. ad Gla. c. 5. — Caloris qualitas, & quantitas. — Gal. 2. de cris. c. 3.

Actiones læsæ.
Inditium ex pulsu.

ro à manu superatur, non vti in febribus malignis adurentibus accidit: contra enim illæ grauiores, ac molestiores, quãto diutius perdurant, apparent. Biliosa itaq; febris quæ cum rigore inuadit, ait Gal. causodes seu incendens existit, & hominem exurit, & ob id sitim inuehit, & ad frigidæ potionis desideriũ impellit: Pulsus nullam habet vt alibi tradit Gal. cum quartanis similitudinem: Hę.n. paruos & debiles, & tardos, & raros adeo pulsus faciunt in inuasionibus, sicuti nulla altera dispositio: tertianis vero parui quidem ac debiles, tardique ac rari, cum inuadunt, pulsus necessario adsunt: verum tarditas ac raritas non parum ab ijs abest, qui in quartanis accidunt: nam in quartanarum principijs videbitur tibi arteria quodammodo esse alligata, atque ad interiora retracta, neque liberum habere ascensum: in tertianis vero neque aliquid tale percipitur, tarditasque prope accedit ad eum, qui secundum naturam est motum. Cum vero quartanæ febres inuadunt, quamnis ægrotus iuuenis fuerit, talis fit motus arteriæ qualis in ætate decrepita. His igitur omnibus legitimæ tertianæ deprehẽditur accessio, ac certus ordo, atque æqualitas pulsibus inest: neque enim in his aliqua in vno motu (arteriæ. s. eleuatione, aut depressione) neque etiam in collectione, quæ ex pluribus pulsibus simul collatis oritur, adest inæqualitas: quamuis inæqualitas collectiua rara sit, & paucis accessionum principijs accidere soleat. Iam igitur hæc febris cum primum inuadit, neminem eorum latebit, qui sæpius ipsam sunt contemplati, sed adhuc minus in ijs qui vocantur ascensus & augmẽnra. Nam æqualem & liberã habet celeritatem, statimq; ad magnitudinem, atque vehementiã excitatur, hisq; omnibus frequentiam respondentem, neque ipsi vllum adest inflammationis signũ. Iam igitur & sitim inuehit, & hominẽ exurit, & paulo post in vigore consistit. & quia causodes est, & calor multus acrisque, hominem exurit quo fit vt corpus nudet, & varie iactet, & spirandi difficultate oppressus magnum & multum spiritum ducat, & capitis dolore mordicatiuo, & ira tentetur. hinc etiam pulsus magni fiunt, vt alibi ait Gal. ac calidi, vehementes, veloces, atq; frequẽtes, aliquatenus duri, & omnis inæqualitatis præterq̃ febrilis expertes ob tenuitatem.n. humoris qui facile inflãmatur, & quia nõ minor sit refrigerij ex diastole, quàm expellendarum putridarũ fuliginũ ex systole necessitas propter vehementem succi putrescentis feruorem minimũ inæqualis pulsus apparet, & potissimũ in vigore. Quod si postquàm à febre quieuerit homo, hac inquam quæ in suo motu est, & omnibus nota, propria febriũ inæqualitas in arteriarũ motu relinquatur, tũc certissime poteris enunciare esse tertianam febrem, æque, ac si per tertiũ diem accessionẽ fecisse vidisses. oritur autẽ hæc inæqualitas quæ febriũ propria est, & in qua dilatatio arteriæ constrictione velociter est, & externa seu superior quies infera seu interna quiete diuturnior est, quia in foco seu fomite, à quo bilis procul in accessionib. expellitur, alia biliosi & calidi & sicci humoris portio relinquit, qui quidẽ extranea quadã & pter naturali caliditate notatu digna rõne cuius de tertia in tertiã diẽ ad exactã putredinẽ perducitur, cõrreptus est. Cũ aũt caliditas hæc etiã postq̃ accessionis materia putredine cõsumpta est, per partẽ post partẽ reliquis humoribus vicinis mediantibus assiduo cordi cõicetur, ob id post accessionis discussionẽ febrilis inæqualitas iam proposita in pulsu pmanet. sed quia nõ multo post ab hac extranea caliditate putredo aliqua, seu putredinis alicuius vestigiũ, & putredinalis caliditas succenditur, rõne aũt putredinis pulsus in oppositã transit inæqualitatẽ in qua cõtractio velocior fit, & externa quies breuior euadit, idcirco alibi tradit Galenus, quod tẽpus intermissionis in hac febre, nullum habet humoris putrescentis ex pulsu perceptibile indicium in die, aut in nocte quæ statim consequitur accessionem: cum vero parũper succenditur, vix agnosci põt in primis diei aut noctis subinde sequẽtis partibus, manifestius aũt iã circa finẽ eiusdẽ diei vel noctis, adhuc vero manifestius proxima q̃ antecedit videlicet accessionis diẽ vel noctem: in illa vero iã signũ euidẽtius apparet, ac multo etiã magis accessione iã incipiẽte, atq; adhuc plus iã inualescẽte febre. Cũ vero iã cõsistit, minus q̃ cũ augebatur, multo vero minus vbi iã declinat. Post pituitosæ aũt febris accessionẽ quia breuissimũ habet interuallũ, & nunq̃ ad perfectam deducitur incinerationẽ, sed semper putredinis vestigiũ aliquod remanet, inæqualitas nõ quidẽ febrilis, sed vt sic dicã putredinalis remanet in pulsu. Similiter post quartanę accessionẽ, & vbi s. febrilis accessio cõquieuerit, inæqualitas febrilis nõ remanet in pulsu, quia humor sui natura frigidus est, & vix perceptibilis ex pulsu in foco caliditas subsistit, & nõ nisi. post multũ tẽporis caliditas hæc extranea quæ sensibilis sit, succenditur. & ex istis innumeræ difficultates, a quibus auctores sese enodare nunq̃ potuerunt, prorsus

Gal. 2. de diff. febr. c. 3. & 2. de cris. 3.
Gal. 1. ad Glau. cap. 5.
Gal. 2. de crisi. cis.
Gal. 1. ad Glau. cap. 5.
Gal. 2. de diffe. febr. 3.

solutæ remanebūt. Cū aūt accesſio in vigore conſtiterit iam bibēdi tēpus adeſt ægrotāti: & ſtatim poſt potū plurimus vapor calidus per cutem exhalar, ſudoris nuncius, bilisq; ſuperuenit vomitus, venterve ſoluitur, aut horū plura ſuccedunt, & bilioſum mingunt, ſæpius tñ bilis vomitus ſtatim poſt rigorem ſuboritur. Nunc ergo vel quiuis exquiſitam tertianā agnoſcat. Incipit enim ſudor vaporoſus ac calidus, vt in balneis: totum vero corpus æqualiter ſudat: taliſque eſt pulſus qualis in ijs, qui bene valentes exercentur, & balneantur, velox ſcilicet ac magnus, & vehemens, ac frequens: erat autem & ſtatim ab initio æqualis: ſed præter hæc omnia etiam ad infebricitationem deſinit. Hanc ſi nondum tertianam noueris, ſed deliram diatritum expectaueris, neque iam eſſes Theſſalicus aſinus. Sed potius lapis. Si vero ægroto etiam mingente, vrina ſubruſa vel ſubflaua, & craſsitie mediocris apparet, ac paulo poſt vel albam nebulam, vel ſuſpenſionem bonam fecerit, iam non lapis ſimpliciter fores, ſed is qui molaris appellatur, ſiquidem hanc tertianam ignoraueris, & exquiſitam, quæ vltra quartum circuitum non progredietur. Ruſiore vero vrina exiſtente, neque ſuſpenſione aliqua, neque nebula in primo circuitu apparente, ad ſeptem circuitus extendetur. Inter omnes autem tertianas illa ſimpliciſsima eſt, quæ, cum omnia nuper à me dicta exquiſitæ tertianæ ſigna commonſtrauerit, in vrinis etiam ſubſidentiam & læuem & æqualem ſtatim in primo fecerit die: neque enim vltra tertium circuitum progredietur. Nec minus Tertiana hæc ex prægreſsis cauſis cognoſcitur, quia, vt inquit Galenus, tempus anni æſtiuum, ſicut & locus, & præſens conſtitutio calida, & ægrotantis natura calidior bilioſior, & iuuenilis ætas, & exercitationes potius, quàm ocioſitas, antecefferunt. & magis denſtio, quàm frigefactio: & parcitas cibi potius, quàm crapulæ: vigiliæ quoque moerores, atque laſsitudines, & intenſæ cogitationes ad eundem perducunt effectum. Quod ſi multos alios eodem tempore laborantes contigerit tertianis corripi febribus, hoc quoque maximum ſignum erit. Vniuerſum autem acceſsionis tempus vltra xij. horas æquinoctiales non extendetur. hoc enim tempus longiſsimum eſt in veris tertianis. Sæpius autem aliquando ſeptem horas acceſsio continet; nonnunquàm citius, aut tardius, ſed non multo, finitur. aut ſcilicet propter quantitatem & qualitatem ipſius bilis, aut propter laborantis vigorem, aut propter præſentem eo tempore corpori patienti diſpoſitionem. nam multa bilis, quàm pauca longiorem affert acceſsionem, tenuis autem quàm craſſa, breuiorem: ſic & vigor maior quidem breuiorem, imbecillior vero longiorem. corporis autem diſpoſitio rara breuiorem, denſa vero longiorem. Signa vero, quæ tum continuis tum intermittentibus bilioſis febribus communia ſunt, & ſuperiori capite exactius fuere propoſita conſulto prætermittimus. vt vigiliæ, oris amaror, labiorū ſciſſio & id genus alia. & his ſignis tertianam exquiſitam quæ, vt ait Galenus, in temperatura bilioſa & tempore anni & ſtatu, & regione, & victu calidis & ſiccis conſiſtit, facile cognoſcemus. Quemadmodum autem bilis copiā maiorem vel minorem ex acceſsionis longitudine vel breuitate cognoſcimus, ita eius qualitatem ex ſymptomatum & exeuntium modo & qualitate haud difficulter exploramus. à pallida ſiquidem bile tum remiſſa ſymptomata, tum vrina ruſa, aut ſubruſa, vel quod plurimum eſt, ſubflaua cum exiguo ſplendore producitur. A flaua vero bile tum hæc flaua, aut flammea, nec non etiam odore grauis efficitur, cum inſigni ſplendore, tum ſymptomata non adeo remiſſa promouentur. Sicuti intenſiſsima cientur, ita vt tum angor animi, tum corporis vehemēs iactatio, cū reliquis ſymptomatibus ſæpius connectantur, dū bilis vel porracea, vel potiſsimum æruginoſa fuerit, quæ vbi ad os ventriculi imperum habēt, in acceſsionum initijs pulſuum quoque inæqualitates promouere ſolent. quod ſi materiæ iſtæ euomantur, earum color hanc vel illam materiam apertiſsime indicabit. vti etiam vrinæ id poterunt præſtare in porracea ſiquidem flauitiem ſed obſcuriorem & ad viriditatem inclinantem præſeferre videbūtur. in æruginoſa adhuc obſcuriores, & ſplēdoris deſtitutæ potius apparebunt. Quod ſi materia in iecore potius genita ſit, huius calidioris ſigna erunt, & vrina magis colorata & pro ratione febris reddet, & errores in victu nō ita præceſſerūt. Si vero in uētriculo potius procreata ſit, ſitis uehemēs, & nulla cibi cupiditas, præſto ſunt, & prauorū ciborū eſus, & potiſsimū olerū, præceſsit, tū demū morſus cordis, & multæ præſertimq; porraceæ bilis vomitus excretioque hominem exercet. Quantum aūt ſigna ab his, quæ dicta ſunt, varia fuerint, tantum etiam febris tertiana ab ea, quæ ſimplex, pura, & exquiſita eſt, receder, & hæc non amplius omnes bilis, ſed quaſdam etiam pituitæ notas euidentes habebit,

Vnde

Margin notes: Gal. 2. de criſ. cap. 3. — Exeuntia. — Gal. 1. ad Glauc. cap. 5. — Cauſæ prægreſſæ. — Gal. 2. de criſ. 3. — Subſequentia. — Gal. 2. de diff. febr. cap. 3. — Gal. loco citato — Signa differentiarum. — Signa cauſarum. — Signa nothæ tertianæ.

Vnde accessiones nullo anticipationis cunctationisve certo ordine recurrunt, neque si statæ sint, exquisita propterea deber illa censeri : non enim ex circuitu solo febris essentia spectatur : Rigor minus quidem vehemens, sed diuturnior, calor minus pungens, minusque vehemens, qui non æquabilis in omne corpus inuadit, non absimilis igni ex mixtis virentibus siccisque lignis accenso. Ardoris symptomata omnia mitiora, quia bilis feruor à pituita refrangitur : hinc etiam pauco, nec admodum calido sudore declinat. Accessio vltra horas duodecim multum exporrigitur, quantoque longior fuerit, tanto pituitæ mixtione impurior. raro autem septem, nonnunquã quatuordecim circuitibus iudicatur. Sæpe vero longius excurrit. & ex accessionum & febris duratione facillimum erit tum absolute dictas tertianas, tum tertianas extensas siue magis siue minus tales sint, inter se distinguere. nam sufficienter, & valde extensa accessionem habet, quæ vsque ad xxxvj. seu quadraginta horas extenditur. quã nobis sub adolescentis cuiusdam exemplo, qui inter pleiadum occasum & autumnale æquinoctium cœpit laborare Galenus significauit. Hæc enim non cum rigore, sed horrore incepit : mitiorque fuit eius caliditas quàm in exquisitis sit tertianis. neq; adeo confestim per totum corpus diffusa est. neque etiam in pulsibus ei similis fuit. neque subsequutus fuit vomitus bilis, neque sudor sufficiens sed pauci quidam humidi vapores in eius inclinationem exierunt. his enim febris pedetentim transpirauit, ac vix intermisit, & longo tempore. pulsus minores, tardiores, & rariores fuerunt, & in dies duriores euaserunt, in pulsibusque intermissionis tempore febris signum satis manifestum permansit. in hanc autem febrem licet adolescentes & iuuenes incidant, non tamen natura biliosi, sed pingues, colore albi, otiosi, & crapulis, balneisq; plurimis, & repletionibus dediti. & ob id bene cibos non concoquentes. simulque eis aduenit pulsuum durities in prima atque secunda die mediocriter, in tertia vero, quarta & sequentibus diebus vsque ad septimam ad magnam perueniunt duritiem : qui multorum fore dierum ac mensium ægritudinem nũciant : deinde paulo post tempore paulatim mollescere incipiunt, ac minores quotidie accessiones fient, vrinæque meliorem subsidentiam habebunt, cum prius admodum crudæ fuerint. His itaque signis impuram tertianam cognosces, quæ exquisitæ maxime omnium contraria est, quibus tanquàm duobus extremis ex iam dictis cognitis, reliquas intermedias non difficulter inuenies : & eatenus eas magis accedere vel recedere ab altera earum percipies, quatenus plus vel minus signa ad alterutrã inclinabunt, & accessiones longius, aut breuius supra duodecim horarum tempus occupabunt. Sed de reliquis pituitæ signis in sequenti capite diligentissime loquemur. dum autem notha tertiana duplex est, facillime à quotidiana distinguitur, quia præter alia signa huius accessiones eundem tenorem perpetuo seruant. illius vero variæ sunt, ita tamen vt tertia primæ, quarta secundæ, quinta tertiæ proportione respondeat. Qui nam vero Tertianis obnoxij sint, ex dictis in hoc & superiori capite, clarum est. Inquit autem Hippocrates quod febres quæcunque non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculosæ. Quocunque autem modo intermiserint periculum abesse significant. quippe quæ neque ex inflammatione aliqua, neque ex maligna humorum putredine occasionem habeant. neutra enim harum ad quietem febre vacantem peruenit. addamus nos materiam in locis ignobilioribus putrescere, & plurimam extra corpus propelli. vnde licet materia sui natura praua sit, vt æruginosa & porracea, attamen quia in locis à corde remotis putrescit, & ad intestina & vicina loca protruditur, & absumitur, eius putredo cor ipsum deijcere minime valet. quare quocunque modo intermiserint periculo vacant, hoc est siue vehemens, siue longa fuerit accessio. Tertiana autem exquisita & salubris est, ait Galenus, & cito iudicatur, quam etiam sententiam protulit Hippocrates dum dixit, quod tertiana exquisita cito iudicatur, nec lethalis est. & alibi eius durationem adhuc magis specificans ait eandem septenis ad summum circuitibus, iudicari. quo in loco notat Galenus quod ab ipso obseruatum fuit tum in quartanis tum in tertianis ad numerum circuituum, non autem dierum iudicationes fieri. & alibi magis adhuc vniuersaliter loquens, ait, quod in febribus, quæ ad integritatem deueniunt, non primi dies vel sequentes sed accessiones attendendæ, & ob id tertiana exquisita septem circuitibus iudicatur. & idem alio in loco his verbis confirmat. Ne sis tamen nescius, in febribus omnibus non simili modo dies numerari : nam quod in continuis vnus dies potest, id ipsum facit in intermittentibus accessio : & iudicationes pro accessionum nu-

Signa tertianæ sufficienter extensæ.

Gal. 1. ad Glau. con. cap. 8.

Prognostica

Hipp. 4. aphor. 43.

Gal. in com.

Hipp. 3. in 1. epid. tex. 8.

Hippoc. 4. aph. 59.

Gal. in com.

Gal. 3 in 1 epidem. 17.

Gal. 2. de humor. com. 19.

meratione fiunt. Septima enim à principio tertianæ exquisitæ accessio in decimumtertium diem incidit: in quo sæpe iudicatur, nec in quartumdecimum, qui criticus est, extenditur. Verum ne quis oberret, Tertianam exquisitam curatu facilem, breuem, & tutam esse intelligat, dummodo recte percuretur: quia, vt ait Trallianus, si à medicis illis, qui nulla ratione & via vtuntur, pertractetur, vel æger delinquat, non difficilis modo curatu, sed etiam insanabilis interdum redditur. cuius rei exemplum à Galeno proponitur, dum scribit quendam corrupto iudicio calidis balneis vsum, extenuato corporis habitu, ad tantam deuenisse perniciem, vt tabe consumptus interierit. Cum autem dixerit Hippocrates quod quæcunque febres tertianæ naturam referunt, his nox accessionem præcedens molesta est, Galenus in commentario asserit, quod in omnibus ferme febribus, quæ tertio quoque die exacerbantur, præterquàm in tertianis exquisitis, nox, quæ exacerbationem præcedit, molesta esse solet. Quod si in exquisitis id etiam nonnunquàm contingat, iudicationem sequenti die fore indicat: præsertim vero si alia quoque futuræ iudicationis signa consentiant. & hoc iure quia Hippocrates absolute ait, quod quibus iudicatio fit, ijs nox accessionem præcedens est molesta: quæ vero subsequitur plerunque leuior. Quamuis autem notha Tertiana & ipsa periculum abesse significet propter causas adductas, attamen quia pituita ægre concoquitur, & eradicatur, & auxilia febrili dispositioni contraria secundum binas qualitates requirit, curatu difficilior & longior existit, & ob id nedum septimum sed etiam quartumdecimum circuitum vt plurimum excedit, & longius excurrit, & sæpius quadraginta diebus iudicatur. & vt ait Auicenna quandoque etiam longiori tempore & circiter anni medietatem perdurat, Vnde & Galenus ait se notham tertianam vidisse in autumno incepisse, & sequenti vere terminasse. Sed plurimæ citius finiuntur, & eo citius quo pulsus paulatim ad mollitiem non longo post tempore ab eius initio tendant. vti etiam si non longo post tempore à principio, accessiones minores fiant: & in vrinis coctionis notæ meliores apparuerint. Sed ne in prædictionibus decipiamur, animaduertendum auctorũ dicta vt plurimũ in his febribus nothis veritatẽ habere, quod monuisse voluimus, quia plures nothas tertianas in quinto, imo etiam in tertio circuitu definiri vidimus, potissimum vbi salutaria medicamenta atque remedia fuere administrata, quorum merito magna potissimum bilis crassioris copia fuit educta: & vbi signa conditionesque non multum ab exquisita tertiana recedebant. Quæ autem notha tertiana diutius perdurat hæc potissimum, vt ait Auicenna, ad mollitiem idest hydropem, vel etiam paralysim hepate, vel neruis labefactatis, propter febris diuturnitatem, & ad lienis magnitudinem propter melancholiæ per adustionem, putredinem, & tenuiorum resolutionem, multiplicationem, patientem perducere consueuit. Indicationes ex his quæ in superiori capite de exquisita notha ardente febre diximus, ferme omnes apertissimæ sunt. vt ijs nil aliud adijciendum sit, nisi indicationes, quæ ab affectis locis desumuntur, quæ cum intestinis proximiora sint, ob id euacuationem per secessum potius indicant, quamuis etiam per alias vias succi putrescentes euacuari possint, sed hoc ad continuarum differentiam dictum sit, quibus euacuatio per vrinam, atque sudorem magis quam intermittentibus competunt. Insuper quia tertiana vt superius cum Galeno notauimus ex affecto iecore ortum ducit, huic maxime prospiciendum erit, & proinde eius calidiorem potissimum intemperiem, & obstructiones remouere oportebit. sicuti vbi tertiana notha potissimumque protensa & diuturna, & ex plurima pituita permixta orta fuerit, ventriculi quoque imbecillitati, & præsertim frigiditati & humiditati occurrendum erit. Iam vero inter exquisitæ tertianæ febris præsidia Galenus venæ sectionem non proposuit, non quia id tanquam clarum supposuerit, vt quidam dixere, qui aiunt in notha tertiana ipsam protulisse, quia in ea magis dubia erat, nihil enim absurdius dici potest: neque etiam eam subticuit in pura tertiana, quia morbus vehemens non est, quia, vt sæpius diximus, quælibet putrida febris morbus est magnus, & ob id in omni putrida febre, dum reliqua consentiunt, idem Galenus venæ sectionem præcipit. &, quod magis est, Auicenna speciatim in cura exquisitæ tertianæ hoc remedium attulit: multo minus dicendum est Galenum ipsam subticuisse, quia non adsit principale indicans venæ sectionem nempe plenitudo, vt quidam ex recentioribus nugati sunt, nam præter id quod eorum suppositum falsum est, vt alibi demonstrauimus, tum vniuersale Galeni theorema prorsus destruunt, tum sententiæ Auicennæ,

Gal. 1. ad Glaucon. cap. 9.

Hippo. 2. in 6. epid. 22.
Gal. in com.

Auicen. 1. 4. trac. 2. cap. 35.
Gal. 2. in 1. epidem. 25. & 3. in primum 5. & 2. in 6. epi. 23.

Auicenna loco citato.

Indicationes.

Gal. 1. ad Glaucon. cap. 9.

Curatio.

Gal. 11. metho.
Auicen. loco citato. cap. 39.

næ, quem potißimum insequuntur, aperte aduersantur. Quare sciendum Galenum eam silentio inuoluisse multo maioribus de causis, quarum potißima est, quia in hac febre id, quod omnium maxime desideratur, nempe virtus ipsa non permittit. Cum enim Galenus de exquisitißima tertiana febre verba faciat, in qua ætas, temperies, anni tempus, regio, & victus ratio, & omnia in summa ad calidum & siccum vergunt; si ipse alibi aperte dixit, quod fieri non potest vt abunde siccum calidumque corpus, siue à primo ortu, siue illo tempore, cum febricitet, viribus sit valentibus, quid erit dicendum si huic temperaturæ tum prauam victus rationem præcedentem, tum potißimum regionem, anni tempus, & calidam & siccam aeris cõstitutionem præsentem ei addamus? cum talis aer ambiens vires maxime dissoluat, & non solum ad præsentem, verum etiam ad futurum virium statum maxime respicere debeamus, vt in vniuersali de venæ sectione tractatu vberius demonstrauimus? Insuper cum non in venis supra iecur, sed in hypochondrijs & primis venis bilis putrescens subsistat, maximum imminet periculum ne venis ex sanguinis detractione exinanitis, tum ab his, tum ab æstuoso ambiente, bilis, quæ sui natura tenuißima calidißima & maxime fluxilis est, in superiores, nobilioresque venas trahatur, & tum continua febris, tum choleræ ebullitio subsequatur. Hinc fit, vt Auicennas, cuius præstantiam sæpius demiror, nobis præcipiat, vt quotiescunque in exquisita tertiana conuenit phlebotomia, ipsam post tres periodos administremus. & hoc non alia de causa, nisi vt suprascripta deuitet incommoda. nam in tribus primis periodis bilis maxima ex parte expurgatur per vomitum, secessum, & sudorem, nam in primis periodis, vt nobis rigor vehemens declarat, maxime impetens est, & tenuißima, & calidißima & acerrima, post primos autem periodos incrassatur, refrigeratur, & à natura domatur, & benignior redditur, & pro maiori parte expurgatur, vt postea venæ sectio tutißime, quando competit, administrari posit, vnde qui iubent statim in principio & ante lenientis exhibitionem adhibendam esse, in maximo sunt errore, & quamuis praxim publice profeßi sint, ostendunt nihilominus se in praxi male fuisse versatos. nos enim sæpißime Auicennæ præceptum seruantes, aut salrem post primas vias expurgatas phlebotomia vtêtes, fœlicißime, & quamcitißime innumeras tum exquisitas, tum nothas tertianas profligauimus. Verum dicet quis quando in pura tertiana cõuenit phlebotomia? dum omnes puræ tertianæ conditiones iam relatæ præsto erunt, procul omni dubio, vt iam diximus, cauenda erit: sed si vel calida & sicca absit temperatura, vel talis aeris constitutio ita, vt diuturnior futura sit frigidior, aut temperata aeris cõstitutio, & virtus ad præsens valida sit, ætasque inter extremas media, & nullum alind ex his, quæ alibi narrata sunt, adsit impediens, & reuulsionis gratia, & vt ad ea quæ obstructiones tollunt, tutius veniamus, vena poterit secari: sed post leniens, aut etiam Auicennæ præcepto seruato. ita tamẽ vt parua sanguinis copia (quia magis reuulsionis causa exhauritur) contenti simus. In maiori autem copia, & prout vires & sanguis magis vel minus exuberans indicabunt, in notha tertiana pariter post lenientis vsum educi poterit. Cum enim & calida & sicca temperies, & talis regio, & anni tempus simile procul absint, & talis victus ratio non præcesserit, sed ea potius adsint, & præcesserint, quæ non bilis solius, sed aliorum succorum & ipsius quoque sanguinis prouentum adferre potuerint, & humor semicoctus, qui per vlteriorem coctionem tractu temporis in probum sanguinem verti poßit, redundet, ob id maximo iure venæ sectio à Galeno fuit proposita, & ab Auicenna quoque fuit comprobata, & potißimum dum crassæ, & subrubræ vrinæ conspiciuntur. nam præter id quod virtus hoc præsidium admittere potest, (ætas supponitur) non ita ebullitionis choleræ, aut attractionis bilis in superiores venas periculum impendet, quoniam bilis & penes caliditatem & penes tenuitatem à frigiditate & crasitie pituitæ refracta, & partibus magis adhærens, & impacta, in superiores venas attrahi minime potest. potißimum vbi prius lenientis merito fuerit reuulsa. quod si aliqua ipsius portio superius quoque ducatur, cum non ita feruida sit, & secum semicoctum secum habeat, ad benignam naturam facilius reducitur.

Gal. 10 meth. cap. 5.

Auicenna loco citato.

Gal. 1. ad Glauc. cap. 10.

Medicamẽta Ad purã tertianam.

Sed de pharmacis iam loquamur, & primo de his quæ puræ, deinde de his quæ nothæ tertianæ conueniunt. Quæ in pura & exquisita conuenientia & propria sunt vel primarum viarum expurgationem, & bilis apparatum concoctionemque & euacuationem respiciunt, & lenientia, præparantia, & euacuantia communiter vocantur, vel febrilem feruorem & viscerum intemperantias remouent, eisque robur indunt, alterantiaque & corroborantia potißimum nuncupantur de prioribus, au-

Gg 3 tem

rem in superiori capite dum de curatione febris ardentis exquisitæ egimus, longissimum habuimus sermonem. vberioris doctrinæ gratia, si bilis ad ventriculum repat, eam cum Galeno per vomitum educere oportebit, fiant autem vomitoria ex aqua tepida cum exiguo aceto, aut etiam syrupo acetoso simplici. cum autem vergit ad inferiora per inferiorem excretionem euacuanda, vel clysteris mollibus ex hordei, foliorum maluarum, violarum, mercurialis, & beræ decocto paratis, cui pauculũ salis, vnc.iij.olei violati,& vnc.j.& sem.mellis rosati sint adiecta; & vbi opus sit, his addatur vnc.j.floris casſiæ fistulæ, aut etiam casſiæ tractæ, & interim semiuncia diacatholiconis, aut etiam drach.ij. vel iij. diaprunis solutiui: vel etiam lenientibus,quæ per os assumpta per inferiorem ventrem & secessum euacuant, quorum præstantissima sunt flos casſiæ nouiter extractę, & tamarindorum pulpa electa, aut in bolo vbi pręsertim eorum reiectionem per vomitum timemus, aut in potu cum refrigerantibus cichoraceorum decoctis. ita non improbantur syrupus rosatus & violatus solutiuus cum prędictorum, aut etiam tamarindorum decoctione. Ad bilis autem concoctionem acetoso simplici,oxysaccharo, syrupo de endiuia, cum cichorei, endiuię,buglossi,aut aquis,aut decoctis vtantur. nec non alijs in superiori capite propositis. manifestis autem coctionis indicijs apparentibus, accessione potissimum vltra tres periodos perseuerante, & nulla alicuius crisis spe pręsente,purgãs medicamentũ conuenientissimum erit,à loco,s.in quo bilis iacet atque putrescit,desumpta indicatione. quo fit vt experientia edocti grauissimi auctores hanc potissimum viam comprobarint, vnde Galenus scribebat in hac febre bilis expurgationem per inferiores partes iuuare, quod etiam sponte in tertianis exquisitis fieri solet: licet bilis sui leuitate magis sursum feratur,& sui tenuitate tum per sudorem,tum per vrinarios & angustiores meatus prę cæteris humoribus facillime euacuetur, quod si in venis contineretur, & extra ipsas ad corporis habitum mitteretur, procul dubio euacuatio per sudorem & per vrinam longe prestantior esset.Similiter Hippocrates scriptum reliquit, quod si tertiana febris tenuerit, si non omissis tribus inuasionibus,quarta corripiat, pharmacum deorsum purgans bibendum dato. & Actuarius id clarius his verbis significauit. febre leuiori facta modice purgantibus refrigerantia & humectantia miscendo,vt eorum calor & turbandi vis minus offendant,vacuare oportet. & ob id vel in superiori capite propositis,vel iam dictis lenientibus cũ drach.j.vel j.s. rhabarbari in refrigerante & humectante decocto, aut etiam sero lactis infusi, aut etiam vncia vna diacatholiconis cum prędictis,vel etiam cum rhabarbaro commixti erit vtẽdum. Quod autem in his omnibus medicamẽtis phlebotomiaq; administrandis tum quietior dies,tum si febris singula die inuasiones faciat,minus molesta dies & remissionis tempus & internallum eligendum sit,ex vniuersali curatione liquet. Vbi autem maior bilis pars per aluum aut vomitiones fuerit educta,& iam manifeste concocta,euacuantia per vrinam atque sudorem tuto poterunt adhiberi. proinde cienda erit vrina seminibus communibus frigidis cum radicum & foliorum cichorei decocto, interim apium vel fœniculum adijciendo,aut ex Galeno cum potionibus,in quibus apiũ, aut anetum maduerunt, ita syrupus è tribus radicibus poterit pręberi. ita si tibi coctionis signa monstrantur, iam cũ fiducia absinthium potes exhibere; quod alioquin summũ est remedium mordicationum stomachi, quæ à bile proueniunt, si pręsertim ex ipsius coma quantum sufficiat, accipiens melicrato intinxeris, bilem enim ad infernas partes deijcit,os ventriculi & nutritoria viscera roborat, prostratum appetitũ reuocat, & obstructiones radicitus euellit. Cum cichorei autem & radicum apij & fœniculi decocto ad iij. vel iiij. vnc. exhibito sudor poterit prouocari, potissimum si cum aliquo ex infrascriptis pastillis sumatur, qui fiunt Recipiendo specierum diarodonis abbatis drac. sem. trium santhalorum drac.j.seminum mellonum drach.vij.sacchari in aqua rosacea dissoluti q.suff. fiat cõfec.in rotulis.Si de his quę alterant sermo fiat,Balnea calida,ait Galenus, ex aqua potabili prosunt,tum quia aliquid bilis educunt,tum etiam quia sua qualitate plurimum iuuant, humectant enim & potentia refrigerant. hęc igitur in balneis intentio sit, vt corpus madeat & humectetur, & ideo neque nitrum neque sal neque sinapi inspergere oportet,sed plurimum olei calidi infundentes ad aquam perducere ac madefacere: &,si in ea natare voluerint, quantum id facere possunt,permittendum. At qui balneis admodum delectantur,si etiam bis in die lauari permiseris, non aberrabis, sed illud semper habeto in memoriam vt in tempore id faciant. Si vero etiam coctionis signa ostendantur, tunc etiam si sępius laueris,

Gal.1.ad Glau. cap.9.

Lenientia.

Præparantia

Purgantia.

Gal. loco citato

Hipp.2.de morbis.cap.de feb. à bili.

Actua. 3. method.med.c.19.

Euacuantia per vrinã & sudorem.

Gal. loco citato

Gal. loco citato

Alterantia. Balneũ aquæ dulcis.

laueris, nihil deliqueris. Quod si corpus aliqua ex parte carnosum sit, & materia manifeste cocta, & nihil ex his, quæ in superiori capite dicta sunt, prohibeat, & tempus æstiuum sit, aquæ gelidæ potione in accessionis vigore, sed in minori quàm in continuis, quantitate, vti licebit. Aut, si tutius agere velimus, aquam hordeaceam, aut ex cichoreo, vel endiuia, aut buglosso destillatam cum iuleb violaceo aut rosaceo, cōcedere poterimus. Gelidam tamen tum in me ipso, tum in multis alijs dicto tempore vtilissimam comprobaui, præsertim dum intolerabilis præcordiorum æstus vrgebat. Cum ipsa vero sudorem vel vrinam cientia non sunt miscenda, quia felicius tū vomitus potissimum, tum euacuatio per secessum promoueri solet, & deinde sudor copiosus subsequitur. Quæ autem viscera roborare valent in superiori capite petenda sunt. Memoriæ causa ad hepat refrigerandum & roborandum præstat post totius integram expurgationem tum conseruas ex floribus & folijs cichoraceorum, rosarū & boraginis & serū caprinū intrinsecus assumere, tū santhalinū vnguentum, aut infrigidās Gal. medicamētū extrinsecus regioni iecoris applicare. Pro vētriculo verò sicuti absinthium propositum in parua tamen quantitate, & cum cichorei potius decocto commodum est, ita extrinsecus licet vti fomento aliquo ex oleo rosaceo completo. cum speciebus diarodonis & paucula cera ad linimenti formam redacto. nam febris totius & partium omnium extraneus calor est. In notha autem tertiana, clysteres conferunt non admodum molles, quales sunt, qui ex decocto maluarum, mercurialis, betæ, hyssopi, & florum camæmelli, cui mellis rosati vnc. ij. & olei camæmellini, & viol. ana vnc. ij. electuarij de dactilis, aut diacatholiconis, aut hieræ picræ simplicis vnc. sem. vnà cum salis communis drachmis iij. addantur. vomitoria vero, vbi conueniunt, ex aqua hordeacea, vel iure tepidis, & pauco syrupo acetoso, vel oxymelite simplici parentur. Lenientia vero quæ per os sumuntur, & inferius euacuant, sint suprascripta, sed cum portione eorum, quæ pituitosos humores educunt, vti si decem drach. floris cassiæ scroquli duo specierum hieræ misceantur, aut si cum tribus vncijs vel mannæ ell. vel syrupi rosati solutini vnc. duæ mellis rosati solutiui mistæ sint. Similiter cum suprascriptis syrupis qui bilem concoquunt ea, quæ pituitam respiciūt commiscenda erunt, qualia sunt syrupus de betonica, acetosus, & potissimum oxymel simplex, mel rosatum simplex, & dum purgationem reiterare cogimur, & valentioribus detergentibus, & attenuantibus vti, syrupus bizantinus & de duabus, nec non de quinbue radicibus acetosusve compositus, de eupatorio aut similes addantur. Notis vero concoctionis apparentibus detur purgans quod recipiat rhabarbari vino aromatico vel spica cotrecti scrop. iiij. vel drach. j. infundatur in cordiali decocto, & facta expressione adde diaphenici vnc. sem. vel loco huius diacatholici drach. vij. mannæ electæ vnc. ij. vel loco ipsius syrupi rosati solutiui vnc. iij. vel pulpæ cassiæ fist. drac. x. & fiat potio. & crassiori bile & pituitoso succo redundante plures purgationes desiderantur, ideo post alios syrupos valentiores rursus, & secundo loco exhibitos purgante denuo vtendum erit, quod ex suprascriptis lenientibus, & rhabarbari agaricíq; ana drach. j. vel scrop. iiij. conficiatur, aut ex pilulis aggregatiuis, & de tribus cum rhabarbaro & agarico, rhabarbaroque catapotia parentur, & post horum assumptionem aut mannæ, aut syrupi, vel mellis rof. solutiui vnciæ iij. cum aqua cichorei, vel boraginis dissolutæ propinentur. & hoc tempore conferunt etiam diuretica non tamen illa, quæ supra modum calefaciunt, & siccant, vt ait Gal. qui etiam post diem septimam iugiter absynthij comam exhibet. ita pastillis hoc modo formatis vti poterunt. Rec. diarhodon. abbatis, aromatici rosati ana scrop. ij. seminum communium frigidorum maiorum aut etiam melonum dumtaxat vnc. sem. cum saccharo in aqua rosacea & capillorum veneris dissoluto, fiant pastilli seu rotulæ quibus vtantur cum aliquo ex prędictis decoctis vel syrupis, aut aquis cichorei, boraginis. Vomitus autem post cibum ait Gal. adeo ijs, quibus hæc febris perdurauit vtilis est, vt multos sciam solis vomitibus statim fuisse curatos. Vnde vel oxymelite, vel etiam si opus fit, succo rafani poterit vomitus prouocari. Aluus pariter frequenter cum vrtica, aut beta, & mercuriali tentanda erit, imo in febribus diuturnis lenientia non semel, sed pluries possunt, & vtiliter, exhiberi. & si febris iam dictis non cedens perseueret, ijs etiam, quæ leuiter expurgant, semel saltem in hebdomada erit vtendum, vt trocíscis de rhabarbaro, aut de eupatorio, aut de absinthio cum syrupo rosato solutiuo, aut de cichorea composito Nicolai vt Rec. trocisc. de rhabar. de eupatorio, aut de absinthio drac. j. syrupi de cichorea compositi, vel rof. solut. vnc. ij. cum aqua cichoreæ, aut capillorum veneris fiat

Roborantia.

Ad notham tertianam lenientia.

Præparātia.

Purgantia.

Diuretica.

Vomitoria post cibum.

Gal. 1. ad Glau. c. 10.

fiat potio. Pariter licet componere catapotia cum scrop.iiij. dictorum trocisc. & exiguo oxymelite. & post vnam vel duas horas vnc. ij. dictorum syruporum cum dictis aquis dissolutorum propinare. Valde quoque efficaces sunt trocisci de rosis, præsertim vbi ventriculus imbecillis redditus, & labefactatus sit, propter febris diuturnitatem, ac calor innatus vitiatus. vnde singulis quatuor diebus poterunt ad drach.j.exhiberi cum vnc.iij. aut iiij. decocti ex rad.cichoreæ, & pauco absynthio facti. ita non parum conducit, si vnc.j.vini albi odorati adijciatur. His enim intus assumptis obstructiones tolluntur, & quod vitiosi humoris residuum est euacuatur, & nutritoria viscera admodum roborantur. Quod si de his, quæ roborant, extrinsecus autem applicantur, sermo fiat, laborante iecore tales fiant fotus. Recip. cichorei, fumariæ ana manip.sem. florum chamæmeli, meliloti, fœnigræci ana drach. iiij. extremitatū absinthij, & rosarum ana manip.j. spicæ, iunci odorati ana drach.j.aquæ quantum sufficit bulliant secundum artem, deinde adde aceti albi & acris vnc.iij. & cum spongia, vel pannis lineis iecur sæpius foueatur. & deinde hoc vnguento inungatur, quod recip.olei rosf.de absinthio ana vnc.j.olei chamæmelini, amygd. amarar. ana vnc. sem. olei nardini drach.iij. pulueris sem.lini, fœnigræci, & florum chamæmeli ana drac. ij. coral.rub.drach.sem.succi cichorei drach.vj. cum cera & exiguo aceto fiat vnguentū. Si vero ventriculus primo affectus sit, & flatibus repletus, & sub tumida in facie appareat decoloratio, hoc medicamento foueatur, quod recip.sumitatum absinthij, rosarum rub.ana manip.j. spicæ nardi, chiæ mastichæ ana drach.ij. cinnamomi drac. j.s. florum chamæmeli meliloti, aneti ana drach. iiij. bulliant omnia in tribus partibus aquæ, & vna vini albi odorati, & spongijs hoc decocto imbutis foueatur ventriculus. expedit quoque vt parentur saccelli recipiendo vtriusque menthæ, & absinthij ana manip.j. mastichæ, cinnamomi, ligni aloes, corticum citri ana drach.j. maceris, galangæ ana scrop.ij. florum chamæmeli, aneti, & melidoti ana drach. iiij. rosf.rub.manip.j.sem. contundantur, & cum linteo lineo fiant saccelli, qui hoc decocto irrigati ventriculo admoueantur. quod quidem decoctum fiat recipiendo absinthij, rosarum rub, ana manip.s.cinnamomi, mastichæ, ana drac.j.fœnigręci seminis lini ana dr.ij.bulliant omnia in tribus partibus aquæ, & vna vini albi, & fiat decoctum pro fomentis & saccellis irrigandis. post fomenta vero licet ventriculum inungere hoc vnguento qđ rec.olei de absinthio, mastichini ana vnc.sem.olei rosf.amygdalarum amar. ana vnc.j. olei nardini drach.iiij. coral.rubr.drach.j.sem.cinnamomi, mastichæ ana scrop.j.vini albi & ceræ parum, fiat vnguentum. quomodo autem lienem, vbi oportuerit, roborare debeamus, in sermone de quartana febre, docebimus. De ratione autem victus, quæ pura tertiana laborantibus congrua est, sermonem habens Gal.ita scribit. A vino autem ante quam morbus concoquatur, omnino abstinēdum: at vbi concoqui cęperit dandum est ab initio tenue aquosum, & paucum: vbi vero iam prope est vt morbus soluatur, amplius est offerendum. Cibi vero quicunque humectant & refrigerāt, omnes vtiles sunt exquisitis tertianis: quantitas vero in ipsis sit tanta, quanta optime concoqui possit. ex oleribus quidem atriplex, blitum, lapathum, & malua, & lactuca, & cucurbita: ex alijs uero & ptissanæ succus, & ex alica sorbitiones, & ex piscibus, saxatiles: ex uolatilibus, quæ mollibus constant carnibus: quæ autem talia non sunt, eorū alæ: testiculi quoque gallorum: & suum pedes, & cerebra: paruorum uero si etiam dederis carnem liquefactam, nihil nocebis: sed & oua ad sorbendum sunt concedenda, & præsertim uitelli eorum: nam hi facilius, quàm pars alba, concoquuntur. ex fructibus autem permittendum est, ut illos degustent, qui non sunt omnino difficiles concoqui: oportet autem abstinere à melle, sinapi, & salitis, & omnibus acribus, & à uinis, & satis uetustis, & natura calidis. Qui uero non sunt deliciosi, his talis uictus est instituendus, qualem nosti me aliquando instituisse in exquisita tertiana secundū sermonem Hippoc.ex succo ptissanæ usque ad crisim.& hæc in exquisitis tertianis seruare oportet. illudque semper in memoriam habere calidis & siccis naturis aduersissimam rem inediam esse, ac febrium causam paratissimam, quo fit, ut Gal.nonnunquā eos etiam in accessionum principijs, ne prorsus syncope perirent, cibare coactus fuerit. qui etiam scribebat, quod sorbitio ex alica ex aqua calida citra condituram confecta, in qua mali punici grana iniecta sint, optimus est cibus bilioso stomacho, hunc enim malum punicum roborat; & alica diutissime in uentriculo manet citra corruptionem, & sensim concoquitur, nec acescens, nec innatans. In his uero quæ nō exquisitæ sunt, ait Gal.prouidendum pro uiribus ne morbus augeatur, neve uires prosternan-

Roborantia extrinsecus adhibita. Pro hepate.

Pro vētriculo.

Gal.1.ad Gla. c.9.

Victus ratio. In pura tertiana.

Gal.10.met.5. Gal.c.3.

Gal.1. ad Gla. c. 10.

Victus ratio in nothis tertianis.

sternantur, quæ longiori tempore laborare debent. difficile uero est seruare utrunque, quia inediæ quantum prosunt ad morbi coctionem, tantum, vel etiam amplius viribus officiunt. Cibi vero quantum ægri robur adaugent, tantum coctiones impediunt. sed & id noscere oportet, ad quantam magnitudinem morbus perueniat, ac quantæ sint ægroti vires, vt ad ea, quæ maius auxilium exposcunt, inspiciens, inedia quidem in valentioribus audacius vtaris viribus, & morbo coctu difficili: largiori autem cibo, vbi vires sunt debiliores, neque morbus admodum concoqui contumax. statim autem inter initia balneare non expedit, sed cum iam coctionis signa apparuerint. neque quotidie cibum oportet exhibere propter accessionum longitudinem, & crudi succi redundantiam, sed satis est alternis diebus. Quies vero & calefactio circa præcordia iuuant, & sorbitiones concoqui faciles, & clysteres non admodum molles. Sit autem totius victus ratio, non quæ humectet & refrigeret vniuersum corpus, vt in exquisitis exhibetur, sed & aliquem modum assumat ad calefaciendum, & incidendum. Plurimum igitur eos iuuat ptissanæ succus, pipere adiecto: vel etiam hyssopum, aut origanum, aut spicam nardi mulsa aqua infundens, & decoquens ad bibẽdum propina, & quæcunque alia, quæ cient vrinam, præterquam illa, quæ supra modũ calefaciunt, & exiccant: maxime vero post diem septimam danda est iugiter absinthij coma. & quidem oxymeli potione plurimos iuuat: & aliquid ex his, quæ molliter vẽtrem subducunt, quibus me assidue vti nouisti. pariter pro potu, si suprascripta auersentur, cinnamomi decocto, aut hordei cum exiguo cinnamomo vti poterunt. & vbi à vino abstinere nolint, eo pauco, tenui, & aquoso saltem vtantur, potissimum inter initia, quia tempore procedente amplius offerri poterit, nec ita aquosum, modo tenuis substantiæ sit. reliqua vero ad victus rationem in pura & notha tertiana conueniẽtem attinentia ex superiori capite & vniuersalibus tractationibus desumenda erunt. in accessionum autem principijs, neque dormiant, neque cibum, neque medicamentum aliquod assumant, nisi aliquid vrgeat. Alui etiam excrementa si excernantur priusquam inuadat accessio, valde confert, & si non natura, saltem mollibus clysterijs aluus inanienda erit. Vt autem in accessionum principijs rigorem, qui potissimum in puris tertianis vehementissimus fieri solet, & neruosarum partium dolorem & vellicationem leuius ferant, præter externarum partium & potissimum dorsi, extremorumque calefactionem, quæ frictionibus, & calidis pannis exterius applicitis completur, & præter ea, quæ ad materiæ contemperationem, ne ita expultricem stimulet, & velocius per sensibiles præcordiorum partes feratur, intus sumuntur, qualia sunt in puris tertianis oleum amygdalinum cum calido iure, aut etiam hydrelæum, in quartanis autem diacyminum, diacalamenthum, diatriumpiperum, pyrethrum & piper, & magnæ antidoti & diamuscum cum pauco vino potenti, maxime quoque probatur vt tota dorsi spina ante rigorem inungatur vnguento calido quod recip. olei anethini vnc.j. sem. succi arthemisiæ vnc.iij. bulliant simul ad succi consumptionẽ, & adde croci tenuissime puluerizati drach.j. ceræ quantum sufficit fiat vnguentum, quo cum aqua debite calida dorsum etiam vniuersum ante rigorem & in rigore inungatur. pariter aqua vitæ dorso, & extremis partibus adhibita efficacissima est. Quemadmodum etiam cõferre solet si pedum plantæ oleo communi vel etiam chamæmelino, aut de lumbricis salito vberius foueantur. Similiter si accessionis initio humidi fotus aptæ calentes præcordijs imponantur, & potissimum dextris in tertiana, sinistris autem in quartana rigorem leniunt, quia mali fontem atque radicem demulcent. Propria vero à biliosis febribus præseruatio in hoc posita est, vt bilis generationem & multiplicationem arceamus, &, si qua genita iam est, euacuemus. eius autem generatio ꝓhibetur si rectam & potissimum ei contrariam victus rationem instituamus, & calidã, & siccam totius corporis & potissimum hepatis temperaturam ad exactam symmetriam refrigerantibus humectantibusque tum cibis, tum medicamentis si opus sit, reducamus. Quæ omnia in hepatis vitijs in secundo libro à nobis vberrime fuere conscripta. Sicuti ex præsenti, & præcedenti capite, quæ bilem educunt, clara sunt. quod si eandem de pituita ipsa habebimus prouidentiam, de qua in sequenti capite loquemur, multo magis à tertianis nothis homines præseruabimus.

Curatio superflui rigoris.

Præseruatio à biliosis febribus.

De fe-

De febribus, quæ ex putrescente pituita generantur. Cap. XXVIII.

Continuatio.

QVONIAM pituitosæ febres non paruam cum causo notho tertianaque pariter notha febre, quarum iam meminimus, conuenientiam habent, pluraque ad earum cognitionem, & curationem necessaria in hunc de pituitosis febribus tractatum distulimus; & insuper quia pituitosus humor omnium maxime bili contrariatur. hæc enim calidissima est & sicca, ille vero omnium, quæ in nostro corpore reperiuntur, frigidissimus, & humidissimus, contraria autem illa sunt, quæ sub eandem sæpius veniunt disciplinam, & quorum causæ, signa, curationesque inuicem aduersantur; ijs autem quæ extrema & opposita sunt recte cognitis, media facilius innotescunt; idcirco post biliosas febres, non ab re de ijs, quæ ex putrescente oriuntur pituita, decreuimus pertractare; nam deinde de quartanis disceptatio, atque earum dignotio, quæ penes signa mediæ quodammodo sunt, facilior euadet. Scribebat enim Gale. quod sicuti quotidiana à tertiana quidem adeo manifeste differt, vt nihil cum ea simile habeat, ita ad quartanam propius accedit, quanquam & ab hac quoque differat manifeste. neque ordo hic Galeno vllo pacto aduersatur, quia licet alibi oppositum ordinẽ seruare videatur, attamen in eo libro, in quo febrium doctrinam ex professo, & accurate profitetur, propter allatas rationes post tertianam, quotidianam ipsam aggreditur, & post hanc de quartana sermonem habuit. Quicunque autem frigidus & humidus humor existit, ait Gal. ad pituitæ appellationem reducitur, si Hippocratem, omnesque non modo priscos Medicos, sed alios etiam Græcos in nominibus imitari velimus. Pituitosæ igitur febres illæ sunt, quæ ex hoc frigido, & humido succo putrescente procreantur. Quarum quidem differentiæ præcipuæ tum à loco in quo pituitosus humor putrescit, tum ab huius humoris diuersitate, varijsque pituitæ putrescentis generibus desumuntur. A loco quidem prout vel in vasis supra iecoris simas partes positis; vel in præcordiorum partibus, & primis venis, pituita putrescit. Quo fit vt vel continua quotidiana febris, quàm Auicenna inseparabilem vocat; vel intermittens, quam ipse paroxismalem nominat, alij autem omnes vnà cum Galeno quotidianam absolute dictam, seu amphimerinam appellant, vt alibi sæpius declarauimus, exoriatur. Quotidiana vero tum continua, tum intermittens appellatur, quia vnaquæque febris intermittens à circuitus motusque ordine nomen habet, & sicuti tertiana singula tertia die, ita pituitosa singula quaque die accessionem facit. amphimerina vero Græcis dicitur, quia de ambabus participat die videlicet & nocte, vniuersum tempus accessionis habens horarum plerunque decem & octo, vt tum auctores, tum experientia testantur. Hippocr. autem ita referente Galeno quotidianas ipsas, nocturnas, appellauit, cum enim duplex sit earum differentia, quatenus hæ interdiu, illæ noctæ inuadũt, inde etiam diuersa nomina inuenerunt. Hippocr. autem earum, quæ tum vigebant meminit, quæ nocturnæ erant. Quotidiana verò accessiones habet, quarum principia ferè sub vesperam inuadunt, & nocte magis excandescunt. Similiter vt ex eodem Hippocrate & Galeno licet colligere quotidiana febris Hyemalis nuncupari potest, quia Hyemis naturæ conueniat. A pituitæ verò putrescentis conditione & specie diuersa huius febris quotidianæ differentiæ capiuntur, quoniam vt ait Galenus, plures sunt huius humoris differentiæ. Vna siquidem eius est species frigida, adeo vt cum loco calido obstruitur, dolores maximos excitet, sæpiusq; multa laxioris intestini incommoda, hoc humore acuti clysteris vi euacuato, statim sedari contingit: hic autem humor vitri liquefacti similitudinem gerit. Est & alia pituitæ species, quàm plerique cum screatu expuunt, sensibilem habens dulcedinem. Liquet autem quod hanc exquisite frigidam non contingit esse, si eorum meminimus quæ in libris de simplicibus medicamentis à Galeno traduntur. Est & tertia pituitæ species, quæ expuentibus videtur acida. est autem minus frigida quàm vitrea, magis vero quàm dulcis. Sicuti & altera species est salsa, aut propter putredinẽ, aut propter salsæ serosæ humiditatis mistionem: ex qua, si quas febricitare contingit, superueniente accessione non rigent, sed tantummodo horrent. Acida vero ac vitrea, si per sentientes corporis partes deferatur, sine febre rigores generat. Quod si modica aliqua in ipsis fiat putrefactio, febrem hepialam quasi dicas blande aut leuiter calefacientẽ, appel-

Marginalia: Gal. 2. de cris. c. 5. — Gal. 1. ad Gla. & 2. de cris. — Gal. 2. de diffe. feb. c. 4. & 5. — Gal. 2. de diff. feb. c. 6. — Nomen. — Natura. — Differentiæ. — A loco putredinis. — Quotidiana continua. — Quotidiana absolute dicta, seu amphimerina. — Auic. 1. 4. trac. 2. c. 47. — Aet. li. 5. c. 85. Gal. & Hip. 3. in 3. epid. 64. — Differẽtiæ à materiæ diuersitate desumptæ. — Hip. & Gal. 4. de rat. vic. 61. Gal. 2. de diffe. feb. 6. — Pituitæ genera quot sint. — Hepiala febris.

appellatam inducit. in qua eodem tempore rigēt & febricitant, & interdum in singulis corporis partibus hæc duo reperiuntur, nonnunquam interius rigent, exterius vero calent, nam in profundo frigus, in manibus autem & pedibus, & cutaneis partibus calorem persentiunt. Quod si vehementius putrescant rigor quidem antecedit, febris vero sequitur superata frigiditate à multitudine caliditatis, adeo vt dum febris inualescit, atque consistit, minime sentiatur. Forte autem & vitrea pituita acidę qualitatis est particeps, adeo vt eius differentiæ tres sint numero vniuersæ acida dulcis & salsa. Minime uero dulci pituita putrescente febrem rigor antecedit, quia enim sui natura benigna est, expultricem parum stimulat, punctionisque aut alium tristē sensum non inducit. Quare concludit Gal. tres esse in vniuersum penes saporem. s. pituitæ species. quod alibi quoque confirmauit dum dixit. Sunt autem tria eius genera, vt tu scis, acidum, dulce, & salsum. Verum præter tres species propositas videtur Auicennas ex eiusdem nihilominus Galeni mente, multas alias protulisse. nam tum crudæ à Galeno vocatæ pituitæ, tum mucosæ, tum insipidæ, nec non etiam aquosæ, & ponticæ, & gypseæ mentionem egisse videtur. Quare vt omnes pituitæ species, eiusque causas, & febres, quæ ex earum accenduntur putredine exactius dignoscamus, & hos auctores concordes reddamus, innumerasque ambiguitates tollamus, animaduertendum pituitam, vt idem Auicenna scriptum reliquit, vel naturalem esse, vel non naturalem. Naturalis dulcis est pituita prompta in sanguinem aliquo temporis spatio cōuerti, vt quæ sit sanguis non plenē coctus, nec multa polleat frigiditate, immo ad corpus relata exiguæ est frigiditatis: at si ad sanguinem aut bilem referatur, frigida quidem erit. huic porro dulci naturalique pituitæ expurgandæ natura, inquit Gal. nullū instrumentum condidit, quemadmodum vtrique bili, quia frigida humidaque est, ac veluti ex dimidio coctum nutrimentum. Desiderat igitur talis succus non vtiq; vacuari, sed in corpore manens alterari. imo & Arist. idem sentire videtur, dum asserit pituitam esse humidum primum à cibo indigestum, quia, vt ait Gal. pituitæ generatio in pituitosis edulijs sanguinem perpetuo antecedit, atque generatione ipsius media cibi in sanguinem transeunt. Huius autem pituitæ naturalis duplex est vsus, ait Auicenna, quorum vnus necessarius est, alter ad bene esse. necessarius rursus duplex est, vnus quidem, vt sit iuxta membra, adeo vt si contingat ea solito alimēto priuari, quod forte à ventriculo & hepate eo transmitti nequeat, tunc naturalibus suis facultatibus ad eam se conuertant, & ipsam conficiant, & coquant, & ea nutriantur, alius vero, vt sanguini misceatur, ipsumque aptum reddat ad nutrienda membra pituitosæ temperaturæ. Vsus vero ad melius esse, qui tamen in necessitatis prope terminos transit, est, vt articulos & particulas valde mobiles humectet, ne ob calorem, qui ex motu ipso mutuoque attritu excitatur, nimia ariditate afficiantur. Locum autem, in quo, & causam ex qua, & à qua, pituita hæc generatur, declarauit Gal. his verbis. Porrò à nobis demonstratum est pituitosum humorem ex pituitosis cibis, in prima hoc est ventriculi coctione fieri; vti biliosum, & melancholicum in iecinore. Mutatur enim in concoctione, quam obitis, pituitosus in sanguinem. Quod enim in ventriculo generatur, ac cum humoribus, qui ex cibo, & potu in iecur diguntur, perfertur, dum cū ijs vnà concoquitur, sanguis euadit. Quemadmodum autem pituitæ quod dulce est id salutare est animanti & naturale, ita quod ab hoc diuersum est, non naturale est, nam id solum quod sapidum dulceque est ad nutriendum est idoneum. sed pituitæ nō naturalis rursus plura sunt genera. Vel enim superfluitas est diuersæ essentiæ adeo vt eius substantia sensu diuersa percipiatur, qualis est quæ mucosa vocatur, quæ frigidarum partium excrementum est: vel quo ad sensum quidem in substantia æqualis ac mediocris apparet, sed reuera eterogenea ac diuersa existit, & hæc pituita cruda & crudus humor à Galeno dicitur: alia est maxime tenuis, quæ aquosa nuncupatur: alia vel de crassa gypsea dicta, cuius tenue dissolutum à caloŗe est. quia in meatibus, & articulis diu detenta fuit, vnde & alijs crassior est: alia autem salsa est, quæ ceteris calidior & siccior existit. Cuiuslibet autem salsedinis causa est mistio aquosæ humiditatis exigui saporis, vel etiam insipidæ cum partibus terrenis adustis sicci temperamenti, & saporis amari mistione tamen temperata, quoniam si multa fuerit, amarus potius quam salsus sapor resultaret. ex tali enim genere materiæ similiter sales omnes, & aquæ salsæ, vt docuit Arist. naturaliter gigni solent. Quinimo nonnunquam artificiose fit sal ex lignorum & herbarum cinere, & similibus, si ex aqua decoquantur, & colo transfundantur, dein feruescat aqua, donec in salem concrescat: vel ita relinquatur,

Marginal notes (left): Alia pituitæ genera. — Pituita naturalis. — Pituitæ vtilitas. — Naturalis pituitę generatio & causæ. — Pituita non naturalis, & eius genera. — Mucosa. — Cruda pituita. — Aquosa. — Gypsea. — Salsa, & eius causæ.

Marginal notes (right): Gal. 4. de rat. vic. 13. — Auic. loc. cit. et 1. 1. doct. 4. c. 1. — Auic. 1. 1. doctri. 4. c. 1. — Gal. 2. de nat. fac. c. 9. — Gal. 2. de rat. vic. contex. 30. — Gal. 2. de facul. nat. cir. fi. et li. de atra bili. cir ca fin. — Arist. 6. top. — Gal. 2. de rat. vic. 30. — Auic. loc. cit. — Gal. li. de atra bili. & 2. de fa cul. nat. c. 9. — Gal. 2. de nat. fac. c. 9. — Gal. 3. de loc. c. 7. & lib. de pleni. cir. fi. & 4. de sani. tuen. — Arist. 2. mete. trac. de salsed. maris.

tur, dum sponte coaguletur. Est enim locus quidam inquit Arist. in quo harundines & iunci innascuntur, quorum cinerem in aqua decoquunt, quando autem reliquum fuerit quippiam aquæ, id frigefactum salis copia euadit. quod etiam confirmat Plin. dum habet se apud Theophrastum adinuenisse Imbrios harundinis, & iunci cinerem decoquere aqua solitos donec exiguum superesset humoris, qui etiam ait quod quercus optima ad idem est, quod per se cinere syncero vim salis reddat: & alibi laudatur corilus, quemadmodum & carbo in salem vertitur. Non secus igitur ait Auicennas si pituitæ tenui insipidæ aut saltem exigui adeo saporis, vt non excedat, misceatur amara bilis, sicca natura, ac exusta, mistione moderata, profectò eam salsam atque calidam reddet, & hæc quidem est pituita biliosa. non est tamen vt Auicenna Galenū reprehendat, quod dixerit, vno modo pituitam salsam fieri propter putredinem, alio vero modo propter aquosæ humiditatis mistionem, quia ex codice deprauato fuit deceptus, ait enim Gal. non propter solam aquosæ humiditatis mixtionem, salsam fieri (qui enim id fieri potest?) sed, vt eius auctoritatem superius descripsimus, ait salsam fieri propter salsæ serosæ humiditatis mixtionem, quod quidem Auicenna non negasset. Putredo igitur & ipsa pituitam salsam efficit, quia in ea adustionem calore putredinali generat, cineritiam ve quandam facultatem, quæ cum eius humiditate ꝑmiscetur. Cum enim pituita quia sanguis est semicoctus, in potentia & ipsa quatuor alimentales succos contineat, dum putredinali inuaditur calore, eius calidior & pinguior portio citius & facilius aduritur & biliosa, & adusta euadit, quæ dum vnà cum tenuiori & frigidiori portione, quippe quæ veluti inalterata & imputrefacta est, commixta remanet, eam salsam, & nitrosam reddit. adeo vt quocunque modo salsa fiat pituita, semper ex amaræ & biliosæ & eterogeneæ materiæ mixtione talis euadat, quod quanti referat cognouisse paulò post patebit. sed & inter pituitæ species ea est, quæ acida appellatur, quæ quidem non aliter quàm pituita dulcis, bifariam fieri contingit, vt enim dulce vel per suam essentiam, vel propter rei extraneæ mistionem euadit dulce, ita acida pituita secundum duos modos fit, videlicet vel propter bilis atræ, q̄ acida est, mixtionem, vel propter aliquam internam causam, vt si dulci illi pituitæ iam dictæ, seu ad dulcedinem accedenti, id accidat, quod ceteris succis dulcibus accidere solet. Videlicet quod primo ferueat, ebulliatve, deinde acescat. Alia insuper datur pituita acerba, quæ eodem quoque se habet modo: nam vel ob atræ bilis acerbæ mistionem talis fit: vel quia refrigerata sit vehementer in se ipsa, adeo vt eius sapor ad acerbitatem vertatur: aquosa enim eius pars concrescit, atque in siccam nonnihil & terream naturam migrat: & neque fuit calor debilis, qui ipsam feruere, & acescere faceret, neque validus, qui eam perfectè coqueret. Est insuper pituitæ species, quæ vitrea dicitur, crassa quidem & densa, sui viscidítate, ac pondere vitro liquato similis, quæ quandoque acida quandoque insipida est. Nonnunquam tamen fit quædam pituita dulcis non naturalis ex pituita insipida, idque vbi contigerit, sanguinem naturalem cum ea misceri, vt in destillationibus, & saliua sæpissime percipitur. Persuaderi autem potest, pituitam crassam, atque insipidam esse crudam, aut ad cruditatem tendere: siquidem in ortu suo aquea, frigidaque erat, neque computruit, quicquamve ei admistum est, sed tandiu abdita & recondita mansit, donec crassior & frigidior euasit. Monstratum igitur est, vitiosæ pituitæ species, quantum ad saporem attinet, esse quatuor, salsam nimirum, acidam, acerbam, & insipidam: pariterque quantum ad substantiam quatuor esse, aquosam, mucosam, vitream, & gypseam, cruda enim sub mucosæ genere continetur. de serosa autem materia non meminit Auicenna, quia licet frigida & humida cum sit, ad pituitæ genus reduci possit, attamē propriè humor non est, sed aliorum humorum vehiculum. Quamuis autem tot pituitæ genera ab Auic. ex Gal. mēte ꝑposita sint: possunt nihilominus ad tres illas spēs à Gal. propositas facile reduci, quia acerba ad acidam, cruda vero & mucosa ad vitream rediguntur, vitrea vero ad acidam, vt superius Galeni auctoritate declarauimus: insipida autem & aquosa sub dulci pituita comprehenduntur, gypseam vero Gal. locis citatis in quibus loquitur de febribus, non proposuit, quia ab hac putredo, & febris non producitur, quare nulla est inter hos auctores discordia. sed iam ad propositum nobis scopū reuertamur. Cum tres in vniuersum, vt ait Galenus, sint pituitæ species dulcis. s. salsa, & acida. ex dulci pituita in superioribus nobilioribusque vasis putrescente, oritur quotidiana continua, quametiam Auicenna laticam appellat, quæ tamen nunquam ferè exquisita est, & exactè talis. quia, vt alibi diximus, rarissime vnus succus alimentalis

Margin notes: Pli. 31. Nat. hist. c. 7. — Gal. 2. de diff. feb. c. 6. — Auic. loc. cit. et Gal. 3. de loc. 7 & li. de pleni. & 2. de facult. nat. c. 9. & 3. aph. 12. & 4. aph. 12. — Acida. — Acerba. — Gal. 2. de diff. feb. c. 6. & 12. met. c. 17. & 1. prorrhet. & l. de inaeq. intēp. — Vitrea. — Insipida, & subdulcis. — Epilogus. — Omnes pituitæ species ad tres reduci possunt. — Gal. 2. de diff. feb. c. 6. — Quæ nā febres ex varijs pituitæ speciebus ꝑducantur. — Ex dulci.

talis propter mixtionem quàm cum ceteris habet, solus putrescit;id aũt fit quotiescun que pituita hæc naturalis dulcisq; & alimentalis in magna copia reliquos succos alimẽtales excedit.Si vero putrescat in primis venis meserei.s.aut alijs præcordiorum partibus, vt ventriculo, intestinis,& circumiacentibus locis, oritur quotidiana absolute dicta, quę ad intermissionem,licet non adeo exactam,deuenit:potissimumq; si insipida pituita,& ea,quæ minus nutritioni idonea est, putrescat. Si vero salsa pituita computrescat,animaduertendum ne decipiamur,quod de ea potissimum salsedine loqui dẽmus, quæ ex mixtione amarę bilis cum insipida seu parum dulci &aquosa pituita generatur. Nam salsa pituita,quæ ex putredine fit,febrem ipsam non præcedit sed potius subsequitur,sed dato etiam quod posteaquam dulcis pituita computruit,& salsa euasit, rursus computrescat,salsa hæc pituita,vt superius notauimus,eterogenea est,& propter mistionem calidarum & siccarum adustarumq; partium talis reddita est. Quo fit vt ex salsa pituita putrescẽte nunquam quotidiana febris exquisita procreari possit,sed semper spuria & notha statuenda est.Verum vt multæ corruant ambiguitates,animaduertendum, quod dum calidus & siccus humor cum pituita dulci vel insipida,aut alia pituitosa materia permiscetur,in hoc aggregato si bilis in magna sit copia,ita vt saltem quo ad vim præpolleat,si aggregatum hoc in venis superiorib.aut partium nobilium & potissimum oris ventriculi,putrescat,quia putredinalis calor facillimẽ propter vicinitatẽ cordi cõicatur,oritur causus nothus,sed magis & minus pro mixtionis diuersitate,vt suo loco declarauimus,si.n.in maiori copia bilis cum aquosa materia mixta sit aggregatũ potius amarum redditur, & minus notha febris ardens creatur, si vero in minori copia, euadit salsum,& magis notha febris ardens generatur.Si vero aggregatum ex ambobus in primis venis & præcordiorum partibus putrescat,si bilis in mixtione pręponeat oritur tertiana febris,sed notha,quia succus amarus euadit, non aũt salsus & proinde febris non pituitosa sed biliosa cum tertianis circuitib.creatur. Si vero acris & amarus succus in minori copia cum pituitoso misceatur,aggregatum salsum euadit, & quotidiana ex hoc putrescente generatur,quia quotidianos circuitus seruat,sed notha, magis, vel minus, pro mixtionis bilis ratione.ita quotidiana,sed notha fit,vbi salsa pituita, ex putredine orta,in primis venis seu ductibus & circum præcordia putrefiat. Vnde colligendum est quod vbi salsa pituita, quocunque modo talis reddita sit, in superioribus venis putrescit,febris accenditur,quæ quotidianæ ne dum nomen, verum etiam figuram amittit. Quia enim calorem per vniuersum corpus exurentem,& sitim vehementem, & inextinguibilem accendit,causi,sed nothi,nomen sibi vendicat;& quia plurima bilis & calidi, & sicci humoris portio putrescit(nam putredinis salsæ pituitæ contagium bili alimenta li potissimum,ceu magis promptæ ad putredinem suscipiendam,communicatur) & insuper quoniam propter earum partium vehementiorem calorem,putredo vehemẽtior, & maiori cũ impetu,& velocitate suscitatur,tertianæ continuæ figurã potius acquirit.

Dubitatio. Non est aũt vt quis obijciat ex salsa pituita circa præcordia putrescente,quotidianã fieri non posse,eo quia salsa pituita calida & sicca sit. *Solutio.* Nã licet in respectu ad reliqua pituitæ genera calidior & siccior existat,non tñ in relatione ad reliquos humores,& absolute,talis est,quamuis.n.in ea partes quædam calidiores & sicciores,quam in reliquis pituitæ generibus reperiantur,nihiluminus in hac materia,quæ ex plurib. diuersisq; cõstat partib.eæ,quæ frigidæ & humidæ sunt partes prædominãtur,ita vt aggregatũ à prædominio frigidũ & humidum sit,& subinde pituitosum dici possit,& multo magis cũ & penes colorem & penes consistentiam materiam pituitosam pręseferat.

Ex acida. Demum si pituita acida vocata putrescat,si hæc cruda aut mucosa sit, si putrescat in vasis superioribus quotidiana oritur continua, quæ in leucophlegmatia sæpius obseruatur,sin circa pcordia & in primis venis & ductib.quotidiana intermittens generatur,& si mucillaginosa hæc materia in capite procreetur,& ab eo vel ad subiectas venas,vel ad pulmonem per tracheam,vel ad ventriculum primosq; ductus per œsophagum defluxerit,& cõputruerit,pituitosa catarrhalis dicta febris exoritur,continua vel intermittens pro partium, & locorum in quibus putrefit varietate:dum enim in loco aliquo conclusa adeo est, vt non possit procul expelli, & à reliqua minera putrescentis materiæ separari continua fit, sin minus intermittens.

Febris catarrhalis. Sed quomodocunque quotidiana hæc febris exquisita non est, cum talis materia, vt inquiunt Galenus, & Auicenna, eterogenea, & diuersæ naturæ sit, nam mucosa etiam quo ad sensum diuersam habet essentiam, cruda vero,licet quo ad sensum æqualis appareat, reuera tamen ex diuersa substantia conflatur.Si vero pituita vere acida,aut acerba seu pontica sit, aut etiam tum acida, tũ vitrea

Loc. superius cit.

Hepialæ causæ.

ab his putrefcentib. hepialæ potiffimũ vocatæ febres, aut eis fimiles, generantur. hęc.n. pituitæ genera frigidiora funt, & nõ quidẽ in venis fed in ventriculo, inteftinis & vicinis partib. quæ neruofæ, membranofæ & frigidiores funt, & ex frigidiorib. cibis pſertim procreantur, & quia intenfa frigiditate dictarum neruofarũ partiũ, quæ fenfu vegeti pditæ funt, expultricem valde ftimulant, ei aũt expellenti tũ craffitie, tum vifciditate valide refiftunt, & infuper quia pp intenfam frigiditatẽ difficile inflãmantur, atq; putrefcunt, hinc fit, vt dixerit Gal. quod fi acida ac vitrea pituita per fentientes corporis partes iã propofitas. f. fimpliciter deferatur, fine febre rigores generat. Quod fi modica aliqua ĩ ipfis fiat putrefactio, febrem hepialam appellatam inducit. Quod fi vehemẽtius putrefcant, rigor quidem antecedit, febris vero fequitur fuperata frigiditate à multitudine caliditatis, adeo vt dum febris inualefcit atq; confiftit, minime frigiditas fentiatur. Reddens aũt Gal. caufam cur eodẽ tpe frigus, & calor fentiatur, fubdit. Quifpiã vero fortaffis neq; fimpliciter, neq; à fimplici cã huiufmodi febres fieri arbitraretur. Siqdẽ totũ id, quod ex pituita putrefcit, febrem accendit. reliquũ verò, quod nondũ putrefcit, cuius cã rigefcunt, non eandẽ habet cũ putrefcente qualitatẽ. Si igitur ab hac qdẽ rigor, à putrefcente febris generatur, duplex femper aderit cã. Contingit vero & hic febrẽ quidem ab altero caufæ genere dicere fieri, rigorẽ vero vtpote alium à febre, ab altera. per febrem.n. tertianã flaua bilis rigorẽ efficit, ac febrẽ. Hæc Gal. fed nos qui cũ eodem Gal. rigorem aliter fieri diximus, pp caloris videlicet ad imas partes retractionẽ, quæ quidem rigoris cã principalis & immediata eft, nã bilis, aut vitrea & acida pituita, & melancholia caufæ rigoris remotiores funt, quãuis proximæ & immediatæ dici poffint illius fenfus triftis, qui cũ rigore connectitur, vt aũt calor cõcentretur, remotiores, & vt fic dicã occafionariæ ftatuendæ funt, propterea aliã hepialæ caufam affignare debemus. hæc aũt erit, quia & pp caloris retractionem, & pp frigiditatis fenfum quẽ frigidiffima infert pituita, imæ partes rigent, fed quia ex putredine ipfius calidi vapores eleuãtur, & ad vniuerfum corporis habitũ deferũtur, exteriores partes moleftã percipiũt caliditatẽ, præfertim quia ẽt cordis humores à putrido illo vapore caliditate extranea afficiuntur, & ita reliquis partib. ab inteftinis & ventriculo potiffimũ diuerfis cõicatur. Quod fi vti ait Gal. eodẽ tpe, in totoq; corpore vtrunq; fentiant affectũ, rigorẽ. f. & febrẽ, huius rei caufam, ex fundamẽto à nobis tradito, reddere facillimũ eft, quia febris caufam hẽt pofitiuã. f. vapores putridos per vniuerfum corpus diftributos, & à putrefcẽte in hypochondrijs humore eleuatos: rigor aũt caufam habet priuatiuã nempe caloris ad intimas partes retractionẽ. in quib. tñ intimis partib. rigoris pofitiua cã eft, nẽpe frigidior materia in ipfas frigiditate agens, quæ tñ intenfa frigiditas nõ magis percipitur q̃ caliditas, quia à putredine & reuocato inibi calore copiofo obtunditur. Quod fi quis hãc de rigore à nobis traditã doctrinã nolit admittere, impoffibile ẽ, vt arbitror, fecundæ huius hepialæ fpeciei caufam aliquã ne dũ verã, fed neq; probabilẽ reddere. Nã primæ fpeciei, in qua exteriora calent, interiora rigent, caufam aliã quifpiã fortaffe affignabit, quia, vt imaginatus eft Ifaac Medicus Arabs, fieri poteft, vt in partib. intrinfecis pituita vitrea non putrefcens fubfiftat, & eas intenfa frigiditate valide afficiat, & alius humor & potiffimũ bilis prope totius corporis habitũ putrefcat, quod nõ eft adeo abfurdũ. Ab acida aũt acerba & vitrea pituita, quia in primis vijs potiffimũ refident, febres potius intermittentes creantur. Sed à quacunq; materia, quæ fub acida pituita cõtinetur fiue cruda, fiue mucofa, aut acida, aut pontica, aut vitrea fit, quotidianæ exquifitæ, non procreãtur, quia tales materiæ eterogeneæ, & terreftris potiffimũ humoris participes funt. Febres tñ quæ ex his putrentib. gignuntur, vt teftatur Gale. in quotidianæ figura oẽs progrediuntur fiue intermittentes fint, fiue continuę. Fiunt aũt cõtinuæ vel quia fucci hi in venis fuperioribus putrefcunt, quod tñ rarius contingit, vel quia in aliquã partẽ adeo impacti fint, vt procul expelli non poffint, fed eoufq; perdurẽt quoufq; putredine ipfa vniuerfim abfumantur, fed tunc putrida febris potius fymptomatica ex obftructionib. videlicet genita, promouetur. Verũ non contẽnenda hoc in loco infurgit ambiguitas, quo nã pacto febres hæ in quotidianæ figura progredi poffint. cũ.n. pp intenfam frigiditatẽ, craffitiẽ, & vifciditatẽ putredini maxime refiftãt, quo fit, vt atteftãte expẽtia rariffimæ hæ febres gñentur & infup materię hę in parua potius copia repiãtur, difficile ẽ imaginari quonã pacto bilis folũ tertia quaq; die, pituitofæ vero materię iã dictę fingula die putredine corripiãtur: de dulci.n. & ifipida pituita, q̃ tenuis & aquofa ẽ, &, vt ait Gal. ad caliditatẽ ꝓxime accedit, & copiofior vtiq; in corpore ꝑpetuo repit, nulla forfitã orit difficultas, qa vt facillimũ ẽ, pp cãs affignatas, & alias quẽt alibi à nobis

Marginalia: *Gal. 2. de diff. feb. c. 6.* — Rigor fine febre. — Cur eodem tempore tũ frigus, tũ calor in corpore percipiantur. — *Gal. 2. de diff. feb. c. 6. in principio.* — *Ifaac li. de feb.* — *Gal. 2. de diff. feb. c. 5. in fine.* — Dubitatio. — *Gal. 2. de diff. feb. c. 6.*

bis ꝑpositas quotidianis putrescat piodis. Augetur difficultas, quia biliosarū febriū accessiones citius finiuntur, & per duodecim horas, dū exquisitæ sunt, ad summū pdurant, pituitosæ vero accessiones faciunt longiores. Quæ vsq; ad decē & octo horas extendūtur, hoc aūt ex omniū sñia non ob aliud prouenit, nisi quia tardius ꝑ putredinē finitur & absumitur. quod si verū est, apparet ex cōsequēti, qđ tardius quoq; accessionū principia sortiri deret q̄ bilis. Si qdē non pōt assignari cā, cur magis resistat causis putrefaciētib. postq̄ putredo incepit, q̄ ipsa bilis, & nō magis resistat, ne putrefieri incipiat, q̄ eadē bilis. Cū potissimū ea q̄ putredini resistūt, forma. s. substātialis, ꝓprietas, tēpamentū, & substātiæ modus semper eadē sub vtroq; mō ꝑmaneāt, imo si ad agens ipsum respiciamus, vr̄ facilius, vt postquā cōtracta putredo est, reliquæ materiæ per contagiū cōicet, q̄ vt materiæ nondū putridę putredo ipsa inuratur, cū id á simplici extraneo calore nō tñ putredinali proueniat. Vt dubitatio radicitur euellatur, ea, q̄ á nobis dx putredinis natura, & de causis periodicationū diuersarū tradita sunt, in memoriam reuocare debemus. Sed breuiter nunc, & summatim illud imprimis statuamus, quod pituitosę exquisitę febres pp frigiditatē putredini aduersariā rarissimę sunt, vt quotidiana docet experientia, omniū aūt frequantissimæ sunt illæ, q̄ ex pituita & bile simul mixtis proueniunt. quia ex ambobus tēperamentū resultat calidū & humidū putredini quā maxime propensum. Secundo sumamus tanquā eadē experiētia maxime probatū, quod si pituitosæ febres inuicē conferantur, continuæ, quę ex dulci pituita in superiorib. venis putrescente fiūt, frequētiores sunt, tū quia ad caliditatem succus hic proxime accedit, tū quia in venis plurimo calore refertis, & bili iuxta positus & aliqua ex parte mixtus, subsistit. & ob id dicebat Gal. plurib. in locis, quod hemitritæus qui ex tertiana intermittente, & quotidiana continua generaẗ, Romæ frequētissimus est: contra quotidianæ intermittentes pp cās oppositas rarissimæ sunt, vt vix ex sexcētis vna contingat, sed cū laborans quotidie febre conflictatur, id ferè á duplici tertiana, & interdū triplici quartana fit. Multo aūt magis raræ erunt, quæ ex frigidiore pituita succenduntur. imo sæpissimæ pituita tum dulcis, tum alterius generis in intestinis putrescit, vt vermiū procreatio assidua nobis declarat, nihilominus ex ea putredine vix ea qualitas consequitur, quæ febris essentiā cōpleat. nā plurimū vermes ēt sine febre gignuntur. Tertio tanquā experiētia clarissimū supponendū quoq; est, quod quotidianæ febres quotidianas accessiones & periodos producunt, quæ tñ diutius q̄ tertianarū & biliosarū febriū accessiones perdurant. Cur aūt diutius durēt iā apertū est, quia in hoc succo maior repetitur, & penes tēperamentū & penes crassitiē & viscíditatē modumq; substantiæ, putredini resistentia, quam in bile. imo pp pituitę difformitatē atq; lentorē accessionis tpa sæpius confunduntur, cū. n. putredo mō tenuiores & minus frigidas portiones, mō crassiores & frigidiores depascat; hinc fit, vt, sicuti monet Auic. frigus paulatim incipiat in quotidianis, nec calfiant subito, nec secundū gradationē continuā, imo paulatim cū reditu frigoris. Cur aūt singula quaq; die putredine corripiatur, & quotidianos circuitus producat, cā tū ex parte passi, tū ex parte agentis depromenda est. ex parte quidē passi, quia licet penes substantiæ modū & penes frigiditatē valde resistat, ne paroxysmus finiatur, attamen ratione maximæ humiditatis, & partiū tenuiū, (omniū. n. humidissima est, & vnā cū crassiorib. partib. tenuissimas quoq; portiones habet) putredini paratissima est, & incipienti putredini minimū resistens, præsertim dū efficax agens præsto est. Vnde vt ēt ex parte huius agentis causa manifesta reddatur, animaduertendū quod quāuis quotidiana febris ad integritatem deuenire videatur, id tñ re vera non est, quia vt Gal. & oēs fatentur, licet per sex horas videatur intermittere, attamē sex illæ horæ perfectā non habēt integritatem, sed potius vltimā febris & obscurā quandam declinationē, in qua putredo humoris adhuc perdurat, sed quia in minima copia humor putrescit, & pp frigiditatē obscuram admodū febrem accendit, ob id vr̄ febris ad integritatē accessisse. Parua aūt hæc putredo in pituita adhuc perdurat, quia in principio accessionis materia paroxismi causa contentiua nō fuit á reliqua materia, quę in febris fomite cōtinetur, exactæ separata & procul á reliqua materia expulsa, sed quia pręter crassitiē in pituita lentor & viscíditas reperitur, ratione huius lentoris accessionis materia adhuc cū reliqua colligatur & continua est, & ob id putredo quousq; vniuersa materia absumatur perdurat, & posteaq̄ accessionis materiā vehemētius cōsumpsit, reliquā portionē minorē fomiti contiguā inuadit & tūc integritas apparēs suboritur, sed qa putredo exq̄sita adhuc in illa exigua materia ꝑmanet, & subinde agētis vehemētis, id calor putri-

Solutio.

Pituita cur periodis quotidianis putrescat.

Auic. 1. 4. tract. 2. c. 48.

dus est)adest præsentia,facillimè in fomite ipso putredo accenditur,& dum insignior euadit concentratur calor propter causas in vniuersali rigoris, & intermittentiū sermone declaratas,& aliud fit accessionis principium. Vnde hoc in loco exemplū de fimo quem in agro sub hac forma & paulatim putrescere Gal. conspexit ad propositū apprime facit.in tertiana vero propter materiæ tenuitatem & siccitatē & lentoris expertem,& in quartana propter materiæ ariditatem,& viscidítatis carentiam in accessionum principijs materia paroxismi ab expultrice membrorum facile & ex toto à reliqua,quæ in fomite est,separatur.& ob id ad exquisitam integritatem deueniūt, quia calor putredinalis & putredo ex toto euanescit,& subsistit,& in fomite simplex quidā extraneus calor remanet,qui dum ad id deuenerit,vt putridus fiat,& putredinē insignem accendat,materia accessionis statim per expulsionem à reliqua separatur. Hāc porro veritatem Diu.Gal.non ignorasse eius verba attestantur dum habet. Singulis autem diebus accenditur pituita,quamuis minus calida sit quam bilis,quia bilis accessioni opportunissima est,& facile subinde propter tenuitatem quidquid ex eadē efferbuerit,totum in accessione expurgatur,&propterea ad puriorē quandam insebricitationē terminare videtur,& post accessionē breue aliquod putridæ caliditatis vestigiū relinquere. Quæ aūt ex pituita febris accenditur in accessionū declinationib.integre non expurgatur neq;parū relinquit eius,quod veluti succendi videtur,hinc ergo eius intermissio longe deterior,& secundæ accessionis festinantior est inuasio. Quod si qs ēt audactius affirmet,quædā repetiri,quę licet facilè putredinis principiū contrahāt, attamen pp difformes crassioresq; partes difficilius,& tardius ad putredinis finē perducantur,id non negabimus,cū nonnulla huiusmodi naturę inueniantur:nā pisces exempli cā citius putrescere incipiunt,quam vinum,aut caro: nihilominus vinum per putredinem citius corrumpitur quam pisces, sicuti ēt caro putredine velocius dissoluitur,quam piscis. Iā vero pituitosarum febrium causæ propriæ sunt illæ,quæ pituitosum humorem multiplicant.Hunc aūt ij potissimum coaceruare solent, quib.cor,iecur,& ventriculus frigido & humido sunt temperamento,ijsque consentit totius corporis constitutio.Nempe habitus obæsior,colore albicans,aut liuescens,venæ,& arteriæ exiles & angustæ siue ab ortu,siue post,tales euaserint. Aetas potissimū senescens & decrepita pp natiui caloris penuriam.& ob voracitatem puerilis ætas. sexus muliebris pp frigidam & humidam temperiem,& otiosam vitam.Frigidorum humidorūq; alimentorū immoderatus vsus,& liberalior aquæ potus.Victus plenior,& liberalior, largiorq; potus:potissimū itēpestiue nec dū priore confecto sumptus:omnis deniq;satietas,& ingluuies.Vita deses & otiosa,locis præsertim aquosis & humidis.Aeris cōditio frigida & humida,siue ex regione,siue ex hyeme,siue ex cœli statu,& artis, quā quis exercet,consuetudine.Somnus longus ac profundus præsertim à cibo, itēq; balneum à cibo.vita sine curis,sine studijs,aut mœrore.refrigerantiū & humectantiū medicamentorū vsus.Pituitæ per os nares,oculos,aut per aluū vacuatio suppressa, q̄ diu siue sponte,siue arte consueta fuerat.Simili modo cōia omnium pituitosarū febriū signa sunt ea,quæ pituitæ exuperantiam significant,quorū nonnulla ex præsentib.symptomatib.alia vero ex prægressis causis iam propositis,quædam ex his qui subsequuntur effectib.desumuntur.Cū itaq; pituita toto corpore æquabiliter dnatur,& exupat ēt si febre adhuc non detineantur,hæc in corpore signa apparent.Faciei corporisque color albicans,nonnunquā plūbeus aut liuidus.Moles ampla & obæsa mollis, & cōtactu frigida.Sensus obtusi,mens hebes,somnus profundus atq; grauis,aquatū,pluuię, niuis,aut submersionis & rerū albarū insomnia plena. Animi mores, oēsq; corporis motus tardi cū grauitate & segnitie.Pulsus paruus,tardus,rarus,& mollis.Vrina alba vel pallida,nunc tenuis,nunc crassa & turbida,cū multo sedimento. pituita vomitione,aut deiectione spōtanea erūpens,corpusq; madore sæpe diffluens.prægressio cārū pituitā multiplicantiū,& pituitosorū morborū,vt œdematū, destillationū, & similiū consequutio,familiaritas,& frequētia.Cibi potusq; calidi oīsq; causæ calefaciētis occursus iucundus & vtilis.Pituitæ vacuatio quæcunq; vel arte,vel sponte obtigerit, cōducibilis. Quod si in capite dūtaxat,vel in ventriculo,aut intestinis colligatur(his.n. trib.maxime locis coaceruari solet) affectæ partis propria symdtomata illā detegent. Salsæ autē pituitæ non hæc,sed mixta quodāmodo signa sunt. Quod si febre correpti iam sint, & hęc quotidiana exquisita sit, siue continua sit, siue ad integritatem apparentem deueniens. hæc ambarum communia signa sunt. febrilis accessio ab extremorum dumtaxat refrigeratione aut horrore incipit.rigor autem vt habet Gale.eam

non

Gal.2.de diffe. feb. c.4.

Causæ.

Signa.

Signa quotidianæ exquisitæ febris Mutatæ qualitates.

non antecedit neque statim ab initio, neque in progressu, sed refrigerationes potius, quàm rigores ipsis adueniunt. Cum enim materia benigna sit, & naturæ non infensa, & non nisi remisso putredinali calore molesta, remissum quoque stimuli sensum inferr. & tum propter hunc, tum propter remissum calorem extraneum expultrix leuiter irritatur, & calor non cum impetu, sed leuiter intus reuocatur. Quod autem in principijs accessionum extremarum refrigeratio etiam continuis quotidianis communis sit, manifestè docet Gal. dum de hemitritæo loquens, qui ex tertiana intermittente, & quotidiana continua componitur, ait adolescentem illum in secunda die in qua à tertiana febre omnino immunis erat, continua inuadente quotidiana in quarta sequentis die hora annotationis signa habuisse extremis partibus iam refrigeratis, paruoque existente pulsu, & iam ad vesperas vsque intendebatur paulatim, non tamen horrorem aut inæqualitatem aliquam præseferens. Veruntamen illud sciendum est, quod propter loci in quo piruita putrescit caliditatem, & succi benigniorem naturam sæpius etiam in ptaxi obseruamus quotidianas cōtinuas absque refrigeratione extremarum partium inuadere, quo fit vt dixerit Auic. iaricam febrem hecticæ valde similem esse, vt ob id difficulter ab ea discernatur, quod si perpetuo cum extremorum inuaderet refrigeratione, haud difficulter ab ea distingueretur. Post refrigerationem vero cum difficultate accenditur calor, ac longum consumit tempus dum inualescendo peruenit ad summum. pedetentim enim & ægre augescit magna certe inæqualitate, qua modo calor, modo frigus percipitur. Quoniam enim is ex quo constituitur humor frigidus est & humidus in temperatura, lentus autem ac tenax in consistentia; ideo ægre accenditur, ac tarde mouetur, sæpiusque in foraminibus retinetur. Harum autem febrium caliditas est humidior cum quadam acritudine, non, cum primum manus admouetur, confestim occurrens, sed per moram, nam quædam fumosa caliditas cum multo vapore commista, exire videbitur: cum magis ignis in multo humore suffocetur, quàm ipsum possit conuincere. Cum itaque in primo manus appulsu calor quidam potius vaporosus quàm acris se manui repræsentat, ac per moram paulatim mordacitas aduenit, ac maxime inæqualis, adeo vt per colatorium quoddam, & cribrum percolari videatur, ex pituitæ putredine huiusmodi febrem oriri cognoscas, cuius rei causam alibi cum eodem Gal. assignauimus, sed neq; deurnnt laborantes pituitosæ febres (inquit Gal.) neque denudare corpora, & pallia iactare cogunt, neque multum aut frequenter respirare, ac veluti flammam ex ore efflare, frigidumque potum expetere: sed isti cum febricitant, minime sitiunt: minus enim siticulosa hæc febris est, tantumque eam quartana excedit, quantum istam tertiana. à qua adeo manifeste differt hæc pituitosa febris, vt nihil cum ea commune habeat. vnde sicuti lingua & totum corpus siccissimum est in tertianis, ita in pituitosis humidissimum. Cum autē primum febrire incipiunt, præcordia vltra naturalem habitum intumescunt: magna vero ex parte inflantur, ac distenduntur; color ijs cum palliditate albus, etiam cū accessio ad statum venerit. His quoque ferè facies sublinida, & subtumida est. Corporis autem adest grauitas, & inespugnabilis dormiendi necessitas: plerunq; & in accessionis initio animus vel defectione, vel syncope languescit: id autem triplici potissimum de causa contingit videlicet propter oris ventriculi noxam, cui cor facillimè compatitur, os autem ventriculi in hac febre sæpius malè afficitur, vt ait Gal. propter appetentiæ destructionem, quæ in ore ventriculi viget, & propter læsam ventriculi concoctionem, quo fit vt neque cibus in debita quantitate sumatur, neque sumptus probe concoquatur, & subinde tum probus sanguis, tum spiritus & ex consequenti cuiuscunque virtutis fundamenta deficiunt. Cum primum autem accessiones inuadunt atq; inualescunt, quia materia virtutem opprimit, & aggrauat; hinc inæquales ac debiles magis paruosque efficit pulsus, quibus nullus ordo aut æqualitas assidet. Fiunt enim & in biliosa febre in accessionum principijs singuli quos diximus circa pulsus affectus. At in illa statim desinunt, aliaq; & inæqualitas, quæ plerunq; tali febre inuadente non adest: ac postquam cessauerit rigor, non multo post calor accenditur, veluti ignis effulgens putusq; omnis fumosæ fuliginis expers. Insuper pulsus in quotidianis multo minores sunt, pulsibus quartanarum, quàm istarum pulsus, pulsibus tertianarū. Rursus vero tanto rariores sunt in quotidianis pulsus his, qui in tertianis, quanto quotidianis pulsus quartanarū: at tarditas in vtrisq; eodē mō se hēt. sunt itaq; quotidianarū pulsus minores pulsib. quartanarū, æque tardi, sed minus rari. horū aūt inęqualitas oī accessionis tpe q̄ in ceteris intermittētib. maior, tales aūt fiūt, ꝗ natiuus calor frigidi

Gal. 2. de crisi. c. 3. & 2. de diff. fr. feb. 4.

Gal. 2. de diff. feb. c. 7. ante medium.

Auic. l. 4. tract. 2. c. 49.

Gal. 2. de diff. feb. c. 4.

Gal. 2. de cris. c. 7.

Galen. de diff. feb. c. 9.

Gal. 2. de cris. c. 5.

Gal. loc. cit.

Actiones læsæ.

Gal. 2. de diff. feb. c. 4. & 2. de cris. c. 5.

Gal. 1. ad Glau. c. 7.

Gal. loc. cit. & 2. de cris. c. 4.

crassi, ac viscidi humoris agitatione valde prematur. & eadem de causa vrinæ (vt Galenus testatur) vel albæ sunt & tenues, quales etiam in quartanis incipientibus adsunt, vel crassæ & turbulentæ, vel rubidæ. nam in primis diebus tenues & albæ cernũtur, & crudæ materiæ copia, quæ & vehementer obstruit, & natiuum calorem obterit: postea verò quum materia coquitur, eiusque non nihil cum vrina præterfluit, rubra crassa turbidaque redditur vt notauit Aetius. Vomitus pituitosi sunt, & alui deiectiones liquidæ, crudæ, & pituitosæ. & quia corpus crudis humoribus plenum adinuenitur, in primis diebus minime sudant, sed progrediente tempore hoc illis aduenit, vnde inclinante accessione paucum sudorem effundunt, qui pro vaporis specie pinguis, & viscidus est. Causæ autem pituitam multiplicantes superius propositæ præcessere. ac perrarum est, quin & os ventriculi, & hepar in ipsis malè afficiatur, sed & cruditates antecedunt plurimæ, & coquendi moræ, & acidi ructus. Sicuti autem accessionum principium singula die sub vesperam inuadit, ita tota accessio horarum est octodecim in intermittente, intermissio sex; quæ raro integra & pura, & id solum quo ad sensum, apparet. Scribebat enim Gal. pituitosi humoris caliditatem igni fumido in lignis viridibus accenso non malè assimilaueris: ideo paruæ in eo vacuationes, & accessionis spatium longius producitur; neque intermissionis tempus est adeo, vt in tertiana syncerum, sed humoris putrefacti semper in calore & pulsibus seruat inditiũ. His itaque signis prima sæpe accessione quotidiana febris dignoscitur, & id multo magis si tunc temporis quotidianæ populariter vigeant. Quæ quidem indicia omnia ferè in quotidianis exquisitis inueniuntur, in nothis verò non omnia, sed quædã ipsorum adsunt, quædam desiderantur propter varias ipsorum causas. qua etiam ratione in curatione differunt salsæque pituitæ signa potius apparent. Continua vero & intermittens quotidiana inuicem distinguuntur, quia in hac sex horæ quo ad sensum sæpe à febre immunes apparent, in illa vero licet in sex horis proximis sequenti paroxismo remissior febris appareat; nihilominus adhuc in eis manifeste admodum febricitant. insuper latica febris dicta quasi latens, propter progressum magis vniformem, hecticæ febri similis magis existit, vt notat Auicenna, præsertim quia calor est mitis & propter ventriculi coctionem læsam, & morbi diuturnitatem, extenuatio suboritur sicut in hectica. à qua tamen & penes pulsus mollitiem & leuitatem, & inuasiones cum refrigeratione, & penes vrinas, & alia tum superius enarrata, tum in sermone de hecticis dicenda, ab hecticis valde differt. Similiter in continua adsunt signa pituitæ in toto redundantis, in intermittente pituitæ in ventriculo intestinis & primis vijs existentis signa sunt. Quod si quotidiana ex putrescente pituita dulci originem ducat, accessio cum extremarum partium refrigeratione sola, si ex salso succo cũ horrore, si ex acido cum rigore inuadit. Insuper dulci putrescente pituita, aut acida nulla sitis adest, febrisque remissa est & somniculosi sunt. dum salsa putrefit tum febris intensior, tum vigiliæ, tum sitis ægrum affligit propter biliosæ materiæ mistionem. & ex hoc colligimus quantum aberrauerint illi, qui ex salsa pituita quotidianam exquisitam fieri posse arbitrati sunt, cum tamen dixerit Gal. huius signa cum tertianę notis nullo pacto communicare. quotidiana vero ex salsa orta pituita in multis cum tertiana communicat. Dulcis autem ab acida quoque distinguitur pituita, quia in hac maior reperitur in progressu difformitas, & tempora magis adhuc confunduntur, & calor ęgrius accenditur, quia rigor diutius perdurat, quę quidem in illa non apparent. pariter hepiala acidam putrescentem arguit. Rigor autem à vitrea pituita productus difficilius sedatur, diutiusque perdurat, quàm ille quem acida simpliciter inducit. Similiter quamuis in vtraque extremę partes refrigeratę subito non incalescant, nec secundum continuum progressum, sed tardè & cum frigoris reditu, hęc tamen tarditas, & refrigerationis, & calefactionis difformitas magis in vitrea, quàm in acetosa simpliciter propter maiorem crassitiem, & substantię diuersitatem obseruatur. reliqua signa pituitę genera distinguentia ex his, quę de lassitudinibus dignoscendis dicta fuere, elicienda sunt. Clarum autem ex dictis est, quod quotidianę in ętatibus, naturis, anni temporibus & temperaturis humidioribus accidunt, vt inquit Gal. Nam iuuenẽ biliosa & sicca natura tali febre correptum nunquam vidit. Pueri vero, & maxime paruuli propter lactis vsum & voracitatem, & senes, & pituitosi, & habitus crassi, & otio plurimo dediti, & crapulis, & ebrietatibus, balneis assiduis post cibum pręsertim vtentes quotidianis facilè capiuntur. loca pariter humidiora tempus hybernum, & cõstitutiones humidiores hanc febrem pariunt. & idem de longiore somno, & frigidioribus

Marginalia: Excuntia. — Aet. l. 5. c. 85. — Causę præcedentes. — Subsequentia. — Gal. 2. de diff. feb. — Signa nothę quotidianæ. — Signa differentiarum. — Signa pituitæ speciẽ distinguentia. — Gal. loc. cit. — Prognostica.

ribus humidioribusque cibis statuendum est. Ex quocunq; vero humore quotidiana generetur, propter ipsius frigiditatẽ, crassitiem atque lentorem & copiam sui natura longa est, nec periculo vacat. valdeque diuturna & difficile solubilis vbi ex acida & crassiori proueniat pituita. Salsa vero propter bilis mixtionem, non adeo vt reliquæ difficulter discutitur. minus autem diuturna erit, ac minus periculosa illa quotidiana in qua citius, coctione præcedente, sudor apparuerit. Cum autem quædam diurnæ, quædam nocturnæ sint, nocturna, vt aiunt Hippocrates & Galenus, nõ admodum, sed mediocriter potius lethalis est, quãuis longa sit: diurna vero longior est, & vt ait Hippocrates sunt quibus ad tabem vergat, quia, vt rationem reddens Galenus habet, si quo tempore digeri, rarescereque corpus magis consueuit, tum constringatur, & densetur, eo tempore inuadat, merito malignior videtur, & quia tempus ei remediũ adhibendi, incommodum habet; nam quo tempore dormire ægrum oportebat, eo tempore ei opus est medici prouidentia. quæ causa est cur temporis progressu contabescant. tabescunt autem propter horum alterutrum, si interdiu dormiant, nõ satis dormientes: si non dormiant nõ hominis, sed vespertilionis vitã degant. vt ob id merito deterior censeri debeat. Febres autem ex pituita putrescente ortæ per abscessus magis, quam per excretiones soluuntur, vt ait Galenus. Epiala vero, quæ potissimum ex vitrea pituita gignitur, vt habet Auicennas, nonnunquam in quartanam abire consueuit, propter humorem crassum qui paucus est, & assiduo minor redditur, & crassior propter adustionem euadit. Huius porro quotidianæ febris curatiuæ indicationes propriæ sunt illæ, quæ pituitosum humorem iam genitum, nec non oris ventriculi læsionem à qua syncope solet oriri, respicere debent. oportet enim pituitosum humorem leuiter calefacere, siccare, detergere incidereque & attenuare, concoquere & ad benignum reducere, aut per conuenientes regiones euacuare, & os ventriculi tum alterantibus & eius intemperiem remouentibus, tum adstringentibus corroborare, sed prius ab humoribus prauis immunem & expurgatum reddere. in salsa autem pituita, & notha quotidiana, quæ fit ex pituita cum bile mista, his quæ dicta sunt refrigerantia & humectantia in minori tamen copia adijcere oportebit. reliquæ indicationes ex sermone vniuersali & traditis in febribus biliosis ab vnoquoque facillime colligi possunt. siue ad febrem ipsam, & ad putredinem, siue etiam ad virtutem, quæ in diuturno hoc morbo maxime conseruari desiderat, pertinere videantur. In quotidianæ autem exquisitæ curatione Galenus de venæ sectione, plurimis de causis, ne verbum quidem fecit. in hac enim nec virtus nec ætas consentiunt, ætas enim fere senilis est, aut etiam puerilis esse solet. virtus vero & propter ætatem, & propter corporis temperiem frigidam & humidam, & propter crudi succi redundantiam, & prægressam victus rationem pituitosam, & propter anni tempus, regionem, & aeris constitutionem frigidiorem, & propter oris ventriculi sympathiam (quæ sola sæpius venæ sectionem prohibet) & propter læsam ventriculi concoctionem robusta esse non potest, hæc.n. omnia in id conspirant vt paucus sanguis probus imo paucissimus reperiatur, & proinde pauci spiritus & virtus imbecilla, crudi autem humores plurimi sint. & insuper maximum imo certum imminet periculum ne secta vena crudi succi & potissimum excrementitij in superiores venas deducantur, & vires imbecilliores adhuc reddãtur. cum tamen eæ nedum ad præsens robustæ esse debeant, verum etiam in hoc diuturno morbo diutius tales perdurare. & hæc fuit ipsiusmet Gal. animaduersio, qui quidem curam lassitudinis cum primarum venarum cruditate pertractans, hæc formalia profert verba. At, si in eodem homine reliqua eadem sint, cæterum in lasso corpore sanguis bonus exiguus sit, crudi humores plurimi, huic nec sanguis mittendus, nec alui deiectio aut exercitatio, aut omnino motus, aut balneum adhibendum. quippe incisa vena bonum sanguinem emittit: malum, qui in primis maxime venis circa iecur, & quod mesenterium vocant, colligitur, in totum attrahit corpus. Quare in exquisita quotidiana febre venæ sectio, & phlebotomia prorsus omittenda est, & id multo magis vbi à frigidiori pituita ortum duxerit. Si vero sit potius notha, & corpus cum pituitæ copia simul etiam sanguine plenum sit, & vires valentes sint, ætasque ac reliqua in vniuersali sermone enarrata consentiant, sanguinem mittere non inconuenit, vt tum Auicennas tum Actuarius voluerunt, prius tamen, vbi opus sit, ori ventriculi robori cõsulendum erit. Sanguinis autem copiam vna cum pituita redundare, ex crassa & rubicundiori urina, & uirtute ipsa ualida, nec non ex signis pituitam probiorem & ad sanguinis naturam propius accedentem indicantibus, haud difficulter depre-

Marginalia: Gal. 1. ad Gla. c. 8. & 6. in 6. epid. 21. — Gal. 2. de diffe. febr. c. 5. — Hippo. & Gal. 3. in 1 epidem. tex. & com. 2. & 6. — Gal. 4. de rat. vic. tex. cõ. 17. — Auicen. 1. 4. tract. 2. c. 52. — Indicationes. — Curatio. — Chirurgia. — Venæ sectio. — Gal. 1. ad Gla. — Gal. 4. de sanit. tuen. cap. 5. — Actuar. lib. 3. meth. c. 10. — Auicen. 1. 4. trac. 2. cap. 58.

deprehendimus. Vnde non est vt ad solā vrinæ crasſitiem & rubedinem respiciamus, quia, vt recte admonet Gentillis, tum propter intēsam putredinem, tum propter bilis excitationem, & permixtionem oriri potest, idcirco tum venarum repletionem & magnitudinem tum potisſimum ad pulsum & ad virtutem ipsam extimandam confugere debemus, & alia perpendere, quæ vel hanc vel illam pituitæ speciem ostendere valēt. Vnde scribebat Diuinus Galenus sunt autem succorum innumeræ differentiæ. Nam quoniam alij prius quàm ad exactum sanguinem nutrimentum peruenit, veluti semicocti sunt, alij prorsus incocti crudique, alij paulo absunt à sanguinis forma, rursus alij sanguinis faciendi, siue sanguificationis veluti vltima pars, qui vtique excessu caloris proueniunt (quorum alij paululum alij plurimum à sanguine recesserunt) vbi paululum vel citra sanguinem restitutum, vel vltra processum est, audacter mittendus sanguis est: vbi plus, consideratius agendum; vbi plurimū, in his nullus omnino mittendus est. Inspicere vero & quātitatem conueniet, vt verbi gratia, si bonus sanguis exiguus sit, reliquus vero succus plurimus vtique abstinēdum à detractione sanguinis est. Sin is exiguus, sanguis copiosus audacter incidenda vena est. ex iisdem scopis diligentisſime consideratis extrahendi sanguinis quantitas elicitur, vt alibi diximus. sed in hac febre nequaquàm copiosus mittendus est sanguis propter rationes allatas. Quod si quotidiana cōtinua sit & pituita in venis putrescat, audacter magis vena erit diuidenda propter pituitæ putrescētis cum sanguine mixtionem. dummodo virtus & reliqua non prohibeant. sed præsente virium robore, nulla esse potest crudorum humorum tanta talisque plenitudo, quæ hoc præsidium inhibere posſit. cuius tempus illud esse debet, vt prius primi ductus expurgētur, & leniens potisſimum per os assumptum prius exhibeatur. nam excrementitia potisſimum pituita euacuata, quæ alimentalis & probior est, etiam si in superiores venas trahatur, tempore facile coquitur, & in alimentum vertitur. Insuper concocta & magna ex parte euacuata materia, ex Auicenna frictio valde iuuat, potisſimum si cum tela araneæ (à proprietate enim confert) & cum oleo administretur, & quanto pituita magis crassa & lenta fuerit, tanto magis frictio confert, quæ fortis & prolixior esse debet, extrema tamen in principio tutius fricari possunt, quam corpus, & potisſimum in continua quotidiana. poros. n. aperit, materiam digerit, & sudores prouocat. Pro primarum autem viarum & ventriculi potisſimum & intestinorum expurgatione tum clysteria tum multo magis lenientia per os assumpta maxime conferunt: quæ omnia inclinante accesſione administranda erunt. Clysteria itaque ex maluarum, mercurialis, betæ, & furfuris decocto, & etiam florum chamæmeli, cui parum salis communis, & iij. vel iiij. vnc. olei cōmunis vel chamæmelini, & ij. vnc. mellis rosati & drach. iiij. diacatholici, aut hieræ simpl. aut potisſimū diaphenici addantur. lenientia vero, quæ per os assumpta inferius euacuāt, pariter propter humoris inclinationem, & eius incisionem, & abstersionem maxime prosunt, & possunt parari ex flore casſiæ ad vnc. j. vel drach. x. in potu cum decoctione menthæ, cichorei & passularum, vel si pituita fuerit salsa cum aqua passularum. aut in bolo cum seminibus fœniculi aut aniforum ruditer contusis in parua tamen portione vt ad drach. semis, vel scrop. ij. vbi pituita fuerit dulcis. vel cum eadem portione specierum diarhodonis, si fuerit salsa, aut cum drac. j. specierum hieræ si fuerit acida. imo in acida pituita & crassa, & intermittēte febre, licet hierā in maiori etiam quantitate permiscere. pariter summopere probatur mel rosatum solutiuum ad vnc. iiij. vel v. nec non etiam manna, vbi pituita fuerit tenuior vel aquosa, in eadem portione quæ cum decocto menthæ, vel betonicæ poterunt dissolui. & si pituita fuerit salsa, & febris continua, vel intensior in decoctione cichoreum addatur. Quantum attinet ad concoquentia ex Galeni sententia leuiter in principio extenuantibus, quæ non valde calfaciant, aut etiā citra calorem extenuent, vtendum est, vt enim alibi inquit, si in primis venis crudi succi copia sit, dissecandū nobis eum esse, concoquendumq; diximus, cauentibus semper, ne in habitum corporis traducatur: vbi uero in extremis uenis & corporis habitu resedit, & concoquendum pariter, & per halitum resoluendum. quare in principio probatur syrupus acetosus simplex, mel rosatum simplex, syrupus de corticibus citri, oximel simplex, cum aqua saccharata aut passularum, boraginis, fœniculi, capillorum ueneris, dissoluti. Sed in salsa pituita loco oxymelis accipiatur acetosus simplex. & pluribus uicibus in accesſionū declinatione exhibeantur. aliqua uero uel occulta, uel manifesta apparente cōcoctione, aliquod purgans pituitā exhibeatur non enim conuenit semel uniuersam curationem moliri, sed per uices & interualla. in mor-

Gal. 4. de tuen. sanit. c. 4. post medium.

Auicen. loc. citato.

Medicamēta Lenientia. Clysteria.

Lenientia per os exhibita.

Concoquentia.

Gal. 1. ad Glau. cap. 12.

Gal. 4. de sani. tuend. cap. 9.

in morbis enim ex crassiorib.' humoribus genitis sensim concoquere, & leuiter purgare oportet materiæ copiam, & primo mitioribus, hinc demum aliquanto valentioribus vti. ideo prima vice laudatur agaricum ad scrop.iij. vel iiij. in pilulis cum melle rosato, aut pilulæ alephāgine cum tertia parte agarici præparati. vel Recipe agarici præparati scrop. iiij. diacatholici drach. vj. medullæ cassiæ fistulæ vnc. j. fiant boli. vel Recipe agarici drach. j. vel scrop. iiij. polypodij drach. j. sem. fiat decoctio leuis in aqua boraginis, & facta expressione & colatura adde mannæ electæ vnc. ij. diacatholici drach. vj. & fiat potio. & si pituita salsa fuerit drach. j. rhabarbari addere licebit. ita loco diacatholici licet addere diaphenicονem, & pro manna syrupum rof. sol. aut tantundem syrupi Domini Augustini. ita vbi aluus styptica fuerit conuenit cassia cũ medulla cartami, & dissoluantur cum aqua decoctionis turbit, & pauci zingiberis. Postea efficacioribus extenuantibus & incidentibus, & vrinam valide cientibus vtendum erit, qualia sunt syrupus acetosus compositus, oxymel compositum, syrupus de absinthio, de duabus radicibus, bizantinus, cum melle rof. & oxymelite simplicibus. vti si cum oxymelite composito ad vnc. sem. misceatur mel rof. simp. ad vnc. j. & cum aqua aut decocto fœniculi & petroselini fiat syrupus, qui sæpius exhibeatur. quod si pituita fuerit salsa cum syrupo acetoso simp. & de fumoterræ cum aqua buglossæ, cichorei, aut serocaprino dissolutis concoquatur. deinde repetenda purgatio est, & si fuerit salsa probātur pilulæ de fumoterræ cum aqua endiuiæ & modico turbit, & exiguo zingibere. Deinde rursus concoquatur materia cum vnc. ij. oxymelitis comp. & aqua fœniculi, aut si fuerit salsa pituita cum syrupo acetoso composito, & de fumoterræ ana vnc. j. cum sero caprino dissolutis. deinde validioribus purgantibus vtendum, vt pilulis aggregatiuis, aut stomachicis ex Mesue descriptione ad drach. j. vnà cum drach. j. agarici trochi. cũ oxymelite reformatis. post quarum assumptionem, vt post duas horas, vnciæ ij. syr. rosa. sol. aut mellis rof. sol. aut mannæ electæ propinentur. aut ex drach. j. agarici præparati, & scrop. ij. specierum hiere simp. fiant pilulæ v. cum oxymelite, quibus etiam singulis decem diebus æger vti poterit. ita trocisci de agarico, & de absinthio magnopere probantur. in salsa tamen pituita pilulis de fumoterræ cum pauco turbit cum zingibere correcto vtendum erit. In continua vero quotidiana tum in concoquentibus, tum euacuantibus, quæ admodum calfaciunt & siccant, multo magis vitanda sunt. Potissimum quia raro admodum exquisita reperitur, & dum notha est, ea quæ succum biliosum respiciunt, aut etiam melancholicum miscenda sunt. Circa statum vero, sed post oris uentriculi corroborationem iubet Gal. vt post radiculam, & cibos assumptos euomant. quod si fuerint assueti, & multo magis si natura hanc euacuationem tentauerit valde confert, quia pituitam in primis ductibus existentem facilè euacuat, atq; reuellit, fortiora tamen vomitoria, quæ pro materiæ remotioris euacuatione propinantur, vbi natura non tentauerit, cauēda sunt, & potissimum in principio, & propter ætatem quæ senilis esse consueuit, & propter humoris inclinationem, & quia vomitoria os ventriculi, quod in hac febre ferè semper laborat, valde labefactant. quo fit, vt nonnunquam vbi in principio accessionum vomitus superuenit laboriosus, & ventriculum labefactans cum syncopis periculo ipsum cohibentibus vt miua cum aromatibus si pituita crassa sit, aut sine aromatibus, si fuerit tenuis & ex parte calida, & syrupo de mentha vti cogamur. Sed ore ventriculi roborato, vbi conuenit vomitus, primo leuioribus vt aqua tepida cum syrupo acetoso vel oxymelite simp. deinde fortioribus concocta materia vtendum erit. vt est decoctio raphani, & multo magis succus ad vnc. iij. vel iiij. tum etiam raphanus infusus in syrupo acetoso cuius vnc. ij. cum aqua tepida dissoluantur. & si fortiori egeamus, quia vomitus mirifice conducit, duos flores, aut etiam plures genistæ his addere licebit. Vrinam autem prouocantia sunt illa quæ superius in concoquentibus fuere proposita, & præsertim apij, asari, & acori decoctum, aut etiam hyssopi, aut spicæ nardi præsertim in aqua mulsa. Sicuti sudor cum iisdem & frictionibus post adhibitis, & potissimum cum aqua hordei, & pauco vini tenuioris, prouocari potest. potissimum si post eius assumptionem corpus pannis cohopertum cum aspersione aquæ, seu decocti ormini super lateribus calidis ex vtroque latere existentibus, suffumigetur. Sed his, quæ sudorem mouent, in continua præsertim, & post aliarum euacuationum vsum, vtendum erit. Circa statum vero, ait Gal. de ventriculo est habēda solicitudo, ac de eius ore præsertim. & propterea vt roboretur tum intus, tum extra medicamentis vti licet. Intrinsecus autem probantur trocisci de absinthio, aromaticum rosatum, diagalanga, electuarium regum, diathodon, ac cōfectio

dexilo

Marginalia: Purgantia leniora. — Efficaciora præparantia. — Gal. 1. ad Gla. c. 12. — Purgantia validiora. — Vomitoria. — Euacuātia p vrinam & sudorem. — Corroborantia. — Intus assumpta. — Gal. 1. ad Gla. cit.

dexilo aloes. Tutius autem eis vtemur, si drach.j. alterius eorum sumemus, & drac. iiij.seminum communium frigidorum adijciemus, & cum saccharo in aqua rosacea dissoluto pastillos vel rotulas parabimus; & vnum vel duos pro singula vice cum aqua fœniculi, vel absinthij, & cichorei inclinante accessione propinabimur. Ad oris quoque ventriculi imbecillitatem, etiam si ad eam animi defectus sequatur, magnopere cō ducit emplastrum, quod à Galeno ex palmulis vino, farina hordei, croco, aloe, & masti che conficitur, aut etiam hoc vtare, quod Rec. absinthij, menthæ ana manip.j. cinnamomi, mastiches chiæ, corticum citri, maceris, & ligni aloes an.drach.iij.santhalorum omnium, & corallorum rubrorum ana drach.ij.rosarum rubearum manip.j.sem.con tundantur omnia & fiant tres sacelli: quorum duo per vices madefacti in vino græco & aqua rosacea, aut citoniorum succo, calidi ventriculo adhibeantur: & alter aridus vē triculo superimponatur. Vel hoc applicetur vnguentum quod Recipit olei nardini, de absinthio, & mastichini ana vnc.sem.chiæ mastiches charyophyllorum, ligni aloes, ana drach.j.olei rosacei drach.iiij.corallorum rubr.drach.j. ceræ quantum sufficit vini odorati parum, fiat vnguentum, quo ventriculi regio inungatur. Confert quinetiā si drach.j. chiæ mastiches oleo nardino, vel de absinthio dissoluatur, & cum pauca cera in vnguenti aut emplastri formam redacta ventriculo imponatur. conferunt quoq; ex thermalibus aquis calidis stillicidia, & reliqua in frigida & humida ventriculi distemperie proposita. Vniuersa autem victus ratio attenuans & abstergens, & incisoria sit. & propterea aer qui purus, & modice tenuis esse debet ad calidum & siccum vergat, & si opus sit, talis igne, & aromatibus, & similibus paretur. Cibi non crassi, sed optimi succi sint, & condiantur cum attenuantibus, incidentibus, & exobstruentibus, quæ tamen non admodum calida esse debent, potissimum in principio ne cruda materia in habitum corporis traducatur. Eligantur itaque pulli gallinacei, capones, perdices, fasiani, passerculi montani, & item caro vitulina, hædina, & iuuenum castratorum. in harum autem iure, seu decocto licet decoquere apij radicem aut petroscelini, aut fœniculi, aut hyssopum. quæ etiam in prissanæ succo decoqui possunt. pariter & cinnamomi modicum cum iam dictis cibis permisceri poterit. Conducunt etiam cappares cum aceto conditi, & interim exiguo melle adiecto. & inter fructus vua passa. panis sit optime fermentatus modico sale adiecto, & si post primos morbi dies quippiam seminis fœniculi, aut anisi imposueris non parum confert. sed in primis tribus dieb. vt primarum viarum & ventriculi potissimum cruditas minor reddatur, & concoquatur ab ijs valde nutrientibus, ex Auicennæ præcepto, magnopere abstinere oportebit. aut saltem per biduum inedia, & aqua hordei vtendum erit. potissimum vbi crapulæ præcessere, & admodum frigidus & crudus humor quotidianam excitauerit. Prout autem humor febrem generans magis vel minus frigidus fuerit, ita magis, vel minus calefacientia & extenuantia iam dictis cibis permiscenda erunt, & in primis diebus nō adeo calida & attenuans victus ratio futura est, sicuti in progressu & post primos morbi dies, tunc enim efficacioribus & calidioribus erit vtendum. sed in continua & minus calidis adhuc, & minori nutritione vtemur. quod etiam erit obseruādum vbi quotidiana non exquisita, sed ex bile cum pituita mista producitur, tunc enim minus calorificis tractandi, & quia febris non adeo diuturna erit, minus nutrire debebimus. Pro potu vero, quia febris & longas & quotidianas habet accessiones, tutius est vt præsertim in principio abstineant à vino, & mulsa vtantur, quod si propter ætatem, aut virtutem, aut consuetudinem eo vti cogamur, vtantur vino tenuiori, & aquoso, aut oligophoro potissimum in morbi principio, nam vbi humor tenuis iam dissipatus est, etiam aliquatenus valentiori vti poterunt. tutius tamen agemus, si ad hoc exhibendum, concoctionis expectabimus signa, etiam si pituita acida & frigidior sit. Pro exercitio vero frictionibus vtendum. Singulis autem diebus aluus adstricta glandibus, aut clysmatibus inaniatur. & animi affectus omnes deuitent. Reliqua vero ex regulis vniuersalibus apertissima sunt.

Extrinsecus admota.

Gal.1.ad Glau. c.12.

Victus ratio.

Auic.1.4.trac. 2.c.58.

Gal.1.ad Glau. c.12.

De febribus ex atra bili putredine genitis. Cap. XXIX.

Nomē & natura.

Differentiæ.

FEBRES melancholicæ, quæ quartanæ etiam ab accessione, quam habent singula quarta die, nuncupantur, illæ sunt, quarum continens caussa putrescēs melancholia seu atra bilis censetur. Earum vero differentiæ, vel à loco in quo melancholia putrescit, vel à varijs melancholiæ, seu atræ bilis putrescentis speciebus, hauriendæ sunt. à loco putredinis prout succus hic putrescit, vel in venis puriorem sanguinem continentibus, & febris melancholica seu quartana continua, quam Auicenna inseparabilem vocat, generatur: vel in primis venis & potissimum in lienis regione eiq; vicinis partibus, & quartana intermittens, seu periodica ab Auicenna dicta creatur. Ab atræ autem bilis putrescentis diuersitate, quoniam atra bilis, vt, ex Galeni mente, ait Auicenna alia naturalis est, alia non naturalis. Naturalis est probi sanguinis fęx, ac sedimen, turbulentumve excremētum (vt alibi docuimus) sapotem medium inter dulcedinem & acerbitatem obtinens; quæ quidem vbi in iecinore genita est, in duas partitur partes: quarum vna simul cum sanguine per venas vlterius discurrit: altera vero ad lienem transit. Quod autem vna cum sanguine discurrat, id & necessitatis, & vsus caussa factum est: Necessitatis, vt sanguini misceatur, pro singularum partium nutritione, quibus pro sua temperatura congrua bilis atræ portio debetur, vt ossa, & alia, quæ frigidioris sicciorisque naturæ sunt membra. Vsus vero vt sanguini vim, robur, & crassitiē tribuat. Quæ vero ad lienem secedit; eò quoq; & necessitatis, & vsus vtilitarisve gratia transmittitur. Necessitas quidem vel vniuersum respicit corpus, vt s. ipsum ab eo excremento expurget: vel vnicam particulam, hoc est vt lienem alat; Vsus vero habetur, vbi ad os ventriculi confluit; qui sane duplex est, partim vt os ventriculi corruget, colligatque & roboret, partim vt sua acerbitate in eiusdem orificio titillationem inferat, & appetentiam famemque moueat. Quemadmodum enim sanguis non eget ea bile, quæ ad fellis vesiculam fertur, pariterq; fellis vesicula ea, quæ ab ipsa egreditur: sic ea bilis atra quæ ad lienem defertur à sanguine nō desideratur, neq; ea quæ à liene defluit, lien indiget, & vt bilis illa flaua, quæ à fellis marsupio ad intestina mittitur, excitat facultatem expultricem inferius: sic hæc bilis atra excitat facultatē attractricem superius. Vt Deo rerum omnium opifici admitabili gratiæ, laudesq; immortales habendæ sint. Ex hac autem Auicēnæ sententia eorum error manifeste deprehenditur, qui, quamuis Auicen. in febribus explicandis se in omnibus sequi profiteantur, putarunt tamen, illā solam melancholiæ portionem alimētalem esse, quæ vnà cum sanguine per venas discurrit. reliquam vero, quæ ad lienem defertur, excrementitiam, & ad alendum nulla ex parte idoneam esse putarunt. decepti sunt enim ex analogia inter flauam & atram bilem ab Auicenna proposita: non enim in omnibus veritatem habet, quia fellis vesicula ex amara bile non alitur, lien vero ex melancholiæ tenuiori dulciorią; aut minus acida portione nutritur, ita vt ea sola portio, quæ crassa remanet, & in lienis nutritionem transumpta non fuit, vere excrementitia & nutritioni penitus inepta censenda sit. Quartana autem exquisita nedum ex hac, verum etiam ex ea, quæ lienem nutrire valet, putrescente, generari potest, quotiescunque in liene & in primis venis putrescit. ex ea vero, quæ per venas superiores vna cum sanguine discurrit, putrescente, non nisi continua quartana febris procreari potest, quod tamen, ut inquit Auicenna, omnium reliquarum ratissima est, quia humor hic melancholicus alimentalis & paucissimus est, & propter frigiditatem, siccitatem, atque crassitiem putredini quam maxime resistit. Non naturalis uero atra bilis non quidem per modū residentiæ, fęculentæue secretionis, ut naturalis, sed per modum adustionis, & cineritij oritur, inquit Auicen. quod etiam confirmat Fernelius dum ait, quod melancholia duplex est, una naturalis, quæ sanguinis quasi fęx & limus est; altera adusta, quæ uniuscuiusque humoris torrefacti ueluti cinis est. Etenim si humida aliqua terrenis admisceantur, bifariam terrena illa substantia ab eis secernitur, nempe uel in modum residentiæ, ueluti ex sanguine bilis atra naturalis (solus. n. sanguis subsidentiam facit non bilis non pituita) uel adustionis, ut cum pars tenuis resoluitur, & crassa remanet, ut ex humoribus ipsa atra bilis excrementosa, quæ quidem nō amplius uere melancholia, sed propiore uocabulo, quod est alioquin omnibus melancholiæ speciebus commune, bilis nigra, seu bilis atta, nuncupatur. Huius uero quatuor Auicennas protulit

A loco putredinis.

A putrescentis materiæ diuersitate. Melācholia naturalis.

Melancholia non naturalis.

Auicenna 1.4. tract. 1. c. 64. Gal. 6. in 6. epid. com. 2 t. Auicen. 1. 1. docu. 4. cap. 1. & Gal. 2. de tempera. c. 3. & 5. de vsu part. c. 4. et lib. de atra bile & 2. de facult. nat. circa finē. Gal. 4. de vsu part. c. 1 5. & 4. aphor. 2 1.

Gal. 5. de vsu part. cap. 4.

Gal. 2. aph. 20.

Auic. 1. 4. tract. 1. cap. 64.

Fernelius 4. pathol. cap. 14.

protulit differentias, dum dixit, quod alia est sanguinea, alia pituitosa, alia cholerica, alia vero est adustio ipsius naturalis melancholiæ. quæ quidem differentiæ, etsi non omnes à modernis quibusdam concedantur, cum pituitosam potissimum præter cæteras reprobare ausi sint; nihilo secius verissimæ sunt, & ad mentem ipsius Gal. prolatæ. &, quod magis est, Fernelius, qui Auicennæ scripta adeo libenter exagitat, rei veritate compulsus, eas omnes lubentissime cõplexus est. Inquit.n. quod melancholia adusta (quæ etiam excrementosa ab Auicenna appellatur) quæ vniuscuiusq; humoris torrefacti velut cinis est, alias ex bile flaua, alias ex melancholia exusta fit; interdum sed rarius ex pituita, aut sanguine perusto. Hinc quartanarum alia ex se ipsa, non ex alia præcedente febre originem habet, eaque fere succedit lienis tumori, quem naturalis melancholiæ exuberantia peperit; alia aliarum febrium vel continuarum, vel intermittẽtium erraticarum soboles est, de qua dixit Hippocrates interpolata febris eademque errabunda in quartanam mutabitur, præcipue si autumnus proximus est. Humor enim quicunque priorem febrem genuit, nisi integre vacuetur, exustus, crassiorque factus melancholiæ naturam subit, putrescensque subiecta fit quartanæ materia. Itaque eos inuadit, qui melancholicũ humorem congesserunt: cuiusmodi sunt lienosi, & qui vel adurẽtens, vel erraticas febres passi sunt, non integre solutas. neque tamen in liene solo, sed & in mesenterio, & circum hypochondria exuperans melancholia coaceruari solet. Hæc Fernelius, quæ tamen omnia ab Auicenna quoque, cui adeo præ studio infensus fuit, prius fuere conscripta. Qui etiam has adustę melancholiæ species alibi exactius declarans inquit. Excrementosæ atre bilis alia est flauæ bilis cinis exustaque eius pars, quæ quidem amara est: insignis tamen inter hanc & bilem illam flauã, quam perustam vncauimus, reperitur differentia, quòd illa sit bilis, cui admistus fuit is cinis, hæc vero cinis per se seiunctus, cuius tenue iam euanuit: alia est cinis pituitæ, quodq; ex ea exustum est. quod si pituita valde tenuis & aquosa fuerit, tunc eius cinis erit salsus; sin minus ad aciditatem, vel acerbitatem verget: alia est cinis sanguinis, eiusque pars adusta, quæ quidem salsa est, & subdulcis: alia demum est atræ bilis naturalis cinis, quodque ex ea crematum est, quæ si tenuis fuerit, tunc eius cinis erit valde acris, perinde vt acetum acerrimum, nam in terrã proiectus statim feruet, odorq; eius acris adeo est, vt muscæ ab eo fugiant, aliaque id genus animalia. Si vero crassa fuerit, minorem possidebit acrimoniam, cum modica acerbitate & amarore. Verum quoniam nonnulli praxis medicinæ lectores nostri sæculi Europam pene vniuersam nugis, & falsitatibus impleuere, ideo hoc in loco, sicuti & in innumeris alijs huius nostri laboris locis, propter humani generis incolumitatem fecimus, illud animaduertere debemus, Auicennam de ea bilis atræ exustæ & excrementosæ generatione loqui, quæ ex alijs humoribus non mediate, vt isti turpiter somniarunt, sed immediate, & nulla alia alterius humoris forma & generatione intercedẽte. Dum.n. ex sanguine à calore præter naturã exusto, excrementosa producitur nigra bilis, si sanguis pro quodam aggregato ex quatuor succis alimẽtalibus sumatur, secũdũ crassiorem portionẽ quæ naturalis & alimentalis melancholia est, immediate in atrã vertitur bilem exustam, vt alibi ex sententia ipsius Galeni declarauimus, carbunculi enim hoc modo, vt ipse inquit, procreantur. inquit.n. Quod si sanguis supra modum assetur, pars eius subtilior, ac pinguior omnino in flauam conuertitur bilem: quæ autem crassior in atram: quod in his tumoribus, qui carbunculi appellantur, contingit. quare id immediate fit. Si vero sanguis pro quatuo succo à reliquis alimẽtalibus, qui in venis resident, distincto, accipiatur, dum insignis feruor illud aggregatum vlterius depascit, etiam portio inter crassiorem & tenuiorem media, & vere sanguinea resolutis tenuioribus partibus in atram bilem præsertim & pro maiori parte conuertitur. & id non mediate, & bile ipsa flaua, & alimentali melancholia intercedente, vt arbitrati sunt hi, sed immediate omnino fit. Pariter nõ solũ ex salsa pituita, & per mediam flauam bilem, ita vt salsa pituita primo in flauam, deinde hæc in atram vertatur, melancholia adusta generatur, sed, vt inquit Auicẽnas, ex quacunq; tum tenuiori tum crassiori pituita generari potest, quod quidem immediate fit; nec mirũ, quia etiam acida & crassior pituita, cum frigidior sui natura sit, & crassior, & subinde melancholiæ magis affinis, quam tenuis & salsa; partibus tenuioribus à calore præter naturam resolutis, & crassioribus exustis, vt nobis gypseæ pituitæ prouentus declarat, in nigram bilẽ exustam facile potest abire, quamuis rarius id accidat vt inquit Fernelius, quia vehemens & diuturnus magis requiritur exurens calor. hoc tamen interdum contingit, & po-

Auic. loco cit. & 1.1.doct.4. cap.1.

Fernel. loco cit.

Auic. 1.4. cit. cap.

Auic. 1.1. cap. cit.

Gal. 2. de diffe. febr. cap. 9.

Melãcholiæ excremẽtosæ & adustæ differentiæ.

Adusta Melancholia ex reliquis humoribus immediate procreatur.

& potissimũ dũ vi obstructionum à crassiore & viscidiore pituita in hypochondrijs & præsertim mesenterio productarum extraneus calor concentratur, & ita magis exurens redditur. qui cum diutius propter rebelles obstructiones talis perduret, facile potest crassam illam obstruentem pituitam in melancholiam exustam immediate convertere, vt etiam in superiori capite cum eodem Auicenna notauimus, dum ait quod epialę in quartanas sæpius migrare consueuerunt. quare sicuti sanguis, vt demonstrauimus, immediate in atram vertitur bilem exustam, ita pituita quæ rudimentum sanguinis & sanguis potestate est, in eandem immediate conuerti potest. aut si mediate id fieret, non quidem bile flaua, aut melancholia naturali intercedente, sed sanguine potius mediante id fieri deberet, cum per vlteriorem coctionem pituita in sanguinem abeat. id tamen non fit, quia cum calor non sit naturalis, & naturaliter concoquens, sed extraneus & exurens, tenuioribus partibus ab eo resolutis & euaporatis, crassiores immediate in nigram & exustam vertuntur bilem. Hæc autem omnia, quæ de melancholiæ speciebus ab Auicenna desumpsimus, ab ipso quoque Galeno in locis extra notatis fuere conscripta. sed vt omnes conquiescant & in hoc Antonio ab Altomari fidem non adhibeant, nobis permissum sit ea, quæ de excrementosæ nigræ bilis generatione tradidit Auicennas, Galeni testimonio breuissime comprobare. Cum præsertim in naturalis melancholiæ essentia & generatione, nulla prorsus inter ipsos & alios auctores discrepantia reperiatur. De illa igitur, quæ ex flaua bile exusta gignitur, hunc in modum meminit Galenus. Phrenitis nonnunquàm mitior est, cum s. à pallida bile ortum contraxit, interdum vehementior, cum flaua bilis eam peperit, alia nonnunq̃ dementia occurrit ferina & melancholica, flaua bile praassata. & rursus de eadem & illa, quæ ex sanguine exusto gignitur sermonem habens, inquit. Quinetiam id temporis quartanas febres fieri ait Hippocrates, quæ ex atra bile ortum habent, gemina & ipsa generationem sortita, vnam ex flaua bile retorrida, & perusta, alteram ex crasso sanguine. & alibi inquit vitellinam in atræ bilis speciem degenerare, quoties ipsa quoque igneo percocta est calore. De ea vero quæ pituitę cinis est, Author lib. isagog. in definit. Med. sic habet. Quatuor præterea melancholici humores differentiæ sunt, Primus est alimentarius: dein qui ex superassata flaua gignitur bile, & qui ex terrificata, seu putrefacta pituita oritur, & qui ex fœculento sanguine cõsistit. demum de orta ex melancholia naturali, tum alibi, tum præsertim, dum de screatu viridi sermonem habet, ita meminit. Niger vero, aut quoties is ipse vehementer assatur (quæ sane deterrima & quàm maxime derodens atra bilis existit) aut vbi crassus sanguis similiter exiccetur, aut ratione extinctionis & refrigerationis.

Gal. 3. de loc. aff. cap. 7.

Gal. 3. aph. 22 & 3. progno. com. 17.

Gal. 2. de fac. nat. & 1. prorrh. com. 4. & 10.

Gal. 2. progno. & 3. de nat. facult. cit. & 14. meth. vbi loquitur de cancro.

Atra bilis exusta caliditatis particeps.

Cum autem duæ primariæ atræ bilis seu melancholiæ fiut differentiæ: ea quæ fęx sanguinis & naturalis est simpliciter, & absolute frigida & sicca est, & oĩo terrestris: Non naturalis autem, & exusta, quamuis & ipsa veluti cinis sit, & frigida & sicca, eo quod terrea est: attamen caloris particeps est, & igneæ portionis, sicuti etiam cinis, & acetum, vt ait Galenus. & ob id bilis atra exusta partes per quas pertransit, exulcerare solet. idque multo magis vbi putredinem contrahit, & efferuescit. & ex hoc colligimus, quod ab hac materia, raro admodum, vel nunquàm quartana continua generatur ex ea in venis putrescẽte, adeo enim naturæ infensa est, & aduersaria, potissimum quæ ex bile flaua vel nigra assata generatur, vt quamprimum genita est vel à venis ad hypochondria, & ignobiliores partes protrudatur, vel venosis & nobilioribus partibus exulceratis & erosis homo priusquàm febris progrediatur & quartana generetur succumbere cogatur, potissimum vbi humor hic syncerus pene putrescit. Vnde, quia in mesenterio, quod membranosum est, & assiduæ excrementorum irrigationi assuetum, delitescit, & quia in pauca quantitate collectus, & præsertim, quoniam vt plurimum cum alijs humoribus eius abradentem vim refrangentibus mistus est & quamprimum putredine & feruore corripitur, procul, & vt plurimum extra corpus tamprimum expellitur, sæpius erosiones eorum membrorum non promouet: quãuis sensim quartanis periodis putrescat. Si vero melancholicus humor non solus sed cum pituitosa, aut hac mediãte, cũ alia materia permixtus putrescat, quartana nõ exquisita, sed notha generatur, vt etiam de bile dictũ est. Melancholicarum autem & atribilarium febrium causæ propriæ sunt illæ, quæ bilem nigram siue naturalem, siue nõ naturalem & exustam multiplicare valent, de quibus in capite de melancholico delirio vberius differuimus. quo fit, vt non nisi per capita ipsas memoriæ gratia breuissime repetere debeamus. Cumulandæ itaque melancholiæ naturali apti sunt, quicunque iecur pręsertim

Gal. 3. de symptom. caus. c. 2.

Ab exusta atra bile cur non semper abrasiones fiant.

Causæ.

Gal. lib. de atra bile. c. 4. & 6.
Gal. 3. de loc. aff. cap. 7.
Gal. 1. ad Gla. cap. 6.
Gal. 3. de loc. cap. [illegible]

ſertim & cor calidum & ſiccum habent, temperaturæ ſiquidem calidæ & ſiccæ, inquit Galenus, morbiq; calidi & ſicci, vt febres ardentes ſanguinem craſſum & nigrum efficiūt, & alibi ait, quod macri, & nigri, & hirſuti, & quibus latæ ſunt venę apriſsimi ſunt, vt in eis melancholicus ſuccus cumuletur, tales autem cor & iecur calidum habent. ita melancholicum ſuccum aggregāt, qui tumidū, obſtructum, imbecillumve lienem aut natura, aut viuendi conſuetudine obtinēt. His enim craſsi humores ac prorſus terreni ſuccreſcunt, alias in vnum lienem, alias in omne corpus effuſi. Aetas iam inclinans aut ſenior quam conſiſtentium pariter melancholiæ gignēdæ prona eſt, victus vſusq; frequens craſſorum, ac terrenorum alimentorum, vti ſunt bubulæ, ceruinæ lepotineq; carnes, & cetaceorum genera, & maxime condita ſale, & vina craſſa rubra aut nigra. vitæ conditio triſtis, multis curis, negocijs, contemplationibus, aut litteratum ſtudijs implicita, nulla interpoſita animi hilaritate, aut corporis exercitatione. Sub hac enim humores ſiccantur & craſſeſcunt, & in corpore detinentur. Autumnus aut regio, aut cœli tempeſtas frigida & ſicca, inconſtans & inæqualis, conſueta melancholię vacuatio ſuppreſſa ſiue ſpontanea eſſet, vt per hæmorrhoidas, per mēſtrua, per aluum, aut vomitionem, aut per varices, aut ſcabiem: ſiue medicamentis fieri ſolita. Non naturalem autem & exuſtam melancholiam multiplicant febres potiſsimum, vt dictum eſt, nec non calida & ſicca anni tempora, tales regionesq;, & conſtitutiones, & vitæ inſtitura cum curis, vigilijs, laſsitudinibus, vehementi ſtudio, & forti exiccanteque exercitio, & ira prauaque animi accidentia: & alia vehementer calefaciendi & ſiccandi vim habentia. Febris tamen celeritet, hæc vero longiori temporis tractu ſuccos exurunt, & ſiccando craſſos reddunt, quia in vniuerſum corpus & humores per ipſum diſperſos agunt. quod ſi conſiderentur hæc calefacientia & ſiccantia prout iecur venas, & cor calfaciunt & ſiccant, ſunt in cauſa vt coctio, quæ in eis fit, praua & vitioſa reddatur, & ita naturalis quoque melancholiæ gignendæ cauſæ ſed remotiores efficiuntur. nam pituita quæ ſemicoctus eſt humor in iecore frigidiore cumulatur, ſanguis ab ipſius moderato calore multiplicatur, quia ſuccus probe coctus eſt. bilis autem & melancholia, cum humores ſint ſupercocti, non niſi à caliditate intenſiori multiplicari poſſunt, ſed bilis potiſsimum flaua vbi tenues, calidi ſicciq; cibi ſumuntur, melancholia vbi craſsiora frigidiora, & ſicciora alimenta ingeruntur. Communia porro cuiuſcunque melancholicæ febris ſigna ſunt illa, quæ melancholiæ dominium indicant, quorum præcipua ſunt, & certiora, quæ ex cauſis melancholiam multiplicātibus iam enarratis deſumūtur, ab his vero ſunt inditia, quæ in ſymptomatū, quæ iam dictarum cauſarum effectus ſunt, numero continētur. Melancholia ſiquidem in corpore redundāte, etiā ſi immunes à febre ſint, hæc ſigna ſe produnt. Faciei totiusq; corporis color fuſcus, obſcurus, aut nigricās, interdū vniuerſus & æquabilis, interdū maculis quibuſdā inuſtis. Nigra plerumq; & cruſtis fœda ſcabies, aut cutis nigra vitiligine conſperſa. corporis habitus ſiccus, & macilētus, aſpectus inconſtās, horridus, ac mœſtus. In morbis animi motus, & mœſtitia, taciturnitas, ſolitudo, inanis rerum cōmētatio, ſomnus turbulētus, horrēdis inſomnijs fluctuans, & agitatus ſpectris rerū nigrarū, fumorum, mortis, cadauerū, ſepulchrorū, quæ plena ſunt terroris. Appetentia ſæpe corrupta, interdum canina cum acido ructu. Pulſus paruus, tardus, ratus, & ſubdurus. Vrina ſi nihil vnà excidit melancholiæ tenuis & alba, ſin vero illius quippiam prætetfluat, craſſa, liuida, vireſcens, aut nigra. Præ copia ſponte erumpens melancholia vomitione, deiectione, vrinis, ſudoribus, mariſcis, aut varicibus. Quod ſi medicamenta atrā bilem educentia conferant, ægrotantēq; leuent, omniſq; victus ratio probū tenuemq; ſuccū proferens iuuet, cōtraria vero lædat, ſuccū hūc redūdare multo magis certi ſumus. Si vero ſigna hæc cū quadā caloris efferueſcētia nobis appareāt, & cauſæ calefacientes ſiccātes magnæ ac vehementes, diu multūq; præceſſerint; & animi mores, & inſomnia magno furore, & magna feritate inſurgāt. exuſtę melācholię, & proprię dictę atrę bilis copia nobis ſignificatur. Si vero quartana intermittente, eaq; exquiſita iā laborent, pręter id quod fieri pōt quod pleraq; ex iā dictis ſymptomatib. nō appareant, quia peccās melāch olia in hypochōdrijs potius quā in corporis habitu collecta eſt, vt ob id ea ſympromata, quę ventriculū lienē, & vicinas partes exercent, potius ſe proferant: Inſuper adſunt proprię exquiſitę quartanę febris inditia, à Galeno multis in locis propoſita. In ea ſiquidem talis eſt rigor, ait ipſe, qualis his qui vehementi gelu frigeſcunt, haudquaquam ei ſimilis, qui à ſole peruſtis aut laſsis, aut ex medicamibus aliquando calidis, aut cum ſuper vlcera ponuntur mordentibus, fieri conſueuit.

Gal. 2. de criſ. cap. 4. & 3. de loc. 7. & 1. ad Glau. c. 6. & 2. de diff. febr. c. 5

Signa.

Signa quartanæ febris exquiſitæ.

Gal. 2. de diff. febr. cap. 5. & 2. de criſ. c. 4. & 1. ad Glau. cap. 6.

Qualitas mutua.

uit, sed cum quibusdam veluti contusionibus vsq; ad ossa tendentibus, ita vt ægro videatur in ossibus pati laborem, & carnem habere confractam. vapores enim ab humore melancholico sublati. quia crassi sunt, & sicci, item hunc sensum musculis & membranis ossa inuestientibus infert. nihil enim quartanæ huius principium simile habet, in rigore, ac pulsibus cum tertianæ circuitibus. succenditur autem paulatim veluti lapis aliquis, aut testa, aut ros, aut tale aliquod melancholicus humor, quia frigidus & siccus. Vbi vero aliqua ex eo flamma fuerit accensa, nihil fumidum aut semicombustum in accessione relinquit. Atque idcirco in hoc humore copiosiores sunt euacuationes quàm in pituita, atque intermissio exquisite pura videbitur: quoniam & hic quidquid atræ bilis fuerit accensum, exhauritur, atq; dispergitur. Verum & caliditatis indicia diuerso modo se habent, nam tertianarum calorem, & æstum, & veluti feruorem, in quartanis haudquaquã inuenies. Insuper in quartanæ accessione, augmentum, & statum maxime contraria sunt tertianis febribus, & penes caloris motum, & pulsuum. Si enim cognoueris pulsum ægrotantis naturalem, vel in altero ipsius morbo per iniria accessionis affueris, nihil amplius expectabis, quin febrem inuadentem quartanam esse pronuncies: nam eximia quædam ad tarditatem, ac raritatem conuersio fit. ego quidem, subdit Galenus, nonnullos meos familiares, quorum pulsus exquisite cognoueram, iam ingruẽte accessione contemplatus, quod tale principium nullius alterius, quàm quartanæ febres fore contingeret, demonstraui, atque id euenit. quando itaque rigent adhuc eorum pulsus satis tardi sunt, ac rari. Cum autem consistit febris, aut etiam augetur, necesse quidem est, vt veloces fiant, atque frequentes. Seruatur tamen & tunc propria ipsius tarditas, ac raritas, si additam velocitatem atque frequentiam accessioni, ratione perpendas. Etenim si comparaueris quartanæ febris consistentiam tertianæ consistentiæ, non paulo velociores, atque frequentiores in tertianis pulsus ostendere arteriæ videbuntur: & ipsius vnius motus inæqualitas in quartana febre eius formam ostendit: nam quæ omnibus communis est febribus, in vno pulsu arteriæ inæqualitatem in hac manifestissime licet comprehendere, multo enim velocius principium finemque motus inuenies, quàm medium. non tamen in tertiana ita se habet: breuis enim in ipsa est velocitatis excessus, atque in consistentia præsertim sitis, vigiliæ: capitis dolor, & alia symptomata sæuiora quidem sunt, quam in quotidiana: mitiora, quàm in tertiana. In quartanis vero bilis flauæ vomitus minime est expectandus, quemadmodum nec in quotidianis: hoc enim tertianarum proprium est. dum tamen viæ in ventriculum patent, rigore abeunte vomitio interdum erumpit amara. accessionem autem sudor finit, quàm in quotidiana vberior. Præter hæc omnia in quartana exquisita tenues & albæ, & aquosæ vrinæ sunt, & omnino tertianarum vrinis dissimillimæ in primis diebus. postea vero & substantia & colore, & contentis sæpe mutabiles, quod earum materia sæpe varia fit, eiusque modo minimum, modo plurimum penetret in venas. Quod si quartanam securius discernere velis, præcepta Hippocratis hoc in loco ad memoriam reuoca, qui tempore æstiuo tertianam, autumnali vero quartanam abundare asseuerat. Primum vero hoc ipsum considera nunquid autumnus frigidam & siccam & inæqualem habuerit temperaturam: & tunc magis sperabis quaternos circuitus in ipso fore frequentiores. Post hæc, si regio ipsa talium febrium sit generatrix, si ægri natura atræ bili obnoxia sit, talisque victus ratio antecesserit, & talem humorem aggregauerit. & si eo tempore quartanæ febres populariter fiant. Si homo lienosus fuerit, vel febres erraticas passus est. Huius autem febris accessio temporis spatio est similis tertianæ, nonnunquàm & longior, cum adhuc exquisita perseuerat, vt quæ ex frigidiori humore consistit. At, cum febris cessauerit, si adhuc febris signũ remanserit; pulsusque his qui secundum naturam, rariores ac tardiores fuerint, quartana procul dubio erit huiusmodi febris. ex qua vero melãcholiæ specie producat, ex causis pręgressis facile cognoscitur. Si.n. calefacientia & siccantia & potissimũ febres exurẽtes præcessere, & febris quartana erraticis, alijsve febrib. succedat, ab exusta potius melãcholia proueniet. à naturali vero vbi fuerit incipiẽs, & ea solũmodo quæ naturalẽ succũ gignũt, prægressa fuere. Et insuper hæc benignior est, & nõ ita praua infert symptomata. & facilius perfertur. illa contraria modo se habet. Insuper exusta melancholia, dũ excernitur, fulgentẽ habet nigrediné, mordax est sicut acetũ, terrã abradit, & fermentat: quorũ nihil nigris deiectionib. & naturali melancholiæ inest. Quod si quartana ab adusta pituita producat, vt ait Auic. accessiones lõgiores sunt, quia pro-

Actio læsa. | Pulsus. | Gal. 2. de cris. cap. 4. | Gal. 1. ad Glau. cap. 6. | Excreta. | Causæ prægressæ. | Gal. 2. de cris. cap. 4. | Hip. 3. aph. 22 | Gal. in com. | Subsequẽtia | Gal. 2. de diff. feb. c. 5. | Signa differentiarum. | Hippo. & Gal. 4. aph. 23. | Auic. 1. 4. tract. 2. cap. 65.

pter lentorem materia difficilius incineratur. & frigus in accessionum initijs diutius perdurat: & sudor tardior est ob eandem causam. & vrina crassior, quia ratione humiditatis pituitæ, humor putrescens magis aptus est vt cum vrina dissoluatur quàm sit melancholia etiam naturalis: potissimum quia febris diutius perdurat, ratione cuius vrina crassior euadit. naturalis autem melancholia non ita cum vrina dissolui & permisceri potest, sed terrea sua grauitate petit fundum. insuper in pituitosa quartana pulsus durities minor apparet. & vt plurimum pituitosis febribus succedit. Eam vero, quæ à sanguine procedit adusto, signa sanguinis, & sanguineæ febres antecedunt: & vrinæ rubidæ comitantur. & habitus carnosus, cum rubicundo colore, & vernum tempus ætasque adolescentiæ. In ea vero quæ ab adusta flaua bile generatur pulsus est vehementioris velocitatis, atque frequentiæ: & febris incipit cum horrore & frigore in carne, & siti & sudore citius adueniente quàm in alijs. & interdum fit ira, & sudor, & inflammatio. & habitus gracilis est cum colore citrino, ætas iuuenilis, æstiuumque tempus, & biliosæ febres præcessere. Quæ omnia ad melancholicum vergent, & aderunt signa humoris melancholici redundantis vbi ex adusta proueniat melancholia, & tum in hoc tum in ea quę ab exusta oritur bile symptomata sæuiora sunt, & difficilior adest tolerantia. Vtrum vero exquisita an non exquisita sit, nedum ex accessionis breuitate, & longitudine, sed ex alijs quoque indicijs percipi poterit; Neque enim omnia aderunt exquisitæ, quæ iam explicauimus quartanæ signa, sed nonnulla deerunt, & alia quædam alterius humoris, cum melancholia permixti, præsto erunt. Neque vero exquisita censeri debet, quæ in annos duos excurrit, nec quam alij in nouem, nos in annos quatuordecim produci vidimus: nec quam infantes ac pueri citra vllum vitæ errorem ipso ortu à matre & sanguine menstruo contraxerunt. Ex ijsdem prorsus signis quartanam intermittentem indicantibus, ea quæ continua est cognoscitur, in hoc tantum differunt, quia hæc quamuis quartanarios seruet circuitus sine rigore inuadens; ad integritatem nihilominus, quia materia putrescens in venis superioribus & cum alijs humoribus commixta, & conclusa est, nunquàm deuenit, & in hac signa melancholiæ per vniuersum corporis habitum diffusæ & in superiores venas magis digestæ, nobis se se produnt. reliqua omnia in omnibus ijs, quæ de intermittentibus dicta fuere similia sunt. In quibus autem, & quo tempore, quartanas febres expectare oporteat, ex his, quæ de causis narrauimus, clarissimum est. sicuti autem quartana continua omnium febrium rarissima est, interpollata vero frequentior. ita ex interpollatis, quæ primo incipiunt rariores, quæ alijs febribus succedunt frequentiores sunt, difficulter enim putrescit melancholicus humor frigidus siccusque, sed prôptius si prius efferuescat, & exustus sit, & calidarum partium particeps reddatur. Est autem quartana sui natura omnium febrium longissima: & vt aiunt Hippocrates, & Galenus & Auicennas, si in eius curatione non committatur error, annum vnum non transcendit potissimum, vt innuit Galenus, si ab atra bili exusta oriatur, quia cum hæc plerunque acris sit, breui tempore perdurat. Si enim aut ab ægrotante, quod sæpius accidit. aut à medico erratum sit, per plures etiam annos & vsque ad duodecim, inquit ipse, perdurare solet, propter temperaturam valde melancholicam, & propter lienis affectionem atque duritiem. si recte autem tractetur, sæpius viginti aut quadraginta circuitibus finitur. potissimũ aũr aduentante vere quartanæ soluuntur propter aeris cõplexionẽ, & sanguinis dominium, quæ quidem melancholiæ secundum binas qualitates contrariantur, & quia tunc temporis humores in corporis altum collecti ad partes extimas traducuntur. ob id etiam scribebat Hippocrates, quod quartanæ æstiuæ, quæ scilicet vt alibi ait Gal. æstate hominẽ corripiunt, magna ex parte breues fiunt, autumnales vero longæ, & maxime quæ hyemem attingunt, quamuis nedum de quartana, vt ait Galenus, sed de alio etiam quocunque morbo materiali id verificetur, sed de solo omnium morborum longissimo mentionem fecit, veluti per exemplum de omnibus alijs ex isto præcipiens. per tempus autem æstiuum, vt ex Galeno conijcimus, calidum & succum accipere debemus, siue id vltimo vere, siue prima æstate, siue etiam media, vel extrema, siue primo autumno fuerit. hoc enim tempore humores superflui funduntur, & per totum corpus feruntur & distlantur; si igitur vires validæ sint, humoribus vacuatis, morbi cessant. Sin imbecilles, dum humores vacuan.ur, & ipsæ dissoluũtur. hyeme cõtraria eueniũr. humores.n.intus remanẽt, & vires robustæ seruant, & ob id nec morbi soluuntur, nec viribus robustis moriunt. Quæ aũt à splene tumido ortum

Signa nothæ quartanæ.

Signa continuæ quartanæ.

Prognostica

Hippo. & Gal. 6. in 6. epi. 21. Auic. loco cit. Gal. 6. in 6. epidem. 21.

Celsus lib. 3. cap. 16.

Gal. 6. in 6. epidem. 21. Hipp. 2. aphor. 25. Gal. in cõ.

Gal. 4. de rat. vic. com. 1.

Gal. 2. aph. 25.

ortũ ducũt diuturniores sunt, quæ etiã ex corporis colore & cruditatibus & alijs manifestæ fiunt. ait aũt Gal. quod quartanæ non declinant nisi prius rigor fuerit sedatus, quod prope statũ vniuersalem propter causas alibi à nobis traditas contingere solet. Inquit autem Hippocrates quod quartana per se sicuti longissima, ita tutissima & facillima, idest leuis, omnium existit. & insuper non modo talis per se est, sed etiam, ab alijs magnis morbis, & præsertim comitialibus liberat. quartanæ autem continuæ, quia nullam cessationem molestiarum vsque ad iudicationem habent, graues merito & periculosæ dicuntur & sunt. quæ tamen de quartanis intermittentibus ab Hippocrate dicta sunt, per se accipienda sunt, quia, ait Galenus, vidimus sæpe numero homines quartana ex liene laborasse, & deinde progressu temporis aqua inter cutem collecta mortuos esse. quartana vero per se periculo vacat. & ab alijs morbis hominem liberat, vt à comitiali, & à conuulsione, & à melancholia, dum enim materia melancholica ad hypochondria deuergere incipit & ad ignobiliores venas, & & non amplius cum sanguine per superiores venas traducitur, hi morbi facile soluuntur. vt autem notat Hippocrates vrina crassa alba in laboriosis quartanis quandoque it, abscessuque liberat: si præterea sanguis etiam de naribus abunde copioseq; fluat. per laboriosas autem febres nõ eas intelligit, quas multæ motiones præcessere, sed omnes, in quibus lassitudinis sensus inest. Qui vero quartana laborant inquit idem Hippocrates magno morbo idest comitiali non corripiuntur: si enim prius hoc corripiantur, & quartana superueniat, liberantur. Inquit autem Auicenna quod autumnus quartanæ est inimicus, quia & propter adustionem humorum æstate præcedẽte factã, & propter similem autumni cum melancholia temperaturam, & propter frigiditatem ipsius succotum transpirationem prohibentem, & propter vitium imbecillitatem ex ipsius varietate & inæqualitate subortam, & vapores malos retentos, qui sunt in causa vt melancholici humores facile putrescant, ne dum quartanas generat, sed etiam fouet & auget. Qui etiam de vitijs, ex adusta melancholia genitis, loquens, scribebat, quod atra bilis pituitosa tardioris est læsionis, & minoris malitiæ: biliosa vero magis quidem maligna est, citiusque lædit, & corrumpit, sed facilius curationem admittit. reliquarum duarum ea certe deterior est, quæ acrior, quæ tamen si inter initia succurratur, remedijs magis obtemperat. Postrema vero cum minus super terram ebulliat, minusque membris infigatur, tardius interimit, sed resolutioni, & maturationi magis resistit. magisque ad medellam admittendam rebellis est. is demum inquit, quod quartana, quæ diuturna est, ad hydropem perducit. Scribebat etiam Aetius, quod qui quartana propter hepar inflammatum laborant coloris sunt albicantis, & toto corpore tumidi, & eis vrinæ sunt valde rubræ sandaracham referentes, & in ipsis ad contactum tumor dextri hypochondrij percipitur, & hi magis difficulter spirant, quàm splenetici. & subtussiunt. & postea in hydropem ineuitabilem labuntur. Curatiuæ autem harum febrium indicationes propriæ ab humore melancholico qui concoqui, & euacuari debet, & à causis ipsum gignentibus, (quamuis hæ magis præseruatoriæ dici possint) & potissimum ab affecto liene, desumendæ sunt. Succus igitur melancholicus, quia crassus, attenuandus, quia durus, emolliendus, quia frigidus & siccus, calefaciendus & humectandus, & si exustus sit, aliquatenus refrigerandus, & postmodum ipsum electiue educentibus euacuandus, & causæ ipsum multiplicantes euellendæ, & præsertim lienis, si obstructus, exobstruendus, si imbecillis & intempetatus roborandus, & ad probam temperiem reducendus. Si tumidus euacuandus, & tumor discutiendus. Si autem quartana notha sit, reliquos etiam humores respicere oportet. Quartanarum autem curationem pertractans Galenus, nos in primis admonet, vt ipsas ab initio mediocriter ac leuiter tractemus, nullum forte medicamen, aut euacuationem exhibentes, nisi forte sanguis vehementer superabundans appareat. Tunc enim venam vel interiorem, aut eam, quæ est in sinistro cubito, mediam secare oportet. Et, si vena incisa, is, qui fluit sanguis, niger videatur ac crassus (præcipue vero in his, qui liene laborant, huiusmodi visitur, quia lien non potest vti decet venas à melancholico sanguine expurgare, vt is in superioribus venis relinquatur) audacius mittendus est: & vt monet Auicennas secundum quantitatem necessitatis sanguis extrahi potest, potissimum quando quartana à melancholia sanguinea seu exusto sanguine dependet, quia cum sanguis in venis superioribus potissimum contineatur, & ex prægressis sanguineis febribus potissimum exustus fuerit, sangui-

Margin notes: Gal. 1. in 6. epi. com. 8. — Hippo. 3. in 2. epid. 4. Gal. in com. — Hip. 5. aph. 70 — Hippo. 4. in 6. epid. sen. 2. Gal. in com. — Auic. loco cit. — Auicen. 1. 2. doctr. 4. c. 1. — Auic. 1. 4. cit. cap. — Aetius lib. 5. cap. 83. — Indicationes. — Curatio. Chirurgica præsidia. — Gal. 1. ad Glau. cap. 11. — Auicen. 1. 4. tract. 2. c. 66.

nem autem febres ex sanguine in nobilioribus uenis & magnis uasis putrescente orian tur, rationabile est, ut exustus sanguis, & exusta melancholia sanguinea in prædictis uenis pro maiori parte reperiatur, quo fit ut per sectam uenam peccans materia egrediatur. & proinde in maiori copia cum maximo patientis iuuamento, extrahi possit. Si vero, subdit Galenus, egrediens sanguis flauus, aut tenuis apparuerit, statim supprimendus. nam tunc melancholicus & peccans succus solum infra iecur & in liene aut portarum ramis, aut vicinis hypochōdriorum partibus continetur. sicuti dum niger & crassus egreditur, præter succum melancholicum, qui in hypochondriorum partibus putrescit, & quartanæ proxima & contentiua causa est, alia quoq; eiusdem melancholiæ portio in superiores & nobiliores venas diffusa aut distributa reperitur, quam quidem educere maxime expedit, vt talis succus reuulsus hypochondriorum obstructiones, & partem affectam fouere, & peccantem materiam adaugere amplius non possit. naturæ siquidem hic mos esse solet, vt vitiosos succos à nobiliorib. venis, ad ignobiliores hypochondriorum partes assiduo propellat, lien vero innata sibi facultate succum hunc à remotioribus quinetiā partibus attrahere valet. ex hoc autem Galeni præcepto adhuc magis clare comprehendimus falsissimum esse in intermittentibus febribus materiam à venis ad corporis habitum propelli, & ibi putrescere. quia si materia melancholica in quartanis in venis supra iecur, & nobilioribus resideret, procul dubio secta vena, semper sanguis niger crassusque egrederetur, quippe qui atrum crassumque succum secum mixtum semper haberet. nunquam enim vitiosus sanguis crassus, & frigidus, in venis magnis & prope cor & nobilia viscera plurimo calore exuberantia, flauus autem ac tenuis, & calidior probusque in remotioribus venis & minus nobilibus contineri potest. neque est, vt dicant propter crassitiē suam ad remotiores & minores venas propelli non posse, quia affirmant in accessionum initijs eundem succum, nedum ad minores venas, sed per capillares quoque ad extra venas & ad partes musculosas transmitti. hanc eandem falsitatem confirmat Auicennas dum inquit, quod quando nō est necessaria phlebotomia, tunc triplici de causa nociua est in quartanis. primo quia virtutem debilitat, quæ tamen in his diutius seruari debet, secundo quia succum melancholiæ contrarium nempe sanguinem calidum & humidum educit, qui quidem melancholicum succum domare maxime valet, & tertio quia mouet humores ad exteriora idest melancholicos succos peccantes ab hypochondrijs, & à primis venis, ad superiores & nobiliores deducit. Si enim per exteriora corporis habitum intelligeremus ita vt à venis ad ipsum venæ sectio noxios humores traduceret, tātum abest vt phlebotomia noceret, vt potius maxime proficua esset. Verum ne aliquod ex his inconuenientibus subsequatur, antequàm venæ sectionem aggrediamur, debemus in primis virium statum diligenter dimetiri & non modo præsentem, verum etiam futurum, quia morbus sui natura valde diuturnus est, & sæpius alijs febribus à quibus vires fuere labefactatæ, subsequi solet. Præsentem autem virium statum ex ætate pulsu & multis alijs æstimari alias diximus, futurum vero tum ex ijsdem, tum potissimum ex probi sanguinis præsentia & redundantia dignoscimus, cum enim virtus in innato calore, hic autem in spiritibus, spiritus vero in solidis partibus & probo sanguine consistat, facile est vt huius sanguinis præsentia vires etiam in posterum assiduo & pro necessitate recreentur. qui quidem si copiosus non esset, propter victum, qui attenuans magna ex parte futurus est, & propter morbi diuturnitatem, & propter morbi causam, sanguini, virium & vitæ thesauro, maxime contrariam, hoc per venæ sectionem extracto, vires vsque ad morbi declinationem validæ persistere non possent, & ita morbus sui natura rebellis & pertinax ab ipsis minime domari & superari posset. Vbi autem tum præsentem tum futurum virium statum exacte perpenderimus, & omnia venæ sectionem admittant, rursus secta vena Galenicum præceptum obseruandum est, & si flauus, aut tenuis egrediatur statim supprimendus, non adeo tamen statim, quin duas vel tres vncias prius egredi permittamus, quia cum sanguis exuberet, ab hac pauca egressa quantitate minime læduntur, & nonnunquàm post tenuioris à principio exitum, crassus paulo post subsequi solet: quo fit vt foramen satis amplum à chirurgo moliendum sit; supprimendus itaque ne probus sanguis qui succum melancholicum corrigere & penes vitiosas qualitates curare & refrangere maxime valet, egrediatur, & virtus diutius valida conseruetur, vt materiam peccantem, quæ per alios ductus euacuari debet, superare valeat. Tūcq; alio remedio utendū est, de quo statim post loquemur, ubi prius de uenæ

Auic. loco cit.

sectionis

Tempus.

sectionis tempore loquuti fuerimus. Gal. iubet vt à principio sanguis mittatur, sed vt alias notauimus optimum est vt aluus & primæ viæ nedum clystere, verum etiam leniente per os exhibito & inferius euacuante prius leniantur, potissimum quia in hac febre cruditates multiplicari solent. & proinde Auicennas in melancholia alioquin sanguinea de venæ sectione, post exquisitam primarum viarum nedum per inferius, sed etiam per vomitum euacuationem, verba facit, & semper vitiosæ materiæ in primis venis existentis, in superiores nobilioresque venas, deductionem pertimescit. Sed si quartana à melancholia melancholica pura de genere fęcis sanguinis genita sit, inquit Auicennas, bonum esse phlebotomia vti quando ęgritudo fuerit digesta, cum enim vitiosa materia, quia crassissima & cruda est, difficulter per iecoris venas permeet in superiores, & tota ferè in lienis & portarum ramis & meseraicis venis contineatur, tutius est in principio venæ sectionem prætermittere, & in progressu quando materia per concoctionem attenuata fuerit, & sanguini commixta, & in superiores venas deducta (quo fit vt tunc vrina crassa & rubicunda appareat) venam secare. nam digesta materia febris breuis futura est, & quod reliquum est materiæ exonerata natura ab ea, quę per sectam venam tunc egredietur, facile superabit. demum de pituitosæ, & melancholicæ quartanæ curatione loquens inquit, quod post digestam materiam, & in fine digestionis (non in fine Hyemis vt quidam satis fatue arbitrati sunt) & post validiorum attenuantium administrationem, si necessaria fuerit phlebotomia, eam audacter administrare debemus. & hoc maximo iure, quia duæ hæ crassiores materiæ, ad biliosæ melancholiæ differentiam, non nisi post valida attenuantia, & post multum temporis concoquuntur, attenuantur, & in superiores venas distribuuntur, & cum probo sanguine commiscentur, & insuper quia propter calidiorum extenuantium assumptionem, vt diatriumpiperum & similium, sanguinis ebullitio, & inflammatio subsequi potest, tunc sanguinem mittere vtilissimum, & necessarium est. ex hoc autem eos, qui nedum Arabum, sed vno Hippoc. & Galeno exceptis omnium Medicorum facilè Principi Auicennæ adeo infensi sunt, monitos volumus, vt eius scripta diligentius perlegāt, quia non poterunt eius eximiam animi aciem, & in aperiendis curandisque morbis diligentiam accuratissimam non admirari. Illud denique circa locum annotandum, quod si lien minimum affectus appareat, Iecur autem valide afficiatur, aut eius caliditas melancholiam generans magis quam lienis affectus vrgeat, dexteram basilicam reserare cōuenientissimum erit. Si vero propter tenuem flauumque sanguinem egrediētem ipsum supprimere cogamur, ipse tamen sanguis cum melancholia redundet, aut propter vires imbecilles aut ætatem, vel alia de causa venam secare non liceat, opportunissimum, & vtilissimum remedium adhibebimus si hirudines ipsis hæmorrhoidib. applicabimus, ex his enim nullum periculum ex his, quæ ab Auicenna referuntur, neque aliud vllum incommodum subsequi potest, non enim virtus aliqua ex parte prosternitur, vel probus sanguis qui melancholiam castigat, euacuatur, sed solus crassus, fæculentus, & inutilis. Si enim in venis nobilioribus non residet, & ob id secta vena exire non conspicitur, necesse est vt ad inferiores partes, cum sui natura ponderosus sit, & ad hæmorrhoidales vicinasque venas impetum habeat, potissimum quia melancholia in vicinis illis partibus continetur & putrescit, à iecore si quidem generatur, à liene vero expurgatur, hæmorrhoides autem à iecore & illis partibus originem trahunt, & ad fæcosum sanguinem recipiendum & expurgandum à natura conuenientissimæ creatæ sunt, Medicus autem naturam imitari debet, & talem succum, etiam si venæ illæ non appareant, per eas vacuare, vt edocta natura huic adeo celebri, & à Galeno in morbis melancholicis adeo commendatæ euacuationi paulatim assuescat: neque enim tertio periculum est, vt, quemadmodum inquit Auicenna, praui & peccantes humores ad exteriora & nobiliores venas moueantur, quia per hanc euacuationē ij potius ad ignobilissimas partes impetum capiunt, præsertim cum ad eas naturalem habeant inclinationem. Quo fit, ut nos sæpius etiam post debitam per uenam sectā sanguinis missionem, hac non contenti, pro integra ab obstructionibus reuulsione, & aliqua quodammodo deriuatione, hirundines nihilominus hæmorrhoidibus applicuerimus cum incredibili patientium iuuamento, nam & ij, qui sexagesimum annum excedebant, etiam in principio Autumni, citius fuere curati. imo non solum in quartanis, uerum etiam in continuis & periculosis febribus, in quibus crassioris sanguinis redundantis suspicio adest, qui per scarificationes & cucurbitulas exire non ualet, & præsertim dum capitis dolor urget, dum propter uires imbecilles uenam secare non

licet,

Gal. loc. cit.

Locus.

Hirudines.

Gal. 3. de hum. 26. & 4. aph. 25. & alijs in locis.

licet, longe satius est hirudines hæmorrhoidibus, quam cucurbitulas alijs partibus ad mouere. vt longa admodum & exquisita in innumeris ægrotantibus experientia com probauimus. Nec nobis recentiores nonnulli Galeni auctoritatem objiciant, qui in quartæ aphor. particulæ expositione ait huic euacuationi non esse assuefaciendū. quippe quæ vtranque immoderantiam periculosam habeat, siue supra modum sanguis excernatur, siue ex toto supprimatur, quo fit vt vtroque modo hydrops, & grauiora immineant mala. quod etiam in tertio de humoribus commentario confirmare visus ē. hæc inquam auctoritas nobis nullo pacto aduersatur, & ab ipsis perperā intelligitur. nam Gal. non de vnica aut duplici hæmorrhoidum apertione loquitur, quam vt homines ab imminente morte, & grauioribus morbis vindicemus, moliri consueuimus, sed loquitur de assuefactione ad hanc euacuationem, quæ fit per frequentiorem, & assiduam & sæpius iteratam tempore decenti harum venarum apertionem. & insuper loquitur Gal. de illis, quorum naturæ crassum & nigrum sanguinem multum non accumulant, nam in his proculdubio stultum esset huic euacuationi naturam assuefacere. imo & in his cum tenuis sanguis redundet, & per cucurbitulas facilius educatur, tutius est etiam per vnicam vicem tantum hæmorrhoidum apertionem omittere, & cucurbitulas potius applicare. sed vt ipse ait, quando hominis natura multum talē accumulauerit sanguinem, tutius est naturam huic euacuationi assuefacere, quam crassum hunc humorem inexpurgatum relinquere. quo fit, vt ipse de huiusmodi naturis loquens hæc formalia verba proferat. Ceterum conferre hæmorrhoidas ei, quem atra bilis occupet, ij norunt, qui in Hippoc. lib. legitime versati sunt, ac non semper opus esse, has ipsas prohibere cum iam constiterint, sed quandoque simul adiuuandum esse: aut, cum natura quietem agit, ei totum esse negotium committendum, quando sic fore vtile videatur. qui enim hæc didicerunt, tantum abest, vt hæmorrhoidas ante tē pus curare festinent, vt vel ipsi eas, quæ penitus non sunt, efficere studeant. potissimū quia tum immodicæ earum euacuationi, tum omnimodæ earum suppressioni vt in ꝓprio capite docuimus, occurrere non est difficile, sed quid immoror. ego cæcis hæmorrhoidibus laborans in febribus pluries hirudines ipsis applicui, & magna copia sanguinem eduxi, nihilominus quia melancholicum succum in magna copia nunquā congessi, natura nunquam huic euacuationi potuit assuefieri, quia nunquam sponte adapertæ fuere, & ita nullum penitus ob id (sicuti nec vllus alius quod ego sciam) incommodum passus fui. Sed dicet quis cur de hoc præsidio in quartanæ curatione nō Gal. non Auicennas, non Aetius, Paulus, Alexander, aut alius ex præstantioribus Medicis verba fecit? huic facile respōdemus, quod cū Gal. forte existimauerit materiā nō in hypochondrijs sed extra venas in habitu corporis putrescere, hoc auxilium merito contempsit, & venæ sectionem magis adamauit. Galenum vero reliqui omnes tanquā optimum ducem sequuti sunt. nos tamen qui alium putredinis & vitiosi humoris mineræ locum nouimus, aliter sentire debemus. illud tamen addimus quod in continua quartana quia materia in venis putrescit, venę sectio magis congrua est, dummodo eā vires ferant: quas vt validiores seruemus, & vt peccans humor ad ignobiliores partes inclinationem accipiat, non erit ab re euacuationem partire, & secunda vice per hæmorrhoidas sanguinem educere. De alui autem lenitione agens Gal. ait, quod ventrem, quantum possibile est, mollem facere oportet, his, quæ vsitata sunt, & pro alimē to videlicet sumuntur. Quod si hæc nihil proficiant, clysteribus vtendum est, à principio quidem mollibus, postmodum uero acrioribus. Quod si uelimus, uti decet, ante phlebotomiam primas uias exactius lenire, licet cum Auicen. ad ea, quæ per os exhibentur, & inferius uentrem leniunt, confugere, sunt autem exhibenda, ut ait ipse, die tertio à die paroxismi, idest in die futuram accessionem præcedenti, in eo siquidē uirtus magis roborata est, & materia magis cumulata, & magis uirturem expultricem irritat, quàm in die secunda. in materia autem melancholica non exusta licet vti decē drach. floris cassiæ nou. extra. vel tantundem, aut duodecim drach. lenitiui in bolo, uel in potu cum aqua boraginis, in exusta uero, sed sanguinea fiat potio ex quatuor vncijs syrupi uiolari solutiui, & drac. vj. floris cassiæ, uel unc. j. lenitiui. in pituitosa loco syrupi uiolati solutiui accipiatur mel rosſ. solutiuum. Si fuerit melancholia exusta sed biliosa, quia ualde urget, & celeriter uacuāda, Auicen. mytobalanis & uiolis utitur, & ex eius sententia tum in hac, tum in melancholia exusta & melancholica, optimum est hæc in sero lactis infundere, aut syrupum uiolatum ad unc. iij. in biliosa per os exhibere cū duabus libris seri lactis præsertim caprini permixtum. in melancholica ante serum

vnc. j.

Aph. 25.

Com. 26.

Gal. 1. ad Glau. c. 11.

Auic. loc. cit.

Lenientia.

vnc.j.lenitiui licet propinare. in pituitosa vnc.tres mellis rof.folutiui offerre ante ferum lactis debemus,potiſſimum ſi ventriculus fuerit frigidior,quia licet ſerum penes partes ſoluentes calidum ſit & ſiccum,& humoris aduſti ſolutiuum, attamen ratione partium frigidarum & humidarum quarum eſt particeps, frigido ventriculo obeſſe ſolet. Fortis autem vacuatio ab initio à Galeno omnino fuit interdicta. Sed vt prædicta purgatio alioquin leuis tutius adminiſtretur, per duos præcedentes dies,imo etiā in die acceſſionis,ſyrupum aliquem exhibere oportebit,etiā ſi opus fuerit,bis in die, ſed in mane ſyrupum,in ſero decoctum aliquod,vti eſſet ſyrupus de ſucco boraginis, fumariæ,de pomis,roſatus, & decoctum melliſſophylli,bugloſſæ, boraginis. Quos ēt poſt exhibitum leniens repetere licebit,& vbi coctionis aliqua apparuerint ſigna,ſuccos atros expurgare oportebit,non ſemel, ſed ſæpius & per vices, vti etiam per vices concoquentur,ſi opus fuerit. ita tamen vt primis vicibus mitioribus purgantib. qualia ſunt ſeua,polypodium,epythimum,myrobalani & ſimilia his,vtamur. Deinde ad validiores ſyrupos,& fortiora purgantia aſcendamus. Sunt autem fortiores ſyrupi,tū qui ex epythimo,tum qui ex duabus,& tribus,& quinque radicibus parantur,tum de fumaria ſimp.& compoſ.de bizantijs,quibus aquæ vel decocta prædicta, aut etiam lupulorum,ſcolopendrij, abſinthij, adijci poterunt,ita tamen vt cum eis copioſa humectantia,& emollientia,qualia ſunt boraginis,liquiritiæ,& ſeminum maluarum, vel ſimilium decocta perpetuo miſceantur,&,vt monet Auicenna,exiccantibus vtimur, nō vt exiccemus,ſed quia in ſicco adeſt vis incidendi, abſtergendi,& ſoluendi,quibus pſidijs in hac febre indigemus.hæc autem concoquentia,quamuis debeant ſemper humectare,attamen differre debent in quantitate refrigerandi,&calefaciendi,prout materia aut nullius,aut alicuius,vel maioris caliditatis eſt particeps. & ob id in melancholia aſſata biliosa copioſioribus refrigerantibus vtendum erit. illud autem obſeruandum,vt quanto magis humoris vitioſi concoctio,& minoratio progreditur,tanto ad valentiora attenuantia,& incidentia erit aſcendendum. De ſyrupis autem,quæ in pituitoſa melancholia conueniunt,in ſuperiori capite,de his, quæ in biliosa commoda ſunt,in præcedentibus capitibus,ſicuti de illis, quæ reliquas melancholiæ ſpecies concoquere poſſunt,in capite de melancholia in primo libr. exactius loquuti ſumus; quibus loco capitalium ſplenetica ſunt addenda: ex quo etiam capite, & ex eo quod de mania loquuti ſumus,quilibet purgantia tum mediocria,tum fortiora,tum validiſſima facile poterit colligere. Vnde Auicen. in capite de cura quartanæ, pro biliosæ melancholiæ purgatione,laudat decoctionem myrobalanorum indorum, epythimi, & ſenæ,cum ſyrupo acetoſo,in quo uiolæ decoctæ ſint. quæ etiam in ſero lactis infundi & decoqui poſſunt. pro pituitoſa autem educenda melancholia vtitur turbit,polypodio,agarico.in melancholia non exuſta,laudat decoctionem myrobalanorum citrinorum,& nigrorum,fumiterræ,& paſſularum.ſed fortioribus non vtitur niſi perfecta iam atque completa materiæ concoctione. Si quis enim fortib. antea vtatur propter materiæ exagitationem,& quia indigeſta eis non cedit,alij potius tenuiores humores ſoluuntur,& uires ualde labefactantur,& humores praui calſiunt,& putredo in eis adhuc magis inualeſcit,& ſimplex quartana duplex & triplex euadit. & propterea Auic. ſolū ī ſtatu morbi vtitur epithymo,& polypodio,& agarico,& ſtecados,& lapide arm. & lapide lazuli abluto,& nō abluto,& ſucco fol. centaureæ cum ſyrupo mellino. Vnde tunc temporis licet medicamentum purgans hac forma ordinare. Recipe florum uiolarum,fumariæ,& boraginis ana drac.iiij. ſenæ & epithymi ana drac.ij. ſem. citrach, capillorum veneris ana drac.ij.uuæ paſſæ exacinatæ unc.j. fiat decoctū in aqua fontis & ei collato adde ſacchari uiolati unc.ij.rhabarbari in parte prædicti decocti infuſi & cum granis v.ſpicæ correcti ſcrop.iiij. diaſenæ drac.iiij. diacatholici tantundem, aut confectionis hamech.drac.ij.Aut Recip.pilularum de lapide lazuli, uel de lapide armeno,aut aggregatiuarum drac.j. rhabarbari correcti cum ſpica aut agarici trociſc. ſcrop.ij.cum melle roſ.fiant pilulæ v.& poſt duas horas ab his aſſumptis in die ante acceſſionem,ſuperbibant unc.iij.ſyr.uiol.ſol. cum aqua boraginis, meliſſæ, & ſcolopendrij diſſoluti.quæ quoniam ex Galeni monitis repetenda ſunt,ideo alijs uicibus licebit quoque accipere ſenæ & epithymi drac.iij.uel unc.ſem.& uuæ paſſæ exacinatæ tantundem, & in ſemilibra ſeri lactis artificioſe decoquere,& exhibere. His itaque,ubi coctionis indicia apparuerint,atros humores purgare oportet,non ſemel tantum,ait Gal.ſed ſæpius,ſi fuerit neceſſarium. Vtendum autem (ſubdit ipſe) & uomitibus poſt cibum tunc continue: & ſi nihil prohibuerit,elleborum album eſt exhibēdum,primū quidem

Preparantia. & purgantia mitiora.

Fortiora cōcoquētia & purgantia.

Auic. loc. cit.

Vomitoria.

Gal. 1. ad Gla. c. 11.

quidem radiculis infixum: quod si nihil fecerit, elleborum ipsum. de cuius exhibitio ne alibi loquuti fuimus. Qui vero nequeunt euomere, hi per inferiora valentius sunt purgandi, & his postea theriaca in potu danda, & alia in quartanis probata, ex quib. est & illud nobis familiare, & laudatissimum præ ceteris, quod succum cyrenaicum recipit. quicunque vero ab initio aliquod ex eis medicamentis exhibuerunt, aut omnino ante statum, quartanam, quæ erat simplex, sæpius fecerunt duplicem, aut omnino maiorem & difficiliorem, & continuam mortiferamque reddiderunt. In his igitur qui non difficulter vomunt, à cibo licet vomitorium ex oxymelite ad vnc.ij. cum semilibra aut vnc. iiij. aquæ tepidæ, propinare, aut fiat decoctio raphani in eadē aqua, aut vnc.ij. vel iij. eiusdem raphani succi adijciantur, & tutius erit vomitorium, quàm elleborum, à quo, quantum fieri potest, abstinendum, propter rationes à nobis alibi dictas. & dum vtimur elleboro corpus prius, vti docuimus, exactissime præparandū, & balneis humectantibus & emollientibus. ex aqua dulci, in quibus vniuersum saltē abdomen contineatur, potissimum vtendum, vt succus rebellis facilius educatur. quinimo antimoniū præparatum, stibiū vocāt, ad grana iiij. tutius quàm elleborum albū exhibetur. & mirifice conducere solet, & quartanas eradicare. Auicenna uero & Alexander non solum à cibo vomitorijs vtuntur, sed etiam in accessionum initijs. præsertim in melancholia phlegmatica, tunc enim materiæ mouentur, & nulla breuior, aut magis familiaris via est, quia melancholia etiam sanitatis tempore assiduo à liene ad os ventriculi regurgitatur. Vnde plerique à cibo solum vomentes à quartana liberati sunt, & multi melius habuerunt. nam præter id quod ea, quæ stomachum infestāt, & cruditates euacuantur. concoctio postmodum melior celebratur, & praui succi procul ab obstructis locis reuelluntur. In die tamen accessionis tum à cibo, tum in accessionis principio non fortibus, sed leuibus solum vomitorijs vtendum est. Similiter fortibus vomitorijs & potissimum elleboro nunquam utendum est nisi prius concocta materia, & in statu. Quacunque autem hora natura ex se vomitum tentauerit siue in accessione, siue in interuallo, semper adiuuanda est, saltem cum leuibus uomitorijs, vt etiam in sermonibus vniuersalibus annotauimus. Si vero in statu morbi præcipue ægrotans esse videatur, tunc subtilioris victus ratio est adhibenda, quàm ante, vel postea. Statim uero, inquit Gal. præcipiendum est, vt diu conquiescat, ac visceribus prouidendum vngendo, & emplastrando, ijs, quæ mollire, ac laxare possint; dein de medicamentis vtendum, quæ ciendi vrinam vim habent. inter quę pręter eos, quos supra notauimus syrupos, apij, rutę, & anethi decoctum ex aqua mulsa valde commendantur. at visceribus prouidendum erit, ijs, quę mollire ac laxare valent medicamentis, quę in tertiana notha conuenire diximus, sed pauca quędam adijciantur, vbi ea nō suffecerint, vt iris, camepythis, ruta, semen apij, fœniculi, anisi, dauci, & cumini potissimum vbi lien, aut ventriculus afficiantur. sed tum ventriculo tum hepati applicita debent ea, quę adstringendo roborant, assumere. De his autem, quę sudorem mouēt non loquitur Gal. propter humoris crassitiem, & maximam à cutaneis partibus distantiam. Non tamen inconuenit si in fine status & post repetitam per inferius expurgationem, & post diætetica, à quibus materię in venis quoque superioribus rapiuntur, vt sudorem cientibus vtamur, & potissimum balneo dulcis aquę tepidę cum Auicenna, qui ait, quod si adfuerit concoctio materię, patiens die secundo à paroxismo ad reliquias materię resoluendum balneum ingrediatur & in eo trahat sufficientem moram. Quod si materia non fuerit digesta & concocta inquit ipse, non fiat nisi effusio aquę calidę quantitate, quę delectet corpus & humectet, non autem ad hoc perueniat, vt per eam humor liquefiat, quia materię uitiosę ratione balnei dum funduntur, ad os uentriculi mitti solent. quod si ad maiorem humectationem & emollitionem in prędicta aqua prius maluę & chamęmellum, & fœnumgręcum decoquantur, materia noxia benignior reddetur, & ad euacuationem per omnes vias, & discussionem magis idonea reddetur, qua ratione etiam Gal. mollientibus & laxantibus statim supra propositis vtebatur. Insuper in statu, sed post valentiora purgantia per aluum, aut post fortia vomitoria ad discutiendum materię residuum poterit semel saltem in hebdomada theriacę optimę & iam fermentatæ drac.j. cum pauco uino albo odorato, aqua scolopendrij diluto propinari. quæ etiam si per tres horas ante accessionem sumatur, sed concocta materia, & post purgationem, rigorem magnopere sedat, & materiam discutit. in quem etiam usum, ut diximus, laudatissimum est medicamentum quod succum recipit cyrenaicum. est enim quartanarijs præsentaneum remedium, præsertim dum à

Gal. loc. cit.

Diuretica.

Euacuan- tia per sudorem.

Extrinsecus humectātia, & emollientia, & laxantia.

Euacuantia per baliū & discutientia:

dum à rigore maximo tenentur. vnde vt ex Aetio & alijs colligimus, poterit hoc modo componi. Recipe ſucci cyrenaici, piperis, myrrhæ throgloditiæ, & florum rutæ viridium ana partes æquales ſingula ſeparatim leuiſſime terantur, & cum melle trita excipiantur, & fiant pilulæ, ex quibus aliquibus obolus vnus, alijs duo exhibeantur. ſed quia Galenus in libro de rigore de ſucco cyrenaico & eius medicamento loquens etiam caſtorei meminit, ideo alij volunt, vt prædictis dimidia caſtorei pars adijciatur. aiuntque ſe per tres horas ante acceſſionem caſtorei & myrrhæ ana drac.ſem.manifeſtis coctionis ſignis apparentibus ſeu perfectis cum tribus vnc. vini albi odoriferi aqua boraginis diluti ſæpius exhibuiſſe, & ſemper ingentem vtilitatem quartanarijs prouenire conſpexiſſe, vbi tribus vel quinque vicibus fuiſſet aſſumptum. hæc enim materiam vitioſam abſumunt, venarum concoctioni ſummopere opitulantur, horrores diſcutiunt, & ſegnitiem ad motum eximunt, & viſcera, ſicuti etiam theriaca id magis præſtare poteſt, roborare valent. ſed Auicenna pro viſcerum roboratione & exobſtructione à manifeſta concoctione vſque ad ægritudinis finem, trociſcos de abſinthio ſummopere commendat, ſicuti loco eorum licet etiam vti aromatico, aut electuario regum, vel alio ſimili. pariter ad eaſdem intentiones in fine ſtatus, aut declinationis principio maxime ex eodem Auicenna probantur trociſci qui fiunt hoc modo. Recipe ſucci eupatorij croci ana drach.iij. ſcolopendrij, laccæ, ariſtolochiæ, rhabarbari, ſpodij, ana drac.v. ſem. acetoſæ, ſeminum portulacæ, roſarum, ſpicæ, ſeminum cuſcutæ, ſeminis aniſi, & apij, & radicum capparis, granorum alben, & ſeminis fœniculi ana drac.iiij. cum aqua apij conficiantur, & fiant paſtilli, & cum aqua fœniculi endiuiæ, & cuſcutæ in potu dentur, quia aperiunt, hepar, ſplen & omnia viſcera nutritiua roborant, & materiã reſoluunt. pariter in ſtatu, vt ait Gal. viſceribus prouidendum cum his etiam, quæ extrinſecus applicantur ſuperius propoſitis. vt ſi ventriculo inunctiones ex oleo de abſinthio, chamæmellino, & de meliloto ſimul miſtis, & ex prædictis herbis emplaſtra adhibeantur. A Dioſcoride autem diuerſis in locis multa pro quartanarũ curatione proponuntur, quæ ab occulta potius qualitate, ſeu proprietate quadam id præſtare poſſe videntur. Vti ſunt cimices lectularij ſeptem, cauis fabarum incluſi, & poti. Plantaginis radices integræ quatuor, cum vini cyathis quatuor, & pari aqua bibitæ. Quinqueſolij rami quatuor ſumpti, hypericum ex vino hauſtum. Heliotropij ſem. gran.iiij. hora una ante acceſſionem pota. Verbenacæ ſupinæ quartus à terra geniculus vnà cum adiacentibus folijs hauſtus. quæ quidẽ ab Alexandro quoque fuere ſuſcepta. Bonum eſt autem vt dum his vtimur patientes poſt eorum aſſumptionem in ſiniſtrum latus ſaltem per horam decumbant. Gentianæ vero ſtillatitia aqua pota: nec non cardui benedicti decoctum, aut herba ipſa in puluerem pota: & multo magis imperatoriæ radicis drach.j. ex mero calido hora vna ante acceſſionem pota magis à manifeſta qualitate, & quia attenuandi, aperiendi, detergendi, & diſcutiendi vim habent, quartanas profligant. ſed hæc & præſertim imperatoria ſicuti alia omnia, quæ calidiora ſunt in melancholia billioſa ſunt vitanda: & concocta materia propinanda. De cibis autem & alimentis omnibus qui ab humore melancholico vexatis tum amiciſſimi, tum aduerſiſſimi ſunt in capite de melancholia diffuſe tractauimus. notat Auicen. vt in primis tribus, vel quatuor periodis attenuante victu, & tenui dieta potius vtamur, quia in principio materia copioſior & terreſtrior & craſſior eſt, & virtutem magis grauat, & quia ſtatus remotiſſimus eſt, criſis in proximum nullo modo expectatur, vnde optimum eſt propter cauſam dictam attenuare in principio, deinde iterum dietam incraſſare, & poſtea attenuando progredi vſque ad ſtatũ. in ſtatu enim inquit Gal. ſubtilioris victus ratio eſt adhibenda, quàm ante, vel poſtea. Monet etiam Auicen. ut in die acceſſionis ab omni cibo prohibeantur, & ab aqua frigida. ſed noſtra tempeſtate conſuetudo Medicorum inualuit, vt aliquid poſt acceſſionis declinationem concedant, ideo ætas, conſuetudo, & anni tempus & reliqua conſideranda ſunt. Aqua autem frigida non ſolum in die acceſſionis, ſed in quocunq; die, ne materiam magis incraſſet & crudiorem reddat, inhiberi debet. in quartana autẽ bilioſa, quia corpora ab hac correpta facilè diſſolui cõſueuerunt, in die acceſſionis parum aliquid cibi concedatur. Arcendi autem ſunt, inquit Gal. à carnibus porcorũ, & omnibus edulijs quæ tenacia ſunt, & tardum habent exitum, ac quæ refrigerant exiccantque corpus. Vino perutendum eſt albo ac tenui, ac mediocriter calido: & volatilibus, quæ boni ſucci ſunt, & non in paludibus degunt. Piſces autem adhibendi concoqui faciles, mollibus carnibus nihil tenax habentibus præditi. Vtendum eſt autem

Gal li.de rigore.c.7.

Altimarus 2. par. de med. febri.c.5.

Corroborantia.

Auic.loc.cit.

A proprietate agentia.

Dioſc.l.4.c.59

Victus ratio.

Auic.loc.cit.

Gal.1.ad Glacō.

autem salsis, & sinapi: & certis diebus id medicamen, quod diatriumpipereon vocatur, vel quod diospoliticum, est assumendum, &, si quotidie piper tantum cum aqua biberent, recte etiam facerent. Frictionibus autem & ambulationibus, & balneis, atque alijs vsitatis nõsunt penitus prohibendi. & si omnino possent à balneis abstinere, solis contenti frictionibus, quamplurimum ex eo iuuamen admitterent. & si quartana febris breuis sit, neque admodum violenta, nihil nocuerit, si diebus interiectis ad consueta exercitia se transferant. Hæc quidem ex Galeno ab initio & vsque ad statum sunt peragenda. sed quia Alexander Galenum reprehendit, eo quod salsis, sinapi, pipere, & medicamine ex eo composito vtatur, in humore sui natura aridissimo, ideo sciendum Galenum victus rationem humectantẽ quidem esse voluisse, vt ex eius verbis liquet, sed his ciborum condimentis & alijs medicamentis calidis, & siccantib. vsum esse, quia vt superius ex Auicennæ auctoritate diximus, hæc conueniunt, non quatenus siccant, sed quatenus humorem sui natura maxime crassum attenuant. insuper Galenus hæc proponit in quartana potissimum exquisita, quæ à fæce sanguinis naturali prouenit, & in primo senio fieri solet. ad hæc non semper his vtitur, sed solum certis seu quibusdam diebus. & licet singula die piper exhibeat, ipsum in pauca quantitate, & cum aqua propinat, à qua, cum copiosa ei misceatur, euadit medicamẽtum quod leuiter calefaciendi & humectandi, & vnà extenuãdi, & detergendi vim habet. Theriaca vero & succo cyrenaico vtitur post materiæ concoctionem & magna ex parte expurgationem, vt reliquiæ discutiantur, & partes corroboratæ eundem humorem rursus non multiplicent. Hoc itaque modo tum simplices, tum duplices, & tres quoque quartanæ, dum exquisitæ fuerint, curari poterunt: vbi vero non exquisitæ fuerint, pro diuerso humore atræ bili permixto, & varia ipsius quantitate, curationem variare oportebit. Quæ etiam curatio quartanæ continuæ, paucis mutatis, poterit accommodari, quæ tamen rarissima est, & dum oritur, ferè semper magis notha ẽ, quam exquisita. in ipsa itaque phlebotomia dum est conueniens, potius in principio post leniens vel clystere, eo modo, quo supra notauimus, administretur. Præparantia sint eadem, sed aliquatenus minus calefacientia & siccantia. purgantia pariter sint leuiora & minus calefacientia. In hac insuper dulcis aquæ balneum in quo tamen parum immoretur, multo magis materiæ concoctionem adiuuat, quam etiam fælicius euacuat sena, & epithymi in sero caprino decoctio, nec non diuretica, & sudorem prouocantia, quæ tamen omnia leuiora esse debent. imo materia per poros cutis etiam insensibiliter educi poterit cum frictione, quæ in processu fortior sit, quàm in principio: quorum tempus ex superius dictis clarum est. ita ad mouendum sudorem maxime in hac probatur aqua hordeacea vino subtili admixta: nec non suffumigia, potissimum vbi natura sudorem tentauerit. concocta vero & magna ex parte euacuata materia fortiora probantur, vt magnæ confectiones, diatriumpipereon, & similia cum vino potenti, in principio enim accessionis exhibita actu calida sudorem mouent, & nonnunquam vniuersam materiam potissimum in declinatione educere consueuerunt. sed post horum assumptionem ægrotantes pannis cohoperiri debent. Sed hæc adeo calida solummodo in melancholia pituitosa, & fæce sanguinis naturali adhibenda sunt. Balneum vero in omnibus speciebus conuenientissimum est. Principalia autem & naturalia membra cum diamusco, & electuario regum, aut si caliditas febris hæc prohibeat, cum diarhodone corroborentur. cibi sint calefacientes & humectãtes quamuis in frigidiori materia magis calidi, in biliosa potius frigidi esse debeãt. sed semper humidi sint. Salsi vero & acuti cibi, quales sunt pisciculi etiam saliti, solum in fine & in pituitosa potissimum conceduntur. Vinum sit aquosum, purum tenue, in calidiori tamen materia, vt est biliosa, cum aqua mistum concedatur. Somnus longus sit, motus omnes laboriosi potissimum vitentur. Aluus tum clysterijs, tum etiam lenibus lenientibus vt præsertim cassia est, sæpius prouocetur. Febres autem quintanæ, & huiuscemodi aliæ, si quæ sunt, cum omnes à melancholico succo pendeant, non aliter, ac ipsæ quartanæ, curantur. ex dictis insuper de febribus putridis in generali, & de ijs differentijs, quæ ab humore putrescente desumuntur, clarissima quoque earum omnium febrium tum cognitio, tum curatio redditur, quæ penes materiæ putrescentis quantitatem, qualitatem, & locum inuicem differunt, vnica excepta pestilenti febre, quæ, quoniam à praua materia, quæ iam corrupta est, & propriam, & ordinariam formam iam amisit, putrescente originem ducit, sola inter putridas principalesque febres, quæ simplices sunt, explicanda relinquitur.

Ad quartanam continuam.

De

De febre Pestilenti. Cap. XXX.

Nomen.

QVAMVIS febris pestilens multiplex ab auctoribus statuatur; hæc tamen vnicam debet habere nominis notionem, in qua omnes eius species conuenire debent: quam prius declarare debemus, quam ad essentiam ipsius aperiendam accedamus. Imo quanto hæc obscurior est, tanto diligentiorem nominis inquisitionem postulat. Sciendum itaque nos ex communi omnium sententia quancunque febrem sub hac pestilentis appellatione comprehendere, quæ non simplici putredine, sed ea exquisita, & praua qualitate cor adeo fatigat, vt magna ex parte à sæuissimis concomitata symptomatibus in ægrotantium exitium terminare consueuerit. aut si nonnunquam salus subsequatur, id non sine maximo certamine, Medicique timore, & ægrotantis discrimine, contingat. Adeo vt quarumcunque pestilentium febrium is characterismus, eaque propria differentia statuenda sit, vt omnes hoc cõmune habeant, vt a venenata putredine & perniciosa qualitate omnes proficiscantur, cuius merito tum praua symptomata, tum mors vt plurimum, aut saltem maximum vitę periculum subsequatur. Quo fit, vt siue talis febris popularis sit, & à communi causa profecta eodem tempore plurimos inuadat, & proinde vnà cum peste verè grassetur, & populetur, siue non popularis sit, & à particulari causa exorta, citra pestem vnum, vel alterum inuadat, dummodo similem cum illa, quæ popularis est, & magis proprie pestilens vocatur, labem præseferat, eam sub pestilentis febris nomine & communi natura comprehendi volumus, nec præter rationem, cum etiam Gale. pestilentem febrem mortales quoque nonnunquam citra pestem corripere fassus sit. Sed vt hæc exactius ab vnoquoque percipiantur, & ad cuiuscunque huiusce generis febris causam venandam via nobis apertior reddatur. Sciendum morbos, vt ex Hippoc. sententia colligit Gale. duplices imprimis esse, vel enim communi modo constant, & similes sunt inter sese, & vno eodemque tempore copiose exoriuntur, & Græcis pãdimij, idest communes morbi vocantur, aut etiam passim grassantes, vel sunt inter se dissimiles, cõmuniq; modo non constant, & vage, seu sparsim homines corripiunt, ægrosque varie fatigant, ita vt morbi genere diuersi separatim plures corripiãt, vt. s. exempli gratia, vnus homo dysenteria, alter ardenti febre, ille vero tabe detineatur, qui quidem à Græcis ceu dispersi, sporades nominantur, & è regione communibus & publicis opponuntur. Communes rursus seu passim grassantes sunt duorum generũ, vel enim aliquam regionem aut etiam plures per aliquod tempus peragrant, & hi à Græcis epidimij, à Latinis vulgares, seu etiam populares vocitantur: vel alicuius regionis incolas non secus, quàm si cognati essent, omni tempore comitantur, qui à Græcis endimij, à nostris regionales, patrij, aut vernaculi, familiaresve dicuntur, de quibus Hip. egit in lib. de aere, aquis, & locis, sicuti de popularibus, siue epidemijs in libris epidemiorum, seu vulgarium morborum pertractauit. Populares, seu epidemij & vulgarès morbi & ipsi adhuc duplices existunt, vel enim perniciosi sunt, & plerosque necant: aut perniciosi non sunt, ita vt ab ijs plerique euadant. si perniciosi sint pestem vocant, ait Gal. quia pestilentes tales morbi sunt, si mitiores, eos simpliciter epidemos nominant, sicuti pestis epidemia perniciosa vocatur. ex qua diuisione facilè colligimus eos aberrasse, qui sporadicos morbos inter populares locarunt. Cum tamen hos Gal. hisce verbis manifestissime distinxerit. morbi epidemij, & pestiferi, ait ipse, rarius accidunt, qui vero sporadici ab Hip. vocantur, frequenter oriuntur, de quibus in præsentia loquetur, vt de epidemijs seu popularibus in libris vulgarium morborũ. de endemijs vero in lib. de aere aqua & locis: nullum autem peculiare volumen de pestilentia conscripsit, quia illam esse vnum ex epidemijs morbis, in libro de vulgaribus morbis docuit. Hæc ille. sed ad pensum redeamus, & ex dictis eliciamus duplicem imprimis pestilentium febrium differentiam hæ siquidem vel populares vagantesque sunt, vel potius inter dispersos seu sporades morbos generantur. Si populares sint, magis proprie pestilentes ab omnibus vocantur, & si ab aere vitiato hæ dependeant maxime proprie tales dicuntur. particulares vero, & priuatæ, quæ inter sporadicos morbos gignuntur, quia consimiles quodammodo vagantibus sunt, & consimilem labem habentes communi nomine ab omnibus pestilentes nuncupantur, licet à nõnullis febres malignæ seu mali moris, aut mali modi, passim vocitentur. Quamuis autem

Gal. 3. in 3. epi. com. 57.

Hip. & Gal. 1 de rat. vic. tex. & com. 9. & Gal. in prob. de vulg. morb.

Morbi cõmunes dicti.

Morbi dispersi seu sporades vocati.

Morbi epidemij seu populares.

Morbi endimij.

Morbi populares pestilẽtes.

Populares simpliciter.

Gal. 1. de rat. vic. 9.

Pestilẽtes febres, sine peste ab aliqb. malignæ dictæ.

Gal. 3° in 3m Epid 57. et 3° d[illegible] [illegible]

pro specifica huiusce febris denominatione melius sit pestilentis nomine vti, quoniã nomen malignæ non quidem morbi speciẽ (vt pestilens facit) sed morbi morem potius exprimit, morbi autem mos, vt in prognosticis vniuersalibus docuimus, à morbi idea & specie valde differt: nam quilibet grauis morbus cuiuscunque speciei sit, malignus esse potest (vnde Thelephia vlcera maligna dicimus, & ardentes, quæ lipiriæ vocantur, malignæ sunt, quamuis pestilentes non sint): nihilominus vt pestilentes hæ febres ab ijs malignæ vocitentur facilè concedendum est, tum quia de nominibus parum curandum, tum quia & Gal. ipse pro lethali & pernicioso, maligni nomẽ interdũ accepit, & malignã febrem cum perniciosa atq; lethali confundere visus est. dum ait ex vulgarium morborum esse genere, eos, qui malignissimi sunt, & pestilentes appellantur: tum demum quia & Hip. malignas febres pro lethalibus audiri voluit, dum dixit quod simplicissimæ seu benignissimæ febres cum signis securissimis quarto die, aut citius desinunt, malignissimæ vero cũ pessimis signis quarto die aut citius interimũt, vt prorrheticorum lil rum, qui suspectus est, omittamus. nec iniuria cum ex Aristo. in elenchis sophisticis plures sint res quàm verba, vt homines vnà voce ad plura significanda vti cogantur. Verum dicet quis quomodo maligna & perniciosa febris, quæ nõ publica sed priuata sit, & vnum vel duos aut paucos admodum affligat, pestilens dici potest, cum pestis circunscriptio ex Gal. sententia ea sit, vt multos simul pestilens morbus inuadat popularisq; fit, & multos interficiat. Gal. non est enim certi morbi nomen vulgare, aut pestilens, sed quicunque vno in loco multos simul inuaserit, hic vulgaris nominatur. cui si accedat vt multos tollat, pestilẽtia efficitur. & alibi inquit. Atque hucusq; vulgaris hic morbus erat, nunc vero pestilẽs est factus, cum multi mori cœperint. Huic faciliter respondemus, morbum esse communem & popularem, seu multos, vnius regionis, aut plurium, homines apprehendere ad morbi pestilentis essentiam non attinere, sed accidens quoddam esse ab hac natura prorsus extrinsecum, quod causam morbi pestilentis communem omni populo, vel etiam præter causam pestilentis morbi effectum, qui contagium ipsum est, insequitur: sed finge quod in ciuitare vnicus homo reperiatur, in quo vera pestilentis morbi essentia reperiatur, vnà cũ suis prauis symptomatibus essentiam insequentibus, nulli dubiũ quod is homo pestilenti morbo & peste laboraret, & tamen morbus is, epidemicus & popularis non esset. quod si in ibi plures homines reperirentur, & incaute ij se gererent, proculdubio cito vagaret, diffunderetur que & popularis fieret, adeo vt nisi actu, saltem potestate, & aptitudine sui natura popularis est. & licet tali morbo homines sparsim laborare possint, nihilominus maior ipsorum pars, siue eodem tempore, siue vnus post aliũ corripiantur, è vita decedit. Ex hoc autem animaduertant iuniores pestis characterismum eum non esse, quem viri quidam eruditi tradiderunt, dum aiunt, pestilentiam eam vocari, quæ cum per vnam vel plures regiones grassatur, maiorem hominum partem interficit: hoc enim quamuis nonnunquam contingere possit, vti dum pestilentia valde insignis & perniciosissima existit: nihilominus necessarium non est, sed ita pestis accipienda est, vt ex Galeno maiorem hominũ partem interimat, ex illis quos corripit, & inuadit, non autem tum à morbo correptis, tum ijs, qui eo non corripiuntur simul computatis. Et hæc, pluribus fortasse, quàm oportebat, de febris pestilentis nomine dicta sint, cuius essentia, vt ex dictis liquet in eo sita est, vt sit perniciosa febris ex venenatæ rei putredine, cor insigniter lædente, profecta. Si quis autem loco putredinis venenatæ rei, aut putredinem venenatam, aut putredinis excessum, aut vehementem putredinem, vel venenatam qualitatem dixerit, nihil à Galeni sententia, aut à veritate alienum, sed varijs verbis idem prorsus significatum proferre arbitramur. Quod autem vehemens putredo ex Galeni mente, venenata, ac pestilens qualitas sit, inde patet, quod Galenus, cum nominat putredinem excellentem, validam, magnam, vehementem sexto de locis affectis, primo de diff. febr. sexto epidem. tertio de præsagio ex pulsu, vbi agit de vehementi humorum corruptela, quamuis semper eius causam faciat putredinẽ, aperte rñ declarat, p insignẽ illã putredinẽ se venenũ intelligere. Cũ.n. agit de concreti sanguinis grumis: vbi pessima symptomata recẽsuit, quæ sequuntur sanguinem in grumos conuersum, admitabundus dicit. vt mirari aliquis possit, quæ nam sit huius euentus causa. Quippe cum omnium, quæ in corpore sunt, sanguis maxime sit familiaris, quomodo ex suis vasis effusus, tanti mali authorẽ se præstet, vt & putredo partium, & mortificatio ipsum sequi possit. Cum ergo

Gal. 1. de crif. c. 5. & li 1. de cib. bon. & mali succi in prin. & in prohem. epid.

Hip. 3. progn. tex. 2.

Dubitatio.

Gal. 3. in 3. epi. com. 20.

Pestis circũscriptio, & characterismus.

Gal. 7. in 6. epid. 1.

Responsio.

Gal. 3. in 3. epi. com. 19.

Pestilẽtis febris natura.

Venenata qualitas apud Gal. à vehementi putredine non differt.

hæc symptomata admiratione digna videantur, & clarè venenum demonstrent, illud tamen putredinis nomine Gal. appellauit, cum tamen sanguis extra venas effusus solũ corrumpatur, ita vt in alienam abeat naturam, veneficam illam, & homini maxime aduersariam, non tamen adhuc putrescat. Si enim putrescat post venarum exitum sta tim phlegmonas, & febres accersit, vt vnicuique conspicuum est. & quod magis est, eodem in loco Gal. puris mentionem facit, à quo tamen nulla grauia symptomata fa cta esse dicit, dum autem extra vasa in phlegmonibus putrescit sanguis in purem migrat. Ad hæc dum de vterinis loquitur affectibus, & ea symptomata recenset, quæ menstrui, aut seminis corruptelam sequuntur, apertè ait, illa in venenum verti, illic tamen perpetuo putredinem nominat, sed quam ita interpretatur, vt apertè velit per eam venenum intelligi. In tertio aut de præsag. ex pulsu & sexto epid. vbi per excellentiam putredinis febres pestilentes à reliquis differre ait, sine controuersia loquitur de ea febre pestilenti, & putredine, quæ fit aere corrupto & contaminato. ac vt alij appellant, venenato. nominat enim Atheniensem à Thucidide descriptam, quam dicit ex Aethiopia per continuum aerẽ fuisse delatam: & diuturnam illam, ac magnam suæ ætatis pestilentiam. & primo de differ. febr. Cum plures pestes recensuisset, tum quas ipse vidit, tum quas Hippoc. descripsit, tandem ait. Eorum autem summa & cephaleõ, vt ipsemet Hip. ostendit, erat putredo. De pestilenti autem aeris statu in eodem capite hæc dicit Gal. in pestilenti vero aeris statu inspiratio potissima causa est. item, magna ex parte autem ex inspiratione incipit aeris circunstantis à putrescibili euaporatione infecti. Illam autem infectionem paulò post dicit, ex lacuum, paludum, stagnorum, aut cadauerum euaporatione prodijsse. Hanc vero euaporationem in secundo de natura humana, dicit, totius substantiæ proprietate, non simplici aliqua qualitate nostra corpora vitiare. Quæ autem totius substantiæ proprietate nos lædunt, & corrumpunt, deleteria sunt & venenata, & in libro de Theriaca ad Pisonem inquit pestẽ vti feram furere, ac nos per anhelitum trahere vim deleteriam. Ergo sequitur illam summam, ad quam omnia in pestilentijs contingentia Gal. & Hip. redigunt, putredinem. s. esse venenum. Insuper in fine decimi de methodo medendi policetur se in alio libro acturum de hecticis pestilentibus, & de putridis pestilentibus. & id non alia ratione, nisi quia præter caliditatem in habitu, & supra putredinem includunt venenum. sed Galeni auctoritatibus omissis, in omni febrium pestilentium genere venenatam inesse putredinem, paulò post, cum de causis agemus, apparebit. sed ad definitionem adhuc magis aperiendam redeamus. nos non putredinem venenatam, aut vehementem proposuimus, sed rei venenatæ putredinem, vt vnà cum vera, atque legitima, & immediata pestilentium febrium causa, modus quinetiam illucesceret, quo febres hæ producuntur. Necessarium enim est, vt in humano corpore venenata aliqua materia reperiatur, quæ quidem putredinem ipsam & tempore, & ratione præcedat, quæ deinde putrescens, dum putredinis vi eius venenosa qualitas concitatur, magnam tũc temporis actionem promit. & cor adeo lacessit, vt pessima illa symptomata, aut mors etiam subsequatur. & ita febris pestilens generatur. impossibile enim est, vt venenato humore, aut alia re venefica putrescente, putredo consequens excessiua, aut vehemẽs, aut venenosa quoque non suboriatur, quia necessarijssimum est, vt sui subiecti, in quo fundatur, naturam redoleat. vnde si putredinis subiectum venenatum & deleterium est, passio quoque talis erit de necessitate. Iam vero materia venenata, quæ in corpore reperitur, & deinde putrescit naturam veneficam non aliunde contrahit, quàm ex ipsa corruptione, quæ quidem putredine ipsa vniuersalior est, omnia enim quæ putrescunt corrumpuntur, non è contra. & insuper magis quàm putredo corpori nostro aduersaria est, quia sicuti, quæ putrescunt terra & fimus euadunt, & incinerantur, ita quæ corrumpuntur, in contrariam naturam permutantur. vt clarius iam iam, dum de causis pestilentis febris loquemur, apparebit. Verum ex dictis non existimet quis, quod omnis corruptio putredinem præcedat, nam interdum quoque corruptio ex putredine oritur, vti in proprio sermone de putredinis natura declarauimus. Fructus enim multi, & potissimum horarij & carnes mactatæ, & frumentum, & alia cerealia semina malè reposita sæpius per putredinem corrumpuntur, quod etiam in nostri corporis humoribus contingit, qui putredine accedente, vt toties diximus, corrumpuntur, non tamen ob id febris oritur pestilens, sed simpliciter putrida. Sed si contingat vt ex hac putredine non solũ corrũpantur, sed naturã quoq; venenatã inde concipiant, & postea vel putredo eorundem perseueret, vel noua putredo accedat, tũc

Gal. 1. de diff. feb. c. 4.

Gal. 2. de nat. hum. com. 4.

Pestilẽtes febres quomodo sint.

Arist. 4. mete. c. 1.

proculdubio febris pestilens dicta suboritur. Hinc fit, vt febres nonnunquam putridæ simpliciter & non malignæ incipiant, quæ tamen aut Medici incuria, aut ægrorum delictis, aut internarum, vel externarum caufarum vi magis vehementi facta putredine, in pestilentes desinunt. quod non alia de causa fit, nisi ex mala corruptione in humoribus conflata à vehementi putredine; quæ tamen pestilentem febrem creare non potuit, nisi cum putrescens materia eo corruptionis deuenerit, qua perniciosam naturam consequuta sit. Pestilens itaque febris sub perniciosæ febris genere continetur, sed quia multæ aliæ perniciosæ lethalesque sunt, non tamen pestiferæ, ideo genus hoc per venenatæ rei putredinem contrahitur, quæ quidem venenata materia, prout putrescit & extraneum calorem accendit, febrem gignit, quatenus vitulenta est, & cor lacessit, febrem profert pestilentem, & sæuissima symptomata, & sæpius mortem infert. Quod si venenata hæc materia ita in aliqua corporis parte delitescat, & conquiescat, vt nullam in cor aut aliam partem, quæ alicuius momenti sit, actionem emittat, vt frequenter in demorsis à cane rabido aut huiuscemodi infortunijs contingit, nullus venenatus morbus suboritur, si vero ab aliqua causa excitetur, & in cor agat, non tamen inde putrescat, venenatus quidem insequitur morbus, non tamen febris ab ea producitur. Similiter si venenata hæc materia in aliquo loco putrescat, non tamen eius actio & putredo cordi communicetur, morbus pestilens creari poterit, non tamen hunc febris comitabitur, & ex hoc facilè colligimus febrem pestem ipsam non necessario comitari. quod præter allatas rationes potest insuper Hippocr. & Galeni auctoritate comprobari. Hippoc. enim de magna illa pestilentia in tertio epid. verba faciens scribebat. Quorum caput horum quid tentaret, his caput totum glabrescebar, & mentum ossaque denudabantur, decidebantque, ac multæ extiterunt fluxiones. his adiuncta aliquando, & aliquando non erat febris. & paulò post subdit, multos autem vnà cum febribus & ante febrem, atque à febre arripuerunt. Gal. autem in com. huius rei causam aperiens inquit. Peiora erant in quibus in profundũ secessit humor ignem sacrum efficiens, cum in viscera & principes partes se cõferens præter alia symptomata febres etiam acutas generabat, quibusdam tamen, quibus in superficie erat huiusmodi putredo, partes etiam citra febrem marcescebant. & deinde habet Hip. excrementa biliosa, pinguia, tenuia, aquosa, atque ipse morbus multis eo erupit citra febrem, & in febre. & paulo post subiungit, ex his, quos febres tenebant, aliaque, nemo circa potum intempestiuus erat. In cuius loci com. ait Gal. hunc sermonem omne genus morbi continere, quatenus homines inter se se natura, ætate, & victu distant. & tandem rem exactius concludens subdit. Porrò multas dixit hoc morbo laborasse, id est deiecisse talia, etenim etiam citra febrem hoc dicit quibusdam accidisse. Qui etiã Gal. Alibi bolum armenam pro pestilentiæ non quidem præseruatione, sed curatione proponens, ait. Cæterum bibitur ex vino albo, consistentia tenui, modice diluto, si aut planè febre careat, aut leniter ea teneatur, sin grauiter febriat admodum aqueo. ex quibus auctoritatibus id, quod superius diximus, confirmatur, nempè materias venenatas & inficere & perdere homines sine putredine, & proinde sine febre, posse. Nec ob id Auic. & Græci nonnulli scriptores Medici damnandi erunt, eo quia de peste nullum peculiarem ediderint tractatum, quia cum pestis ut plurimum, uel sit febris ipsa pestilens, uel pestilens affectus cum febre, iure de ipsa inter febres pertractarunt, qua locus hic erat conuenientissimus, vt in febrili affectu, qui pestem sæpissime comitari solet, eam cõsiderarent. potissimum quia sicuti pestis morbus est communis ita febris respectu aliorum morborum est communissima, & tum in mala conformatione, tũ soluta vnitate morbos comitari solet. Qd si de singulis particularibus affectibus pestilẽtibus particulatim egissent, rem in immensum traduxissent, & sæpius de eadem re loquuti fuissent. Quod vt euitarent sub communi morbo, & in communi loco, & in sermone de morbis cõib. & totius corporis peculiaribus, quemadmodum & nos quoque faciendum curauimus, de peste egerunt. cur autem pestis ferè semper cum febre fit, cã non alia est, nisi quia nostri corporis humores atque substantiæ quotiescunq; corrumpuntur, & inde venenatã naturam acquirit, cũ amplius regi nequeãt statim vt plurimũ putrescunt, & febrem excitant pestilentẽ. dũ. n. corrupti, & caloris natiui custodia priuati humores sunt, protinus putrefieri cõsueuerunt, & si obstructiones aut alia cã putredinis effatu digna præsto non sit. id tamen vt diximus non est perpetuum, & propterea tum ob hanc, tum ob aliam causam superius enarratam pestem febris non necessario comitatur, ex hoc autem eorum error deprehenditur, qui nullam aliam pestis causam

Notandum.

Epilogus.

Pestis potest esse sine febre.

Hip. 3. in 3 epi. tex. 25.

Tex. 55.

Gal. in com.

Gal. 9. de simp. med. c. proprio. de terra lemnia.

Pestis cur raro sit sine febre.

In pestilenti febre perniciosa qualitas ex putredine non oritur, sed putredo venenosa ex venenosa subiecti putrescētis qualitate.

causam proximam immediatamque statnunt, præter insignem illam putredinem, qui si per hanc non rei venenatæ putredinem, aut qualitatem veneficam, qualem superius Galenum intellexisse declarauimus, sed solum putredinis excessum, aut putredinem, quæ vulgarem communemque putredinem superat, intelligunt, & ab hac deinde perniciosam qualitatem emergere volunt, à qua febris pestilens, aut pestis producitur, valde decipiuntur. si enim vt ipsi dicunt, in pestilentia cor primum laborat; & totius mali veluti fons statuendum est, & quod cor lacessit nil aliud est, quam insignis putredo cum ab hac cor occupante febris separari non possit, impossibile esset febrē à peste separari, cum tamen hoc eorum decretis repugnet. sed inquiunt hi, putridam aeris constitutionem pestilentiam perpetuo generare, quoties ad talem illa, & tantam putredinem peruenerit, quæ tanto malo sit satis. & vt melius sententiam suam aperiant, subdunt deinde. Quod si huiusmodi terminum & gradum putredinis, quem forte nemo satis explicare potest, aduersarij occultam illam aeris qualitatem intelligunt, iam inter nos conuenit: quandoquidē omnibus in rebus natura constitutæ sunt postremæ quædam differentiæ, atque definiti quidam termini, qui propriam formam & proprium esse vnicuique largiuntur, quos propterea proprietatem temperamenti quidam vocant, qui certe à nemine satis intelligi, aut explicari posse videntur: Ad quem certe modum hunc quoque putredinis gradum efficiendæ pesti accommodatū occultum esse, neque facile indicari posse fatendum est. hæc illi. sed maxime labuntur. cum enim dicunt (talem & tantam putredinem) per hos terminos non nisi aut intensiuam, aut extensiuam putredinem intelligere possunt. sed vtroque modo id falsum esse ostendemus. Si enim excessus magnus putredinis ad pestem gignendam extensiue sufficeret, synochi omnes, in quibus, vt ait Gal. putredo omnes venas æque depascit, essent pestilentes. Sin excessus putredinis intensiue requiritur, ergo sequeretur. quod pestilentes febres dum primum inuadunt, adhuc pestilentes non essent, cum tamen à primo principio, vt nobis sæuissima symptomata, tum primum inuadentia, declarāt, omnino pestilentes sint. consequentia inde probatur, quia febris dum est in primo insultu, putredo, cum sit incipiens, parua est, nec summa & intensa à principio esse potest. nā morbi non à vigore, sed à principio in quo omnia imbecilliora sunt, incipiūt. ita putredo, cū ex mutua actione & passione actiuarū, & passiuarū qualitatum oriatur, non potest subito ad summum peruenire gradum, sed necessario primo leuior fit, postea augetur, & inualescit, & prout passiuæ maius dominium supra actiuas suscipiunt, & magis humidum effluit, & minus à calido terminatur & cohercetur, ita intensior, & maior euadit, quemadmodū tum fœtor, tū calor, quæ ad putredinis intensionem proportionabiliter increscunt, nobis declarant. Cū itaque à principio febris praua qualitas affligat, & tunc putredo summa esse non possit, à summa putredine hæc praua qualitas non dependet, sed à venenata humorum natura, quàm ex corruptela oriri docuimus. Insuper materia putrescens ad talem putredinis excessum peruenit vel ratione efficientis, vel materiæ, (de loco siquidem nemo sanæ mentis ambigeret) non efficiētis, quia sequeretur, quod febres omnes ardentes, in quibus maxime atque rebelles sunt obstructiones, pestilentes euaderent, quod experientiæ repugnat; si materiæ, hæc si in naturali statu reperiatur, nemo mentis cōpos affirmabit ipsam ad talē posse putredinē deuenire. Si verò naturalē statum non retineat, vel naturalis tēperamenti solius mutationem subit, & tunc, si putrescat, uulgari solum putredine afficitur, ut in alijs omnibus putridis febrib. quotidie euenit, vel substantiæ mutationē & subinde corruptionē patitur, & tunc, siue propter rem corruptā extrinsecus aduenientē, siue propter causam internā de qua post dicemus, id eueniat, proculdubio summā putredinē, & venenatā poterit concipere, sed tunc mala illa qualitas, quæ in febre pestilenti corpetit, per corruptionē iam genita erat, cui tm̄ hoc additū est, vt per putredinē ad agendū fuerit excitata, & impulsa. nā humores & excrementa nostri corporis, dū corrūpuntur, alienā naturā & nostræ naturæ aduersariā subeunt. Demū plures contingunt febres pestilentes, quæ nullum, vel minimū summæ putredinis signum nec in pulsu, nec in urinis, nec alijs excrementis præseferunt, & eæ potissimum sunt, quæ ceteris, in quibus intensæ putredinis adsunt inditia, longe facilius curantur, vt ob id dicendū nō sit has esse hecticas pestilentes, cum, vt vnà cum Galeno ostendemus, omnino hæ incurabiles sint. Quare concludendum est pestilentes febres ex maligna quidem & venenata putredine procreari, non aūt ex summa putredine, quæ ad summum gradū tantūmodo, quàm isti inculcarunt, perducta sit. quamuis enim hic summus gradus, qui ex

Gal. 3. de præs. ex puls.

maximo passiuarum supra qualitates actiuas dominio, consurgit, in aliquibus febribus pestilentibus reperiri possit, non tamen in omnibus reperitur, nec ab eo vniuersa, & insignis earum pernicies dependet, sed ex maligna, & venenata putredine, quæ in omni pestilenti febre necessaria & perpetua est. Sed iam ad huius mali causas accedamus. Quemadmodum dispersorum morborum suus cuique victus fine controuersia causa est, vt ex Hip. atq; Galeni ssia liquet: ita cōiū morborū cā ad quoddā cōmunissimū, quo maxime vniuersi vtuntur, referenda est: tunc.n. victus cuiusq; nostrū nequaquā in cā esse potest: cū morbus oēs iuxta attingit, tā iuuenes, quàm senes, tam fœminas quàm viros, perinde vinum ac aquā bibentes, tam qui offam, quàm qui panē cōmanducant. tam qui multum quàm qui parū laborant. Si verò cōes morbi endimij sint, seu inquilini ac alicuius regionis incolas, ac si cognati essent, oī tpe comitentur: ex cōi illius regionis ambiente, & loco, aut aqua & terra, & vaporib. qui ab aqua, & terra illa eleuari iugiter consueuerunt, proficiscuntur. alteratur .n. à diuersa regione aer, prout in concauo, vel in sublimi sita est, ad Orientem vel Occidentē, Aquilonem vel Austrum: & pro eius item regionis natura diuersa, vt si sulphurea, aluminosa, paludosa, petrosa, vel argillosa regio fuerit, iuxta mare, flumen, aut montes, aut alia simili ratione diuersa fuerit regionis, siue loci, aut ciuitatis natura. Quod si hi aut vnam vel plures regiones non semper sed aliquo tpe inuadant, non tñ perniciosi sint, & pestilentes, sed ab ijs plurimi hoīes liberentur, tunc ab aere ipso in sola tēpatura immutato aut ēt in substantia leuissime tñ corrupto, tanquam causa cōissima ortum ducunt, nā qualē aer temperaturā habet, ita ēt nos afficit. quo fit vt qñ ambientis aeris tēperatura ab anni tpib. pmutat, pmutētur ēt succi, & corporū tēpamēta de necessitate, & ob id vti singula anni tpa diuersam seruabunt tēpaturam, pro eius ratione ēt morbi diuersi creabuntur, similitudinē habentes cū natura succi exuperantis. Sed si anni tēpora propriam naturam seruabunt, fient morbi communes, qui diuersis anni tēporib. familiares sunt, & de quib. Hip. in 2. aph. par. pertractauit, vbi dicebat Aestate febres cōtinuæ ardentes, Autumno quartanæ, erraticæ, lienes, & sic de ceteris. qui quāuis, vt ait Gal. vulgares dici non possint (quia dū anni tempora propriam seruant temperiē, nō pestis neq; vllus vulgaris morbus fit, sed soli dispersi, quos vocant, qui victus comites sunt) nihilominus quia à cā vniuersali nempe aere à diuersis anni temporib. immutato creantur, vniuersales & cōes dici possunt. & insimul vnā cū Gal. dispersi ēt possunt appellari, quia in his generantur solummodo, qui praua vtuntur victus ratione. Sunt itaq; cōes prout ab aere oriuntur alterato pro diuerso anni tēpore: sed quia sufficiens non est talis alteratio morbos procreare, licet causa sit, cur singuli in singulis tēporib. anni, humores vigeant, pro quorum ēt ratione morborum species commutantur, sed oportet ēr vt hi quos morbi tentant, praua vtantur victus ratione, propterea dispersi quoq; morbi à Gal. vocantur, quia ex offensione in ratione victus proficiscuntur, sed eorum formæ pro anni tēpore immutantur. Si vero anni tempora à propria recedant temperatura, vulgares seu epidemij simpliciter dicti oriuntur morbi, qui quidem ab aere ipso non in substantia, sed in sola temperie alterato, non tñ ex regione, aut aliquo anni tempore naturaliter habente, sed ex peculiari cœli statu, & ipsis anni temporib. præter naturam immutatis proficiscuntur, quæ quidem immutationes, & intemperamenta ex diuersis statib. conditionib. tempestatibus, seu, vt magis proprie cum Hip. & Gal. loquamur, constitutionibus proueniunt, aerem in calido, frigido, humido, & sicco, aut horum coniugationē permutantib. de quibus in epid. lib. & tertia aph. Hip. loquntus fuit. Illud tñ cum Gal. notandū hos vulgares morbos non quēlibet aeris particularē statum aut constitutionē comitari; sed cu quædā exiguæ, quædam vehemētes, quædā mediæ aeris intemperantiæ esse possint, non eam quæ tpe modico perdurat, & imbecilla est, sed vehementem, ac multo tpe perdurantem comitari: quod Hip. per verbum dominari, inualescere, seu vigere, significare voluit. Paruam porrò & leuem aeris corruptelam, & in substantia mutationē, epidemicos non tñ malignos morbos producere nobis vulgaris morb. demonstrauit, q anno Dñi 1580. vniuersam Europā peragrauit, & à vulgo ideo Arietis morbus fuit nuncupatus, quia mentis, & sensuū torporem, somnolentiam, grauitatem, destillationē, & reliqua oīa ferè symptomata in caput inuexit, & nullo aut regionū, aut anni tēporū, aut cœli statuū discrimine potuit aliqua ex parte mitigari, quin oēs ferè mortales inuaserit, quāuis rarissimos interfecerit. Caput aūt potissimū afflixit, qñ aer ex leui illa corruptela qualitatē prauā cerebro inimicā contraxit. Si vero morbi vnam aut plures regiones aliquo tpe & simul plerosq; inuadant

Hippoc. & Galenus 2. de nat. hum. tex. & com. 3.

Causæ. Sporadicarū causa. Communiū morborum causa. Endemiorū causa.

Cōium aliquo tpe inuadentiū nō malignorū causa.

Hip. 3. aph. à tex. 20. in fra. Gal. 1. in 1. epi. com. 1.

Vulgarium morborū nō malignorum causæ.

Gal. 1. in 1. epi. cit.

Morborū pestilentiū causæ.

nascant,& perniciosi sint. ita vt ex ijs, qui laborant plures decedant, & subinde pestis ipsa exoriatur. Horũ plures sunt causæ. sed prima omniũ rerum causa post habita, de morborum pestilentium proximis immediatisq; causis nobis est agendũ. Quãuis enim Deus optimus absoluta potestate ea oĩa possit, quæ contradictionẽ non implicãt, & si ex nullo præsente subiecto omnia creauit, multo magis in subiectis iã præsentib. passiones & accidentia oĩa, absq; secundarũ causarũ interuentu possit inducere. Ordinariatñ virtute tũ in alijs, tũ potissimũ in expiãdis hominũ scelerib. secundis vtitur causis, quæ quanto viliores sunt, tãto ipse gloriosus magis resultat. & sicuti terrenos mortalesq; Principes scelestos hoĩes aliter punire non decet, quàm lictorũ, emissariorũ, vilissimorumq; hominũ interuentu: ita quis multo magis in immortali Deo Opt. & Max. id indecorũ esse putabit. Præsertim si in memoriã reuocabit. quoties ne dũ grandine, sed ranis, muscis, locustis, & id genus alijs vilissimis rebus Aegyptios iudicijs maximis flagellauerit. imo si quis sacra legerit volumina, semper ferè Deum Optimũ secundis causis vti videbit. sed alijs omnib. omissis vnicum in re proposita nobis afferre licebit exemplum. Quando Philisthijm Arcam Dei asportauerunt in Azotum, vti ex accidentib. quæ superuenerunt, (& quorũ in hac potissimũ peste mentio habetur) deprehendimus, omnis illa regio insigni pestilentia pp maximã aeris corruptelã, atque putredinem, fuit demolita, ita. n. legimus. Et ebulierunt villæ, & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est cõfusio mortis magnæ in ciuitate. & paulò post hæc habemus. illis aũt circũducentib. arcã fiebat manus Dñi super singulas ciuitates iterfectionis magnæ nimis; & percutiebat viros vniuscuiusq; vrbis à paruo vsq; ad maiorem, & computrescebant prominentes extales eorum. Fiebat. n. pauor mortis in singulis vrbib. & grauissima valde manus Dei. Viri quoq; qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natiũ: & ascendebat vlulatus vniuscuiusq; ciuitatis in cœlum. quæ omnia maximam arguunt aeris corruptelam, qua Deus tanquam causa proxima, ad populos illos acriter puniẽdos, vsus fuit. Quæ quidẽ apposuisse voluimus, vt Medici nunquã à proximatum causarũ inquisitione satis ignauiter desistant. de quib. iã nos loquamur, & has febri pestilenti, de qua sermo est, applicemus, quia vnà cuiuscunq; pestilentis morbi causę patebunt. Diximus contentiuã pestilentiũ febriũ causã rei venenatæ putredinẽ esse, quę cor lacessit: rem aũt venenatã in corpore nostro ex ipsius rei corruptela generari. Vnde pro exacta omniũ causarũ notitia, nil aliud inquirẽdũ relinquitur, nisi cur materiæ in nostro corpore corrũpantur, & subinde veneficam naturam acquirant, & quib. de causis deinde putrescant, & ex consequẽti pestilentẽ febrem inducant. Et qñ diximus febres pestilentes vel cões & publicas, seu vulgares esse; vel dispersas, seu priuatas. hæc imprimis in vulgarib. & cõiter grassantib. deinde in dispersis inuestigabimus. Cões & populares febres pestilẽtes cõem de necessitate causam habent, quæ triplex esse potest, nẽpè aer corruptus non quidẽ leui, sed insigni corruptione in propria substantia permutatus: cõis victus praua rõ, quæ in prauo & vitiato cibo, vel potu consistit; & cõe contagium. qua triplici cã proposita, vt innumeræ difficultates, & controuersiæ tollantur, quæ apud auctores extant, & oẽs pestiferæ febres vnà cũ similib. morbis facilius inter se distinguantur, & cognoscantur, animaduertendũ. quod si ab aere corrupto fiant, veræ atq; germanæ fiunt pestilentiæ, quæ diu grassantur, multasq; regiones deuastant. Cũ. n. veteres scriptores pestẽ noiarunt, eã semper intellexerunt, quæ ab aere corrupto oritur. Talem Homerus in 1. Iliad. li. retigit. dũ Apollinẽ finxit suis radijs tanquã spiculis, aut sagittis pestẽ è celo in Troianũ exercitũ eiaculasse. Eiusmodi fuit illa pestis quã narrat Thucidides Athenis, ac toti illi tractui sua tempestate contigisse. Talis fuit, quæ Gal. ætate longissima admodũ fuit; & aliæ permultæ, de quib. loquens Gal in li. de Theriaca ad Pisonẽ dixit, pestem tanquã venenatam feram non paucos quosdã, sed totas ẽt ciuitates depasci ac perdere. Hipp. quinetiam li. de nat. hum. non aliã agnoscit, præter illã, quæ ab aere contaminato pcedit. Si vero pestilentes febres à prauo quidem sed communi victu, qui in cibis & potibus vitiatis consistat, oriantur, de his loquitur Gal. dũ Hip. locũ explanans in li. de natura hum. & in initio primi lib. epid. existimauit cões morbos non oẽs in aerẽ, tãquã causam referendos esse, sed in dietam quoque, vt cũ vniuersus exercitus infecta ac corrupta aqua vsus eodẽ morbo correptus fuit. & cũ in caritate annonæ semiputre frumẽtũ, aut talia cerealia semina ac alia cibaria, aut corrupta, aut praua, & mali succi, oĩs aliquando populus pro alimento adhibere fuit coactus. Hic. n. sine aeris noxa, ex causã tamen communi oẽs eundẽ morbũ incurrerunt, qui si non tm̃ cõis sit, sed ẽt perniciosus

Marginalia: 1. li. Reg. c. 5. — De febriũ & omniũ pestilentiũ morborũ causis proximis. — Causæ pestilentiũ febriũ quæ publicæ sunt. — Aer corruptus. — Praua dieta. — li. 1. com. 3.

closus, pestis erit, cũ hæc sit epidemia perniciosa, vt superius diximus Talē itaq; pestē depingit Gal. dũ ait. Probe dictũ est, quod multis morbis cōe est, cōem habere causā: nō tñ recte originem cōiũ morborũ in solum aerē retulit: qñquidē in Aeno cũ fame hoïes vrgerentur, qui legumina comedebāt, crura ijs imbecilla reddebantur: qui aũt eruo vescebantur, eos genuum dolor conflictabat. nouimus etiam eos, qui fame com cōpulsi triticũ semiputre comedissent, cōi morbo ex cōi causa correptos esse, & cum exercitus vitiatis aquis vteretur, milites oēs simili esse noxa vexatos. simile quoque proponit, tum in principio libri de cibis boni & mali succi, nec non etiā eādē tetigit dũ, de pestilēti febre loquēs, ait ipsam & aliqñ fieri ob eos, qui sunt in corpore humores ad putrescendũ paratos, cũ breuē aliquā occasionē ad febris originē ab aere ambiente acceperit animal. Verum sicuti pestis, quæ ab aere deprauato fit, vera ac germana, & sola ab antiquis cognita fuit, ita secunda hæc, quæ ex victu cōi, corrupto, ac deprauato fit, vere quidē & ipsa pestis est, at non æque proprie. quia non transit ex vna regione in aliam, ac vbi viget, non oēs fere, vt prior illa, quæ totas populatur ciuitates, sed multos, seu maiorē partē tollit. quo fit, vt hoc in loco summopere notādũ sit, ne in pestilētiũ febriũ signis & alijs, maximæ orianē cōfusiones, apud Gal. hāc secūdā pestilētiũ febriũ speciē, quæ ex cōi prauo victu orit, illā esse, quā febrē pestilētē citra pestē appellauit tũ tertio in 3. epid. lib. com. 57. tum tertio de præsagio ex pulsu c.4. sunt. n. hæ febres pestilētes citra pestē illā germanā ac proprie dictā, quæ ab aere corrupto oritur, non tamen sunt citra pestem secundo modo propositam, quæ à prauis alimentis originem ducit. quare per febrem pestilentem citra pestem, non debemus eam, quæ priuata est, & rectius maligna dicitur, intelligere, vt omnes posteriores arbitrati sunt practicantes. Sed ne nouũ quoddā fictitiũq; nostrũ appareat cōmētum, exactius id declaremus. In ipso tertio de præsag. ex pul. Gal. ait oēs antiquiores Medicos has febres pestilentes, citra pestē nonnunq̃ accidere, tradidisse. Sed quis quæso vnq̃ è veteribus, illius priuatæ pestilētis febris meminit? nullus equidē, quod sciam. Insuper Gal. inquit, se de illis latius in differentijs febrium disputasse. sed in eo libro de pestilentibus his priuatis ne verbũ quidē fecit. contra de cōibus, quæ non ab aere putrido, ac proinde citra pestem illā proprie dictam, sed à praua & cōi dieta fiũt, egit Gal. in eo lib. & egerunt oēs insigniores medici, vt ex Aetio, Paulo, Oribasio, qui eorũ dicta collegerũt, cognosci potest. Nam Gal. 1. de diff. febr. ait. In pestilenti aeris statu inspiratio plurimũ est febris causa. ecce febres pestilentes cũ peste. Fit. n. & aliquādo (subdit) ob eos, qui sunt in corpore humores ad putrescendũ paratos, cum breuem aliquam occasionem ad febris originem ab aere ambiente acceperint. ecce pestilentes febres sine peste. Sequitur deinde. magna autem ex parte ex inspiratione incipit aeris circunstantis à putrescibili euaporatione infecti. Ecce febres pestilens cum peste. & idem in 2. de nat. hum. ex eodem colligimus. nam postquam verbis supra citatis eam quæ sine peste fit, proposuit, sed tamen ex causa communi oritur, in sequenti com. ait sæpenumero etiam exhalationes quædam è paludibus, stagnis, locis lutulētis, aut huiusmodi terra excitantur, ex quibus tales morbi oriuntur. quibus verbis pestilentes febres cum peste proponit. & idem apud Paulum, Aetium & alios inuenimus. Quare pestilens sine peste illa est apud Scriptores veteres, quæ ex praua oritur dieta, & epidemia est, non autem priuata & sporadica vt plerique falso existimarunt. De contagio vero Prisci illi medici vel nihil, vel pauca tradiderũt, quāuis illud probe norint: quia ipsius natura ex ijs, quæ de corrupti aeris actione traduntur, elici potest, & sub aere ipso cōprehenditur. neq; n. absq; ipsius vehiculo impartiri potest. ab ægrotāte enim corpore, aut ab eo, quod fomitem appellant, vapor, aut spiritus quidā, aut aura quædā tenuissima eleuatur, quæ corruptus aer potest appellari. quēadmodu & Gal. nihil referre docet, an spiritum an aerē dicamus. Insuper corruptus & venenatus ille vapor seu aer aut spiritus pestilenti labe infectus, siue per aerem ipsum siue per fomitem aliquem de vno in alterum locũ trāsferatur, semper ab aliqua re similiter infecta originem prius traxit, & hęc similiter ab alia donec tandem ad duas primas causas, & potissimũ ad corruptũ aerem cogamur deuenire, adeo vt si fingamus Bizātio pestem grassari & ex eo loco fomitem illa infectum ad nos deferri, & ex eo loco fomitem illa infectũ ad nos deferri, ex quo quis per contagiũ ea corripiatur, hæc particularis causa illius vniuersalis quæ Bizantio viget, mēbrum veluti quoddā esse dr, quēadmodũ etiā Gal. Thucididis pestilētiā referens quæ Atheniēses inuasit, fatetur ex Aethyopia putrida contagia fluxisse. ita vt duæ febris pestilētis popularis primariæ causæ statui possint.

Gal. 1. de nat. hum. com. 3.

Gal. lib. de cib. 6. & ma. succi. cap. 1.

Gal. 1. de diff. febr. cap. 4.

Cap. 4.

Gal. 2. de nat. hum. com. 4.

Contagium.

Gal. 1. de diff. febr. c. 2.

poſsint. Non eſt autem opinandum contagium, quod vulgaribus quinetiam longa & certiſsima adeo experientia notiſsimum eſt, Antiquis fuiſſe ignotum, potiſsimum cũ de ipſo Ariſt. clariſsime in problematibus ſub his verbis meminerit, oẽs (ait ille) celerrime ijs morbis corripiuntur, qui ſpiritu corrupto proueniunt, quale oẽ peſtilens genus eſt, qui aũt appropinquauerit talẽ ſpiritũ trahit, qualẽ æger reddiderit. ægrotat igitur, quia morbiferũ eſt, quod ſpiritu trahitur: ab vno aũt morbũ excipit, q̃m ille ſic ſpirat, cæteri ſecus. Gal. vero præter auctoritatẽ adductã de Thucydidis peſtilentia, manifeſte ait periculoſum eſſe verſari cum ijs qui peſte laborant, quia periculũ eſt, ne inde cõtagiũ cõtrahatur, queadmodũ ex ſcabie, & lippitudine. eſt etiã, ſubdit, eorũ q tabe correpti ſunt, conſuetudo nequaq̃ ſecura, atq; oĩno eorũ qui putridũ expirãt, adeo vt domus, quas habitant, fœtidũ exhalent odorem. quid clarius? hinc factum eſt, vt cum Aquileia peſtilentiã olim inuaſiſſet. & Imperatores ſtatim Romam cum paucis militibus fugere coacti eſſent, in itinere aũt è viuis Lucius Imperator exceſsiſſet, poſteaq̃ & Gal. Romam perueniſſet, quãuis aetem peſtiferũ cũ probo commutaſſet, hoc tñ non contẽtus, ſe ad Aeſculapij ſactificiũ vocatũ in patriã finxit, & ab Antonino diſcedendi licẽtiã poſtulauit. & hoc quia cũ militibus, qui multi ſecũ Romam aufugerunt, conuerſatio tuta non erat. qui ẽt ait, quod cũ Romæ tribus annis fuiſſet verſatus, ingruente magna peſte cõfeſtim vrbe excedẽs in patriam properauit. Quare probabile eſt, ab Hip. & Gal. longã de cõtagio tractationẽ prætermiſſam fuiſſe, tanq̃ rem peſtẽ ipſam cõcomitantẽ, & ex ijs quæ de corrupto aere & modo quo humana inficit corpora, ab ijs tradita ſunt, percipi poteſt. Sed ad primã cauſam aetem nẽpe reuertamur, & quibus de cauſis corrũpatur, & quibus modis peſtilentẽ inducat febrem declaremus. Aer, vt ex Auic. & multis alijs præclaris auctoribus colligimus, vel pp ſuperiores, vel pp inferiores cauſas corrũpi põt. Dũ pp ſuperiores cauſas corrũpitur, id ex cœleſtib. influxib. & ex diuerſorũ ſiderũ concurſu, figuris, aſpectibusq; cõtingit, & duplici modo fieri põt, vel. n. aer ex dictorũ ſiderũ influẽtijs vitiat & corrũpitur, citra manifeſtã aliquã ipſius in manifeſtis qualitatib. alterationẽ, & citra aliq̃ ipſius putredinẽ; vel per mediã ipſius in primis qualitatibus alterationẽ, atq; putredinẽ: Primæ porrò corruptionis multa tũ antiqua tum moderna habemus exempla. Multæ ſiquidem peſtes (quẽadmodũ pleriq; tum Medici, tum Aſtronomi exercitatiſsimi teſtimoniũ perhibent) integras prouincias immaniſsime deuaſtarunt, abſque eo quod in aere aliqua, vel in qualitate alteratio, vel in ſubſtantia putrefactio, fuerit animaduerſa. ſed quid dicã prouincias? cũ referat fideliſsimus Guido de Cauliaco, anno Dñi 1348. quo tpe ſedes Põtificia ſub Clemente VI. Auinionẽ fuit tranſlata, peſtilentiã vniuerſum orbem peragraſſe, quæ adeo trucis, & immanis fuit, vt ne dũ per annos integros perdurauerit, ſed ẽt à nullo anni tpe mitigata, ex quatuor mortaliũ partibus tres ferè ſuſtulerit, & hæc peſtilẽtia illa eadẽ fuit, quã etiã Matthæus Villanus, & Ioannes Boccacius deſcripſere. Cum itaq; peſtẽ & per annũ & vltra perſeueraſſe experientia accepimus, neceſſe eſt vt eius cauſæ in corruptionẽ non aũt putredinẽ aeris referamus. nam putrefactionis motus ita protrahi non põt, præſertim cũ aer vagæ & tenuis difflabiliſq; ſubſtãtiæ ſit. & aſsiduo fere vel proprio motu, vel à flatibus ventilet & moueatur, & à ſolis acceſſu atq; receſſu in primis qualitatib. validiſsime alteretur. cauſas aũt putredinis ita aſsiduas, & pertinaces eſſe, vt tãto tpe perdurent, & vbiq; locorũ reperiãtur, impoſsibile eſt. Quare hæc aeris corruptela ab aſtris, inferiorib. cauſis non concurrentibus, producitur, ab his. n. licet viuificatio per ſe procedat, ex accidenti tñ, prout varij ſunt eorum aſpectus, ortus & occaſus, diuerſæ quoq; prodeũt in hæc inferiora operationes; quemadmodũ anni tporũ variatio atq; diuerſitas nobis oſtendit, cum ſæpe trãquillã hyemẽ & minus frigidã, tẽpeſtoſam aũt & parũ calidam æſtatẽ videamus. ſolas aũt ſiderũ actiones ad aeris vitiũ & corruptionẽ producẽdam concurrere indubitatũ ſignũ eſt, quod peſtilentes conſtitutiones tã hyeme, quã æſtate, tam ſub calido quam ſub frigido cœlo, tam auſtro, quam borea flante, graſſantur, & maxime ſæuiunt. cuius rei teſtis eſt noſter Gal. qui aſſerit manifeſte, quod dũ Aquileiã perueniſſet, peſtis, quãtũ antea nunq̃, graſſari cœpit vehementiſsima: & id malũ media hyeme ſæuiebat. nec opinandũ eſt hyemẽ illam placidam auſtrinã & tranquillam fuiſſe, ſed Aquiloniã. nã inquit quod pleriq; fuerunt abſumpti non tam ob peſtis vehementiã, quã quod media hyeme malũ id ſæuiret. adeo vt pp magna frigora multos è vita deceſsiſſe velit. Si vero ab aſtris per mediã alterationẽ in primis qualitatibus, & putredinẽ corrũpatur, id fit dũ ab his immodicã caliditatẽ & humiditatem ſuſcipit,

Marginalia: Ariſt. 7. problem. probl. 4. — Gal. 1. de diff. febr. c. 2. — Gal. lib. de propr. lib. c. 2. — Cap. 1. — Aer quibus de cauſis corruptionẽ cõtrahat. Cauſæ ſupernæ. — Auic. cap. cit. — Gal. lib. de propr. lib. c. 2.

suscipit, ratione quarum putredinem concipit, & in tota substantia permutatur, & corrumpitur vnde ex diuturna potissimum calida & humida cõstitutione aer putrefieri solet, & pestilentia procreari, cuius multa apud Hippocratem & Galenum habemus exempla. & quam plerię; solã & verã pestem esse arbitrantur. quã etiã Homerus in 1. Iliadis significauit, dum dixit Apollinẽ sagittas in Troianũ exercitum eiaculasse, innuere volẽs solẽ proprijs radijs pestem peperisse. Hęc itaque quia inter pestes omnium frequentissima est, à plerisque sola pestis nomine digna censetur. & quia ab immodice, vt ait Gal. calida & humida aeris constitutione originẽ ducit, ideo, vt tradũt historici, multi populi septemtrionales ab ea sunt immunes, nec non etiam ij, qui in montibus, & angustis quibusdam locis, qui iugiter à ventis & aere perflantur, vitam degunt. Contra qui valles, humiles & conclusas, & palustres & calidiores incolunt regiones, hac peste frequentissime inuaduntur. & ob id in Aegypto regione calidissima vnoquoque decimo aut paulo plus vel minus anno, vt tradunt, pestis vagatur. Huius meminit Gal. dum dixit. Contingit autem quandoq; pręcedere ambientis aeris caliditatem immodicam, vt in ea pestilentia, quæ Athenienses inuasit, vt Thucidides inquit: sed in Tugurijs suffocantibus ęstatis tpe habitãtiũ corpora corruptione laborabant. & Auic. dum scripsit. & quandoq; faciunt necessario virtutes agentes cœlestes, & virtutes patientes terrestres humectationem vehementem aeri, & expelluntur vapores & fumi ad ipsum, & sparguntur in ipso, & putrefaciunt eum cũ caliditate debili. Quod autem aer & reliqua elemẽta vno excepto igne putrescant, & putredo, quę mixtorum perfectorũ propria passio est, & eorum generationi opponitur, in elementis putredo secundum partem esse dicatur, in sermone de putredinis natura vnà cum Arist. declarauimus. cũ tñ & illud dici possit aerẽ, qui nos ambit, cũ impurus sit, quodãmodo mixti rõnẽ habere. Si vero pp iferiores causas aer corrũpaĩ, id multis modis cõtingit, q oẽs in hoc cõueniũt, vt hæ causæ ex se vapores & exhalationes fœtidas corruptas, & putridas emittãt, à quib. aer inquinaĩ, & in substãtia permutatur & corrumpitur. de qua aeris corruptela loquitur Gal. dum habet quod pestilẽs febris magna ex parte ex inspiratione incipit aeris circũstantis à putrescibili euaporatione infecti. Putredinis aũt principiũ vel cadauerũ multitudo nõ crematorũ, vt in prælijs cõtingere solet, aut ex aliquorũ vel lacuũ vel paludũ æstatis tpe euaporatione. quare tum ex his, tum ex aquis stagnãtibus, aut corruptis tũ ex speluncis tum cauernis terræ atq; scissuris pp terræmotus subortis, tũ ex subita sepulchrorum, aut latrinarũ subterrancarum apertione, tũ ex locis lutosis, & fimo refertis, tũ aliorũ aĩaliũ cadaueribus, & potissimũ locustis, & alijs quæ facile corrũpũtur, & ex se putridos exhalant vapores aer prauis & venenatis inquinamẽtis infici atq; corrũpi, & ẽt si diutius & abundãrius perdurent, & cõstitutionis caliditas & humiditas his faueat, putrefieri põt. illud tñ notãdũ est, hãc aeris ex inferioribus causis corruptelã nõ semper integræ ciuitati, aut oppido cõe esse, sed sæpe vnicæ eius parti, quæ, vel pp malũ sitũ, aut quia multarũ spurciciarũ receptaculũ est, cõicatur, & fit pestis, quæ licet integrã ciuitatẽ non arripiat, attamen respectu illius partis, quæ infecta est, epidemia vocatur. quæ etiam talis penes totam ciuitatem dici potest, in aptitudine, quia nisi præsidijs ei occurratur, cito vniuersæ ciuitati impartiri solet. Tandiu vero hoc pestis genus perdurare solet, quãdiu subiecta materia consimiles suggerit exhalationes, & quãdiu eæ quę genitæ iã sunt, & aeri cõmixtæ, aut igne, aut vehemẽti vẽtorũ agitatione, aut diuersa tẽporũ varietate, & solis recessu potissimũ fuerint consumptæ. Quacunq; aũt ex causa siue superiori siue inferiori & quocunque modo aer fuerit corruptus, ex hac corruptela humanæ naturæ infensus & venenatus euadit, &, vt inquit Gal. per inspirationes potissimum, nec non ẽt corpori extrinsecus circũfusus per arterias ipsas, vt q ipsius substantiæ aeris ambiẽtis aliquid trahãt, in corpus ipsum & præsertim in cor attrahitur, quia cũ omnib. arterijs simul cor affici est necessariũ, & primũ quidẽ spiritus deinde humores, & demum solidas corporis partes labefactat, & venenata qualitate lædit, atq; confundit, qua quidẽ qualitate humores præcipue labefactati, atq; corrupti venenatã & ipsi qualitatem acquirũt, & cũ à natura nõ amplius regantur, statim postea putrescentes pestilentem febrem inducunt. Quo in loco illud notandum est, quod cum Gal. & reliqui oẽs de læsione cordis, quã aer per asperas primũ, deinde per læues arterias, aut alias quæ per corporis habitũ disseminãtur, attractus inducit, meminerint, de cerebri vero læsione, quæ per aerem per nares in cerebri priores ventriculos attractum facta sit, ne verbum quidem fecerint, maximum indicium est olfaciendi sensum in narium anfractibus, vt alibi

Gal. 1. de diff. febr. c. 4.

Gal. 1. de diff. febr. c. 4.

Auic. loc. cit.

Gal. loco cit.

Causæ inferiores.

Quõ ab aere corrupto febris pestilẽs generetur.

Gal. 1. de diff. febr. c. 4.

alibi demonstrauimus, non aũt in cerebri ventriculis celebrari. Impossibile.n. esset, vt per viã breuiorem, latiorem & expeditiorẽ aer corruptus & venenatus animalib. vocatis spiritib.& cerebro prius q̃ cordi, aut eodẽ tpe, vel saltem paulo post, nõ impar tiretur, & vertigines, attoniti morbi, & epilepsiæ, & altis sopores vel similes affectus, spiritibus animalib. cerebroque vitiatis, nõ suborirentur. quãuis.n. cerebrum in relatione ad cor frigidum sit, attamen si externo aeri, alioquin sui natura calidissimo, cõparetur, ipso calidior est, & cum sit humidissimum, &, vt alibi docuimus, imbecillissimam habeat expultricem vim, facile est, vt putridi & venenati vapores ei pertinacius hæreant. Verum hoc in loco insurgit dubitatio, corruptus & venenatus aer, cum omnibus animalib. perpetuo circũfusus sit, ac per cutim & anhelitum, illa vel inuita diu noctuq; illum intro attrahere cogantur: in hoc.n. tũ cætera aĩantia, tum nos oẽs, vti pisces in aqua natamus, ciues, agricolæ, nobiles ignobiles, senes, iuuenes, paupetes, diuites, patritij, plebei, viri, mulieres: cur est, quod in pestilentijs, quæ ab aere corrupto & venenato proficiscuntur, non omnia æque animalia, & oẽs hoĩes ab eo inficiuntur? Vt hæc ambiguitas radicitus euellatur, illud primũ notare debemus aerem non quidem per putredinem sed per venenatam qualitatem in animalia agere. Si.n. per putredinem ageret, cum putredo oĩum mixtorum cõis passio sit, æque in omnia animalia putredinem inueheret, oẽsque tales pestes omnium animaliũ generi generales & cões essent. cuius tamen oppositum experientia testatur, qua pestẽ vni animalium generari nocere, & alteri non communicari videmus. Cum ergo per venenatã agat qualitatem, hæc autem ex corruptione orta, & humanæ naturæ verbi gratia infensa ex ea facto sit, hinc corruptionem eandem inducit, & in altero cõformem gignit ex consimili corruptione qualitatem, quæ quidem homini, & non omnib. animalib. perniciosa est, quod.n. vni est venenum, non omnibus est venenum, imo cicuta; quæ homini venenum est, sturno alimentum est. pariter veratrum homini est infensum, coturnicibus amicum & alimentum. ex aere igitur pestes fiunt, huic speciei particulares & non illi, quia diuersam & non eandem semper subit corruptionem, per quam adipiscitur naturam huic animali, per aliam vero alteri inimicam. Secundo animaduertendum aerem nunq̃ totalem corruptionem subire. Si.n. id fieret, tum omnes pestes ex aere corrupto omni viuentium generi, quod inspirando vitam ducit, communes essent, tum nec vllus homo nec vllum animal ei superuiuere posset. quod Deus optim. & benigna natura ad orbis conseruationem intenta non permittunt. quare aer non totaliter corrũpitur, nec venenum per corruptionem fit, sed solũ venenatam naturam adipiscitur, per quam aptitudinẽ ad corrumpendum, & quasi venenum in corporib. gignendum cõsequitur, & quamuis sæpius cõprobatum sit, ab aere hoc corrupto multa animantium genera eodem tempore magnam noxã subire (dum.n. pestis grassatur, ne dũ hoĩes mori, sed plura etiam aĩantia simul interire, & ægritudinibus corripi, sæpius obseruatũ est.) nihilominus ex diuersitate generis corruptelæ euenit, vt modo huic modo illi animalium generi naturam nanciscatur inimicam, & ob id aliquando vagantur aeris constitutiones, quæ vel ouibus tantum, vel bobus, vel alteri quadrupedum speciei cæteris intactis aĩantibus, immanem noxam peperere. Sicuti.n. cætera exteriora non vniformiter corrũpuntur, sed modo hanc, modo illam adipiscũtur corruptionẽ, ita & aer, qui prout formam seu modum vel gradum hunc corruptionis, vel illum nanciscitur, modo naturam vni aĩantium generi, modo alteri oppositam & inimicam acquiret. Quam sententiam tetigit Hipp. sub his verbis. Sed est fortasse qui dicat, quare non oĩbus aĩantibus sed alicui eorũ generi hi morbi incidunt? cui ego respondeo. differt corpus à corpore, natura à natura, nutrimentum à nutrimento: non enim omni animantium generi eadem aut non conferunt, aut commoda sunt, sed sunt alia alijs magis conuenientia. Quando ergo aer eiusmodi inquinamentis plenus est, quibus humana natura offenditur, homines ægrotant. quando vero alteri cuipiam animantium generi aer non satis conuenit, tum morbus illud genus corripit. Postremo sciendum est, quod sicuti venena in omnibus hominibus non eodem modo, nec eadem velocitate, & violentia agunt, sed hos citius & vehementius, qui prauitatem humorum congesserunt, vel debilia habent principalia membra illos autem tardius & leuius, qui sano sunt corpore, & robusti sint, ita corruptus aer, & in summa oẽs aliæ causæ, quæ pestẽ inducere valent, non semper æquali in oẽs hoĩes agunt efficacia. Sed vbi plura cõcurrant ad eundẽ producendũ effectũ aptiora, ibi plurimũ sæuiũt. at si hęc non concurrant, licet pernicies vagetur, non tanta tamen subsequitur clades. quæ.n. ad hanc

Cur non oĩa animalia nec oẽs hoĩes in pestilentijs corripiantur

Hipp. lib. de flatibus.

ad hanc inferendam labem non conueniunt, vicem gerunt tutelæ, qua homines non ita facilè à causis lædentibus patiantur. Oportet enim hoc in toto sermone memoria repetere, ait Gal. quod nulla causarũ sine patientis aptitudine agere potest. Alioquin omnes circa canis ortũ ægrotarent, & in pestilentijs morerentur. sed magnã in generatione ægritudinum partem habet, eius, qui passurus est, habilitas corporis. Supponatur. n. in aere nonnulla pestis semina contineri, & ea, quæ ab ipso corpora continguntur, nonnulla quidem esse varijs admodum superfluitatibus plena iam ex seipsis ad putrescendum paratis: nonnulla aũt pura, & inutili materia carentia. Ac primis quidem adiungatur in multis corporis partiũ obstructio foraminum, & plethora, & vita ociosa in multis crapulis & ebrietatib. ac rei venereæ vsib. immoderatis, atq; his, quę necessario omnia, quæ nuper diximus, consequuntur cruditatib. Reliquis vero oĩb. corporib. puris, & superfluitatibus omnino carentibus adsint præter hæc bona, libera in oĩbus spiratio meatib. cum obstructionib. & adstrictionib. carenr: exercitia ẽt sint moderata, victus temperatus. ac deinceps his suppositis cogita quõ vtraq; corpora afficĩ sit necessarium, ab eo quem inspirant aere putredinoso. An non rationabile est illa q. dẽ statim à prima inspiratione principium putredinis sumere, ac plurimũ in malo procedere? quæcunq; vero munda sunt, & superfluitatib. carent, nonnulla quidem nihil, nonnulla vero minimũ mali sentire, ita vt facilè ad naturalem habitũ habeant regressum. & hæc de aeris corruptela, & actione, pestilentisq; febris ab eo productione satis sint. Quomodo autem ratione prauæ dietę eadem fiat, dum paulò post de causis pestilentis febris, quæ priuata, seu sporadica est, & rectius maligna febris dicitur, agemus, clarum fiet. Contagium non secus ac corruptus aer, vnico contactu, ac vnica vaporatione, & expiratione, per mediam venenaram naturam, cuius est particeps, humores corrumpit, & naturæ infensos reddit, & perniciosos, qui deinde cum amplius à natura regi non possint, statim putrescunt, & febrem pestiferam ex contagio profectam inducunt. De contagij verò natura non est, vt plurib. hoc loco differamus, sed ijs solũmodo, quæ ad febrem attinent pestilentem, breuiter discussis reliqua omnia in quintum librum in quo de venenis elephantiasi Gallica lue, & similibus contagiosis affectibus loquemur, tanquam in locum opportuniorem differre operæpretium duximus. Contagium ex omnium, qui de ipso scripsere, sententia, est quoddam vitium quod ex alterius contactu simili vitio ægrotantis contrahitur. à quo etiam contactu, cum habeat rationem causæ sine qua non, nomen desumpsit. necesse n. est vt duorum saltem contactus intercedat cuius merito vnius in alterum similis gignatur affectus. nisi enim ambo in eodem communicent vitio, ex contagio quis laborare non dicitur. Huius vero duplex ab auctorib. ponitur differentia, vel: n. immediatum est, dũ. s. nullum inter eos, qui contagioso morbo corripiuntur, medium, vel corpus intercedit, sed immediatè se se vel accubatione, vel contrectatione contangunt. quo quidem facillima omniũ subsequitur contagiosorum morborum communicatio. vel est mediatum, quod rursus bipartitur, prout vel aere ipso ambienre, vel aliquo fomite mediante contagiosus impartitur affectus. Aere quidem vt si quis aerem inspiret ab affecto ægrotante expiratum aut quomodolibet alteratum; aut contingit ijs, qui in loco vbi peste correptus, aut phthisi laborans versatur, inhabitet. Fomite vero vt cum aliquis infecta vestimenta, linteos, vel quid eorum suppellectilium contrectet, quæ potissimum ex pellibus, cannabi, lana, gossipio, serico, pilis, lino, & id genus alijs facta sunt, quæ quoniam substantia porrosa constant, facilè malum halitum ab ægrotante prodeuntem qui prauæ qualitatis, quæ agentis rationem habet, vehiculum est, recipiunt. Illud autem notandum est omnes pestilenres febres non æque contagiosas esse, quia venenosa qualitas ex diuersa corruptione proueniens, non semper eadem est, sed penes intensionem & remissionem multum differt, prout vel à prauiori, vel minus praua corruptione proficiscitur. quo fit, vt eandem in agendo & se ipsam communicando vehementiam non obtineat. Hinc sequitur vt quo pestilentes morbi sæuiores fuerint, & subinde à prauiore corruptione perfecti, eo magis contagiosi erunt: quo autem minus sæui, & subinde venenositatis gradum remissiorem habuerint, minus erunt contagiosi. quia licet praua qualitas ad id deuenerit, vt prauis symptomatibus hominem affligere & enecare valeat, non tamen eum venenositatis gradum consequuta est, vt per euaporationes, veluti per seminaria quædam extra missa, propriam prauitatem ceteris communicare possit. Hinc pestilentes febres, quæ ex aere propter superiores causas corrupto, ortum ducunt, cõtagiosissimæ, esse solẽt, vti & reliqui morbi. adeo vt scripserit Guido, quod homines,

Gal. 1. de diff. feb. c. 4.

De contagij vi & natura.

Pestilẽtes febres cur nõ æque contagiosæ.

homines, in vehementissima illa pestilentia superius relata, ex sola inspectione inficiebantur. Minus contagiosæ sunt, quæ ex aere ab inferiorib. causis infecto generãtur, adhuc minus, quæ ex prauis & corruptis cibis oriuntur, dum hi in corpore sumpta ab aere calidiori & humidiori occasione, putrescunt. minimum quæ ex praua alicuius particulari dieta gignuntur, vt in paruis illis maculis in dorso præsertim apparẽtib. quas Itali peticulas vocant, experientia didicimus. Ceteris autem parib. morbi & febres pestilentes ex solo ipso contagio contractæ, sicuti reliquis perniciosiores sunt, & ferè lethales, eo quia à venenosa qualitate ad modum intensa profectæ sunt, ita reliquis oĩb. magis contagiosæ sunt. nam præter id quod ex contagio non fuissent productæ, nisi intensissimam vim praua qualitas habuisset, hæc praua qualitas, etiam si ab aere ipso corrupto primum profecta sit, attamen dum hominẽ inuadit, prauior adhuc euadit, & in eo quandam contrahit proprietatem, vt facilius eiusdem speciei animalia, & reliquos homines inuadat, & interficiat. Sicuti etiam videmus priuatas febres pestilentes, seu malignas vocatas, in quib. peticulæ apparent, eos cognatos, qui consanguinei sunt, facilius corripere. &, quod magis est, qui ex contagio peticulis quinetiam inuaduntur, semper ceteris parib. magis periclitantur, quàm ij, qui absque alterius cõtagio primariæ laborarunt. Hinc obseruatum est morbos, qui sub pestilenti aere vagatur remedijs magis cedere, quam pestilentes ex solo contagio genitos. ob id etiam multi morbi in initio solum populares apparẽt, deinde vbi summam in hominibus venenositatẽ conceperint, etiam contagiosi fiunt, quia qualitas ad summum perniciosa euadit. ipsi.n. & non putredini vniuersa actio & contagij vis accepta referenda est. Si.n. putredinis actio esset, fomites, in quibus longissimo tempore halitus venenosi conseruantur facilè & ipsi putrescerent, cum putredo cõis passio omnium mixtorum sit, & fomites hi putredini non admodum resistant. Quamuis autem morbi dentur pestilentes, qui sui natura parum contagiosi sunt, tutius tamen est, vt notat Arist. consuetudinem ægrotantium euitare, quàm ad eos accedere. nam morbus, quia motus quidam est, alteri facilè communicatur, non autem sanitas, quæ veluti in quiete consistit. non est autem vt quis quęrat cur plerique, contagio alioquin vehementissimo grassante, non corripiãtur, quia præter dominium agentis supra passum, quod quidem in debita tum efficacia, tum quantitate consistit, & præter tempus idoneum, patientis quoque aptitudo vt superius ex Gal. declarauimus, in quacunque actione requiritur. Quamuis autem ex Fernelij sententia cognitu difficillimum sit: quid corpus vnumquodq; pestilentiæ obnoxium reddat. Nihilominus nos occultas proprietates ceteris relinquentes, ijs conditionibus & qualitatib. quæ manifestæ & verissimæ sunt, vnà cum Gal. contenti erimus. hæ autem, vt cum eo superius diximus, in superfluorum & prauorum succorum, qui ad putredinem parati sunt, redundantia, in corporis meatuum adstrictione & obstructione, & corporis imbecillitate consistuut. quas quidem & Auic. occulta proprietate cordis derelicta suscepit. sic enim habet, & communicat multitudini hominũ qui in se habent proprietatem præparationis. agens.n. solum cum peruenit, & patienti nõ est præparatio, non accidunt actio & passio. Hãc autem præparationem declarãs subdit eam esse, vt corpora sint plena humoribus malis, quia pura non forsitan patiũtur ex illo, & corpora debilia iterum patientia sunt ex ea, sicuti illa, quæ multiplicant coitum, & corpora dilatatorum pororum, humida multæ balneationis. ponit autem Auicen. corpora varioris texturæ, tum quia per latiores poros pestilens aer facilius ingreditur, tum potissimum quia raritas hæc non tanquam concausa, sed veluti signum cõcurrit calidioris & humidioris præsertim, corporis temperaturæ, quæ putredini, & subinde febri pestilenti magis obnoxia est, vt in sermone de putridis in vniuersum declarauimus. vnde senes quia frigidi sunt & sicci minus ceteris pestilenti febre corripiũtur. Verum hoc in loco dubitare solent, quomodo vespillones, & chirurgi quidam in pestis medio tot ægrotantes attrectare possint, & illæsi conseruari, quamuis vel cacochymia laborent, nullamque prorsus in ratione victus normam obseruent. quibus nos respondemus, quod si qui reperiantur, qui incolumes seruantur (cum tamen rarissimi sint, & magna ex parte reliquis citius pereant) ij potissimum sunt, qui antea pestilentia laborarunt, experientia siquidem tum à Thucydide, tum ab alijs multis probatum est, neminem bis à morbo pestilenti malè affectum esse, quod in consuetudinem ipsam proculdubio referendum est, familiaritas enim parit contemptum, & qui huic morbo assuetus est, veluti quendam habitum contrahit, ita vt consuetudo hæc altera ei fiat natura. Hoc autem verissimum esse nos ex eo potissimum probauimus, quod qui Aquileiæ perpetuo commorantur & circunstantem regionem assiduo incolunt,

Fern. l. 4. path. c 17.

Auic. loc. cit.

quãuis oẽs ferè lienis tumore, cachexia, & prauo admodum totius corporis colore ꝑpetuo sint affecti, nihilominus æstatis tempore nullo grauiori morbo corripiuntur ꝑp assuetudinẽ, & familiaritatẽ quã cũ aere illo venefico paulatim ab hiberno tpe incipiẽtes, in quo aer salubrior existit, & ad æstatẽ per mediũ ver progredientes, cõtraxere. si quis aũt nõ assuetus æstatis tpe, in quo plurimi vapores à Sole eleuati aerẽ inficiunt, per vnicã tm̃nõ noctem ibi cõmoretur, miraculum est, si febre pestilẽti paulò post nõ corripiatur. ꝑp venenatos illos vapores, qui sæpius ẽt Austro, & Euronoto diutius æstate spirantib. Vrinã delati ipsam malignis & pestilentib. febrib. popularib. inquinare solent. Sed de causis pestilentis febris, quæ priuata est, & rectius maligna vocatur, iam agamus. hæc licet nonnunquam sed raro ab aere ex infernis causis, & potissimũ à fœtido aliquo particulari loco coinquinato oriri possit: attamen à causa aliqua perniciosa magis particulari semper ferè procreatur. quæ vel extrinsecus accedit, & intus assumitur. vel intrinsecus generatur. Si extrinsecus accedat. vel est corruptus, seu prauus, & vitiatus cib. aut potus de quib. sup. dictum est, vt sunt semina quæ rubiginem, vel labẽ aliquam venenatam contraxere, animalium carnes corruptæ & putrefactæ, & animaliũ quæ ui alicuius morbi mortua sint, fructus horarij, aut alij qui corruptionẽ senserint, aut ad eam procliues sint, & sui natura in prauum vertuntur succum. vinum corruptũ, aut talis aqua, aut in qua stirpes virosæ qualitatis fuerint iniectæ, vt brassica, buxus, linum, cannabis, isatis, nucum folia, vel quæ per loca salita, metallica, quorum maligna sit natura, sicuti quæ chalcantum, æris æruginem & consimilia retineant, præterlabat, uel sunt medicamenta, quæ uim habent deleteriam dum intus sumpta propria potissimum operatione frustrantur, nec à natura euincuntur. uel sunt uenena siue in potu exhibita, siue ẽt per clystere iniecta sint. Si aũt cã hæc perniciosa intus gñetur, id fit quotiescunq; aliquis humor in corpore venenatã naturã acquirit, quod quia sæpius in dubiũ reuocari solet, idcirco sciendũ, quod Gal. affirmatiuã partẽ multis in locis proposuisse vř. & potissimũ in 3. epid. in 1. prorhet. & lib. de vsu Theriacæ ad Pãphil. sed hoc ẽt ratione ex ueneni sumpta definitione amplius probari potest. cũ. n. venenũ, vt in ꝓprio sermone exactius demõstrabimus, corpus sit qualitate donatũ cuius vi est per se confertim corruptiuum humani cordis: humor eiusdẽ naturæ Gal. iudice in humano corpore aliqũ coaceruatur vti ex ipso colligimus tum 6. epid. tũ 6. de loc. affec. tũ ẽt 5. eiusdem lib. quo hi loco antiquis assentitur, quod humores similes epoto veneno cõcipiantur. sed dicet quis talis humor ex Gal. est similis veneno, ergo nõ idẽ cũ ueneno. ad hoc dicimus Gal. nõ affirmare esse similẽ veneno simpliciter sumpto, sed ipsum veneno cõparat externo, cũ quo nõ est oĩno idẽ, internus. n. est: sed diuersitas est secundum speciẽ. quæ tñ identitatẽ secundum genus nõ tollit. quia licet externum nõ sit, venenum tñ dici meretur. sed qũo generatur? Necesse est vt fiat ex priuatione, sed priuatio subiectã supponit materiã; quare necesse ẽ, vt venenũ fiat ex aliquo sibi cõtrario, quod ex materia & forma constitutũ sit. recedit aũt forma prior, & materia illius, veneni formæ substernit. Hoc aũt cõpositũ priuationẽ includens veneni, & materiam ex qua venenũ gignitur, tũ contentũ, tum continens esse potest. Continens est, vt caro ex hac. n. insigni putredine putrescẽte, atq; corrupta venenũ fieri cõsueuit, vt in gãgrena cõtingit. cõtentũ vero tum alimentũ, tũ excrementũ potest esse. Vnde ex Gal. decretone dũ ex semine verum ẽt sanguine venenũ fit. hic. n. in grumos conuersus oĩa veneni symptomata inducere põt. Verũ qm̃ necesse est materiã, dũ veneni speciẽ induit, ꝑcedenti forma spoliari, ideo sciendũ ad veneni productionẽ solã alterationẽ non sufficere. Nõ. n. sat est, vt exẽpli gratia sanguis alteretur, sed necesse est, vt post alterationem eius corruptio subsequatur, & sanguinis formã amittat, & sanguinis materia veneni formã suscipiat. vt. s. eius generatio alterius corruptio sit. Hæc aũt corruptio, q̃ veneni gñationẽ ꝑcedit, naturalis nõ ẽ, qualis ẽ cibi, dũ ex eo chylus ꝓcreatur, aut sanguinis, dũ in carnẽ vertitur. Sed sicuti qđ gignitur, ꝑter naturã est, ita corruptio ꝑcedẽs ꝑter naturã esse debet, & adeo ꝑter naturã, vt qđ corrumpitur, nõ uertatur in excremẽtum simile naturali, vti dum flaua bilis ex sanguinis corruptione gñatur, sed fiat excrementum naturali oĩno dissimile. & qm̃ in hoc dãtur gradus, opæpcium est, vt ex tali corruptione gñetur excrementum ita naturali dissimile, vt naturam acq̃rat humanæ naturæ penitus contrariam. Notandum autẽ quod corruptio proposita duplicis gñis esse cõsueuit, altera est sine vlla mixti dissolutione, qualis ea est, qua sanguis in grumos, aut ĩ eã atrã bilẽ cõuertitur, quæ humanæ naturæ maxime aduersa est. qualis ẽt ea ẽ, de qua loquitur Gal. dum ait, cucumeris, peponis, melopeponis succus malus ẽ, &, si hæc aluũ statim non subeant, corrumpuntur, & ex corruptela humorem gignunt, qui non multum

Causæ malignæ febris, q̃ pestilens, sed priuata est.
Causæ proximæ.

Gal. 3. in 3. epi. 75. 1. pror. com. 2. tex. 17. & lib. de vsu ther. ad Pãph. Gal. 6. in 6. epi. com. 5. & 6. de loc. affec. pen. et 5. eiusd. c. 7.

Materia venefica, qũo possit in corpore generari.
Venenũ qd.

Gal. 6. de loc. c. penul.

Gal. lib. de cib. bo. & ma. succi c. 8.

tum abest à mortiferis venenis. Altera est cum mixti corporis dissolutione, & hæc in putredine ipsa conspicitur, qua res ita corrumpuntur, vt infimum conuertantur. Vnde, vt etiam superius diximus, animaduertendum satis non esse putredinem, qua putredo est, veneni generationi. sed vt fiat venenum, uehemens putredo requiritur. Talis uero ea sola est, cuius fimus, & inquinamentum uenenum euadit, & summam sapit malignitatem. non. n. omnes æque prauæ sunt putredines. Quare uenenum ex ea tantum putredine oritur, quæ vehemẽs est, & praua admodum, ad quã efficiendam materia præsertim praua determinataque, & ad eiusmodi corruptionem magis propensa requiritur. humor aũt, dum putrescit, & suam adhuc formam retinet, venenum nõ est, sed quando iam putruit, & propria forma deperdita in speciem conuersus est humanę naturæ penitus aduersam. Non enim humor simpliciter putridus venenum est, sed fimus illius & inquinamentum. hoc enim quod tandem superest humoris putredini, illud est, ex quo venenosi halitus in cor elati perniciosa primum symptomata, mox homini miserandum inferunt interitum. ab eo autem halitus hi attolluntur potissimum dum noua accedente putredine exagitatur, concitaturque, & ad agendum impellitur.

Causæ remotæ. tuncque febris pestilens malignave necessario subsequitur. cur autem succorum putredo in nostris corporib exoriatur in sermone de causis putridarũ uniuersaliter declarauimus. Vnde causæ hæ, quę pestilentium febrium malignarumque remotiores sunt, ad plenitudinem quo ad uires, quæ cum à natura non ita regatur, facilè putredinẽ cõcipit, ad prauorum succorum redundantiã (hi enim & quantitate superflui, & qualitate peccantes, facillimè putrescunt) & ad obstructiones ipsas potissimum rediguntur. prauorum autẽ succorum redundantiæ causæ sunt, tum viscerum imbecillitates, & intemperantię aut alia vitia, rum errores in sex rebus non naturalib. vocatis, inter quas vltra prauam alimenti rationem potentissimæ causæ sunt tum graues animi curæ & calamitates, tum Venus immodica, quæ cum internas eneruet vires, praui deinde gignuntur humores ad omnem pernitiosam corruptionem atque putredinem parati. quo fit vt q. Veneri vltra vires & nimium indulgent, vt plurimum in has incidant febres, & hi minime omnium saluantur. quæ etiam remotiores causæ ad passi quoq; dispositionem, de qua bis in hoc capite, & in sermone causarum putridarum febrium in vniuersali disseruimus, redigi possunt.

An pestilens febris necessarias habeat obstructiões. An vero pro pestilentis febris generatione necessaria sit obstructio dubitari solet, sed si quis viderit, quæ à nobis in causis putridarum febrium tradita sunt, facilè dubitationem dissoluet. nam febris pestilens alioquin priuata, quãuis vt plurimum annexas habeat obstructiones, quia ab interna causa ferè procedit; attamẽ id non semper perpetuum est. idem enim contingit, quod in horarijs fructib. & alijs rebus putrescibilibus cernimus, quæ licet diutius & assiduo perflentur, à putredine tñ præseruari non possunt, ita humores qui qualitatẽ pernitiosam conceperint, cũ naturæ regimine destituantur, facilè est, vt interdũ citra obstructionẽ putrescant, dũmodo aliquem ab alia occasione præter naturã calorem suscipiant. quod si in priuata pestilẽti id fieri potest, id multo magis asserendum est de vere pestilenti febre, quæ ex corrupto aere, & ex contagio generatur. in qua ex sola aeris corrupti inspiratione, vel solo contagio concipitur venenata qualitas, qua corporis humores corrumpuntur, & in putredine dilabuntur. Fieri tñ põt, vt febre pestilẽti iã inducta, humores à natura derelicti, & malè affecti, & vehementer agitati nõnullas obstructiones inducant, quę ab humorib. vitiatis foueantur, & vicissim pestilentẽ febrẽ humorũq; putredinẽ foueãt.

Differentiæ. Differentiæ huius febris propriæ, ab eius forma, à venenatæ putredinis subiecto & loco, & à causis à quib. venenosa hæc putredo originẽ traxit, eliciũtur.

A forma. à forma, quia praua putrescentis materiæ qualitas non est latitudinis expers, sed modo magis, mõ minus venenosa & deleteria est. queadmodũ & ipsa putredo vel maior, vel minor, & hanc insequẽs calor aut vehementior, aut remissior esse potest. Quo fit vt quædã pestilentes febres & vehementes, & valde perniciosæ sint, aliæ remissæ & debiles valde tñ perniciosæ, nonnullæ vehementes, sed parũ malignæ, qdã vero nec adeo prauæ, nec vehemẽtes existant.

A subiecto & loco putredinis. A subiecto vero & loco putredinis duæ principales ex Gal. & antiquorũ sñia imprimis oriuntur differentiæ, quatenus putredo vel propriam cordis substantiã, vel humores ipsos depascit. *Gal. 3. de praes. & puls.* Si primũ fiat, propria cordis substantia humiditasq; putrescit. quod quidem præsertim in pestilenti aeris statu contingere solet, quia is corruptus inspiratus cor primũ aggreditur, & hectica pestilens dicta febris oritur, in qua cor primario afficitur, quia materia in eo tanquam in foco putrescit. id autem (licet raro) ea

Hectica pestilens simplex cur rarissima. potissimum de causa contingit, quia venenata aeris corrupti qualitas eius est cõditionis, vt cordis potius humiditatib. q̃ humorib. in eius vẽtriculis contentis adhærescat,

& inimica sit, vel q; ꝓpria cordis humiditas ad caliditatē & humiditatē, humores vero in cordis vētriculis cōtēti ad frigiditatē & siccitatē magis vergāt. nā ꝓpriæ cordis humiditates tanquam fixę proprias qualitates diutius seruant, humores in eius sinub. cōtenti facilius ex aliorū humorū affluxu, qui diuerso temperamento affecti sint, permutantur. Verum, dum hectica hæc febris oritur, statim ferè, aut paulò post putridā quoque pestilentem accersit, dūmodo humores in corde contenti frigidiores, & ficciores suapte natura nō sint, humoris. n. quantū ad vniuersā ē sui naturā pertinet, cęteris parib. ad patiendū & putrescendū paratiores sunt, q̄ cordis substātia, & ꝓpria (quāuis rorida sit) humiditas: & patiente putrescenteq; cordis substātia, admodū difficile, & vix possibile est, humores in eius ventriculis contentos à putredine ꝑseruare: qđ. n. tāgit à putrido putridū fit, & id eo magis, quo id quod tāgitur, ad putredinē magis paratū est. & hoc facilius, eā parte putrescēte, à qua humores, & reliqua oīa regūtur, & cōseruātur. Quare cū hectica pestilēs tū rara admodū sit, & perpetuo ferè putridā secū habeat, & vt post apparebit, oīno insanabilis sit, mirū non est, si de pestilētib. nō post hecticas, sed vnà cū putridis egimus febrib. nā ephemera illa pestilēs, q̄ excogitarūt moderni, Angicū sudorē illā appellātes, oīno reijcienda est. siquidē ipsam ex solis spiritib. malè affectis, & nulla prorsus vel humorib. vel solidis partib. putredine cōicata, ꝓuenire est impossibile, cū & subita & sæuissima symptomata suboriātur, & repētina sæpius mors subsequatur. insuper cū ij qui ab hoc malo curātur, vti referunt, ex copioso profluēte sudore salui fiāt, signū ē ꝑter spirituū alterationē, ēt humores potissimū tenuiores & calidiores cōtaminatos esse. Non est aūt, vt, quia per diē vel paulo amplius perdurat, ideo ephemerā esse eliciamus; sed ex hoc subitā potius, atq; summā veneni qualitatem, & maximam materiei acutiē, caliditatē & tenuitatem, & subinde maximū inter ipsam & naturam certamen subortum arguamus. Ad hæc cum spiritus alterari, & in substantia lædi & corrumpi quidem possint, non tñ putrescere, quælibet aūt febris pestilēs putredinē habeat annexam, vt ait Gal. & oēs fatentur, ergo ephemeram hanc nequaq̄ somniare licebit. quod aūt spiritus nō putrescant, inde colligitur, quia cū natura in nostris corporibus à generationis primordijs tñ ignis indiderit quantum pro partium efformatione & conseruatione opus erat, huius ignis maior portio proculdubio in spiritibus ipsis reperitur, & cum ideo igneæ portionis vàlde participes sint, nō putrescunt, sicuti etiam aeris portio & regio, quæ propè ignis regionem est, quia plurimis ignis portionibus referta est, non putrescit. ab his enim omnis putredinalis humiditas absumitur, & hoc sensu intelligendus Philosophus dum ait aerem non putrescere. qui etiam eodem loco, inquit, quod pinguedo difficillime putrescit, quia plurimum aerem includit, ergo multo minus spiritus, qui ignem quoque participant abundantius non putrescunt. Quamuis autem, vt superius notauimus, alibi dixerit omnia elementa vno excepto igne putrescere, non tamen sibi aduersatur Arist. quia tunc de aere nobis propinquo, qui mixtus quodammodo ac impurus est, verba facit. Amplius cum cordis humiditates propriæ & humores, qui in eius ventriculis continentur, putredini paratissimi sint, spiritus vero propter rationem allatam maxime imparati, qui fieri potest, vt ab agente vehementissimo hi primum putredine nō inficiantur? postremo, vt asserunt, eos qui ab hoc malo liberātur, prauus cordis motus per plures annos se extendens, & totius corporis languor diuturnus excipit, sed hoc infallibile signum est venenatam putredinē non in spiritibus, qui tenues, vagi & dissipabiles sunt, & quorū affectiones citius euanescunt, insedisse, sed potius in humorib. calidiorib. tenuissimisque, qui, qm̄ solidas partes facilius permeāt, lacescuntq; & ad expulsionē irritant, sunt in cā vt tū vehementissima per sudorē expulsio, tū solidarū partiū maxima labefactatio subsequatur. quare ad duas iā propositas differentias reuertamur, in quarū prima, quæ hectica pestilēs est, cor à putredine venefica non alteratur, sed alteratū iā est, & in propria substātia putredinē suscepit, quod ꝑ aeris pestilentis inspirationem accidit. in reliqua vero cor à venenata putredine, quæ in humorib. tanquā in proprio subiecto residet, cōflictatur, & alteratur, & putrida dicta febris pestilens exoritur, quæ ne dū frequētissima, sed ferè perpetua est. Rursus dū venefica putredo humores ipsos depascit, aliæ differentiæ exoriuntur, quæ putridarū pestilentiū propriæ sunt, prout putrescens humor diuersam tū formā, tū sedē habere potest. vnde si de forma, seu specie sermo fiat, oēs humores, dū corrupti & venenosi redditi putrescunt, pestilentē febrē creare possunt, & non vnicus humor vt quidā opinati sunt. veluti symptomatū diuersitas, diuersorū humorū naturā insequentiū nobis declarat. interdū. n. vigilia, & deliriū & sitis, & inquietudo, nonnunquam sopor obliuio & alia opposita iam dictis acciden-

tia

Ephemera pestilēs non datur.

Gal. 1. de diffe. feb. c. 5.
Gal. 1. de tuen. sani. c. 2.
Arist. 25. proble. 29.
Arist. li. de lōgit. & breuit. vitæ.

Putrida pestilens.
Putridæ pestilentis differētiæ propriæ.

tia febrē hanc comitari solent, quæ non solū pp diuersarū partiū imbecillitatem, & ad hanc vel illam transmissionē, sed ēt pp humorum putrescentium discrimen prouenire consueuerunt. Insuper cū in corpote modo vnus, modo alter succus dñetur, facilius ē superfluum humorem venenata corruptione & putredine coinquinari, quam ceteros, cum copia aut ēt qualitate naturæ molestus difficilius ab ipsa regatur. Si vero de sede & loco huius succi putrescentis loquamur, is vel est in cordis ventriculis, quod ex pestilentis aeris inspiratione cōtingere solet, & cor primario afficitur: vel residet in alijs partib. à quib. tñ perniciosus vapor & fuligo & qualitas venenosa potest cordi cōicari, tuncq; cor propriam quidem, non tñ primariā, patitur affectionē. hæ tñ partes, quāuis nonnunquam ad iecur, & alia hipochondriorum viscera pertinere possint: attamē vt plurimū non procul absunt à corde, quia putrescens humor non in primis venis, sed fe rè in superiorib. perfectū sanguinē continentib. continetur. nā pestilentes febres, ēt si priuatæ sint, vt grauissimi nostræ ætatis Medici obseruarunt, & nos infinities ferè vidimus, ne dū continuæ, sed ēt continentes sunt, & quacūq; magna mutatione vsq; ad iudiciū carentes. quod si illæ, in quib. peticulæ apparent, & priuatæ sunt & malignæ, tales ferè perpetuo sunt, multo magis, quæ ab aere prodeunt corrupto, & veræ pestilentes sunt, tales erunt. Quod si in quadā pestilenti constitutione dicat Hip. febres parib. diebus accessiones habuisse, Gal. inquit illud fuisse rarum. Theoremata vero medicinalia non sunt sempiternæ veritatis, ait Gal. sed vt plurimū vera. Similiter dū postea inquit Hip. in eadē constitutione tertianas, quartanas, & nocturnas, per quas quotidianas intellexit, vulgatas fuisse, quæ quidē intermittentes erant; hoc nobis non obstat, quia febres hæ intermittentes legitimæ pestilentes febres & proprijs ipsarū characterib. non fuerunt. quod hoc sit verū, statim subdit Hip. quod licet oēs essent cū multa perturbatione coniunctę, oēs tñ omnib. difficulter iudicabātur; vel oīno non iudicabantur, vel producebantur, atq; his longè maxime. tñ horū pauci ad diē octogesimū indicabātur: maximā uero partem, vt sors tulit, reliquerunt. & alibi idemmet Hip. statuit oēs intermittentes febres periculo vacare, vt quæ nec ex inflammatione aliqua, ait Gal. nec ex maligna humorū putredine occasionē habeant. quare vt plurimū pestilētes febres ne dū conclusæ & continuæ, sed ēt continentes sunt, quia materia vel in venis propè cor, aut ab eo non longè distantib. (quales sunt mesenterei venę) vel in aliqua ēt parte cordi vicina conclusus putrescit, & nulla de loco ad locū transmissio fit, imò in pleuritide pestilenti vel nullæ, vel obscuræ admodū exacerbationes obseruantur, quāuis in hac, materia tum in venis inflammatæ pleuræ, tum in reliquis maiorib. venis putrescat, vt nobis peticularū in vniuerso dorso apparitio declarat. Verū dicet quis, si pestilens febris ex vnoquoq; humore putrescente produci potest, cur ē quod peculiarē humoris periodū non seruat, sed continens ferè semper existit? Huic facilè respōdemus id euenire, quia in superiorib. venis humores non sicuti in primis venis, & circa viscera, separati reperiuntur, sed simul misti sunt, atq; contigui, vnde facillimū est, vt in pestilenti febre, licet vnus succus principaliter putrescat; attñ pp maximā putredinis vim is oēs sibi continuos succos inficiat, & ita vniuersum illud ex quatuor humorib. aggregatum putrescat, & nulla facta intermissione aut remissione, putredo vniformiter continuos subinde humores depascendo progrediatur. Rursus instabit quis non ne potest malignus & venenatus succus in hypochondrijs generari, atq; ibi putrescere? ergo fiet pestilens febris sed intermittens. Ad hoc dicendum quod licet id possit accidere, attamē non sequitur aut febrē pestilentē, aut ipsam intermittentē procreari. pestilens quidē nō generatur, quia pp putrescentis materiei ab ipso corde distantiā quāuis hæ febres reliquis intermittentib. satis sæuiores sint, & multū perturbent: attamen praua illa nō subsequuntur symptomata, quæ pestilentiū propria sunt. intermittens aūt non euadit duplici de causa, prima est, quia dū venenata putredo cor inuadit uirtus & innatus calor adeo debilis redditur, vt ea putrescentis humoris expulsio, quæ in febribus interpollatis requiritur, fieri non possit. hæc enim vt alibi docuimus tum plurimū innatum calorem, tum validam membrorum expultricem requirit. Secunda est, quia si forte fortuna putredo, quæ fit in primis venis exacte venenata sit, qualis in pestilenti febre necessaria est. Hæc propter maximam affinitatem & humorum continuitatem facillimè superioribus venis communicatur, & ita continua continensque subsequitur febris. vix enim fieri potest, vt corruptis & uenenatis succis in primis venis existentibus, ijdem siue ex prauis alimentis, aut alia de causa ortum duxerint, superioribus venis non fuerint communicati, qui si leui de causa, multo magis ex

Hip. 3. in 3. epide. tex. 34. & 36.
Gal. in com.
Gal. 6. aph. 58 tex. 64.
tex. 65.
Hip. 4. aph. 43

Cur pestilentes synochę vt plurimum sint.

venenata putredine, & talibus putridis fuliginibus putredinem concipiunt. Sicuti.n. à vaporib. quidem venenatis ab vtero ascendentib. non tamen putridis corruptio cęteris humoribus difficilius impartitur, ita putridus vapor maligna infectus putredine propter affectum maxime contagiosum & communicabilem, facilè humores eadē inficit putredine, vbi potissimum parati & praui humores præsto sunt. maximam vero, atque facillimam esse inter primas & superiores venas communicantium, atque consortium tum ea, quæ alibi diximus, nobis ostendunt, tū aquæ frigidæ incalescente corpore potatio, quæ illico ferè per sudorem egreditur. ex hac autem declarata veritate, alia veritas alibi proposita adhuc magis confirmatur, nēpè interpolatas febres ex materia in habitu corporis putrescente non fieri. in pestilentia enim ab Hippo. descripta tanta aderat circa corporis habitum putredo vt putrefacta membra sponte deciderēt, & nihilominus plerique ipsorum febre carebant. & hoc quia putridæ fuligines à carnibus & musculorum spatijs ad cor per venas capillares deduci non possunt. à primis autem venis facillimè & quamcitissime cordi communicatur. Non est itaque, vt quis arguat hoc pacto, datur pestis sine febre, & datur pestis cum febre continua, ergo datur etiam medium videlicet pestis cum febre intermittente, quia illarum partium putredo propter maximam actiuitatem, & quia superiorib. venis facillimè communicatur continuam illico febrem accendit, & propter maximam tum innati caloris, cuius fons maxime conflictatur, & virium imbecillitatem materia putrescens à reliqua separari & procul expelli non potest. insuper sæpissime tertianas cum copiosæ tum porraceæ, tum æruginosæ bilis vomitu obseruauimus, quę tamen neque pestilentes, neq; malignæ vnquam apparuerunt. quod si in accessionum insultibus, atque principijs praua quædam symptomata suboriuntur, ea nō ex venenata putredine, quæ tūc tēporis vix principium aliquod duxit, & est in fieri, sed ex praua illa materia os ventriculi affligēte cui maxime compatitur cor, originem ducunt. A causis demum à quibus pestilens oritur febris, quatuor præsertim oriuntur differentiæ. nam vel ex aere corrupto, vel ex communi praua dieta & cacochymia, vel vtraque causa, vel ex priuata alicuius dieta ortum trahit. Primam differentiam proposuit Gal. dum dixit, magna autem ex parte oritur febris pestilens ex inspiratione aeris circunstantis à putrescibili euaporatione infecti. Secundam dum asserit. Fit enim & aliquando ob eos, qui sunt in corpore humores ad putrescendum paratos cum breuem occasionem ab aere ad febris originem conceperit animal, de qua etiam in libro de cibis boni & mali succi mentionem habuit. Tertiam porrò nobis aperuit, dum Thucididis pestem ab interna & externa causa originem duxisse declarauit. priorem enim norat, cū ait at quia humores ex victus prauitate erant putredini obnoxij, hinc febribus pestilentibus origo data est. Secundam inquiens forte autem & per continuum ex Aethiopia quædam putredinis fluxere contagia, ijs quorum corpora erant ad patiendum parata, febrium causæ futura. de quarta vero particulariter ibi non meminit, quia sub secunda quodammodo continetur. & hæc de proprijs differentijs satis. nam impropriæ, quæ ex diuersis & morbis, & symptomatibus hanc febrem comitantibus hauriuntur. à nobis tanquam reliquis affectibus cōes, & ab essentia ipsius valde remotæ consulto prætermittuntur. De signis porro loquens Auic. inquit, quod hæc febris est quieta exterius, conturbans interius, vt plurimum perdens, ex qua percipitur caliditas & inflammatio fortis. Vult.n. significare, quod corporis exterior pars & superficies eiusq; calor ad tactum mitis est, & remissus, & signum hoc oēs ferè pestilentes febres comitatur, quia calor pp maximū cordis nocumentum intus reuocatur, vt ob id exteriores partes tepidæ, aut subfrigidæ, aut interdum frigidæ remaneant. sciendum tamen, quod dum primum febris inuadit, nonnunquam, viribus adhuc non adeo à venenata putredine labefactatis, & corde nō adeo læso externæ partes caliditatem putrescenti humori proportionatam retinent, potissimum si putredo multa sit. quia tunc calor hic etiam vsque ad statum conseruari potest. qui tamen ab ardentis febris calore pluribus modis differre deprehenditur. nam calor hic pestilentis febris, etiam si prodeat à corrupta bile, minus intensus & copiosus est, quàm calor ardentis non pestiferæ, quia in pestilenti, propter maius cordis nocumentum, magis intus trahitur: præterea calor in pestilenti febre ceteris paribus semper est reliquis febribus magis mordax propter venenatam putredinem; sed acerrimus est & mordacissimus si putrescat bilis, minus acris est, si succus abundans sit melancholicus, sed tamen mordax. Si sit pituitosus, caliditas non est acris, sed tamen fumosa & quoquo pacto mordens est. Si sanguineus, calor minus, quàm in ceteris, mordax

Pestilens febris itermittens esse nō potest.

A causis sūptæ differentiæ.

Gal. 1. de diff. feb. c. 4.

Signa. Qualitas mutata ad tactū relata.

Auic. 1. 4. tract. 4. c. 1.

mordax est, insuper in ardentibus non pestilentibus, dum caliditas exterius viget, oẽs partes æqualiter deurit, ẽt si extremæ neruosæ, & frigidæ sui natura sint. in pestilentibus vero aures, narium extremitas, & extremi pedes vel non sunt ad tactũ calidi, vel saltẽ cæteris corporis partib. caliditatẽ ꝓportionatã non retinent. Intrinsecus vero maximam ægri persentiunt deustionẽ secũdum plurimũ, ita vt Gal. & Thucidide attestantib. neq; leuissima & tenuissima tegumenta perferre possint, & ob id pestilentes febres lypirijs similes sint, sed ab ijs differunt, quia in lypirijs circa viscera & præcordia aliqua ꝑcipitur inflammatio, licet extrema frigeant, ẽt in primo manus appulsu, in pestilentib. vero vel nulla vel pauca, & solum dũ manus in tangendo aliquam moram trahit. Sciendũ tñ quod in pestilentibus si flaua, vel atra bilis corrupta putrescat, maximum interius percipiunt, incendium, si pituita etiam interna caliditas remissa percipitur, si sanguis non tantum incendium & acrimoniam intus gignit, ita prout putredo, vel maior, vel minor, & leuior est, maiorem vel minorem intus incendium persentiunt, vñ si putredo leuis sit, ẽt si biliosa materia putrescat, attamẽ calor remissus erit. Insuper ex Auic. pestilens febris ex linguæ siccitate significatur, si. n. aspera, dura, aut cõtracta sentiatur, cũ talis à praua, & exurente intus caliditate, ꝓueniat, pestilẽtẽ febrẽ indicare ꝑt. corporis aũt & potissimũ faciei color erysipelatosus apparet, propter insignẽ putredinẽ, uel multũ rubicũdus ex sanguinis abundãtia, aut flauus ꝑꝑ bilis dominium & vstionem, vel liuidus propter caloris contractionem, aut extinctionem, vel niger propter exustionem, & emorientem natiuum calorem, quos etiam colores in lingua intueri oportet. Inseparabile vero huius febris signum sunt oculi viuido colore, & splendore omnino destituti, & flentium, aut saltem mœrentium hominũ oculis persimiles, cum. n. maxima spirituum copia naturaliter affluant, in hac febre spiritus, quia in corde omnes gignuntur maximẽ labefactantur, & corrũpuntur. Proprium vero non tamen inseparabile signum febris pestilentis est, maculæ illę epidermidẽ inficientes, quas, cũ de ijs antiqui euidentẽ mentionẽ non habuerint, moderni peticulas, seu pestichias vocant, q̃ pro materiæ peccantis discrimine, rubidæ, aut pallidæ, aut virides, aut liuidæ, aut nigræ apparere solent, quæ etiam quantitate differre solent, quia vel plures, vel pauciores, vel maiores, vel minores sunt, interdum. n. palmæ mensuram æquant, & maiores etiam quandoque sunt, ita vt interdum magnã corporis partem sicuti dorsum, coxas, crura, brachia inficiant: aliquando sunt minores vibicibus similes; nonnunquã minimę pulicũ morsibus persimiles, & hæ vt plurimũ circa spinã, & in dorso, ac in regione thoracis apparent. Hoc autem macularum genus diuersum, excepta facie, cęteras corporis partes occupare solet. & hæ nõ nisi ex venenata sanguinis, & aliorum humorum, qui cum eo mixti sunt, putredine, & ebullitione quadã generãtur, de quib. forsitã antiqui aperte non meminerunt, qa sub exanthematũ & variolatũ specie quadã continetur, ut in sequẽti cap. dicemus, sed ab ijs differunt, qa ꝑꝑ expulsiuã virturẽ variolæ, & exãthemata foras magis expellũtur, maculæ aũt illæ ꝑꝑ vires imbecilles foras ex toto protrudi non possunt. hæ aũt sicuti huius febris ꝓpriæ sunt, ita nõ sunt inseparabiles, quia nec in oibus apparẽt, nec in quib. apparent eas ꝑpetuo comitantur, sed in earũ progressu & aliqñ in quarta, vel septima aut alia die decretoria, interdũ ẽt in alijs diebus potissimũ vnà cum sudore exire & apparere cõsueuerunt. maximum pariter pestilentis febris signum est, ex Auic. si fœtidũ expirent, aut sudent, aut ẽt totũ corpus male oleat, quia maximã & confirmatã putredinem & corruptionem indicat. Quemadmodum etiam si pacientes in cibo, aut potu putridum saporem ꝑcipiant, quia vel ab ore ventriculi à corrupto succo infecto, vel à fœtidis vaporibus ex viscetibus in oris partes sublatis id prouenit. Inter actiones læsas enumerat Auic. delirium, ꝑꝑ vapores malignos cerebro communicatos, Thucidides vero memoriã adeo labefactatam, vt quidam post sanitatem consequutam nihil prorsus præteritorum, neque proprij nominis meminerint. ita Auic. & alij proponunt vigilias, & soporem tanq̃ huius febris valde peculiaria symptomata quorum hoc vel ex spiritibus, & viribus labefactatis, vel à frigidis halitibus, illud vero ab acribus eleuatis vaporibus primum sensorium afficientibus, proficiscitur. Sed & reliquæ particulares sensationes, vti prisci notarunt auctores, & quotidiana declarat experientia, quam maxime in hac febre oblædi consueuere, nam oculi, & hoc perpetuum fere signum est, lumen refugiunt ꝑꝑ spirituum penuriã, auditus tinnitibus, obauditionibus, & surditatibus afficitur, & hæc quoque inter ꝑcipua huius mali signa connumerantur, ꝑꝑ vapores putridos malignosq; in cerebrũ sublatos. odoratus, ob eandem

Qualitas visibilis.

Maculę quas pestichias vocant.

Qualitates olfactiles atque gustatiles.

Auic. loco cit.

Actiones lęsæ. Rectrices. Sentientes.

eandem causam, nonnunquam aboletur, aliquando fœtidi odoris specie deprauatur, sicuti etiam gustus tum aboleri tum imminui tum deprauari solet. dolor tum caput, tum cor siue os ventriculi, vt ait Auic. tum totum corpous affligit, & præcipuè exteriora membra, sicuti brachia, humeros, coxas, cruta, hæc.n.membra vlcerosa lassitudi ne adeo conflictantur, vt contusa sibi esse videâtur. praua.f.materia eas partes sentientes petente, & non in halitum dispersa, & sæpius affectio hæc in principio apparere solet. Quandoque aût nausea ægrû infestat, & appetitus adeo aboletur, vt dixerit Gal. in pestilentia illa ab Hip. natrata, quosdam mori maluisse, quàm cibi aliquid capere, cum tñ, qui cibum sumebant sanitari restituerentur. quod quidem symptoma sicuti & vomitus cibi, & prauorum humorum, pp fœtidos & corruptos humores ad os ventriculi decumbentium generatur. Sitis aût vehemens est pp maximã exustionẽ, nonnunquam parua, aut ẽt nulla vbi facultas extincta est. Insuper inquietudo & angustia vt ait Auic. & ea ingens potissimum in morbi principio virtute à praua, qualitate materiæ stimulata, & interdum frequens oscitatio, & pandiculatio, & tussis sicca acutis vaporibus pulmonẽ lacessentibus exoriuntur. Respiratio vero pp maximã, & molestã caliditatem cordi communicatam, magna & sublimis, & alta est, ait Auic. sed constringitur, & curtatur multum secundum. s.oẽm dimensionem, pp maximam malignas fuligines expellendi necessitatem, & pp duos vsus maxime vrgentes, & propter virtutis imbecillitatem, quæ respiratione magna, & veloci non põt his usib. satisfacere, valdè crebra fit. vnde pp eandem imbecillitatem in morbi præsertim progressu parua quoque respiratio euadere solet, cum aût cor à prauis & venenatis vaporibus, aut humoribus adeo afficiatur, mirùm nõ est si imbecillitate, palpitatione, & tremore, lipothymia, & syncope interdum corripiatur, & animi robore, atque constantia penitus deiectis, crebra suspiria, ingens timor, & desperatio suboriantur. Pulsus eadem de causa statim frequentes euadunt, & omnino inæquales, & dum alteratio à qualitate venenata profecta adhuc est in fieri, & dum pugna fit, magni quoq; & celeres deprehenduntur, & nõ languidi, vt ob id decepti sint, qui dixerunt semper languidos & paruos esse, potissimũ cum clare dixerit Gal. in hectica pestilenti pulsus esse sanorum pulsibus similes. Sola tñ frequentia pulsus ab inuasione febris assumpta erit signum huius febris propriũ, hæcq; semper maior erit, quàm ex ratione aucti caloris, ita vt supra magnitudinem & celeritatem frequentiæ proportio multum excedat, & dum supra reliquas differentias, aut duplam, aut sesquialteram habebit proportionẽ clarum erit pestilentis febris signum. Facta autem & impressa in cor actione à venenata materia, qa spiritus, & facultates oẽs concussæ remanent, frequẽtia tanquam faciliori seruata, nec non aliqua celeritate, parui & languidi pulsus euadũt. qualitate aût venenata amplius inualescente frequentioribus factis, velocitas quoque aboletur, quãuis propter paruitatẽ & frequentiam falsam celeritatis imaginem, vt ẽt formicantes pulsus faciunt, præseferant, & ex hoc colligimus non quidem celeritatẽ, sed frequentiam à febricitantium pulsibus inseparabilem esse. nec ob id Gal. aduersamur, qui ait in hecticis pestilentibus pulsus sanorum pulsib. similes apparere, quia & si magna inter eos intercedat similitudo, non tamen identitas, aut adeo magna est similitudo, quin aliqua pulsus immutatio in hectica pestilenti, & præsertim in crebritate, subsequatur, cur autẽ id fiat paulo post dicemus. læditur postremo, & virtus ipsa naturalis in hac febre, quo fit, vt ne dum cruditates appareant, sed etiã nausea, vomitus, & singultus sæpe propter prauam materiam ad os ventriculi confluentem, suboriantur. hinc etiã fit, ut ex Auic. propter maximã membrorum nutritiuorum læsionẽ, ea, quæ sub hypocondrijs sunt, tendantur, & dispositio sicut hydrops, & fluxus uentris bilis & aliorum humorum, & egestio lenis, fœda, & non naturalis, & id genus alia, quæ concoctricis & expultricis potissimum affectarũ soboles sunt, nobis se se offerant. Verum præter eos qui in corpore sunt affectus, & operationes læsas, ex ijs quoq; symptomatibus, quæ ambo hæc comitantur febris pestilens cognoscitur, & potissimum excremẽtis, atq; ijs qui in animalis corpore eduntur sonitibus. Si itaque de excrementis primum loquamur, lotiũ tenue aliquando apparet, & summæ cruditatis, & natiui caloris imbecillitatis signũ est. aliquando turbatum, & iumentorum urinis persimile, quod ob id etiam subiugale uocãt, pp maximã caloris innati imbecillitatẽ, à quo contenta à cõtinẽte portione nullatenus seperari possunt, & pp maximã ebullitionẽ à febrili, & flãmeo acriq; calore ꝓfectã, nõnunq̃ liuidũ est, & hoc frequẽtius cõtingit, aut plumbi colorẽ referẽs, propter caloris extinctionem, aut maximam humorum adustionem; quandoque nigrum

Margin notes: Galen. 3. epid. sec. 3. — Appetẽtia. — Motiua. — Vitalis dicta — Pulsatilis. — Naturalis. — Exeuntia. Lotium.

grum, dũ hæ causæ vehementiores sunt; interdum fœtidum pp insignẽ corruptionẽ, atq; putredinẽ: nonnunq̃ oleagineũ pp colliquationem: interim valde spumosum ratione flatuum in lenta materia ex multa ebullitione genitorũ, aliqñ nullam, aut minimam in se continet prauitatem, ita vt sanorum lotio q̃similllimum sit; quod quidẽ triplici de causa contingere potest, quarũ potissima est, propter leuem putredinem, quæ in humoribus peccantibus reperitur. in hac.n. febre à lotio nihil certi affirmari potest: quia materia peccans naturam veneni, eiusq; efficaciã, & agendi modum representans, in vrinam determinatã non põt inuehere mutationem, qua vrina proprie sit febris pestilentis certum iudicium. quia nullam à praua illa qualitate mutationẽ patitur. vnde dum putredo exigua, & leuis est, ratione ipsius non est facta in vrina notabilis conturbatio, nec tanta humorum agitatio, vt ab his ad alienam qualitatem lotium immutari possit. Secunda causa est quia licet ingens vigeat putredo, multaque adsit humorum prauitas, attamen ægri belle habere videtur, ita vt vel non febricitẽt, vel parum admodũ, & morbus benignus videatur, cum tamen exitialis sit, eo quia natiuus calor præ imbecillitate à concoctione & corruptæ materiæ exagitatione abstinet. vbi.n. à perniciosa qualitate vires admodum labefactantur, natura coctionem non aggreditur, & humorem peccantẽ non attingit. non tentata autem coctione nec labor sequitur, & febris vel nulla vel minima est, quia solum dum coctio & pus conficitur, dolores, febres, & vigiliæ vigere solent, & hoc pacto Hermocrates non febricitare, vel saltem minimam pati febrem visus est. Tertia causa est, quia putredo non humores, sed cordis corpus inuasit, & non putrida sed hectica pestilens existit. Pariter in hac febre vrina sępe copiosissima excernitur, ꝓpter maximã humorũ colliquationẽ, à qua etiam, si materia foras nõ exeat, hydrops subsequi solet. Huius etiam colliquationis causa sudores admodum copiosi euenire solent, quia vel humores, vel pinguedines, vel carnes, liquantur, colliquatio vero non per aluum excernitur, sed in halitũ resoluta ad cutim transfertur. & quia maligna colliquatio est, sudores fœtidi esse solent, & non solum superflui sed etiam intempestiui, & frigidi propter naturam valde aggrauatã, & retentricẽ labefactatam, & innati caloris penuriam. & si in toto corpore appareant, omnimodam virium prostrationem indicant. nõnunq̃ vero solum circa frontem apparent, qñq; circa ipsam & collũ, & interdum etiam vnà cum his partibus, in solo thorace cõspiciuntur calidi vel frigidi quorum tamen frigidi deteriores sunt, extinctionẽ.n. caloris significant, & maximũ naturæ laborem propter prauã materiæ qualitatem, rõne cuius sudores hi pestilẽtibus febribus familiares sunt. quemadmodũ etiã propter maximum naturæ conatum, & expultricẽ à praua materia valde irritatam, sanguis sæpius syncerus è naribus stillat, vnde si in morbi principio per vterum syncerus stillet, vel hæmorrhoidas vel per aluum, febrem hanc perniciosam significare solet. sed per aluum sanguis etiã prauus, fœtidus, & male coloratus, & nonnunquàm copiosus egredi solet, alias decretorie, alias tabescentiæ, seu liquationis modo. Pariter quæcunque excrementa prauis qualitatibus prædita, ut nigra, uiridia, liuida, fœtida, febrem pestilentem interdum attestantur. Sed præter colorem & odorem, solet in alui excrementis altera adesse mutatio huic febri adeo familiaris, ut eam antiqui inseparabilem esse tradiderint. fit autem dum exigua, glutinosa, & leuia excernũtur, quæ modo album, modo pallidum, modo subcroceum, modo subuiridem, modo flauum referunt colorem, ut plurimũ autem fœtidæ sunt, ob insignem putredinem; nonnunq̃ tamen parum quid uel etiã nihil male olent. Sunt autem non aquosa, sed corpulenta ob cõsumptos ichores, exigua, quia non adest alui fluxus, & glutinosa propter caliditatem insignẽ, ob quã etiam æqualia apparent, & talis euacuatio Græcis syntexis, à nostris colliquatio dicitur. quæ tamen non est pestilentium propria, cum etiam in ardentibus, non pestilentibus febribus nõnunq̃ appareat, ita quãuis ut plurimum in pestilenti febre contingat, attamen ab ea non est inseparabilis, sed in ea tantum apparet, in qua calor putridus, & putredo uiget, & dominatur. Sed oritur dubitatio. quia Gal. 3. epid. sect. 3. com. 57. ipsam inseparabilem fecit, dum habuit, quæ aũt in ea pestilentia euacuabantur, erat colliquatio; quod quidem uř esse perpetuum symptoma febris quã pestilentẽ proprie uocãt, quæ mortales quoq; citrã pestẽ corripit. Hãc dubitationẽ tolli posse existimamus, si dixerimus, quod cum colliquatio tum fiat, quando urens calor non tantum pinguedinem, sed etiam carnosam partẽ corporis fundit & liquat, nostræ priuatæ febres pestilentes in quibus peticulæ apparent, citius nunc interimunt, quam calor membra colliquare possit. Huius autem ratio est, non tantũ quòd

Marginalia: Cur sanis (?) lotio similis vrina (handwritten). — Hippo. 1. in 3. epid. com. 8. — Sudor. — Sanguinis excretio. — Excrementa reliqua. — Colliquatiuæ excretiones. — Cur colliquatio pestilẽtes febres semper non comitetur.

quòd cito hominem tollunt, sed quod nostri sæculi tanta est ingluuies, crapula, & intemperantia, vt nō tm̄ venæ repletæ sint multo sanguine, sed ipsæ solidæ partes, & corporis habitus humoribus ac excrementis madent: quibus depascendis ac consumendis occupatur febrilis calor, vt citius finiantur ad salutē, vel ad mortem, quàm solidorū colliquatio fieri possit. qua ēt de causa nostri tēporis colliquationes nō semp fœtidæ sunt, vt Gal. tpe erāt, quia interdū sola pinguedo solidis intactis colliquatur. sed obijcies eadem rōne Galeni sęculo colliquatio prohiberi debuisset, nā sæpius in suæ ætatis mores ac intemperantiam inuehitur, ac debacchatur. Respondeo, omnem nos omnium seculorum intēperantiam superasse, & quāuis ille scriptum reliquerit suę tēpestatis crapulā tantā fuisse, vt nullum excessum pati posse videretur. illud tamen per hyperbolē a viro intemperantiæ inimicissimo, vt ex ipsius libello de dignoscendis, & corrigendis animi erratis colligimus, dictū fuisse credimus. Veteres.n. ita fuerunt sobrietatis studiosi, vt cum semel Plato ex Sicilia rediret in Gręciam, suis pro miraculo narraret, se in Italia vidisse homines, qui bis in die cibo ventrem distenderent. At nunc nemo est tam prudens, aut sobrius, qui id non faciat. Sciunt aūt oēs qualia nūc, & quā frequentia conuiuia instaurantur. Antiqui.n. cœnabant oēs, at nō omnes prandebant. Sed totam diem, vt tradunt historiæ, negocijs impendebant. nunc maior hominum pars per totam diem comedit ac bibit. vnde mirum non est, si satis infeliciter nostræ tempestatis practicantes Medici ad fonticula quoque, seu cauteria, quæ quidē ab antiquis non fuerunt nisi raro admodū vsurpata, semper confugere cogantur. Demum sonitus ipsi, vt vox tremula, parua, quæ ex spiritalium organorum, quæ in hac febre sæpius labefactantur, prouenit lęsione: nec non crebra suspiria, quæ à graui cordis noxa oriuntur, febrem hanc indicare possunt. Post præsentium symptomatum cōtemplationem, vt exactius febrem pestilentē discernere possimus, causæ quoque prægressæ suo loco propositæ considerandæ erunt, vbi.n. nouerimus in febricitante pestilentis febris causas pręcessisse, maximum ipsius argumentum habebimus. potissimū si febris multos populetur. Sed certissimum vbi præter ea, quæ dicta sunt, vel eorum plura, vel maxima, peculiares huius mali subsequentur morbi, qui rarissime sine hac febre apparent, aut sæpissime ipsam comitantur, quæ aūt raro sine ipsa conspiciuntur, sunt exanthemata, à nostris papulæ dicta, quæ vel alba sunt & fiunt à sanguine pituitoso, vel rubra & à puriori sanguine oriuntur, aut flaua dum fiunt à bile, aut punicea, dum bilis exusta est, aut liuida pp maximā exustionē, aut mortificationē, aut nigra dum hæ duæ causæ vehementiores sunt. sunt aūt vel parua, vt milij non ęquent magnitudinem, aut paulo maiora, aut amplius, raro tm̄ vitiæ maioris magnitudinem superant: aut magna sunt, & notabilis quantitatis. & vel critice, vel symptomatice, vel medio quodam modo extra mittuntur. medio aūt modo fit dum materia ex parte concocta, à natura potenti extra mittitur. Alia vero post apparitionem retrocedunt, quod pessimū est signum, alia resoluuntur, sæpeq; ad bonum terminantur: alia aute m suppurant, quod etiam, si alia addantur bona, optandum est, alia vlcerantur, quod a materiæ prauitate prouenit. Aliquando vero pauca numero, & rara sunt, quod vel à paucitate peccantis materiæ, vel agentis imbecillitate contingit: aliquando plura propter causas contrarias. interdum adeo numerosa sunt, vt vniuersam cutem occupēt: & hæc nisi vires validissimæ sint, rarò salutem afferunt, nā potius suffocatur, quàm ab his releuetur natura. Hanc quoque febrē sæpe comitantur oris pustulæ, quæ omnes iam dictas papularum differentias recipiunt. & interdū adeo sæuę, vt cibū, & potū ægri vix tolerent, quo fit, vt pueruli sæpe, quia cibū respuunt, moriantur. His autem sæpe subsequuntur vlcera valde molesta, quia motum linguæ & cibi assumptionem & deglutitionem impediunt. aliquando etiam pustulis non præcedentibus in ore vlcera fiunt, quæ Græcis aphtæ dicuntur. quarū plures sunt differentiæ in colore, sorditie, profunditate, & malignitate. & uel à uaporibus, uel praua materia fiunt. & in faucibus potissimū gñant. & rari sunt, qui in hac febre summā & prauam habeant putredinē, qui in faucibus ulcera hæc non patiantur, quæ nonnunquam etiam depascentia fiūt, ut asperam quoq; attingant arteriam, unde obseruauit Gal. post recuperatam à febre sanitatem eos, uel in plithisim incidisse, uel ab hac remedijs uix fuisse præseruatos. similiter in hac febre oīs cutaneus affectus alioquin leuis in praua ulcera commutari solet. fiunt quoq; tumores nonnulli potissimum circa glandosa corpora, nam à cerebro ad glandulas post aures, à corde ad alas subaxillas, à iecore ad inguina materia trāsmittitur. Vnde & parotides, & bubones, & phygetla, carbunculique & similes tumores

Galen. 3. in 3. epidem. ægroto primo. *Gal. 6. aphor. 27. & 2. meth. 1.* *Gal. 5. metho. cap. 12.*

Obiectio. Responsio. Sonitus. Causæ prægressæ. Effectus subsequentes. Papulæ. Pustulæ ulceraque. Tumores.

sæpe

ſæpe apparent, & omnes maligni ſunt, & raro ad bonum terminantur, imò ſæpe retrocedunt, quod in cauſa velocis mortis eſſe ſolet. ſi.n. non retrocedant, & critice fuerint expulſi, & rectè tractentur, aliquando ſalutẽ afferunt, ſed maximam materiæ prauitatem, & inſignẽ peſtilentiã arguunt, magni in ſcroto ſuperuenientes tumores, cum his enim ægri quam citiſsime pereunt. fiunt autem ob maximam conſpirationem & ſympathiam, quam aliàs vnà cum Galeno inter thoracem cor & ſpiritales partes, & ipſos teſtes intercedere diximus. Scimus modernos quoſdam magni nominis ſignum hoc contemptui habuiſſe, riſuq; dignum perperam exiſtimaſſe, ſed horum ineptias Franciſcus ſtabilis Potentinus in arte Medica ſi quis alius exercitatiſsimus, & de ea optime meritus, cũ rõnibus & auctoritatibus, tum experiẽtia potiſsimũ ipſa atq; ſcriptis ante nos eſt perſequutus. In his aũt, qui peſtilenti febre extincti fuerunt, poſt obitum eorum cadauera ſępiſsimæ maculis diuerſicoloribus inficiuntur, quæ nonnunquam vniuerſum ambitum occupant. membrorum enim internorum retentrice penitus ablata, humores calore adhuc febrili quoquo pacto agitati huc, atq; illuc propria ſponte & tenuitate mouentur, & dum ad cutem perueniunt propter eius denſitatẽ ibi firmantur, quod etiam in ijs, qui veneno efficaci paucis horis extinguuntur, ſuperuenire ſolet. id enim humores quam maxime agitare valet. In his autem qui ſtrangulantur, & ſuffocantur maculæ ſolum liuidæ & nigræ apparere ſolent, quia ſanguine propter maximum naturæ conatum extra capillares venas effuſo, & refrigerato, & ob id denigrato, illud vitium quodãmodo ſequitur ſub epidermide, quod echymoma vocant, quo fit vt Gal. dixerit in quibuſdam ſpirandi difficultate ſuffocatis, in quibus narrat Hipp. latus liuidum fuiſſe, id vbi radix inflammationis erat, apparuiſſe; ſanguine. ſ. ad latus ob dolorem confluente, nã quidquid eius in cutem penetrauit, id in morte refrigeratum, nigrorem contraxerat. quare oportet diligenter conſiderare, an vel propter internum apoſtema, vel alia de cauſa factam ſuffocationẽ id contigerit. Similiter corpora peſte perempta tetrum & fœtidum quendam odorem exhalare ſolẽt. qui etiam priuſquam moriantur, nonnunquam percipitur. & ſemper lethalis eſt, vt ex his nemo ſuperuiuat, quia putredinis & corruptionis confirmatæ ſignum eſt. cognita peſtilenti febre in vniuerſali, eius differentias non adeo difficulter cognoſcemus. Si.n. accidat vt venenata qualitas in ſummo ſit gradu, & putredo maxima ſit, ſæuiſsima erit febris. & ratione prauæ qualitatis vires maxime labefactantur, propter ſummam autem putredinem ſæuiſsima ſubſequuntur ſymptomata, varia illa prout putridæ materiæ hãc, vel illam partem petunt, vt dolores capitis, ventriculi, dorſi, vel alterius partis, vigiliæ, ſopores, inappetentiæ, ſitis inexhauſta, inquietudines, excrementa, & vrinæ valde permutatæ, & alia ſymptomata, quæ putredinem materiæ comitari conſueuerunt, & à tali febre quamcitiſsimæ necantur. Si vero putredo ſumma ſit, ſed praua qualitas remiſſa. febris ratione ſymptomatum valde moleſta eſt, ſed nõ adeo ſæua, nec adeo difficulter perfertur, cum non ita vitalis facultas ſuccumbat. In hac aũt febre calor extrinſecus putredini proportionatus vſque ad ſtatum conſeruari & tangendo percipi ſolet, quo tpe ſi res male terminari debet, caro primũ tepeſcere, deinde frigefieri incipit, & uirtutibus cadentibus ſequitur mors. ſin autem bene, in ſtatu pp maximam naturæ & morbi pugnã caro aliquam caloris remiſſionem ſuſcipit, nunquam tamen in totum miteſcit. Si vero putredo tanta non ſit, ſed praua qualitas maior, non ita cruciant ſymptomata, ſed vires magis concidũt. & non minus periculi, quã in ſupradicta imminet febre. Si putredo fere nulla ſit, ſed praua qualitas admodũ intenſa, ægri moleſtiam non percipiunt, ſed bene ſe habere opinantur, & tum aſtantes, tum imprudentes Medici ſæpe decipiuntur, exitialis.n. cum ſit, ab adaucta illa venenata qualitate ſine aliquo ſymptomate cor obruitur, & vires omnino proſternũtur. & nullo nec cruditatis, nec prauitatis humorũ ſigno apparẽte pereunt. imo experiẽtia probatũ eſt ẽt ſi prima dña remedijs opportunis ſuperata putredine, ſigna ſalutis apparuiſſe, mors tamen ineuitabilis propter prauã qualitatem ſubſequuta eſt. quare vbi leuis eſt putredo, ſed praua qualitas grauis, vires oẽs abſq; euidentib. ſymptomatibus, & potiſsimũ vitales concidunt, & mors facile ſubſequitur. & nulla ſenſibili, aut doloroſa alteratione extinguuntur. In quarta aũt differentia vires minus læduntur, & ſymptomata minimũ affligunt. At vero Gal. putridã ab hectica peſtilẽti diſtinguẽs ait. Nã quib. calor hic putridus ad humores, quos cõtinẽt cordis ſinus, magis deflexit, q̃ ad corpus ipſũ viſceris, multi horũ fuerũt ſuperſtites. deprehendunť affecti hac peſte, ſi febrẽ primũ pcipiãt, deinde ſi nõ ęqualiter ppetuo febricitẽt, ad hęc ſi pulſum nõ hẽant ꝓualidum, ſiquidem,

Signa differentiarum.

Signa hecticæ peſtilentis.

Gal. 1. de rat vict. 35.

Gal. 3. de præsag. ex puls. c. 3

siquidē, qui intēperiei comites sunt corporis ipsius cordis, imbecilli sunt oēs. & supra de signis hecticæ pestilētis particulariter loquēs, in qua corpus cordis calidius est, substantia vero in eius ventriculis contenta frigidior, scribebat. Nam medius quodammodo status hic efficitur ex duob. contrarijs conflatus. qui sane affectus vel optimos medicos fallunt. Quod nunc quoque in maxima pestilentia accidit. Quidam.n.inde ab initio ad finem vsq; alij per totum morbū probū pulsum habebant, qui per parum deflexisset de natura, qui quidē præter cæteros perierunt. Animaduertimusq; eos primis statim diebus, & pestilentia laborare, & pessime affectos esse, ex acredine caloris, atque ipsa caloris specie, denique quod pulsus parum præter naturam immutati, ijs in eo statu perpetuo maneant. Nam in speciem præcipue hecticarū febriū incidunt tales pulsus. si qui essent inter ægrotos, q se negarēt febricitare, his febris occupato cordis corpore plane erat confirmata, &, vt ita dicam in habitu. & in sequenti capite de eiusdē signis loquens. Sed ne ex vrina, ait, petere firmā notitiam semper licet; sed est etiam fere anceps, colore & sedimento similis naturali. quare expirationē obseruare oportet, quæ si fœteat, peiorem casum expecta. iam vulgus etiam os attēdūt. & si illic aliquid coloris pestilētis cernant, eos peste confirmant laborare. Partim.n.illi colorē habent erysipelatosum, partim herpetibus depascentibus assimilem, diffusum per plures partes. s. q̄ à primo. & si manum thoraci Medicus exercitatus admoueat, ne tum quidem prætereat eū affectus. Inspiciēda porro præ cæteris vrina est. Etenim conturbata quorundā eorū videtur esse, & aquosior, ac nonnullorum multo quā pro natura tenuior: & hæc quidem certissima est. Sicuti quæ naturali vndequaq; similis est colore, & crassitudine ad secūdam spem certissima est: quæ si sublimamento probo sit prædita, multo ēt est certior: si quidem sedimētum sit candidum læue, & æquale. præcipue vero sublimamentis animus adhibendus. nam quædam quæ subliuida quodāmodo sunt, latent: & item alia, quæ aranearū latas telas referunt in modum lauæ congestæ. At, si quid tale aiaduertas, aut nullum plane innatare sublimamentū, in peiorē partē hæc interpretare. si contraria iam relata videas, non potest fieri, vt homo male affectus sit. ex his igitur discernas, vtrum inæqualitate quapiam affectus sit, an pestilens morbus & exitialis, qui hecticam febrem habeat, cum prehendat: Præterea ex ijs quæ balneum consequuntur. nam cibum respuunt, & sitiunt præter modum, ac frigidam postulant, & oculi inter lauādum manifeste redduntur calidi & flammei: quidam postea tales permanent, quos plane sciemus teneri peste. Hæc Gal. sed Auic. ad vnicum confugit expirationis fœtorē. ex quo etiam hectica febris pestilens, à putrida in qua putredo leuis est, distinguitur. Vtrū aūt in putrida pestilenti vnus vel alius succus præ cæteris putrefcat, & quo in loco putrefiat ex alibi traditis in putridarum sermone vniuersali facile cognoscemus. nam ex Auic. albior & aquosior apparebit vrina abundante pituita, flauior, crocea, ignea abundante bile, rubicūdior abundante sanguine. remittuntur prædicti oēs colores abundante melancholia, & ad fuscum aut liuidum, sed citra splendorem, vergunt. & idem de reliquorum exeuntium, & apparentium macularum, aut pustularum coloribus dicendum est, qui varij sunt, prout diuersi peccabunt humores, & prout putredo varia succedet. In causarum pariter signis tradendis non est vt multum frustra laboremus, cum ex traditis in earum enumeratione facile ab vnoquoque percipi possint. Si.n. causa cōis sit, popularis est febris. & si præcessit fames, & annonæ caritas febris ex prauis cibis originem duxit, & tunc si alicui mittatur sanguis, vena secta, ait Gal. statim exit prauus & corruptus, qui nō ex putredine, quæ adhuc leuis est, & incipiens, sed ex corruptione malus est, sed postea putrescens, febrē accendit pestilentem. si ciborū penuria non præcessit causa vel in aerem corruptū, vel in contagiū referenda erit. quæ quidē ex eorum natura recte concepta, facile distinguuntur. Sed de signis contaminati aeris peculiariter loquens Auicēna duo signorum genera proponit. quorum vnum nedū signi, sed etiam causæ, a qua aer corrumpitur, rōnē habet; aliud vero signi tantummodo, quia ab eadem causa, à qua etiam pestis, producitur, hoc est ex aeris corruptione, & ipsam ferē comitari solet. de primo vero signorū genere tum superius loquuti fuimus, tum paulo post in prognosticorum initio differemus. De secūdo autem hæc habet Auic. signa autem, quæ sunt secundum semitam societatis causæ, (idest quæ ab eadem causa proficiscuntur, à qua pestis dependet, & est aeris corruptio & putrefactio, & superflua humiditas, quæ etiā terræ superficiei communicatur) sunt vt videas ranas iam multiplicari, & videas reptilia vt vermes & alia ex putri materia & putredine orta vti sunt locustæ, pulices, cimices,

Cap.4.

Auic. cap. cit.

Auic. loc. cit.

Signa causarum.

Gal. lib. de cib. b. et m. suc. c. 1.

Auic. l. 4. tra. 4. c. 3.

Signa aeris pestilentis.

mices, ac varia muscarum genera copiose multiplicari.& de eis, quæ significant illud, est vt videas mures,& animalia,quæ habitant sub terra,sicut talpæ & id genus alia, fugere ad superficiem terræ, & extre in apertū manifestè.& videas animalia malæ naturæ idest venenosa & eis similia fugere ex nidis suis, & dimittere oua sua. sed hoc non solum aeris corruptelā,sed ex inferiori causa, & terræ viscerib. procedentē significat, sicuti ēt idem arguunt aues,quæ ad terrā volare cōsueuere,& nunc alte volant, & mōtium cacumina petunt. sicuti ē contra aeris pestilentia ex superiorib.causis indicatur qñ animalia,quæ montium summitates naturaliter inhabitant,& aues,quæ alte volitare consueuerunt, ima petunt.& prope terrā volant. Similiter aeris corruptionē nedum homines & animalia,sed etiam stirpes & reliqua viuentia sentire consueuerunt, quo fit,vt ne dum aues illæ,quæ exteras terras statis tēporibus adire solent, hac aeris prauitate incitatæ infectas regiones fugientes ad alias ante tēpus euolent,& quæ super arbores nidificant,& dormiunt,super terrā & in locis infimis altiora cauentes,nocte degant: verum ēt bruta animantia, quæ ex herbarum & arborum germinibus, ac folijs victitant, eadē auersentur, qñ sub dio posita ab aere circunstāri aliqualiter inficiuntur. quid plura? pp hanc aeris perniciē & inclementiā ne dum segetes rubiginē, & similia nocumenta contrahere solent,sed & vuæ, & cęteri fructus ægrè ad maturitatem perduci cōsueuerunt. Sed maiores nostri, & potissimū Iac. Rudius Abbas integerrimus,q peste correptus euasit,duo prȩsertim corrupti & coinquinati,& putrefacti aeris validissima signa nobis retulerūt,q̄ postea anno Dñi 1570. uera esse cōprobauimus,quo qdē anno pestilentes febres Bellunū nr̄m depopulabātur.primū aūt est,qa si panis recenter ex clibano extractus in sūmitate hastæ p noctē sub dio dimittat̄,sūmo mane mucore refertus adinuenitur.aliud est,quia,si quis præcipuè ab infecta regione & Ciuitate aliquātisper recedat,& vel turrim,vel collē,aut eminentē aliū locū conscēdat, tenuē quādā nebulā ac veluti fumum & caliginem immobilem, & quocūq; tpe, ppetuoq; Ciuitati,& regioni,illi incubantē manifestè cernit. signa causarū febris pestilētis priuatę ex traditis de putridis febrib.& in hoc capite clara sunt. Vt aūt futurā febrē pestilētē aliosq; pestiferos morbos pcognoscere possimus, oportet semp ad duo potissimū oculos dirigere,nēpe ad cās ipsas & agētia iā relata,eorūq; numerū,& vim diligēter cōtēplari,nec nō ad passi dispositionē.Si.n.superiores causæ pcedant,vt malignorū syderū aspectus, dñiumve,aut prauę ipsorū coniūctiones,procul dubio huiusce modi mala formidare oportet.præsertimq; si non vnicus planenta sui natura nobis aduersarius,sed plures,qui tales sint,vnā coniungātur,& pprio motu, & lumine vniuersum annū,aut maiorem eius partē dominentur, vti pśertim si Mars vnā cū Saturno cōiungatur. Quod si coniunctio,seu concursus maior fuerit, ita vt triū superiorū planetarū. Martis. f.Iouis,& Saturni coniunctio,aspectusq; fiat,talis dispositio certius adhuc ingētes pestilentias,& multa mala nobis denuntiat.Similiter ex Auic. ignes quicunq; in suprema aeris regione coruscātes, Stellæ crinitæ, atq; cadentes,hiatus,ardores,voragines,aut igneæ huiusmodi acies nocte conspicuæ futurā pestilentiā portēdunt. Quāuis.n.tales ignes æstus,ac potissimū ingentes squalores ac siccitates,cū pp exhalationum abundantiā multiplicentur,& appareant, nobis significent, non est tñ vt Auicennā reprehēdamus, dicamusq; ignes hos nō quidē causæ rōnē habere, vt ait Auic.sed cuiusdam signi desuper ad nostrā eruditionē & à Deo dati, vt quidam Moderni opinati sunt.Nā Auic. hos ignes ad causam redegit primo qa significant alicuius astri dñium,qđ quidē pestilentiæ causa est. secundo quia indicāt plurimorū vaporū in prima aeris regione redundantiā, qui simul cū exhalationib. ex quib. oriuntur ignes,& ab eadē causa eleuant̄,vñ exhalationib. pp sui tenuitatē & caliditatē, & siccitatē ad supremā aeris regionē eleuatis, crassis aūt & humidis vaporib. in prima aeris regione,& circa nos pmanētib. vnā cū crassiorib.exhalationibus,ab his aer facile corrūpitur,atq; putrescit, cui putrefactioni exhalationes quoq; si fuerint paucæ,valde cōferunt, qa in vapores humidos agētes sunt in cā,vt facile putrescant,& aerē inficiant. notat aūt Auic.qđ his ignib. apparentib. vt plurimū pestis Autumno eis proximo inchoabit,& in hieme & Vere lente pcedet, æstate vero notabiliter inualescet,sed Autumno sequēti mirum in modū sæuiet. Similiter oēs aeris cōstitutiones calidę,& humidæ & austrinæ,& ad putredinē inclinatæ vbi pśertim multo tpe vigeāt,& vehementes sint, siue toto anno,siue in aliqua,aut plurib.eius ptib.pdurēt,quales ab Hip.potissimū,& ab Auic.proponūtur,hæ ne dū signa,sed causæ quoq; futuræ pestilentiæ sunt. Hippocrates porrò duas pestilentes constitutiones cōscripsit,quę quidē,Gal.teste,in

Prognostica.

Syderū aspectus pestilentes.

Auic. loco cit.

Constitutiones pestilentes.

Hippo. 2. epid. sect. 1. & 3. epid. sec. 3. Gal. in com.

alio non dissident, nisi quod vna in vno anni tpe contigit æstate. s. altera per totũ annum perdurauit. Primã autẽ his verbis ꝓposuit. Carbunculi in cranone æstiui: pluebat in ardoribus aqua larga. contingebat hoc per totum, & maxime ab austro. Secundam dum habet. Annus austrinus, pluuius, ventis ꝑpetuo vacans. cum aũt paulo superiorib. anni tpibus squalores ꝓcessissent, flante austro, sub arcturum, multum pluit. Autumnus vmbrosus, ac nubilus, fuit; multũ pluit. hyems erat austrina, humida, & lenis. Multo post solstitium, circiter æquinoctiũ, aspera erat hyems extrema: & iã sub æquinoctiũ aquilonia, & ninxit nõ ita diu. Ver rursus austrinũ, sine ventis, pluit multũ, & continenter vsq; ad Canẽ. Aestas serena, calida, magni æstus erant: etesiæ parui, ac disperse spirarunt. sub arcturum rursus, spirante borea, multũ pluit, cum esset antẽ annus austrinus, humidus & lenis, ꝑ hiemen qdem salubriter degerunt: ꝑter tabidos. Ante Ver vnà cum ijs frigorib. quæ erant cõsecuta, sacri ignes multi, & maligni, & alij multi pestilentes morbi, ex insigni admodũ putrefactione oborti sunt, qui Vere plurimos sustulerunt, & vsq; ad Autumnum ꝑdurantes, sicuti Aestate paucissimos, ita Autumno, & sub Vergilias multos intefecerunt. Auic. vero de particularib. anni tpibus loquens, de signis pestilẽtiæ aeris hyemalis, quæ causæ quoq; rõnẽ habent, ita scribit. Et qñ multiplicatur auster, & subsolanus, qui Austro calidior est, in mensis dieb. aliquot, & videris aeris turbulentiam, & nebulositatem, & existimaueris pluuiam, & inueneris aerem vacuum, siccum, & non pluit, & id aut Nouembris diebus aliquot, aut plurimum ex mensib. sequentibus ꝑ totam hyemem perdurauerit: tunc scias, quod cõplexio hyemis est corrupta. Pestilentiam autẽ æstiuam magnã, & malã, quæ scilicet plures homines corripiat, & plures ꝑdat, subdit ipse, significat paucitas pluuiæ in Veræ cum frigore, deinde multiplicatur auster, & conturbatur aer aliquot diebus: deinde clarificatur post hebdomadam vnam non supra, & accidit frigus in nocte; & in die calor est vehemens, & præfocatio, conturbatio, & caliditas, tunc iam venit pestilentia. & expectantur febres pestilentes, & variolæ, & his similia. & similiter qñ Aestas non est vehementis caloris, & est vehementis conturbationis habens matutina alterata, & iam ꝑterierunt in Autumno ignes stãtes, & moti, & descẽdentes signum est pestilẽtię. Dum. n. nõ pluit in Vere cũ frigore, vapores in aere colliguntur, & multiplicantur. & rõne frigoris ad frigiditatẽ redeũt naturalẽ, & Austro spirante aer adhuc magis vaporib. repletur & turbatur, qđ si ꝑ hebdomadã clarificeť, signum est vapores illos attenuatos, & ad minimas partes redactos & cũ aere cõmixtos esse. si. n. claritas aeris hebdomadam ꝑtransiret, vapores illos oĩo fuisse consumptos potius esset indicium. quod autẽ vnà cum aere mixti adhuc sint, significat frigus, qđ accidit in nocte, qa vapores in die calefacti, recedente Sole post noctis ꝓsertim dimidium ad suã redeunt naturã, & aerem refrigerant. qui postea à vehementi diei calore magis attenuantur, calfiunt, & aeri cõmiscenť, & putredo ipsorum subseqnitur. Demum ponit signum in genere, qđ pestilentiæ aeris, tum Veris, tum cuiuscunq; tpis accõmodari pt. & inquit. & similiter, qñ videris aerẽ alterari in vno die multis vicib. & clarificatur aer die aliquo, & oritur Sol clarus, & cõturbatur die alio, & oritur in velaminib. nebulæ, q̃ est, vt puluis: tunc iudica, quod pestilentia accidet. Hæ siquidẽ alterationes à caliditate ad frigiditatẽ, & à turbulẽtia in claritatẽ & è contra, vaporum arguunt redundãtiã, & pestem cito futurã indicant. & ꝓsertim si in eadẽ contingãt die. nã hæ calorem quoq; natiuũ in corporib. labefactant. & vapores admodum redundare significant. Inquit autẽ Philosophus, quod qñ ex terra multus vapor ascendit, fit annus pestilẽs. Quod aũt de causis supernis & aeris putrefactione diximus, idẽ de ipso ꝑꝑ inferiores causas inquinato statuendum est. siue sint cadauera aĩalium inhumata, siue specus, siue terremotus, siue ciborum penuria iam ꝑgressa, aut id genus alia, quæ ad passi dispositionẽ redigi possunt, & de quibus superius egimus, statuendũ est. cum. n. hoĩes ꝑꝑ praua cibaria, aut alios errores in uictu, vel alia de causa prauos, & corruptos succos congessere, & potissimũ Veneri nimiũ operã dedere, vel à molestis animi accidentibus agitati fuere, aut ab ortu principalia mẽbra debilia sortiti sunt, vel post ortũ labem aliquã in ipsis contraxere: ij oẽs ad febrem pestilentẽ suscipiendam paratissimi sunt, & eos potissimum hac laboraturos prædicimus. præsertim si calidi & humidi sint temperamenti, qui si corpora rara, & laxos habentia meatus possideant, facile ab externis causis, & corrupto aere, & contagio, si densa, & obstructa, facillime ab internis causis pestilenti febre corripiuntur. Est autem febris pestilens morbus suapte natura ne dum acutus, sed vt plurimum peracutus, atque lethalis, magis tamen vel minus pro differen-

Auic. loco cit.

Dictorũ Auicẽnæ de ꝑstatis corruptione interpretatio.

Arist. 1. problem. probl. 22

Corporũ ꝓparatio.

differentiarum diuersitate, quanto.n.magis praua qualitas,atque putredo intensa,& vehemens fuerit, tanto magis febris breuior,& perniciosior erit, quia natura in tanto certamine citius succumbet.ne dum.n.cũ putredine, vt in alijs putridis febribus, sed cum eius quoq; venenata qualitate cogitur natura decertare.quo fit vt interdũ superata putredine, omnia symptomata delitescant, & lotium tum in substantia tum in colore manifestam præseferat concoctionẽ, nihilominus ægrotantes pereunt, quia licet euicta sit putredo, attamen perniciosa materiæ qualitas superata non est, à qua natura in domanda putredine labefactata, facile concidit, & mors subsequitur. Quod si putredo cordis corpus occupauerit, ita vt hectica pestilẽs facta sit. Quam excogitabis Medicinam, ait Galenus? Similiter dum putrescentes humores in ipso sunt corde qa tunc cor propriè & principaliter afficitur, vix effugere possunt. minus.n.difficile est, vt euadant, si putrescens humor à corde distet. Imo quãto magis ab ipso remotus fuerit,& sui natura magis benignus, tanto minus periclitabunt ægrotantes. Vnde pestilentes febres, quæ ex sanguine oriuntur, quia in ipsis materia minus praua, & minus, quàm in cęteris, maligna peccat, minus, quàm cęteræ, detrimenti periculique minantur. & ob id peticulæ & maculæ rubicundæ reliquis omnibus benigniores sunt, quia ab ipso sanguine & benigniori succo procreantur. liuidę vero quæ ex pituitoso fiunt succo minus benignæ sunt.adhuc deteriores, puniceę, vel uirides, quæ à bilioso humore ortum ducunt. omnium deterrimę & pessimę nigræ, quia à melancholico adustoq; succo ortũ ducũt. Cum aũt hæ maculæ plures sunt,& maiores,& coloris benignioris, criticeq; apparuerint, magnũ leuamen afferunt, naturęq; victoriã denunciant. Sin aũt pauciores, minores, praui coloris & symptomatice accesserint, naturã succũbere indicant, eamq; vel à multa perniciosi humoris copia grauatam, vel à maligna qualitate nimium stimulatam ostẽdunt. Interdum ẽt postquam hæ maculæ apparuerunt retrocedunt,& obliterantur, quod semper malum est, cum indicent materiam ad interiora verti, quod in quocunq; casu malum est. aliquando aũt in quarta nonnunquam in septima, aut nona, vel altera die iudicatoria, si ad bonũ fuerit excretio, superuenire solent. Interdũ & in alijs diebus cum minus fida,& minus vtilis fuerit hæc excretio. In prima aũt die vel nunquã vel rarissime apparuisse visum est, tuncq; pessimũ est signũ, cũ eo tpe nulla possit esse morbi cõcoctio. vel correctio quare dũ symptomatice apparent prauum sunt indicium.cum.n.natura vel à copia, vel praua qualitate stimulata ante materiæ coctionem,& prauæ qualitatis correctionem, materiæ portionẽ ad partes cutaneas transmittat, nullum sequitur iuuamen. immo cum magna morbi cum natura facta sit colluctatio, non separato bono à malo naturæ euictæ potius, quã vincentis hoc signum est.maiorq; naturæ debilitas succedit,& causæ morbificæ adhuc vigẽt, quæ si ante pugnam non potuerunt superari, multo minus addita viribus imbecillitate poterunt domari. Quod si critice appareant, cum vel secundum partem, vel in totum superata putredo,& praua qualitas sit, semper morbi alleuiatio subsequitur. Dũ autem febris acuta potissimum cõtinens,& spirandi difficultas, & exacerbatio accessione consuetam horam anticipans,& multus æstus, & membrorum torpor, & pulsus frequens,& vrina crassa,& rubida antecesserint, crisim futurã per maculas, seu peticulas speramus, quæ sæpius vnà cum sudore aliquo prodire solent. Quæ aũt pestilẽtis febris causæ pniciosiores sint, ex his quę de ipsarũ diximus natura, apertissimũ est. Procuratione, præter indicationes, q̃ putredinẽ respiciunt,& reliqs putridis cões sunt febribus, quas repetere nõ debemus, oportet ratione venenosæ qualitatis alexipharmacis, & his, quæ à tota substantia ipsam profligare & domare, & expellere possunt, occurrere,& cor, quod in hoc malo, maximè lacescitur, roborare, nec non vires omnes, quæ maximè labefactantur, quãtum fieri potest, & quantũ morbi vehementia nobis permittit, sustinere,& conseruare, & hæ indicationes in omni pestilenti febre loci habent.quod si ipsa ab ambiente venenato & pnicioso ortum duxerit, qui quidẽ adhuc morbũ ipsum foueat,& adaugeat, pter iam dictas intẽtiones, aeris malitiæ correctionẽ,& fouẽtis causæ ablationẽ desiderat. cũ aũt huius mali pximæ principalesq; causæ duę sint putredo.s.& venenata qualitas; putredinis vero, a qua maligna qualitas excitatur,& ad agendũ impellitur, curatio ab euacuatione, vt aliàs diximus auspicanda sit. Idcirco à sãguinis missione ex oium sententia exordiẽdũ erit. sed vt hæc citra ægrotãtiũ pniciẽ,& cũ maximo iuuamẽto administret, oportet potissimũ ad viriũ tũ psentem tum futurũ statũ, ad putredinis vehemẽtiã,& ad prauorũ succorum basim & locũ siue focũ, siue dixeris minerã occulos dirigere. Sed hæc magis conspicua fient si hac

Febris pestilens est morbus acutus & sæpius peracutus, lethalisque.

Gal. 3. de præsag. et pul. c. 3.

Indicationes.

Auic. 1. 4. tr. 4. c. 4.

Curatio. Chirurgia.

distinctione progrediemur. Pestilens febris vel est epidemica, vel priuata. si sit epidemicã, & cõis causa sit vel aer corruptus & venenatus vel contagiũ, non aũt prauorum alimentorũ ob annonæ caritatẽ ingestio, tunc, si virtus sit robusta & spes sit vt in morbi progressu si non talis, id.n. est impossibile, saltem aliqua ex parte conseruari possit, & vna cum tali virtute putredo maxime vigeat, quod ex symptomatũ sæuitie, & pluralitate, & vrinis præsertim facile cognoscitur, tunc non sine ingenti vtilitate venæ sectio administrabitur, quia humorũ putredo & ebullitio & feruor castigatur, symptomata mitescunt, & hac de causa vires, quæ ab ipsis maxime lædebantur, melius in posterum conseruantur, & licet pp spirituũ euacuationẽ aliqua ex parte à venæ sectione imbecilliores reddantur, attamen multo maius est emolumentũ, quod ex symptomatum, & putredinis sublatione, & mitigatione consequuntur, & insuper, licet venenata qualitas venæ sectione nulla ex parte domari possit, & corrigi, attamen, quia in hoc casu integrã, vel saltem copiosam & bipartitã sanguinis euacuationẽ licet moliri, nedum putrescẽtes, verum etiã corrupti & venenati humores, qui in venis superioribus, & vna cũ probo sanguine consistunt, magna ex parte inaniuntur, qua etiam de causa cum tanta venenosorum succorum copia non remaneat, vires in posterum poterunt melius conseruari. Sed dicet quis, quomodo potero virium statum præsertim futurũ cognoscere, cum potissimum in his casibus pulsum vt plurimum tangere non liceat? tota difficultas in hoc posita est. quæ tñ facile potest enodari. Si.n. corpus iuuenile sit, & copioso sanguine non autem malis succis adeo redundet (quod ex anteacta vita & probis alimentis iam prægressis, & colore & bono corporis habitu & alijs facile cognoscitur,) & primarum viarum cruditatibus refertum non sit (quod ex recta victus & alimentorum potissimum ratione deprehenditur) & anni tempus & aer temperatus sit, vel ad frigidum vergens, maximam spem concipimus vires vsque ad morbi summum vigorem esse duraturas (potissimum si patiens venæ sectionem familiarem habuerit) aut saltem non propter sanguinis missionem, sed propter morbi vim atque perniciem esse casuras. de loco vero ita decernimus. Si aliqua in parte tumor appareat per vicinas & coniunctas venas sanguis erit mittendus, ita vt si parotis post aurẽ adsit, cephalica, si tumor in ala sub axilla, basilica: si bubo in inguine, saphena, aut malleoli vena semper eiusdem lateris aperiatur. tantum.n. abest, vt hoc præsidio naturæ motus & expulsio impediatur, & tumores hi retrocedant: vt potius excitetur, & ad eandem inclinationem & excretionẽ adiuuetur, quia eo quo premebatur, exonerata, proprij muneris non oblita facilius quod reliquũ est tũ per illam tũ alias vias & præsertim per cutem expellet. quemadmodũ etiam, dũ in synochis sanguis vsque ad animi defectum mittitur, euenire solet. Si tñ vniuersa fere materia ad emunctoria iam dicta relegata sit, & virtus ad expellendum fuerit robusta, & materia ad suppurationẽ perducta, venæ sectio omittenda erit. Si vero pustulæ, quas phimata, & exanthemata vocant, in toto corpore apparuerint & motus naturæ symptomaticus fuerit & ex eo nulla ex parte releuẽtur ægri, sed potius in deterius labantur, aut motus criticus quidem sit & conferens sed diminutus, quia copiosi & venænati succi integrè ad cutim expelli non possint, dextra basilica erit incidenda, & deinde, tum in hoc casu, tum in alijs oĩb. iam dictis, post primam venæ sectionem, vt ad longinquas partes à corde & cerebro & reliquis nobiliorib. mẽbris remotissimas praui & venenati humores reuellantur, optimũ erit, vel pedis venã aperire, vbi potissimũ huius præsidij reiteratio cõmoda & tuta est, vel alijs præsidijs, de quib. post dicemus, eisdẽ partibus adhibitis, nt. Si aũt motus criticus à natura perfectus & absolutus fiat, clarũ est ipsam neq; hoc neque alio euacuante auxilio interturbandã esse. Si vero nullus tumor in corpore appareat, symptomata tñ superiores partes, & caput exerceant, cõis vena aperienda erit, & post cucurbitulas cruribus applicitas, venę narium hirudinib. aperiẽdæ erunt. si vero symptomata tũ superiores tũ inferiores partes equaliter afflixerint, venæ pedũ reserãdæ erũt, & maiori copia sanguinẽ haurire licebit. Tam cito aũt venæ sectio, & quæcũque sanguinis extractio administrari debet, vt nemo ex auctoribus de alui lenitione, aut clystere meminerit, & id non iniuria, cum materia longe magis vrgeat, q̃ si furiosa esset. Sanguinis aũt quãtitas ex alibi traditis dimetienda est, & nisi vires prohibeãt, integra aut saltẽ nõ modica euacuatio pp assignatã superius rõnẽ cõmodissima est. Quod si pp alicuius ex iã dictis cõditionib. defectũ, viriũ casum timeamus, alijs præsidijs de quib. nunc dicemus, occurẽdũ erit, aut, si res in ambiguo posita sit, uena pedis incidenda erit. Si uero cõis cã prauorũ ciborũ ingestio fuerit, aut mali priuatã sit,

Venæ sectio.

Locus.

Hip.1.aph.20.

Tempus.

Quantitas.

Hirudines.

sit, & ex praua alicuius priuata dieta ortum duxerit, illaque febris pestilens oriatur, quæ peticulas siue pestichias vocatas profert, quæ tamen pleuritidem malignam non comitetur, aut annexam habeat, de uenæ sectione non est cogitandum. Si.n. annonæ caritas præcessit, & hoĩes olera, & huiuscemodi alia brutorũ potius alimẽta ingerere coacti sint, nõ solum postq̃ febre pestilẽti correpti fuerunt, uerum etiã antea uires im becilles & sæpius prostratæ sunt, non tñ quia ob multitudinẽ prauorum succorum op pressæ sint & aggrauatæ, sed etiã quia resolutæ, quia cum ex prauis succis mẽbra ꝓbe ali nõ possint, necesse est, vt vires resoluant, vti ẽt in hydrope, ac alijs morbis, in quib. mala & copiosa materia collecta est, cõtingit. vñ posteaq̃ pestilẽti febre inuadunt rõne venenatæ putredinis tertio noĩe & multo magis prosternunt, ac spiritus corrũpũtur, & cor potissimũ, ac vitalis facultas male afficitur. ob id Gal. laudat eos Medicos, qui in illis febrib. pestilentib. ex deprauato victu, & cacochymia ortis, sanguinẽ nõ mittebant: ait.n. cũq; Medici nonnulli paucis oĩno quibusdã sanguinẽ mittere auderẽt, (nota auderẽt) morbi initio (siquidẽ non iniuria remedij huiusce vsum formidabant pp virium iam antea factã (quid clarius?) imbecillitatẽ, nulli eorũ aĩaduerti probum sanguinẽ profluxisse. Si vero pestilẽs febris priuata sit, & ab interna causa & succorũ corruptela de necessitate generetur, cũ causa hæc, pro tanto & tali effectu, qualis est pestilẽs febris, producẽdo, vehemẽtissima requiratur, & proinde maxima humorum corruptela, & prauorũ succorũ, aut cruditatum maxima copia subsit de necessitate, sperãdum nõ est, vires alioquin in præsentia aliqua ex parte validas, in futurum tales esse duraturas, cũ ne dum pp prauorum succorũ aut cruditatũ copiã, sed multo magis pp venenatã putredinẽ, q̃ sui natura potissimũ vitalẽ vim, & cordis tẽperiẽ euertit, casuræ sint. ad indicandã aũt venę sectionẽ vires nedũ præsentes sed ẽt futuræ validę requiruntur, vt toties diximus. nec est vt quis dicat in febre, q̃ peticulas emittit & priuata est, multos diuites corripi posse, qui probo abũdãt sanguine, & prauis humorib. vacãt, & recta vsi sũt victus rõne; hoc.n. vt ex Gal. superius notauimus in sermone de causis, pestilẽtis febris gñationi maxime aduersat. ea.n. absente aeris corruptela atq; contagio in his qui probo abundãt sanguine, & prauis & crudis vacant humoribus, & recte viuũt, nunq̃ generatur, sed necessario ex prauo aliquo humorũ peccato oritur. quod quidẽ diuites fructibus horarijs, oleribus, salsamentis, lacticinijs, fungis, suilla ac bubula carne, ciborũque varietate, & id genus alijs, quib. quotidie se explent, contrahi solet. ex his.n. pessima cacochimia, obstructio, & putredo gñatur, ex qua deinde venenati prodeuut humores. Quare si plebs ex paupertate, diuites ex vitio & intẽperãtia eãdẽ sibi perniciẽ accersunt. & ij potissimũ sunt, qui veneri, quæ in eis nõ friget, nimium indulgẽt, q̃ vires oĩum maxime labefactat, & sæpius, pauperibus lætiorẽ vitã ducẽtib. in ærũnas, ac graues animi curas incidũt: quas superius humores oẽs cõfundere, atq; peruertere, ac vna cũ immodica Venere potissimas in his huius mali causas esse notauimus. Insuper dũ malũ ex prauis cibis, & praua vinẽdi rõne oritur, licet ẽt in superiorib. uenis praui succi reperiantur putrescantq;: attamen basis & minera ipsorũ & multæ cruditates in primis uenis & prima corporis regione potissimũ reperiũtur, quæ, ut alias diximus, secta uena quãcitissime & facillime ad superiores uenas rapiuntur, & patientes iugulãtur. Gal.n. ut alias docuimus uetuit phlebotomiã cruditate in illis locis existẽte. Imo ẽt cũ degrauante plenitudine, quæ huic febri, ut superius diximus, familiaris est, eã dãnauit. Si.n. ait, infesta sit degrauãs plenitudo, nõ oĩo moliẽda sanguinis detractio est, fieri.n. põt, ut crudus per corpus collectus sit succus, in quo diligenter aduertendũ est, quãtũ ualeat uirtus, & quãtũ humor ipse sit refrigeratus. nã exoluta ab id genus affectib. uirtus (& hæc uerba notanda sunt) adhibita sanguinis missione, in extremũ malũ recidere solent. ut nequaq̃ postea restitui possint. & idẽ post scribebat. Neq;.n. ubi tãta crudorũ humorũ copia cumulata est, ut secãdã uenã prohibeat, ratio redarguitur, nã in istis mirũ robur nõ adest. Ex alijs quoq; Gal. locis idẽ patet, in quib. ait in crudis humorib. in cacochymia, in humorũ corruptela, & grauãte plenitudine uires esse imbecillas, uel saltẽ momẽtaneas, q̃ tñ ualidæ ẽt in futurũ requiruntur. ualidæ aũt persistere nõ possunt tum ob dictas causas, tũ multo magis pp perniciosam qualitatẽ cordis uires, à quibus reliquæ oẽs depẽdent, demolientem. Nõ est aũt ut Auic. nec nõ etiã Paulũ, Aetiũ, ac Rufum Ephesiũ (si tñ Græci isti de curatione, nõ aut præseruatione loquantur) & alios antiquos reprehẽdamus, quia hi de pestilenti legitima febre, quę ex aere fit, sermonem habẽt, nõ autem de hac nostra, quæ cum periculis oritur, quæ illis fuit prorsus ignota & forsitan nostri sæculi homines pp uires imbecilliores & uictus intemperantiã inuasit. sed instaret forsitan

Margin notes: Gal. lib. de cib. bon. et mal. succ. cap. 1. — Gal. 4. de tuen da sanit. & lib. de rat. cur. per sanguinis miss. cap. 6. — Lib. de rat. cur. per sec. cap. 9. — Loc. supra not. — Dubitatio. — Solutio.

aliquis Gal. dixisse in Critone qui malignissima febre fuit secũda die perẽptus, Hip. ei non secuisse venam, quia in principio non fuit accersitus. ergo videtur innuere à principio secandam fuisse venam: nihilominus brito febre ex aere pestilenti non laborauit, quia tempestas illa non fuit pestilens, sed in ea, vt Hipp. verba nobis ostendunt, febres potius ardẽtes vulgatæ sunt. ergo fuit pestilens propter prauam particularemq; Critonis dietã. Hãc instantiã facile est diluere. quia licet febris illa fuerit valde maligna atq; lethalis, nõ tñ tenet cõsequentia, ergo fuit pestilens, quia materia illa putrescens non fuit venenata. Sed solũ copiosa valde, & partim biliosa & acris, partim atribilaris vt mera ac copiosa per aluũ excretio, & pustulæ nigræ in morbi principio apparentes nobis declarant. vt aũt febris pestilens euadat, requiritur vt hæ materiæ nõ simpliciter prauæ, sed etiã corruptæ & venenatæ sint, quod tũc contingit, dũ harũ materietũ fimus & inquinationes, siue hæ corruptæ putrescunt, vt superius venenosas materias intus gigni declarauimus. Si vero priuata febris pestilens vnã cũ pleuritide coniuncta sit, quia pleuritis maximã indicandi vim habet, & auxilio celeri omnino indiger, potissimũ si dolor vehementius vrgeat, vena quidem secanda est & ab eodem latere nõ tñ brachij sed sũmæ manus, vt vires minus resoluãtur, & dolore perseuerãte, & parum vel nihil imminuto eadẽ sectio repetenda erit, vel si virium lapsum timuerimus hirudines venæ iecorariæ erũt admouendæ. Quare cõcludamus, quod in pestilenti febre ex praua dieta siue publica fit, quã febrẽ pestilẽtẽ sine peste vocat Gal. siue priuata, cũ qua peticulæ apparere solent, sed absq; pleuritide, sicuti venæ sectio caueri debet; ita qm malignæ & prauæ materię fomes & minera in primis regionibus & mesenterio & vicinis partibus reperitur, quæ quidem partes ad oẽs fere & praui ores corporis superfluitates, vt alias declarauimus, recipiẽdas relegatæ sunt, nullũ præstantius euacuans remedium excogitari põt, hirudinib. ipsis hæmorrhoidib. applicitis: his. n. sanguis sine impetu, & sine spirituum & viriũ resolutione, guttatim & per angustas venas educitur, per quas natura sæpissime prauũ atribilaremq;, & biliosum sanguinem excernere cõsueuit. insuper euacuatio hæc ab intimis partib. & potissimũ ab ipso capite & corde maxime reuellit, ita vt acerbissimos (id. n. quotidie fere in praxi obseruamus) capitis dolores illico sæpius demulceat, quod in hoc malo maxime exoptandũ est, cum in eo maior pars hominum tãdẽ phrenetici euadant, & tandem pereant, dolor aũt capitis potissima huius causa fit. ad hæc euacuatio hæc in manu nostra posita est, quia modo copiosam modo parcã reddere, & modo accelerare, modo protrahere valemus, sinendo vt longiori tpe sanguinis optata quantitas educatur. &, quod maximũ est, etiam languẽtibus viribus tutissime, & summa cũ vtilitate adhiberi põt, vt longa admodũ experientia, in innumeris fere ægrotãtibus experti fuimus. Quãuis enim quãplurimos quoq; eodẽ malo laborãtes venæ sectione sanitati restituerimus, multo tñ plures hirudinib. sanauimus, ad quas pp iam dictas rões, & vt tutius ageremus, tandem confugimus. praua. n. materia hac euacuatione cõminuta, & à partib. nobilioribus ad ignobiliores reuulsa, & febrili calore remisso, vires, quæ conciderant, statim roborari solent, vt ex pulsu maiori vehementiq́ue facto deprehendere licet. Si tñ vires oĩo prostratæ sint, cum nulla sit tunc salutis spes, auxilium hoc infamare nõ debemus. In quo. n. desperata oĩo salus est, ait Gal. imprudentis consilij fuerit apud vulgum infamare præsidia, quæ multis fuere saluti. quod lõge magis in sectione venæ administrãda seruandum est, cum vulgus ægrotantium obitum in hanc vnã, & Medicum eius ministrum referre consueuerit. Similiter in hac febre crurum ac malleolorum scarificationes, quia citra spirituum & virium resolutionem euacuãt, & maxime reuellunt, summopere probantur. hac. n. euacuatione Apollonius, ita referente Oribasio, in vehementi illa pestilentia, quæ Asiam peragrabat, tum se ipsum, tum per multos alios sanitati restituit. hirudines tamẽ præferri huic debẽt, tum quia prauior succus extrahitur, tum quia maior refrigeratio subsequitur, tum demum quia tanta humorum agitatio nõ fit, quã quidẽ in materijs, quæ ad veneni naturã accedunt, quãtũ fieri potest, cauete debemus. vnde si quis veneno epoto venæ sectione vtatur, mortẽ sibi præsentaneam affert, quia venenũ quiescens ea exagitatur, & ad agendum magis excitatur. Si vero hirudines deficiant, & scarificatio vel renuente ægro, uel deficiẽte ministro, fieri nõ possit, cucurbitulæ scarificatæ cũ profundiorib. incisuris eisdẽ inferis partib. admouẽdæ, quib. etiã post hirudines ipsas, ubi illæ minorationi materiæ ex toto non satisfecerint, aut symptomata caput uehementer affligunt, pro integra euacuatione, & reuulsione, uti maxime erit expediens. Si uero mulier hac febre correpta esset, cui mẽses uel instarẽt, uel diu suppressi essent, dimissis hirudinibus, tali uena secan-

Gal. 3. in 1. epi. com. 26.

Hipp. 2. in 1. epid. tex. 61.

Dubitatio.

Solutio.

Hirudines cur valde proficuæ.

Gal. 11. meth.

Crurum scarificatio.

Cucurbitulę scarificatæ.

fecāda effet, quā, cum ex ea magna spirituū ac uiriū iactura nō subsequatur, sæpius ēt in uiris fœliciter usurpauimus, dum conditiones, de quibus supra, præsto essent. quod si in muliere proposita virium languorem timeremus, eidem talo hirudines applicandæ, aut coxis cucurbitulæ scarificatæ admouendæ essent. & hæc de chirurgicis præsidijs, quibus pro totius euocatione, & materia minoranda in principio vtimur, dicta sint. Si vero de his loquamur, quæ pro partium euacuatione, aut deriuatione, & præsertim post totius cum iam dictis præsidijs euacuationem vsurpare cōsueuimus; Hæc duo potissimum sunt, quorum vnū sunt hirudines penitioribus narium partibus admotæ, dum.s. post totius euacuationē & reuulsionē, praua symptomata in capite perseuerant, quo quidē præsidio cerebrū & totum corpus ita alleuiari solet, vt multi mor ti proximi rest. tuantur. aliud autem sunt cucurbitulæ scarificatæ potissimū, quę quotiescunque maculæ & peticulæ apparuerint, ne maligna venenataq; materia retrocedat, & cor inuadat, dorso præsertim ē regione cordis & ei potissimum parti, in qua cu tis cōmaculata est, applicari vtiliter solent. siue motus criticus sit, sed imperfectus (si enim perfectus sit nihil agendum) siue medius in quo natura partim critice & aliqua ex parte superata & cocta materia, partim sympromatice & aggrauata, vel irritata à materia non exactè victa, atq; eā concocta expellit. nec ab re, oēs.n. fatentur, & sæpissime videmus, materiam illam retrocedere, & maculas illas obliterari, (quod quidem propter maximum internorum viscerum ardorē, & à praua materia nocumentum, ratione cuius natura vnà cum spiritibus, & sanguine ad noxium expellendum intus reuocatur, contingere solet) sed dum id accidit, ex omnium sententia pessimū hoc est, ne igitur hoc contingat materia illa tum alijs præsidijs, tum potissimum incisis cucurbitulis euocari debet. & si. n. dum à natura quadantenus symptomatice propellitur, vnà cum proba materia secundum partem commista, & non euicta & concocta ex toto fit, magis tamē potest eius qualitas venefica ad eradicationem & à corde reuulsionem indicādam, quam illa parua aut, vt sic loquar, semicruditas, & alicuius probæ materiæ eductio ad prohibendum, quia multo maius sequitur iuuamentum, si educatur, quàm sit nocumentum. cū.n. natura partim symptomatice propellat materiam, eo qa vel à praua ipsius qualitate irritatur, vel ab eius copia degrauatur, vel (quod tamē in medio motu non ita contingit) ab vtraq; lacessitur, si cucurbitulis aliqua ex parte copia materiæ minuatur, ex consequenti prauus ille motus symptomaticus, qui cum uirium iactura fit, remouetur, sedaturq;, & ita natura solum id quod iam concoctum & à probo eparatum est expellit, & eius quod crudum est, concoctionem uehementius molitur & perficit, potissimum quia cucurbitulæ nō assiduo, & longo tempore vt vesicantium, sed semel ac breuissimo tpe id quod volumus efficiunt. quod si à sola praua irritetur qualitate, signum est hanc valde perniciosam esse, & subinde eradicandā om nino esse, si non ex toto, saltem ex parte, quia cum in minori quanto minor sit actio, ea quæ remanebit, minus molesta erit, & à natura ipsa alexipharmacisque facilius superabitur, & absorbetur. neque virium iacturā timere debemus, quia euacuatio hæc præter id quod per locos decentes fit, non quidem valido, sed debili auxilio adiuuatur, quod dictum sit, quia ualido auxilio cruda materia violenter exagitata, & è corpore cum insigni spirituum copia educta, uires penitus dissoluit, sed cucurbitulæ incisæ debile auxilium, cutis autem regiones conuenientissimæ sunt. quid plura? Non ne Hippocrates in constitutione illa pestifera, dixit laborantes febre ardente perniciosa interijsse, verum qui largius sudarunt, longius productos? ex quo apparet motum alioquin à prædominio symptomaticum aliquid contulisse. hinc etiam in Sileno appa ruerunt papulæ cum sudore rubentes octauo die, cum autem debuisset mori die nona, ratione huius motus ex Galeni iudicio ad vndecimā fuit perductus. in hunc.n. mo dum scribit. cum igitur propter robur virium septimum superare diem potuerit, octa uo papulas cum sudore rubras, rotundas, paruas habuit: natura.s. cum morbo pugnāte, & humorum malorum redundantiam ad cutim propellente: quod in causa fuit, cur non die nono, sed vndecimo mortuus sit, quia si die octauo nihil tale contigisset, consequens erat, vt nono perijsset. Aduertendum tū vt omnis tollatur ambiguitas, quod vbi videmus motū siue medium siue etiam criticum diminutū per conuenientia loca, aliquando nos illico artis ope debemus illum adiuuare: interdum vero alia prius facta euacuatione, & hoc dum rationabile est, id quod cucurbitulis verbi gratia sumus operis obituri, non solum motui incrementum non addere, sed potius fluentem materiam nimio impetu remorari posse. efflorescant in cute (vt stemus in proposito nobis exemplo) maculæ rubentes. & laborans corpus validū sit, sed plethoricū quamuis

ma-

Cucurbitulæ dorso applicandæ.

Hippo. 3. in 1. epid. tex. 24. Hip. 3. in 3. epidem. tex. 22. Hip. 1. epidem. sec. 3. tex. 19. Gal. 3. in 1. epi. com. 19.

materia, quæ ad ambitum repit, non nihil auxilij videatur expostulare, quo copiosior per viam quam affectat, educatur; prius tamen quàm id fiat, exuberantem sanguinem suprapositis auxilijs euacuare decet, ne, dum per cutim ducere nitimur, maior attractio fiat, quàm euacuatio, eaque sequatur adstrictio atque obturatio maior, quæ mox putredinem augere queat, & venenosæ materiæ vires suppeditare. sed dicet quis. hoc videtur aduersari Gal. qui sexto epid. ait. Tantum illud nouisse sit satis, succos ad cutim vergentes per eam esse euacuandos. nam iterum ad intima corporis reuulsio ipsis valde longinqua est. ad hoc dicendum in casu proposito non fieri euacuatione hac reuulsionem, sed solum redundantis materiæ euacuationem, vt quod ad cutim repit, facilius educatur. & est doctrina Gal. qui cum casum Simonis interpretatus declarasset, cur is laborans latis pustulis non admodum pruriginosis, nullum ex vomitibus fructum perceperit, Addit. Putabit quis forsan me dicere in his purgatione per aluum nunquam esse vtendum. ego tamen id non dico. alibi enim didicisti vtiles esse purgationes, cum permagna humorum redundet copia. nisi enim prius quod redundat, aut sanguinis detractione, aut purgatione detraxeris, velis autem solum fouere calidis fomentis, vt per halitum digeras, certè plus illic attrahes, quàm per cutim sis euacuaturus. Sed rursus instabis non ne hæc prior euacuatio potest materiam reuellere? si enim id præstare potest, quæ per alnum & vomitum, cur non & ea quæ per sanguinis detractionem fit euacuatio? Dicendum Galenum intelligendum esse in eo tantum corpore in quo non multa viget humorum copia. sed dum plurimi redundant humores, siue purgatio fiat, siue sanguinis detractio, (modo magna non fiat sanguinis eductio) nulla reuulsio, sed sola euacuatio fit. Ad hoc & Auic. respiciens in variolarum curatione ait. Quando egrediuntur variolæ non oportet tunc, vt administretur phlebotomia, nisi inueniatur vehementia repletionis, & dominium materiei. Tunc enim phlebotometur quantitate, quæ alleuiet, seu minoret. Si vero motus pure symptomaticus sit, cũ materia cruda omnino, & cum probo sanguine vndequaque mista sit, & natura malè operetur, quia materia non expellitur naturæ rectè operantis ratione, sed motus hic casus est præter naturam earum, quæ in corpore sunt, dispositionum, naturæ malè operanti inseruire non debemus, sed ab omni opere desistere, quod talem motum adiuuare possit. sed rectè considerare debemus qua de causa natura irritetur, vt symptomatice materiam cogatur expellere. Si enim præter venenatam qualitatem etiam copia ipsius & plenitudo in causa sit, hęc sanguinis eductione iam proposita tollenda est. Neque enim periculum est, vt, quemadmodũ Medicorum vulgus existimat, vi vacui, aut alimenti penuria, praua materia cuti adhærens in venas trahatur, quoniam exinanitæ venæ in se ipsas subsident, & sibi insita proprietate probum potius alimentum à primis venis, non autem prauum succum à cute trahunt. imò huius euacuationis merito exonerata natura, & fortior facta, quod reliquum est facilius concoquet, & expellet. Pariter si primæ viæ excrementis scateant, proponendis lenientibus expurgandæ, quæ benignissima sint, & humores nullatenus exagitent, & deinde in concoquentibus, & alexipharmacis venenositatem castigantibus & alijs, quæ opportuna sunt, insistendum erit, reprimentia vero, quia materia venenata eorum vi in cor propelleretur, tanquam gladium fugienda sunt. & quod de maculis diximus, idem prorsus de alijs omnibus cutaneis excretionibus dicendum est. Quomodo autem motus purè critici, aut symptomatici, vel medij cognoscendi sint, in prognosticis putridarũ aperuimus. Memoriæ gratia pure critici in diebus decretorijs fiunt, præcedentibus coctionis signis, eos autem tum morbum diminutio, & conferentia, tũ ægri tolerantia subsequũtur. in purè symptomaticis opposita omnino erunt conditiones, in medijs medio modo sese habebunt, aut quædam præsto erunt quædam non. Demum animaduertendum quod vbi natura critice quidem, sed imperfecte mouet, eo quia vel à materiæ copia, aut lentore, vel crassitie, aut à propria imbecillitate impeditur, materiæ copia eodem modo, vti dictum est, minuenda, & euacuatio, si opus sit, iteranda, aut validiori. molienda, deinde incisæ cucurbitulæ maculis admouendæ, & plures numero sint multa existente materia, & ea viscida & crassa (quod ex latioribus maculis, & alijs cognoscitur) & ægro ab ambiente frigido omnino præseruato, ei tum cucurbitulæ non incisæ admoueri possunt, tum asperæ frictiones iniungendæ sunt, vel linteaminibus, vel manu in oleo chamæmelino aut anethino illinia. aut, si maior vrgeat necessitas, potẽs vinum, nitrum vel sal. & similia oleis addantur, quæ cutim exasperando attrahant, laxent, & aperiant. imbecilla autem natura per ea, quæ motum ad cutaneas partes adiuuant, roboranda. Cuiusmodi sunt. decocta lentium, radicum petroselini, apij, seminum fæ-

[Margin notes: Gal. 6. epi. sec. 3. com. 29. — Dubitatio. — Solutio. — Gal. loc. cit. Li. de rat. cur. per ven. sec. — Alia instantia. — Solutio. — Auic. 1. 4. tract. 4. c. 10. — Frictiones.]

num fœniculi, quibus addantur ea, quę vim venenosam materiam profligandi habeát; de quibus suo loco, vnà cum portione syrupi bysantini, aut de duabus radicibus. Propositis autem frictionibus vtendum non est nisi vniuerso corpore prius diligenter euacuato, & tutius quoque adhibentur, si has solum postquam coxas & crura, nec nō brachia semper deorsum trahendo panno purpureo præsertim fricuerimus, dorso, nervus infernas partes pariter trahendo, adhibuerimus. Demum vbi criticus hic motus, sed diminutus, in quo venenatæ materiæ ad cutaneas partes tāquam ad loca maxime conuenientia diminute, & insufficienter propelluntur, neque cucurbitulis cuiuscunq; generis, nec inunctionibus attrahentibus cutimque laxantibus ac digerentibus, neq; frictionibus aut id genus alijs præsidijs perfici & integre adiuuari possit, siue id propter virium languorem, siue propter materiæ copiam, vel crassitiem aliquam, aut lentorem eueniat, ne dum valde proficua, sed pro salute necessaria ea piroticorum genera esse arbitramur, quæ à Græcis phenigmata, à nostris vesicatoria, & exulcerantia vocantur. Quæ quidem extremis potissimū membris vt cruribus & brachijs, nec non, vbi præsertim sæua symptomata caput ipsum excruciant, supra lata scapularū ossa sunt applicanda. Horum siquidem merito prauos ichores ad externas partes attrahimus, eosdemque per eas euacuamus, & ita per partem post partem ab intimis membris ipsos abducimus, & naturæ motum ad exteriora adiuuamus. præsertim si hoc eodē tēpore intrinsecus & vires roborantibus, & attenuātib. & incidentib. & abstergentibus, nec non sudorem mouentibus, & ad cutim pellentibus pharmacis vtamur. Quod si eædem virulentæ & prauæ materiæ ad nobiliora viscera impetum habeant, & in cor, aut cerebrum ipsum vehemētius ferantur, quod ex pulsuum malitia, animi deliquijs, sopore, mentis alienatione, & valida potissimum extremorum perfrigeratione alijsque prauis symptomatis cognoscitur, tunc, etiam si materia omnino cruda sit, ijsdem exulcerantibus corporis extremitatibus adhibitis iugiter assiduoque reuellenda erit. nam multo magis potest materiæ prauitas vnà cum malo motu coniuncta ad euacuationem & reuulsionem indicandam, quàm eius cruditas ad hanc inhibendam. nā dato quod euacuatio hæc sensim & paulatim facta humores exagitare (quod vix credibile est) & concoctionem, quæ quidem quiete ipsa perficitur, ex se impedire possit: attamen si, dum humores in cor & caput impetuose feruntur, adhibeatur, dum ad contrarias partes reuellit, vel prauum hunc motum impedire, compescereque, aut remorari, & ex consequenti quietem inducere, & coctionem adiuuare valet: vel contrarium motum excitando, & ad ignobilia membra prauas superfluasque materias trahendo, est in causa vt meliores coctiones fiant. Cum enim hæ ab ipso calore perficiantur: hic in corde & nobilioribus viscerib. potissimum viget, atq. fouetur, & ab ijs ad reliquas corporis partes dimanat. & sicuti à praua & copiosa materia ī hæc delata obruitur, & labefactatur, ita ab huius materiæ reuulsione & euacuatione, firmari & excitari potest. quē admodum & flammā ignis à copiosis lignis obrutam, horum copia sublata statim exuscitari videmus. Nec est vt quis naturæ motus perturbatos iri pertimescat: cum toties experientia comprobatum sit, post hoc adhibitum auxilium naturam nihilominus nedum vnum, sed plura nonnunquam excretionum genera tentasse, & sæpius per aluum, vrinam, & sudorem in eodem ægrotante noxiorum excretionem integre, & perfecte fuisse molitam. Quod quidē rationabile est, vt ipsa videlicet huius euacuationis merito eo, quo veluti sarcina premebatur, exonerata, quod reliquum est, facilius & cōcoquat, & per conuenientiores ductus expellat. Quæ autem brachijs admouentur, tanto supra carpum admouenda, quanto satis sit pro pulsu trib. saltem digitis recte tangendo. nisi enim Medicus vitalis facultatis statum diligenter exploret, ne dum in prognosticis, sed et in alendo & euacuādo ægrotāte, in tenebris quodāmodo versatur. nō fiāt autem ex cāntharidibus, nisi his addito semine ameos, diligentissime corrigātur, quia sub his non modo vrinæ ardor, qui pessimum in hoc malo symptoma est, verum etiam sanguinis fusio, & eius tenuioris portionis vnà cum sero euacuatio contingere solet. Quare aut his correctis, aut vatrachio seu ranunculo, aut sinapi, aut lepidio, aut flammula, aut potissimum ampeloprafo, quod alexiterium medicamentum est, parentur. Sanguinis facta detractione si primæ corporis regiones prauis scateāt excrementis, vt in febre pestilenti ex praua dieta potissimum contingere solet, optimum est his leniētib. vti, quæ per os assumpta inferius euacuāt, atq; febrilem calorem contemperāt. Cu iusmodi sunt præsertim syrupus rosatus aut violatus solutiuus. cordiales enim sunt, ad iiij. vel v. vnc. cum flor. cord. cichorei, endiuiæ, & acetosæ decocto dissoluti, quibus, si putre-

Vesicatoria.

Pharmacia.

Lenientia.

putredo maxime vigeat, duæ, vel tres drach. pulpæ electę & per cribrum seu setaceum extractę tamarindorum vtiliter adduntur. Manna vero, si febris, vt sæpius contingit, ardens sit & exurens, quia facilè bilescit, cauenda est. secus si serosi, aut frigidi humores peccet, in quibus etiam mellis rosati solutiui portione, aut cõsimilis vti licebit. probatur etiam, præsertim vbi exurens calor vrgeat, flos cassię ad vnc. j. sed, vt eius humiditas corrigatur, semiũcia pulpæ electæ tamarindorũ addatur, quia horum adstrictio & aspitas vicissim à cassiæ flore corrigitur. & hæc vel in bolo cum folijs auri, vel in potu cum florum cord. aut aceto sæ decocto propinentur. aut flos cassiæ ad drac. x. vel xij. cum scrop. j. scordei puluerizati, & vno specierum diarhod. ab. in bolo exhibeatur. aut si frigidiores, & viscidi humores peccent, boli cum drach. j. specierum hieræ simp. Galen. reformentur. Ea autem omnia, quæ electiue humores educunt, & à remotioribus partibus trahunt, etiam si mitiora & cordialia sint, vti sunt agaticus, rhabarbarum, sena & similia, in principio, nisi materia turgens & furiosa de loco ad locum moueatur, & ad excretionem properet, omnino canenda sunt, eo quia humores venenatos, qui in summa qniete, quousque concoquantur, & à natura vincantur, contineri debent, valde concitant, & exagitant. Hi autem in principio commode euacuari non possunt, vt toties diximus, cum nulla in ipsis à natura facta alteratio sit, nec bonum à malo sit separatum, & in eis calor præter naturam dominetur, cuius ratione pharmaco trahenti nõ facile cedunt, præsertim vbi spontaneum aliquem motum, & inclinationem penitus non habent. quare licet materia magis efficax sit qnam turgens, nihilominus quia vt plurimum non turget sed omnino quiescit, & fixa est, nullatenus in principio validis purgantibus agitanda, potissimum cum vires in hoc malo robur vt plurimum momentaneum habeant. Eæ autem etiam in futurum conseruari postulant, vt pro tanto morbo concoquendo atque euincẽdo sufficere possint. hæ siquidẽ materiæ, q̃uis veneni naturam sapiant, non tamen venena sunt, quia venena à natura domari nũquam possunt, sed solis antidotis superantur. hi autem succi concoctionem à natura recipiunt, & sæpius ab ipsa sola vincuntur, & vel per ctisim educuntur, vel per abscessum & suppurationem excernuntur, vt sæpius etiam in exquisitis pestilentib. febrib. obseruauimus. Insuper solutiua hæc sui caliditate febrem adangent, & venenositate cuius participes sunt, venenatam humorum qualitatem souent. Ad hæc ex Hippoc. & Gal. in pestilentijs facilè in colliquatiuum alui fluxum incidere solent, ratione cuius in qnadam peste vt ait Gal. omnes ferè extincti sunt, quo fit vt Celsus dixerit, in pestilentia ciendam aluum non esse. quod si fluens aluus in his malis aliquando profluit, vt Gal. asserere visus est, illud non in principio, sed post morbi coctionem de necessitate contigit. Si vero solæ fæces, quia primæ viæ alijs excrementis vacent, educendæ sint, & aluus nõ spõte fluat, clysteres ex frigidioribus & lenibus parati, vt decocto lactucæ, maluarum, violarum, betę, melle rosato, & violato, & oleo violato, & pręsertim ex ptissana hordeacea cum ouo, maxime prosunt; qnibus etiam in toto morbi decursu semel & bis ẽt si opus sit, in die, vti summa cum vtilitate poterimus. acria verò, quia calfaciunt, & materias exagitant, fugienda sunt. & si praua qualitas magis vrgeat, in decoctionibus, his quæ dicta sunt, dictãni folia, aut melissæ, & cortices citri, & flores rosarum, iuniperiq; baccæ vtiliter adduntur. Minorata materia, vt ea quæ remanet facilius à natura vinci ac superari possit, concoquentibus, exobstruentibus, & his quæ putredini, & venenatæ qualitati tum manifestis, tum occultis qualitatibus aduersantur, & cor natiuumq; calorem roborantibus vtendum est. Vnde si de intus assumptis sermo fiat, concoquentia diuersa pro materiæ diuersitate sunt propinanda. si enim calida materia sit, præstãtissimi sunt imprimis syrupi de acido citri, de succo acetosæ, & acetosus simplex. necnõ in postremis rosatus recens, de cichorea, de soncho, de endiuia, & reliquis cichoraceis cum earundem herbarum, necnon boraginis atque buglossi decoctionibus. in frigida vero probatur syrupus de corticibus citri, oxymel simplex, mel rosatum simplex, syrupus de betonica, de scordeo, cum decoctionibus eorundem simplicium, agrimonię, pẽtaphylli, seminum citri, dictamni albi, radic. tormentillæ, bistortæ, gentianę maioris, aut minoris, vel mediæ, imperatoriæ, myrrhidis, quam quidam perperam cicutariam vocant, sed potissimum Aristolochię, scordei, atque dictamni, vbi potissimum materia frigidior est & plus qualitas venenata quàm putredo vrgeat, quia calidiora hæc sunt aliquanto & amara, sed planè optima. hæc enim omnia tum concoquere, & exobstruere, tum venenositatem castigare & domare, & cor natiuumque calorem roborare valent. quod si materia atribilaris & adusta sit, his syrupus de fumaria addatur. Quod si

æger

Hip. & Gal. 3. in 3. epid. 56. & 57.
Gal. 5. metho. c. 13.

Concoquentia, exobstruentia, & roborantia. Intus exhibita.
Syrupi, atq; decocta, & diluta.

æger syrupos abhorreat, probantur iura paruæ pullæ acetosa, pimpinella, melissa, buglossa, myrrhide, & alijs herbis cordialib. alterata. præsertim vbi vires magis conserua re studemus. pariter in calidiori materia, & potissimum vbi colliquationes vigent, summopere ex Auicennæ sententia vsus seri caprini lactis probatur. Similiter pro materiæ concoctione, & perniciosa qualitate domãda conferunt electuaria, quorum sæpius in die & nocte parum, sed præsertim ante syrupum, & ante cibum potest exhiberi. vnde in materia calida ex conserua aut florum, aut acetositatis citri, ex conserua acetosæ, aut ẽt boraginis, & saccharo rosaceo additis cornu cerui, & si potest haberi vnicorni, osse de corde cerui, bolo armena, terra sigillata, semine acetosæ, & psertim margaritis, &, vbi diues fuerit æger, smaragdo, & id genus alijs præciosis lapillis in tenuissimum polinem redactis, poterunt parari. & si tempus æstiuum sit, aut febrilis calor valde vrgeat. electuaria hæc succo citri, vel limonum diluantur. In frigida autem materia, fiant ex conserua dianthos, betonicæ, melissæ, saluiæ, scordei, cardui benedicti, quibus conseruis tenuissimi pulueres misceantur radicis pentaphylli, tormentillæ, aristolochię, imperatoriæ, angelicæ siluestris odoratæ, gentianę, & potissimum zedoarię, aut etiam baccę iuniperi, scordeum, & cortex citri puluerizata pariter his addantur. & cum syrupis superius in materia frigida propositis incorporentur. vitãda autẽ perpetuo sunt nimis refrigerãtia, & calefaciẽtia, & sępius, prout indicationes suadent, hęc inuicem miscenda, vt inuicem refrangantur. vnde quidam non inutiliter in quacunq; materia hoc vti solent. Recip. conseruæ boraginatæ sacchari rosati ana vnc. j. sem. dissoluantur in lib. j. sem. aquæ melissæ, acetosæ, & buglossæ, & facta colatura adde syrupi de acido citri, oxysacchari, & de pomis ana vnc. ij. pulueris diamargarit. frigidi drac. ij. foliorum dictamni, zedoariæ, radicis pentaphylli ana drach. sem. foliorum auri nu. sex. misce & f. electex his pulueres quoque parari possunt, & potissimum ex bolo seu lapide, seu terra armena, quæ quidem, vt ait Gal. in magna illa pestilentia ijs omnib. fuit saluti, qui planè incurabiles non erãt. ita margaritæ, & ceteri præciosi lapides, & potissimũ smaragdus tenuissime puluerizatus ad decem grana cum aliquo ex prædictis liquore maxime probatur, præsertim si folia auri ipsis addãtur. lapidis aũt bezoar nec non corni vnicorni puluis ab omnibus præ ceteris extolluntur. pro pauperib. aũt hoc erit utendum. Rec. radic. pentaphylli, heptaphylli ana drach. j. zedoarię, dictãni cretici seminis mali Medici, & cornu cerui vsti an scrop. ij. ciperi, baccarum iuniperi an. scrop. j. ossis de corde cerui scrop. sem. croci gran. iij. mis. fiat puluis tenuissimus. & detur ad drach. j. cum vnc. ij. aquæ rosaceæ, vel, si febris remissa sit, & virium debilitas id indicet, cum vnc. j. vini albi odorati, & vna aquę rosaceę simul mistis propinetur. qđ si ei aut bolus armena, aut sigillum lemnium ad drach. j. adijciatur præstãtior fiet puluis. Succus ẽt rutæ caprariæ si cũ aliqua succi citri portiuncula propinetur ad vnc. semis mirifice prodest. Nonnulli ex modernis fatentur se longa experientia, & felici vsu hoc medicamentum comprobasse, quod Recipit succorũ rutæ caprariæ, acetosæ, scordei, citri an. lib. j. theriacæ optimæ vnc. j. mis. & macerẽtur in aqua tepida, & deinde in duplici vase destillentur, & aqua hæc ab vnc. sem. vsque ad j. ante prãdium & cenã exhibeatur, cui pro humorum peccantium diuersitate aliquod ex superius dictis medicamentis permiscetur. Mithridatum pariter vtilissimum est, sed præ ceteris Theriaca à Galeno probatur cum veluti ignis quidam purgatorius sit, peste enim correptis medetur, ait ipse, & aeris inspirati malitiã mutat, & corporis temperaturam magis infici prohibet. & vt ex eodem colligimus, ad incidendũ, attenuãdum, aperiendum, euacuãdum, concoquendum, & venenatos succos absorbendum, sanguinem bonum reddendum efficacissima est, ac veluti sacer quidam ignis ac purgatorius, quidquid in spiritibus, aut in humoribus, aut etiam solidis partib. noxium est, aut infestum, illud potenter depellit, somnum cõciliat, & uires omnes tuetur, & cũ vim habeat exiccantissimã; putredinem morbi causam valẽtissime oppugnat, & (qđ potissimũ cupimus) ab occulta qualitate perniciosam humorum qualitatem expugnat, quæ omnia in pestilenti febre summopere expetenda sunt. Vnde ait Gal. quod in magna illa Romæ pestilentia, quib. aut bolus armena, aut Theriaca non profuit, omnes interiere .s. cum nec vllo alio iuuarentur auxilio. qui etiam alibi ad morbos ex corrupta dieta eã vtilissimã esse tradit. Nec est vt eius caliditatem in hac febre adeo vereamur, vt eam omnino fugiamus, quia simul ex calidis & frigidis simplicibus, vt omnes sciunt, componitur, quæ licet artis opera iuxta ponãtur, mutua tamen eorum actio est naturalis, & compositum resultat naturale, in quo noua forma est inducta à simplicibus diuersa, quæ nouas ẽt quali-

Electuaria.

Puluerea.

Liquores.

Theriacæ exhibitio.

Eius laudes.

Gal. 1. de simp. med. c. proprio.

Gal. li. de ther. ad Pis. c. 14. lib. de theri. ad Pamph.

Gal. 9. de simp. med. & de the. ad Pis. & initio. li. de antid.

qualitates secum adiunctas habet, quare omnis theriacæ actio ab hac prouenit forma quæ neque calida, neque frigida, humida, aut sicca est, sed longè alia, illas tamen oẽs comprehendens, ac illis sua ratione vtens. Quantum vero absit à summa caliditate his verbis docet Gal. ipsa enim veluti temperiem quandã, & salubrem constitutionẽ cor porib. inducit. & Auic. dum habet. & non efficit has operationes, nisi per proprietatẽ formæ eius sequentem complexionem simplicium ipsius, ita vt confortet spiritus, & calorem innatum; quare iuuatur natura per illud super expulsionem contrariantium frigidorum, & calidorum, & vincit virtutes eorum. Appellata etiã fuit Galene, eo qđ summã trãquillitatem corpori adducat, quod fieri non posset, nisi ab omni valido excessu remota esset. At Gal. ab eius vsu arcet iuuenes, calidiores temperaturas, regiones, cœlique flatus eius non solã caliditatem, sed potissimũ siccitatem veritus, dicensque Orientali regioni vitandum esse eius vsum, hominibus illis calidissimis, ob multã siccitatẽ, q̃ illi caliditati ẽ adnexa. nec corpus & humores, vt qđã ꝑperã arbitrantur exagitat, (Galene. n. dr̃) sed temperat, lenit, placat, mulcet, ac mitigat, roborat, & vires omnes instaurat, & totã naturã recreat. præsertim cum in exigua quantitate exhibita sua corpulentia totum corpus permeare non possit; sed tenuissimo spiritu emisso, humoribus quietem conciliet. Verum vt sacra hæc antidotus tuto & summa cum vtilitate exhibeatur, imprimis dãda opera est, vt indicantium & prohibentium potestatem exactius expendamus. Si enim febris, quæ in prohibendo omniũ maxime potest, exurens admodum sit, venenata autem qualitas, quę prę ceteris ipsam indicat, siue requirit, parum maligna, & exiguæ potestatis sit, theriacę vsus penitus interdicẽdus. Sin res contrario modo se se habeat, omnino exhibenda. Si utrunque parum urgeat, potest tũ exhiberi, tum etiam postponi, cum spes sit malum alijs pręsidijs cessurum esse. Si vtrunque valdè vrgeat, vel omittenda est, quia cum desperata salus sit, remedium vituperandum non est, vel cum prędictione concedenda, ꝑdicẽdo. f. in hoc remedio omnẽ, si qua relinquitur, spem repositam esse: & antidotus cum refrigerante aliquo medicamento permista propinanda est. Si demum vtrunque mediocris sit, potestatis, tum in minori dosi, tum refrigerante medicamento commista prębери potest. Insuper rectè animaduertendum est, vt ante eius vsum primę corporis regiones ac primę venę, quæ in hac febre, ut superius declarauimus, pessimis excrementis scatere solent, expurgatæ sint, ne ei iter præcludatur, & prauæ materiæ in superiores uenas rapiantur. Optima autem theriaca eligi debet, & mediæ ætatis, nam nimis recens, vel antiqua inualida est, & imbecillior, quã vt tantum morbum profligare possit. hæc enim temporis diuturnitate vires amisit, illa nondum has acquisiuit. Insuper non nisi post absolutam vẽtriculi concoctionem propinanda est, vt ait Gal. nam aut à cibo impedita non penetraret, aut suo penetrationis impetu crudum cibum ad venas perduceret. Tanto etiã tẽpore ante futurum cibum est exhibenda, vt ante illius sumptionem eius vis in vniuersum corpus sit distributa. Si enim paulò post, ac ea adhuc in ventriculo existente cibũ quis sumat, huius permistione, ita illius vires infringuntur, vt admodum languidæ ad membra peruenient & superueniẽs cibus crudus antidoti vi ad venas rapitur. Ad hæc si fieri potest, tutius est non cum alijs permixtam, sed solam administrare, ne eius vires ab alijs quibusdam veluti vinculis ligentur, & impediantur. Ad hæc animaduertit Gal. quantitatem antidoti præseruationis gratia sumi solitam, ad quadruplum, & quincuplum in curatione augendam, neque semel tantum, sed bis etiam singulis quibusque diebus assumendã esse. Vnde communiter & fæliciter ad dosim vnius drachmę in hac febre, singulo summo mane exhiberi solet. Si tamen febris & aliæ calidæ dispositiones vrgeant ad semidrachmam, vel etiam ad scropulum potest offerri. Cum paucula etiã conseruæ cichoraceæ vel acetosæ portione, vbi febris adhuc magis vrgeat. Si verò huius caliditatem non timemus, sola potest præberi ad drach. j. & ei ægrotans vini odorati puri, vel lymphati cum decocto acetosæ vnc. ij. superbibere potest. Veruntamen propter maximã ipsius vim, theriaca, vt monet Gal. pueris exhibenda non est. Cum enim eorum calor in mollissima, & humidissima substãtia, & omnium facillimè exhalabili & dissipabili positus sit. hoc medicamẽto calido & valde sicco, caloris pabulũ summè digeritur, & vt ait Gal. corpus ipsorum facilè dissoluitur, ac natiuus spiritus celeriter extinguitur. Similiter in iuuenib. temperatura biliosis propter maximã eius siccitatem, & in æstiuo tempore, conserua rosacea vel de cichorea, aut boraginata contemperãda. Non est autem vt quis Gal. objiciat dicentem huius medicamenti eã esse vim, vt malos humores, incoctos, agitare quidem possit, concoquere autem perfecte,

Gal. li. de ther. ad Pis. — Cap. 15. — Exhibẽdi occasio & modus. — Gal. ad Pis. cit. — Gal. 1. de anti do. c. 1. — Gal. li. de ther. ad Pis. c. 15. — Gal. li. de præcog. ac Post. c. 2.

& per

& per halitum discutere, præsertim hyeme ineunte nullo modo queat. id.n.de succis valde crassis & in primis venis existentibus & excrementitijs, tanquam ijs, qui ad superiores venas huius medicamenti vi deduci possunt, verificatur: non autem de his qui cum aliměntalibus misti in superioribus resideňt vasis, in quibus crassi, & melancholici humores rarissimę putrescunt. ad quæ quidem vasa Theriacæ vis in transitu adeo refracta perducitur, vt eorum succos exagitare nullo modo possit, sed solum concoquere (vt tum ex citata tum ex alijs Gal. auctoritatibus colligimus) nec non etiã eos, qui tenuiores sunt, & vt plurimum putrescunt, per halitum digerere. hinc addit Gal. præsertim hyeme ineunte, quia hoc tpe crassi, & melancholici humores maximè vigent. In quartanis vero dum cruda materia est, Theriacem damnat, quia cum à crasso terrestriq; succo dependeat in primis venis & ductibus existente, is, vt alibi toties monuimus, à calidis impenseq; siccis medicamentis in superiores venas facile ducitur, & quia sui natura omnium maxime terrestris & siccissimus est, & humectantia & emollientia præ cęteris omnibus requirit, à medicaměto calefaciente, & adeo siccãte ita efferatur, vt quartana deterior euadat. & hoc eo magis, quo sępius ipsa ab exusta creatur melancholia, in qua partes calidæ reperiuntur. vnde Theriacæ vi magis excalfacta & præsiccata, adeo praua fit & infensa, vt simplex quartana duplex triplexq; & tandem continua fiat. sub hoc.n.medicamento adhuc cruda & minime attenuata melancholia naturalis in exustam & atram bilem magis propriè dictam, hæc vero in prauiorem adhuc exustam melancholiam migrat. Quod si Gal. in reliquis febribus quæ ordinariæ sunt, & venenatæ qualitatis expertes, Theriacæ vsum non probauit, mirari non debemus, quia in eis sicuti quod potissimũ eam exigit non adest, ita febrilis calor prohibens præsto est, in sola autem quartana concocta materia ipsam proposuit, quia omnium minime prohibet cum longiora habeat interualla, altera autem ex parte summa humoris crassities, & vis concoctrix & expultrix membrorum in diuturno morbo labefactatæ, theriacæ vsum expetunt, vt hæ ipsius ope roboratæ, ille vero extenuatus promptius expellatur, & digeratur. ex his ergo, quæ proposuimus illa præ cęteris seligenda sunt, quæ longo tempore fuere probata, potissimũq; Theriaca, cum eius in Germania, vt multa alia loca prætercam, apud omnes ferè Medicos in malignis pestiferisq; febribus communis fit vsus. Quid verbis est opus? Clarissimus vir Laurentius Massa Serenissimi Senatus Veneti, & Moderatorum vtriusque Academiæ à secretis & in arte Medica adeo excellens, vt reliquorum princeps facile dici possit (cum præsertim præter summam ac exquisitam in omni genere propriam eruditionẽ, hanc vnam veluti hæreditariam à maioribus accepisse videatur) huius medicamenti in pestilentibus febribus vtilitatem maximam multis ab hinc annis Venetijs cũ egregia cum præclaris in Medicina viris habita disputatione, tũ sui etiam ipsius corporis experientia comprobauit. Propositorum autem pluribus eodem tempore vti non debemus, ne horum copia confusionem magis, quam emolumentum afferat. Extrinsecus quoque eadem roborantia, & perniciosam materiæ qualitatem expugnantia admoueri debent. quorum præcipuum locũ tenet inunctio cum oleo de scorpionib. cõposito cuius præstantissimus Andreas Mattheolus in suis Cõmentarijs ad sextũ lib. Dioscoridis, mentionem facit. cuius vsus in pestiferis febrib. plurimum valet si exterius certis corporis partibus sæpius illinatur. sed potissimum cordis & arteriarũ exteriores loci & regiones inungendę. Ita dum huius copia nobis non suppetit, licet accipere oleum de scorpionibus simplex, oleum Magni Ducis Florentiæ, Costinum, rosaceũ que & aliquam portionem Theriacæ eis miscere, vt fiat linimentum, quo cor inungatur. vel Theriaca & suprascripti pulueres cum succo citri, aut limonis dissoluantur, & linimentum paretur. vt Rec. Theriacæ optimę drach. j pul. sandalorũ, scordij, dictamni cretici añ. scrop. sem. succi limonum parum misce, & fiat linimentũ cordi admouẽdum. ex suprascriptis quoque herbis, & seminibus aromaticisque contusis tum sacculi, tum additis supradictis oleis emplastra confici possunt. nec non etiam epithemata, si vel herbarum succi, vel earum & aliorum decocta, vel aquę stillatitiæ suscipiãtur. sed potissimũ succi tanq̃ oĩum efficacissimi, qbus odorati pulueres, aromata & alia, quæ dicta sunt, bezaartica, vnà cũ vino generoso, & aceto rosaceo addiciantur. quæ calida panis infusis cordi applicãda. cõponãtur aũt modo magis modo minus refrigerãtia, put febris & peccantes humores indicabũt. multũ aũt adstringentia semp caueã tur. cõiter aũt fiũt epithemata ex aqua melissæ, boraginis, acetosæ, rosarũ, cichoraceorũ, scordei, lauẽdulæ, spice, admistis specieb. cordialib. vino generoso aceto, & exigua

Extrinsecus applicita roborantia. Inunctiones & linimenta.

Emplastra, sacculi & epithemata.

Theriacæ & croci quãtitate. Neq; est, vt timeamus per hæc extrinsecus applicita prauã materiã ad intra retrudi, vt nonnulli falso existimarunt: nã potius oppositũ contingit, q a p hæc cor & natura roborata, validiorq; facta, promptius materiã ipsam peccantẽ & castigatã à corde ad cutaneas & ignobiles partes excutiet. Præsente vero humorũ con coctione, quã ex lotio præsertim dignoscere licebit, & natura nullã aut diminutã euacuationẽ moliẽte, leniore aliquo medicamẽto erũt educẽdi, cuiusmodi præ ceteris videtur esse rhabarbarũ tanq̃ venenis oppugnandis, & cordi roborãdo maxime idoneũ. redundante pituita præstantissimum est agaricum tanquam medicamentum Theriacale. Sicuti pro melancholia licebit vti senna, vel simili, quæ decoctionibus rerũ cordialium, & rebus odoratis, & bezaarticis, vti sunt semina citri, os de corde cerui, scordeum, & similia, erunt magis corrigenda. validiora autem his purgantia omnino fugienda sunt. Si vero natura euacuationem per lotium tentauerit, eò ducere humores oportebit, & natura diureticis erit adiuuanda, quæ etiam prauam qualitatem materię domare valeant. vti sunt spica celtica, valeriana, asarum, scordeum, quibus, vt eorum caliditas attemperetur, communia semina frigida misceantur. quod si vrinæ copiosæ, sed colliquatiuæ essent, & pingues, colliquationis causæ erunt adimendæ, aut saltẽ remittendæ, & vrinarij meatus per ea, quæ intus sumuntur, & exterius applicantur, muniendi, & tuendi erunt. Si autem sudor superueniat, & etiam si perfecta coctio non sit, ex eo tamen subleuetur æger, & facilius ferat, calidusq; sit, non tamen copiosus, sudor prouocandus erit, exhibendo aquam hordei copiosam, vel simplicem, vel cum radicibus petroselini, aut fæniculi, vel aniso, vel attemisia, vel dictamno, aut simili. Si fluxus alui colliquatiuus superueniat, & febris ardens sit, frigidæ aquæ potus tempore conue nienti exhibitus, vt ex Auic. colligimus, mirifice prodest. Si ardens non sit, maxime probatur vsus scordei vnà cum saccharo rosato, vel conserua acetosæ, quamuis etiam febris ardens sit, nam in tali casu licet scordeum calidum sit, oportet tamen ad colliquationis causam, quæ vel putredo ingens est, vel venenata qualitas succorum, oculos dirigere. vnde, præter ea, quæ acida præsertim, & frigida sunt, etiam scordeum, quia venenis maxime resistit, maxime confert. In tali autem fluxu soluentia omnia alioqn stiptica, nec non omnia adstringentia omnino cauenda sunt. Si autem materia, quæ per aluum excernitur sit quidem cruda & praua, non tamen colliquata, & euacuatio superflua non sit, intestina, ne radantur, munienda. Si superflua sit, ne dum intestina munire, sed etiam adstringere vbi uirium casum timeamus, uti alibi docuimus, oportebit. Si abscessus autem aut tumor in partibus glandosis, aut motu pure critico, aut saltem misto superueniat, loca illa sunt lauanda, & attrahentibus medicamentis motus ille adiuuandus & prouocandus. Laxãt autem butirum & pinguedo, oleum amygdalarum dulc. diachylon cum pinguedine aliqua dissolutum. Attrahunt autem animalia uiua dissecta & apposita vt catuli, pulli, columbi, gallinæ. præsertim vbi dolor vrget. ualidius attrahũt emplastra ex fermento, caricis, cæpis, columbino stercore, & similibus. euocata materia suppuranda, tumor apetiendus, & deinde concoquentibus, detergentibus, & tandem sarcoticis, & consolidantibus procedendum est. Dum autẽ in hac febre maximum est incendium, frigidæ potus seruatis his, quæ in synochis pro posuimus, conuenientissimus est. Victus ratio ex uniuersali putridarum sermone satis aperta est. Cum enim morbus acutus sit, & sæpius peracutus eique tum putredo, tum praua qualitas annexa sint, uictus tenuis, magis uel minus, prout uires ferunt, esse debet, & ut Auicennæ uerbis utar, cibi eorum sint ex acetosis, & desiccatiuis, & pau cæ quantitatis, quia (subdit) nocet eorum multitudo. Quare nisi uires nos cogant, neque carnes, neque uinum concedendum, neque aliud quidpiam præter panem ex aqua, uel iure coctum, ptissanam hordeaceam, uel consimile, aut oua recentia. Potus autem sit aqua cui acetosa, citrum, aut id genus alia fuerint incocta. Quod si forte uires ad insignem peruenirent imbecillitatem, uinum oligophorum, aut aqua acetosæ, uel rosarum lymphatum in modica tamen quantitate concedendum esset. Illud autem notandum quod quamuis corruptio ingens reperiatur, à qua, vt contemperetur, maior cibi copia ex Gal. indicatur, & uires imbecillæ, quæ ferè in hoc malo semper tales existunt, idẽ indicent, attamen non est, vt in hoc malo multam alimenti copiam unica uice, & alimenta valde nutrientia exhibeamus, quia uirtus imbecilla & exiguus inatus calor ex toto suffocaretur, sed parũ cibi ꝑ uice exhibẽtes, eãdẽ quãtitatẽ sæpius iterabimus, & parum & sæpe, vt alias docuimus, nutriemus. Vt autem cibaria putredini & venenositati aduersentur, acetosa, endiuia, scordeo, melissa, boragine, seminibus

Ad fluxũ colliquatiuum.

Ad abscessus.

Victus ratio.

Gal. 1. aph. 17

Gal. loc. cit.

minibus, & corticibus citri, ea præsertim in iutibus bulliendo, alteranda, & condienda sunt. Aut etiam pulueribus cordialibus superius propositis, vt margaritis, corallijs, cornu cerui, aut alijs, quæ ad caliditatem vergunt, pro ratione caloris febrilis, & materiæ peccantis condiantur, ita tamen vt semper adstringentia propter obstructiones, & dulcia propter oris ventriculi subuersionem, & vermes huic malo familiares, caueantur: Nisi tamen admodum iocunda essent: Nam aphorismus in quo habet Hippocrates paulo deterior cibus paulo meliori præferendus dum est iucundus, præsertim in hac febre locum habet, in qua nonnunquam, ut ait Gal. moti malint, quã aliquid cibi assumere. Quo tempore ægrotantes omnino cogendi erunt, quia in pestilentia illa, quicunque sibi ipsis vim fecerunt, & cibum sumpserunt, sanati fuere. In ptisana vero conficienda, vt siccantem vim contrahat, hordeum prius torrendum. in multa tamen humorum corruptela, & colliquante fluxu ptisana dimittenda. pariter medulla panis, ex qua fercula fiunt, in aqua endiuiæ & acetosę prius infundatur. His vero ferculis emulsio seminum melonum vtiliter adijcitur. Primis autem diebus omnino caueant á vino, quia ab hoc cruda materia maxime feruescit, & intensiorem maioremque putredinem contrahit, & exagitatur. ideo bibant aquam hordeaceam, vel in qua decocta sint acetosa, aut acida illa cerasea, ex quibus marenata dicta conficitur. aut in aqua cocta æqua iulebrosati & vini granatorum acidorum portio immittatur. Apparentibus autem coctionis signis, vel virium imbecillitate instante, vt diximus, detur vinum oligophorum, album, odoratum medijque saporis & optima aqua lymphatũ, similiter dum virium imbecillitas multum vrget, ne dum caponum, perdicum, aut similium carnes, quæ minimum habent excrementi, & facilè concoquũtur, & satis nutriũt, cogimur exhibere, & iura potissimum & contusa ex ijsdem parare, verum etiam animalibus his herbis & pulueribus, & conseruis cordialibus superius propositis ex arte repletis, destillata parare coacti sumus, sit enim aqua carnis, quæ in praua qualitate oppugnanda, & valide nutriendo potentissima est: cuius tamen vsus non continuus, sed per interualla quædam esse debet. Quæ autem ad excrementorum rationem, quietem, animi accidentia, somnum & vigiliam attinent, ex alibi traditis clarissima sunt. hoc vnum adijciendum, quod si somnus superfluus sit, suffumigijs ex aceto in quo origanum aut thymum, ut pulegium ebullierint, excitandi erunt, & si opus erit, ad frictiones ligaturas, & cucurbitulas infernis partibus, porissimum adhibitas erit confugiendum. Qod si causa extrinsecus morbum fouens præsto sit, & ægrum in aerem salubrem transferre non liceat, ne dum prauus aer, vt infra in præseruatione dicemus, corrigendus est, verum etiam is qui prauus & corruptus, & putridus, & venenatus nõ est: ea tamen arte parandus, vt ne dum ad frigidum & siccum vergat, vbi talis non sit, verum etiam quo ad substantiam purus, atque odoratus, & vaporibus prauam qualitatem humorum refrangentibus refertus inspiretur. ob id cubiculum eligatur ad Aquilonem vergens & in eminenti loco flatibus peruio eligatur, & clausis fenestris ad Austrum spectantibus, aqua rosacea, vel rosaceo aceto assiduo aspergatur, & rosis plurimis, violis, nenufaris, & myrti floribus, & malis odoratis substernatur. de quibus vberius paulo post dicemus. Vniuersa vero á febre morboque pestilenti præseruatio in his duobus posita est, vt. s. tum vim agentis, tum passi dispositionem submoueamus. Quomodo autem vis agentis remouenda sit, non est ut pluribus differamus, nam causis omnibus & earum natura rectè perceptis, vnicuique patere potest, quo nam pacto, aut has, si fieri potest, præcauere, aut contrarijs præsidijs eis aduersari debeamus. Si. n. aer corruptus & vitiatus sit, nil præstantius ex Hip. atque Gal. quàm aerem, locumq; protinus permutare. ea autem loca petenda sunt, quæ eminentia, flatib. Aquilonarib. ventilata, & puro, tenuiq; aere donata sunt, & in quib. pestilẽtia aut raro, aut vix & sõlũ rõne contagij grassari soler. Quod si in aere corrupto permanere cogamur. is tũ publice, & in vijs, tũ priuatim, & in domib. corrigẽdus, & castigãdus est. queadmodũ igne potissimũ ipso, qppe qui humiditatẽ omnẽ, atq; putredinẽ absumit, nec nõ suffitib. odoratis Hip. fecisse testatur Gal. qui in peste illa, quæ Athenas vexauit, ingẽtes passim ignes succendi iussit ex lignis odoriferis, herbis, ac florib. suauissimis, varijs pterea adhibitis aromatis, & ptiosis unguẽtis: quib. nõ solũ venenata aeris qualitas expugnat, se ẽt corpora ad ei resistendũ robustiora reddũtur. potissimũ si id in priuatis quoque domib. cõtinẽter fiat. sed in æstatis feruore aut nullus (potissimũ in priuatis locis) aut moderatus ignis isq; ex florib. ac lignis odoratis accendendus. Vñ si aer rõne putredinis corruptus sit, qđ sæpius cõtingit, & tẽpus æstiuũ sit, expedit cubicula frigidis & ...

Marginalia: Hip. & Gal. 7. in 3. epid. com. 8. & 5. — Aeris ambiẽtis præparatio. — Prẹseruatio. — Quib. præsidijs caus[æ] tol lantur. — Hip. 2. de nat. hum. & Gal. li. de libris pro pr. c. 1. & 2. — Gal. l. de Ther. ad Pis.

tis odoratisq; tũ fructib.herbis,acflorib.tũ aqs replere spargere,&irrorare.qualia sũt citria,poma,cotonea,arancia,limones,mala punica,ihorũ oium,rosarũ, & nymphææ flor.cortices,ac fol. nec nõ salicis,vitis,harodinũ,myrthi,nymphææ,&id genus aliorũ folia,aqua rosacea,acetũ rosaceum,aqua nymphææ,acetosæ,florum aranciorũ, violarum, quib. aquis lintea quoq; possunt madefieri, & muris aulæorum loco applicari. hiemis aũt tpe ignes in publicis vijs,& ijs potissimum locis,in quibus ratio ne ventorum exhalatio per vniuersam vrbẽ deferatur,accendantur,sed ex lignis tum natura,tũ repositione siccis,& quantũ fieri licet odoratis, vti sunt laurus,cupressus,quercus,robur, ilex,fagus,abies,iuniperus,olea,pinus,rosmarinus coronarius,sabina, myrtus,erica. Quib. in cubiculis potissimũ alterandis,licet addere flores & alia odoramẽta. vt lauri folia, rosmarinum,saluiam,hyssopum, thymum,serpillum,pulegium, rosas,citri flores,cortices,lauendulam,sed potisimum aromata,quæ in hoc loco principatũ tenent,vt xyloaloẽ, cinnamomum,chariophyllum,myrrham,stiracem calam.belzuinũ, ambrã,moschum,quæ non tm̃ igni subijci possunt, sed ex his particulatim suffitus fieri possunt,si in vase accommodato prunis imposito lente,ac leniter euaporent. Auerroes aũt costum stiracem,galbanum,ac terebinthinã, tanquã à proprietate pesti aduersantia,laudauit. Cum autem suffita præ ceteris ab omnibus probentur,ideo æstate cubiculum primum ab omni sorde expurgatum poterit hoc suffumigio alterari. Rec. aquæ rosatæ vnc.iij.aceti rosati vnc.j.sem.sandalorum omnium drach.ij. corticum citri drac.j.sem.cãphoræ drac.sem.misc.frigidiori aũt tpe.Rec.vini odorati lib.sem.aceti ros.aquæ ros.an.vnc.iij.chariophyllorũ cinnamomi an.drac.ij.mis.Expedit quinẽt nares vnguentis suauissimis replere,ab his.n. meatus illi occupati, vel aerẽ vitiosum non ita admittunt,vel admodũ castigatũ.ideo vtile ẽt est sæpe manus, & ora abluere aceto rosaceo,aqua ros.quib. & alijs vnguentis odoratis chirothecas inspergere congruum erit.gestãdæ quoq; pilæ,& narib.sæpius admouendæ,quæ tẽpore æstiuo ita parari possunt.Rec.ladani purisimi aquaros.infusi,myrthilorum.florum ros. uiolarum, nymphææ,zedoariæ,sandalorũ omnium an. vnc.sem. belzuin, stiracis calam. cãphoræ an.scrop.j.moschi gr.iiij.cum aqua ros.mis.& ad finem ratione maioris cõsistentiæ parum therebintinę addatur.Tempore aũt frigidiore.Rec.ladani purissimi vnc.j.calami aromatici,baccarũ myrthi,sandalorum omnium,rosarum rubearum florum citri(hæc enim frigida & sicca adduntur,vt putredini magis obsistamus)radicis imperatorię,angelicæ siluestris, iridis odoratæ an.drac.ij.chariophyllorum, nucis muschatæ, ligni aloes an.drac.j.ambræ,moschi an.gr.iiij.cũ oleo de spica odorato,& pauca therebintina mis.& fiat pila.sed dum hæc omnia administrãtur,præter anni tempora,semper hominis temperaturã,ætatem, & potisimũ consuetudinem considerare oportet,& horum remediorum temperiem in calore,frigore,humiditate,& siccitate,prout erit expediens,immutare.quidam enim à calidis potissimum odorib. ne dum in capite, sed etiã nonnunquã in vniuerso corpore inflãmari & perturbari solent.dum aũt ab infernis causis aeris corruptio ortum ducit,quæcunque sint, si fieri potest, ex toto eradicandæ sunt, vnde si sint stagnantes aquæ omnino siccandæ, vel viuis, & currentibus aquis commiscendæ,fluidæque reddendæ,specus,& antri, aut barathri claudendi, & obturandi,cloaces,& immundiciæ omnes diligentius expurgandæ,hominum, & animantium omnium cadauera concremanda,vel alte sepelienda, & calce potissimum, & arena cohoperienda. & sic de singulis. sed potisimum vt à pestilentijs immunes & tuti uiuamus annonæ charitatem arcere, pauperesque alere, & eis cibaria, pecunias,& omnia uictui necessaria erogare oportet. ciborum siquidem penuria, & diuitum impietas immanitasque maxima,atque potissima pestilentiæ causa est. non modo quia, ut in causis diximus,praua alimenta ingerere coguntur, & ita humorum ingens corruptela suboritur: verum etiam quia in alimentorum penurijs diuites gaudentes ferè hilaresque sunt, pauperes vero egentes, angustiati,& afflicti. dum autem clamor eorum ad Deum Optimum ascendit,propter miseriam inopum, & gemitum pauperum ad ipsorum causam dijudicandam tunc exurgit iustus Dominus,communemque pauperibus,diuitibusque pestem maximo iure grassari permittit, ut pauperes è miserijs sublati ad fœlicem uitam, diuites uero iniquis inutilibusque diuitijs,gaudijs omnibus,& uita ipsa spoliati ad æternas luendas pœnas perducantur. Vagante autem contagio aer eodem modo,ut dictum est,alterandus,& clausis fenestris, quæ ad Austrum vergunt, eæ quæ Aquiloni peruiæ sunt,aperiantur,& aer nocturnus ingredi non permittat,& domi oia mũda sint,& potisimũ vestimẽta, q̃ admistis floribus.corticib.& herbis, &

Auer. 6.collec. t.vit.

bis,& ramusculis rerũ refrigerantiũ,& siccantium, ac suaue olentiũ,admista ad horũ penetrationem portiuncula alicuius aromatis,reposita sint. sæpiusq; in vestiẽdo permutentur,& reposita sæpius euententur,& baculis agitentur.linea vero indumẽta,vbi lota fuerint,& aliqua ex parte siccata,aqua rosacea irrorentur.vitentur aũt præsertim pellicea,gossipina,& lanea.caueant autem homines frequentiam multitudinis, societatis,negocia,habitationes locorum vbi viget malum, nihil contrectent eorum, quæ ab ægrotantibus tacta sunt,& non tm̃ ægrorum,sed etiam astantium ministrorum, & omnium rerum eisdem inseruientium contactum &consuetudinem fugiant.Multo autem magis vbi quis hoc morbo defunctus est,vestes, linteamina, & alia suppellectilia, quæ in vsum ægrotantis venerunt,euitentur:ventis Aquilonijs exponantur,fluenti aqua,saponeque depurentur,liquorib.odoratis irrorentur,sub dio locentur,baculis agitẽtur,igne odorato suffumigentur,& si valida fuerit infectionis suspicio,vel sint res, quæ supradictas expurgationes non admittant, cõburantur, & astantes in locis separatis secludantur,& antidotis contra pestẽ,de quib.mox dicemus,muniantur.domus expurgentur.cubiculi emundentur,parietes dealbentur,& omnia pestis inquinamenta discutiãtur. Vt autem passi dispositio remoueatur oportet vnã cum Gale.corpora quæcunque humida sunt,omni via exiccare;quæ uero ficciora in his antiquũ habitum conseruare:at in quib.superfluitates redundant, hæc purgationibus & euacuationib. sanare,obstructiones aũt foraminũ aperire,atque abstergere.& omnia præcipua membra,potissimũq; cor ipsum corroborare. vbi enim hæc facta fuerunt, corpus quàm maxime superfluitatibus uacabit,& optime spirabit:& præpotenti causæ, quantum fieri potest,aduersabitur.ex his autem scopis à Gal.propositis facile colligimus eos ex Auic.auctoritate malè intellecta,maxime hallucinatos esse, qui rariora corpora consulunt esse densanda. Oẽs enim corporis meatus,effluxus,& perspirationes oẽs quã maxime patere debent,vt si inspiratus aer venenatus cor ipsum petat, ab ipso omniũ mẽbrorum robustissimo ad ignobilia mẽbra & potissimum ad cutim ipsam, & ex hac per adapertos meatus foras possit expelli.ex leui aũt illa aeris attractione, quę per habitũ corporis,& arteriarum diastolem perficitur,nisi prę terea accedat inspiratio,quã Gal. in pestilenti aeris statu præcipuã mali causam esse docet,leue admodũ periculũ impendet.sed maximũ si meatus hi obstructi aut densati sint.quo aũt Auic.intelligendus sit superius declarauimus. Quo pacto vero corpora siccanda siccaq; conseruanda sint,in capite de totius corporis magnitudine aucta,declarabimus. corpora aũt excremẽtis superfluitatibusq; uacabunt,si excrementa quæ iam genita sunt & superfluitates educantur,& homines ea uictus & medicamentorum ratione vtantur, ut in posterum nouæ superfluitates non colligantur.Superflua uero tum sanguinis missione, tum medicamentis uacuari solent:sana autem corpora, & bona habitudine donata,&quæ à medicamentis abhorrent, nullo pacto agitari & cruciari debent, sed in eis sola recta uictus ratione contenti esse debemus. Quare ea sola,quæ cacochymia,vel degrauãte plenitudine laborãt,purgãda,euacuãdaq; sunt.Purgatio vero eo pacto & ea ratione instituí debet, vt tum peccanti humori tum temperaturæ & alijs accõmodata sit, tũ ẽt ijs lenientib.præparantib.& purgantib.perficiatur,quæ benigna & familiaria sint, & humanæ naturæ amica,venenis aũt inimica,aut eiusmodi medicamẽtis correcta sint,de quib.in curatione tractauimus.vñ in frigidis humorib.leniendis,præparandis, & purgãdis,nunquã à melle rof.sol.& hiera,à betonica,hyssopo,melissa,sed potisimũ scordeo,& agarico desistendũ,in calidis tamarindis,sytupo de acido citri,de acetosa,rhabarbaro,& id genus alijs occurrendũ est. Quod si plenitudo quo ad vires præsto sit (hæc.n.illa est,quæ facilè putredinẽ contrahit)post exhibitum leniẽs,nisi quid impediat,incidẽda vena est.quæ aũt impedire possunt,sunt potissimũ virtus ætas,& cetera oĩa,quæ ad virtutẽ rediguntur.vnde in anni tpib.regionib.& aeris cõstitutionib. calidiorib.vel frigidiorib.non est admittendũ hoc præsidiũ. Similiter in pestilenti aeris statu,nisi hõ huic remedio sit iã assuetus,& illud hẽat familiare, aut aliqua sanguinis euacuatio suppressa sit,tutius est vel cucurbitulis,aut inedia vel alio pſidio plenitudinẽ tollere,quia maximũ periculũ imminet ne vires labefactentur,quib.labefactatis & facilius à pestilẽti aere afficiuntur,& peste correpti difficilius euadũt, & insuper venæ sectione humores agitari solent,& sãguine & spiritib.exhaustis inspiratus aer facilius penetrat & pestiferã imprimir actionẽ, ideo vel inedia potissimũ & cibi parsimonia, vel aluum lubricantibus,ac sanguinem mundificantibus,vel,si necessitas vrget,cucurbitulis grauata natura exonerãda ẽ.qđ vbi factũ fuerit absq; vllo spirituũ resolutione,

Marginalia: Gal.1.de diffe. feb.c.4. — Quo passi dispositio remouẽda sit. Scopi. — Corpora dẽsanda non sunt. — Exiccatio corporum. — Purgatio. — Venę sectio.

uirtus ualidior facta, corpus exuberanti materia leuius redditum, & superfluitatibus siccatum facilè regere, & ab omni externa iniuria tueri valebit. Corpore à superfluitatib. vindicato, si quæ obstructiones in eo remanebunt, ijs medicamētis abstergētib. incidētib. & attenuātib. tollendæ erūt, quæ nec praui odoris, nec malè qualitatis sint, sed potius suauia, familiaria, & sui natura benigna, & nostræ naturæ amica, & venenato aeri inimica sint, de quib. superius abundè diximus, ne vllam homini conturbationē, aut noxam aliquā inferamus, calida aūt magis vel minus, aut frigida esse debent, put materia, temperatura, aer ambiēs & alia indicabit. Corpora verò pura vel sui natura, vel talia medicamentis & alijs auxilijs effecta, ab excremētis & supfluitatib. immunia, & à putredine & corruptione lōgiqua cōseruabūtur, si congrua victus ratione vtātur. Quocirca eorum cibi sint coctu faciles, minimi excrementi, boniq; succi, & vel suapte natura, vel apparatu, & condimentis ad frigidum & siccum vergant. vti sunt optimæ carnes pullorum gallinaceorum, vituiorum, hædorum & similium, quę notissimę sunt. quibus dum coquuntur, aliquid, quod siccandi vim habeat, adijciatur, vt petroselinum, mentā, saluiā, hyssopum, satureiam, rorismarinum, & dum comeduntur vel aceto solo, vel succo citri, aut arancij, vel granatorum, potissimum acidorum, vel omphacio, vel aqua rosacea, vel cerasis acidis condiantur. Iisdem iuscula poterūt parari, sed æstiuo tempore prissana hordeacea præstantissima est: quæ plurimum humiditatis deponet, si vnà cum hordeo, menta, & petroselinū decoquatur, aut iam decocto parum piperis misceatur. Pisces non improbādi sunt potissimum æstiuo tpe dūmodo carne molli, ac friabili, ac opportune præparati sint. Tales aūt sunt, qui in probatis aquis, & præsertim in mari degunt. vt autem exiccentur eorum humiditates aromatib. & his cordialib. medicamentis, quæ in curatione proposuimus, condiendi sunt. sicuti alia quoque cibaria, vbi expediens sit, ijsdē erunt condienda: semper enim tum hominis temperies, tum anni tempus, tum consuetudo & alia perpendenda sunt. Vinum sit potius tenue, non potens, aut si ventriculus & consuetudo tenue, & aquosum non ferat, sit saltem mediocre, & sit album, aut rubrum, vel fuluum, & clarum. repletio autē crapulaq; omnino caueri debet. nec vnquam plus cibi vel potus assumi debet, quàm propria ferat natura. pariter vt omnis ventriculi perturbatio & praua coctio caueatur varij & discrepantes, & fortasse contrarij cibi simul sumpti omnino fugiendi. & semper ij primum sumendi qui facilius subducuntur, atque descendunt, & quæ si diutius in ventriculo morentur facilè corrumpuntur, ita vt humidi siccis, lubrici adstringentib. facilia coctu difficilib. præmittantur. Quamuis aūt validis motionib. vtendum non sit, ne propter auctam respirationis necessitatem maiorem infecti aeris copiā attrahere cogantur: non est tamen vt exercitationem prorsus omittant, cum in ea pręcipuum tuendæ sanitatis caput consistat. potissimum vbi quis exercitijs & laborib. deditus & assuetus fuit. exercitationes tamen opportune fiant, ita vt labores cibos præcedant, vt monet Hip. & adeo vehementes non sint, vt sub ipsis corporis inflāmatio aliqua, aut exustio suboriatur. In somno vero consuetudo, & mediocritas seruetur. ita vt semper ætatis, temperaturæ. & potissimum consuetudinis ratio perpetuo habeatur, Quemadmodum autem cuiuscunque generis repletio summopere cauenda est, ita excretio, & euacuatio quæcunque sit, siue naturalis, siue consueta omnino seruari, excitari, & procurari debet. ob id aluus potissimum lubrica seruetur assumendo ante cibum caricas, passulasve panem furfuraceum, &, si opus sit, pruna damascena cocta, sebesten, iura pullorū addito saccharo, primū lentiū decoctum, cū oleo, & sale, & consimilia, quæ sint lenia, & suauia, & ab adstringentibus abstineant, præterquam in vltima mēsa. lotium ex vsu seminū coīum frigidorum æstate, radicū petroselini, apij smirnij uiniq; tenuis hyemę pronocabitur. Si quis aūt propter errorem in uictu repletionē sentiat, remedium ei maxime præsentaneum est uomitus, præsertim æstiuo tempore, si gracilis sit, & assuetus. quod si id cōmodè fieri non potest, tenui uictu utatur, & prandiū uel cenā oīno ptermittat, aut parce admodū trāsigat. qđ si ieiunare nolit, medicamēto utatur, quam tñ postremā uacuādi rōnē reprobat Gal. dū ait. Si purgantib. quotidianorū excrementorū euacuatio procuretur, illa nunquā apta cōmodaq; cēsenda est: quippe, q̄ valde indigentib. & magnis tpū interuallis vtilis est. ad hæc supuacaneorū, q̄ quotidie in corpore gñantur euacuatio minor ē, q̄ ꝑ purgātis medicamēti efficacia, & viribus. Qđ si veritus q̄spiā ne multa in corpore excremēta gignātur, purgationē bis aut certè semel in mēse adhibeat, is pręrq̄ qđ in malā cōsuetudinē corpus adducet, ēt ipsū labefactabit, deteriusq; reddet. Reliquę pariter cōsuetę oēs euacuationes siue ꝑ vterū, siue

Obstructionum ablatio

Victus ratio qua corpora pura seruanda sunt, & à putredine lōginqua Cib. & potus

Motus & q̄e.

Somnus & uigilia. Inanitio & repletio.

Gal. 3. aph. 15

per

per hæmorrhoidas, siue per fistulas, ulcera, & cauteria, siue per nares, aut sudorẽ, ubi suppressæ fuerint, omni ingenio reuocandæ sunt, aut si id assequi non licet, ad alia remedia, quæ earum uicem supplere possint, confugiendum. inter quæ nedum purgatio, & phlebotomia, ubi sanguinis euacuatio suppressa sit, conueniunt, uerum etiam uesicatoria, & cauteria infernis potissimũ partibus affixa omniũ præstantissima sunt, si diutius aperta seruētur. oīa.n. ab interiorib. ad exteriora prauos humores attrahentia, sicuti rubificantia, uesicatoria, exulcerantia, & cõsimilia rationabili uia apposita, & præparata maxime, proficua sunt, quia horum merito ichores praui, qui oium humorũ ad corruptionẽ paratissimi sunt, extra ducuntur, cõtinuoq; ductu euacuantur. & corpus ad concipiendã putredinẽ minus idoneũ redditur. quo fit ut dixerit Gal. à pestilētia quadã sui tpis eos oēs euasisse, quorum scatebant ulceribus corpora. & experientia cõpertum est corpora à peste sublata aut nulla aut rara admodum fuisse adinuenta, quib. alicubi cauteria fuissent affixa. Quod aũt uenus tanq̃ uires eneruans fugienda sit, superius diximus. similiter molestæ animi curæ, & potissimum metus, & mœstitiæ, & cogitationes, & rixæ & iræ oĩno fugiendæ. & pie & hilariter uiuere potissimũ decet. Demũ ut corpora præpotēti causæ maxime aduersentur, cor ipsum antidotis roborãdũ est (nã de eis, quæ reliqua mẽbra labefactata corroborare ualēt, dissuse in partium morbis loquuti fuimus) unde si de his medicamentis quæ intetius sumuntur sermo fiat, hæc, sicuti etiã exterius admota, eadem sunt, de quibus in curatione loquuti fuimus, siquidem præcautio seu præseruatio ex Gal. decretis, ab ipsa sanatione non qualitate, sed quantitate remediorum differt. quare inter simplicia probatur lapis armenus, lemniũ sigillũ, lapis bezoar, zedoaria, dictamnũ albũ, chamædrios, chameleon albũ & nigrũ, poliũ mõtanũ, ruta capraria, ruta domestica, heptaphyllon, pentaphyllon, myrrhis, tormētilla, bistorta, citri semina, & cortex, & acidũ: Valeriana, flos omniũ mensium, acerosa, elenium, & presertim scordeũ, Gentiana, Angelica, Imperatoria, Aristolochia, Asclepias, vincetoxicum, agrimonia, scabiosa, melissa, rosæ, iuniperi & lauri baccæ, lapilli preciosi, cornu cerui, os de corde cerui, cornu ceruinũ, aurum, & id genus alia, ex quibus vel pulueres parari possunt, qui vel cum vino, vel aqua, vel iure sumi possunt, prout anni tempus regio, & aeris constitutio, & assumēris temperatura indicabunt. ita ex herbis succi exprimi possunt, qui depurati in potu sumuntur. pariter ex eisdem & potissimum floribus eorum conseruæ confici possunt, cũ saccharo, vti sunt cõserua citri, acetosæ, scordei, anthos, scabiosæ, rosarũ. Inter cõposita præstantissima sunt magnæ confectiones, & potissimũ Theriaca, & Mithridatum, nec non etiam Antidotus e sanguinibus, de qua meminit Gal. electuariũ de gemmis, diamargariton, theriaca diatessarorum, cui aliqui ebur addunt & vocant diapente, & plurimæ aliæ antidoti ab auctorib. in hunc vsum inuentæ, in quarum vsu, semper cœli statum, anni tempus, regionẽq;, & assumentis tẽperiem, & sumẽdi facilitatem, & difficultatem respicere oportet. sed duo cõposita medicamenta maxime ab auctoribus probantur, quæ adeo facilia, oibusq; familiaria, & tuta sunt, vt quocũq; fere tpe conuenire possint. quorũ vnũ è duabus nucibus siccis, & ficis totidem, & rutæ folijs viginti simul tritis addito salis grano cõponitur, quod si quis ieiunus sumat, nullũ venenum illo die nociturum tradunt auctores. Aliud est medicamenrũ illud, quod pilulas Rufi, seu contra pestem vocãt, & fit ex duabus partibus aloes, duabus ammoniaci thymiamatis, & vua myrrhæ, adiecto vino aromatico, & põt pueris quinetiã ad vnius scropuli quantitatẽ singulo mane exhiberi. adultis vero in maiori dosi præberi solet, præsertim vbi intentio sit aliqua ex parte aluum subducere. extrinsecus vero regioni cordis tum sacculi ex prædictis herbis & aromatis, & alijs iam dictis cõfecti, tum epithemata adhiberi possunt, exempli causa æstatis tempore Rec. aquarum rosarum violarum, boraginis, myrthi aã. vnc. iij. specierũ triũ sandal. drac. j. s. specierũ cord. tẽper. drac. sem. aceti rosati vnc. j. s. misce. tempore frigidiore Rec. aquæ melissæ, florũ citri, boraginis aã. vnc. iij. spec. aromatici rosati drach. j. diambræ drach. sem. aceti parum misce. ita magnæ confectiones illitæ, & si tempus æstiuum sit, cum aliquo refrigerãte castigatæ valde probantur. sed vbi magnum imminet periculum oleum de scorpionibus compositũ de quo supra eidem cordis regioni inunctum præstantissimum est. Sacculi fiant ex rebus maiori ex parte frigidioribus & siccioribus, vt putredo repellatur, sed cum quadam calidorum portione, vt frigidis vehiculi vicem gerant. vt Rec. florum rosarum, violarum, nymphææ, boraginis, citri aã. manip. sem. seminum thlaspi, sandalorum omnium drach. j. corticum citri vnc. sem. seminum citri drach. ij. foliorum melissæ,

Antidota cor ipsũ corroborantia.

Intus assumpta.

Simplicia.

Composita.

Gal. 2. de antid.

Plin. lib. 23 cap. 8.

Extrinsecus applicita.

melissæ, myrthi, betonicæ, maioranæ añ. manip. j. aquæ rosaceæ lib. ij. in quâ moschi scrop. dissoluatur. contundantur omnia crasso modo, & aqua rosacea iam dicta inspergantur sensim ac sępius, donec totam exhauriant. ad finem addatur camphoræ, coralorum rubrorum, ligni aloes añ. drach. sem. specierum cord. temper. diamoschi dulcis añ. drach. j. ex his omnibus fiat materia pro sacculis. sed pro ratione temperaturæ, & anni temporis, & ambientis, demptis, aut additis rebus calidioribus, vel frigidioribus medicamenti huius forma variari poterit. Auic. vero admirabilem proprietatem hyacintho tum eidem cordis regioni diutius apposito, tum in ore detento tribuere videtur.

De Variolis & morbillis. Cap. XXXI.

Auicen. 1. 4. tract. 4. c. 6. *Rasis ca. pprio.* *Fern. 2. de abd. rerum cauſ. 12.*

Cõtinuatio.

AVICENNAS post febrium pestilentium tractationem statim de variolis sermonem transegit, quia morbis pestiferis affinem, & cognatã naturam habent. Nã sępius à maligno, & venenato aere originem ducunt, &, vt Arabes dixere, futuram pestilentiam prænuntiare cõsueuerunt. quinimo doctissimus Fernelius ab aere pernicioso ipsas perpetuo oriri existimauit. ad hæc variolæ, non secus ac febres pestilentes, ex putrescente ebullienteque sanguine & succis alimentalibus prodeunt, synochasq; febres socias habent. Quo fit, vt insuper pleraque signa, atque symptomata pestilenti febri communia præseferant. Insuper, licet non adeo prauæ, atque mortiferę sint, vti febres pestilentes, contagiosæ tñ esse solent. & demum cum ex menstrui sanguinis putredine plurimũ oriantur, sanguis hic prauam quandam, & malignam habet naturam. Dicuntur aũt variolæ, quia earum pustularum, quæ in facie apparent, & vari passim nuncupantur, similitudinem exprimunt. & sunt exanthemata (vt superiori etiam capite notauimus) seu pustulæ quædam sanguineæ & subinde temperatura calidæ & humidæ: quæ tamen pustulæ non sicuti vari in sola facie, & externa cute, sed ex Auicennæ, & Arist. sententia, non modo in reliqua cute vniuersum corpus ambiente, verum etiam in membris ei subiectis suboriri consueuerunt. Qua de re continens ipsarum causa ebulliens putrescensque sanguis est, & subinde continens synochusve febris cum putredine ferè variolas, & morbillos comitatur, quoniam semper massa sanguinea, alimentalesq; succi in magnis nobilibusq; venis contenti in his putrescunt, rarissime autem, aut vix sine febre, & leui saltem pũtredine apparere solent. Tunc. n. natura & facultas expultrix ad vitiosum sanguinem ab intimis nobilioribus partibus ad ignobiles & cutaneas partes expellendum irritatur, quotiescunque prauus & vitiosus sanguis putrescit, ac ebullitione, & feruore quodam molestus est. Dum autem alimentalis hic succus magis biliosus est, fiunt pustulæ omnium minimæ, quas morbillos propter paruitatem vocant. Venetijs aũt, & alibi quoque fersam à magno, quem inferunt, feruore, vocitare solent. Si vero succus hic efferuescẽs, aut magis terrestris, melancholicusq; sit, aut aquosus, pituitosusq;, vel sanguineus, & aereus, & spirituosus, diuersæ prodeunt variolæ, prout diuersæ superfluitates cum succis alimentalibus commixtæ putrescunt. Quod si solæ superfluitates cum probiori sanguine mixtæ putrefiant, ita vt, dum vniuersum ex succis alimentalibus aggregatum efferuescit, & corrumpitur, sanguinis partes tenuiores & puriores, à crassioribus, & impurioribus secernantur, atque putrescant, Auicennæ expositores hanc ebullitionem perfectiuam appellant, quia massa sanguinea expurgatur, atque perficitur. Si vero putredo adhuc magis vigeat, & causa ipsius magis intensa sit, ita vt etiam sanguis probior computrescat, & corrumpatur, quod propter contiguitatem, & miscellam facile contingit, ebullitionem sanguinis corruptiuam vocant, in qua sanguis secundum portionem tenuiorem in bilem penes crassiorem in melancholiam vertitur. Vnde in fine prioris ebullitionis sanguis purus remanet, & ab ijs superfluitatibus segregatus, quæ ebullitionis tempore secum ad minima erant permixtæ; in secundæ vero ebullitionis fine putridus, & superfluitatibus commixtus relinquitur; & secundum aliquam portionem expulsus variolas liuidas, virides, aut nigras producit. Quæcunque aũt ebullitio suboriatur, sanguis & quia sui natura prauus, & vitiosis succis inquinatus, & quia feruore molestus ab intimis ad extimas cutaneasque partes ab ipsa natura protruditur, quæ licet in morbi principio expulsionẽ hanc moliatur, inquit tamen Auic. variolas

Nomen & natura.

Auic. loco cit. Arist. 36 problem. probl. 3. Auic. 6. citato.

Causa contẽtiua.

per

per viam cuiusdam crisis prodire, quia Galenus quoque testatus fuit pustulas has prorumpere natura altiores corporis partes per depositionem seu decubitum ad cutaneas expurgante. Ex hac autem, tum alijs auctoritatibus obiter conijcimus variolas Galeno ignotas non extitisse. de his enim tum secundo in 6. de vulg. mor. 30. tum 6. aphor. 9. meminisse videtur, dum dixit pustulas alias latas, alias sublimes. imo quinto meth. cap. 12. in pestilenti quadam constitutione nigras pustulas vlcerosas apparuisse scribit. cum autem sanguis ebulliat, putrescatque, & ad extimas partes expellatur non alia de causa, nisi quia vitiosus existit: sciendum est, ipsum vitiosum euadere, prauasque superfluitates contrahere vel ratione corrupti, & venenati aeris, vel ratione praui alimenti. Ab aere siquidem venenato atque maligno sanguis primum corrumpitur, vt in superiori capite notauimus, quo quidem corrupto, & regimine naturali destituto, facillimum est, vt statim extraneo corripiatur calore, ferueatque & computrescat: potissimum si fuerit sui natura ad putredinem dispositus, & vitiosus, & multo magis si corpus obstructionibus, & adstrictionibus fuerit correptum. imo etiam si sola copia sanguis peccet & molestus & onerosus naturæ sit, facillimum est vt propter leuem occasionem à vitioso aere contractam putrescat, & naturam etiam sui copia ad expellendum stimulet, variolasque producat. Quibus autem de causis aer malignus & venenatus euadat superiori capite declarauimus, id solum in præsentia addere debemus, aerem malignum corruptiuam potius ebullitionem procreare, & esse in causa vt variolæ multiplicentur, quarum plurimæ malignæ & perniciosæ sunt. quo fit, vt multoties variolæ, morbilique pestilentiam antecedant. & propterea à Rasi pestis nuntij dicuntur: quia vt ipse testatur, sæpius ex corruptione aeris ex cadaueribus infecti producuntur. Quod autem in hac corruptiua ebullitione ab aere vitiato profecta, causæ quoque extrinsecæ & primitiuæ cõcurrant, quarum nonnullæ ad agentis vim, quædam ad passi dispositionem reducuntur, planum est. vnde prioris generis sunt mora in sole, vehemens tum ira, tum exercitatio, obstructiones, & causæ adstringentes, & cætera omnia, quę calorem extraneum excitare valent. posterioris generis sunt ea omnia, quæ superfluitates multiplicant, & sanguinem ad corruptionem & putredinem procliuem reddunt. vnde calidus & humidus aer (nunc enim de manifestis ipsius qualitatibus sermo est) variolas multiplicat, & ob id vere potissimum dominantur, tum propter eius temperiem aliqua ex parte ad calidum & humidum vergentem, tum quia, vt docet Galenus, ad ambitum corporis humores euocat. & idem prorsus de simili cœli statu, & spirante austro, calidaque & humida regione dicendum. Si vero ratione alimenti prauus & vitiosus sanguis euadat, id vel in matris aluo & ratione nutricationis ex sanguine menstruo; vel post ortum & ratione prauorum ciborum, & esculentorum, quæ per os sumuntur, contingere potest. si in vtero materno & propter menstruum sanguinem id accidat, variolæ exoriuntur, quæ aptæ sunt cuilibet indiuiduo, & secundum plurimum solum semel communicari. Nam propter residuum sanguinis menstrui in venis derelictum in massa sanguinea aqueæ, aereæque, nec non terrestres superfluitates multiplicantur, quia omne nutrimentum in massam sanguineam simili modo infectam conuertitur. ita fieri potest vt menstrui prauæ quædam reliquiæ in ipsis solidis membris sint imbibitæ, tum quia ipsa ex eodem nutriuntur & augentur; tum quia ex eodem sanguine menstruo, secum in secundina tempore gestationis contento, aliqua ex parte infici possunt. Variolæ siquidem omnibus hominibus communes sunt, & vt plurimum vsque ad septimum annum oriri solent. Vnde necesse est ipsas ab aliqua causa prouenire, quæ tum omnibus indiuiduis communis sit, tum prædicto tempore vt plurimum ipsas creet: sed nulla causa communis excogitari potest, præter illam, quæ ab vtero materno fuit contracta, aut ex lacte, quo quisque post exitum ab vtero nutritus fuit: sed lac cum conuenientissimum, & maxime proprium sit alimentum, huiuscemodi superfluitatum causa esse non potest. insuper variolæ nonnunquàm in fœtu adhuc in vtero existente, aliquando paulo post partum oriuntur, vt nobis sæpius commostrauit experientia. ergo remanet, vt causa in menstruum sanguinem referenda sit. Si autem post ortum & ratione prauorum ciborum & potuum vitiosus prauusque sanguis fiat, id potissimum propter cibaria & esculenta aquosa & valde humida, & fœculenta, atque superflua prouenire solet, qualia præsertim sunt lac camellinum, aut equinum, & præcipue ab ijs, qui eo vti non assueuerunt, assumptum, quia à tali nutrimento sanguis mulieris menstruo similis procreatur, in quo copiose partes

Causæ antecedentes, & magis remotæ.

Venenatus aer.

Ras. 19. contin. c. de variol.

Gal. 3. aphor. com. 18.

Prauum alimentum.

Mẽstruus sãguis.

Praua cibaria.

tes fęcosæ, crassæ, nec non aqueæ, crudæque reperiuntur, ex quarum ebullitione prodeunt variolæ, & reliquus sanguis rectificatur. ex hoc autem sanguine nonnullis hominibus accidunt variolæ, quæ non semel, sed bis & sępius aptæ sunt generari, vt ex Auic. & experientia ipsa colligimus. imo ex hoc euentu, & ex eo, quod homo multoties duabus vicib. variolis corripitur, colligimus id ratione prauorum alimentorum post ortum assumptorum prouenire, quia prima vice facillimū est, vt infectio illa, quæ in vtero ex menstruo sanguine contracta est, corrigatur. quare si secunda vice variolæ oriantur, illud propter nouam sanguinis infectionem ex cibis fœcosis, & aquosis contingit; præsertimq; si vnà aliqua caliditate præditi sint, aut cum calidis pmixti. humiditas. n. dispositiuè caliditas vero effectiuè cōcurrit, vnde si post lac equinum vel simile plurimum vinum hauriatur, aut calida medicamina sumātur, facile est vt variolæ oriātur & quod de lacte camellino, & equino diximus, idē de reliquis cibis qui fœcosum, copiosum, & serosum sanguinem gignunt, statuendum est, veluti sunt dulcia cibaria, vinum potens, & similia, quæ sanguinem multiplicare valent. quo fit vt intermissa sanguinis euacuatio, ocium, balneum, & similia variolarum causæ remotiores statuendæ sint, sed praua alimenta, menstruus sanguis, & quæ prauum sanguinem & superfluum multiplicant ad materiā ipsam, & passi dispositionē, aer venenatus, obstructiones, motus immodicus, & similia ad ipsius agentis vim reducuntur. Quamuis autem ex sanguine sola copia peccante variolæ produci posint, dummodo obstructiones validæ non desint, vt nobis synochæ febres ostendūt, in quib. nonnunquam variolæ superueniunt; nihilominus hoc rarius contingit, sed præter sanguinis vitium in quantitate, vitiosa qualitas, siue ab aere vitioso, siue à menstruo ipso sanguine, siue à prauis alimentis contracta sit, concurrere solet. Quod autem aeris malignitas ad variolarum, aut morbillorum productionem perpetua, & necessaria non sit, vt putauit Fernelius, nobis ostendunt variolæ, quæ non communes sunt, sed sporadicę & subindę hunc vel illum priuatim, & sparsim vnà cum alijs morborum generibus alios occupantibus sępe sæpius apprehendere consueuerunt, quod quidem signū est, eas tunc temporis à priuata non autem ab aere cōmuniq́ue causa prouenire. Quemadmodum autem ex vitio sanguinis menstrui semel ferè solent oriri, quia ab vnica sanguinis ebullitione eius rectificatio complete perficitur, & à prauis superfluitatib. menstrualibus secernitur. nam validus calor facile congregat homogenea, & segregat eterogenea: ita ratione prauitatis ciborū, aut aeris bis, ter & amplius prouenire posşūt.

Fern. loco cit.

Verum obijciet quis, si variolæ propter vitium in sanguine ex ipso menstruo contractum sæpius gignuntur, cur est, quod mulieribus mensium suppressione laborantibus variolæ non superueniunt? Huic dicendū mulieris virtutem ipsum menstruum sanguinem tanto tempore sustinere non posse quousque digeratur, & per ebullitionem perficiatur, & à probo secernatur, propter maximam ipsius prauitatem, & copiam, & propter virium naturalium, & præsertim expultricis imbecillitatem, vnde vel per nares, aut os, vel hæmorrhoidas, aut sedem & latiores vias expellitur, aut putrescit, & dum id accidit malignam febrem accendit, & vires adeo deijcit, vt extra cutem & p angustiores meatus cum impetu & copiose, vt in variolis euenit, expelli nō possit. Infans vero cum ex ipso nutritus, & ei paulatim assuefactus sit; melius & facilius ipsum sustinere potest, quousque digeratur, & perficiatur, & à probo secernatur: infantis præterea naturales vires robustiores sunt: sentiens vero magis hebes, quo fit, vt ab illius sanguinis præsentia non ita irritetur: sed solum dum multiplicatus, & digestus est, & efferuescit. Rursus instabit aliquis cur est, quod tales sanguinis menstrui reliquiæ absque aliqua ebullitione, tractu temporis ad cutaneas partes non expellantur, vti de reliquis prauis humoribus in scabiosis, & cutaneis affectibus quotidie cōtingere videmus? ad hoc respondemus has prauas reliquias esse adeo ad minimas partes redactas & cum reliquo sanguine confusas, atque permixtas, vt fere necessariū sit feruorem & ebullitionem præcedere: potissimum si massa sanguinea debeat ex toto depurari. in scabiosis autem affectibus neque humores praui adeo cum probioribus commixti sunt, neque ex eorum expulsione perfecta sanguinis depuratio subsequitur. Notandum tamen ex Auicenna quandoque, licet rarò, variolas absque aliqua aut saltem notabili ebullitione prorumpere, sed tunc exiguę admodum apparēt, & saluberrimę sunt, & ab exigua admodum materia fiunt, & in infantibus optime dispositis superueniunt, & nonnunquam id accidit, quia perfecta non fit superfluorum secretio, quo fit vt forte variolæ aliàs reuertantur. In brutis autem variolæ, non fiunt, quia

Dubitatio.

Solutio.

Alia dubitatio.

Morbillorũ causa.

quia in his superfluitates in pilorum materiam potissimum abit, & hac quoque de causa eorum fœmellæ menstrua purgatione non tentantur. Quod si de morbillorum causa seorsum loquamur, hi procul dubio, vti dictum est, à sanguine bilioso proueniunt. & ob id ait Auicennas morbillos citius prodire, quàm variolæ, quia à tenuiori acriorique, & magis expultricem irritante sanguine gignuntur. quilibet tamen sanguis dum efferuescit, & putredinem concipit, acrimoniam acquirit. Hoc autem in loco illud prætereundum non est, in morbillis nunquàm aut vix, & multo minus in variolis, dum hæc per quandam crisim erumpunt, rigorem aut horrorem aliquem superuenire, quamuis confertim acris humor ad cutaneas sentientesque partes, & totius corporis habitum protrudatur: quod euidentissimum signum est, rigorem non propter solam materiæ per sentientes & musculosas partes cum impetu delationem & motum, sed propter innati caloris concentrationem & mutuam pugnam inter ipsum & morbosos humores oriri, vti in proprio de rigore tractatu declarauimus. nec est vt quis dicat in morbillis & variolis materiam paulatim extrudi, quia id experientiæ repugnat cum paucissimarũ horarum spatio nonnunquam exeant, & quamuis propter cutis densitatem eorum exitus remorari quadamtenus possit, attamen prauarum & acrium superfluitatum à venis ipsis vsque ad cutem excretio, vt nobis superuenientia declarant symptomata, quamcitissime fit. Potissimæ porrò variolarum differentiæ, Primum a sanguinis diuersitate capiuntur, prout scilicet vel est biliosus, & fiunt morbilli, vel magis sanguineus aut pituitosus, vel serosus, aut melancholicus. & variolæ magis proprie dictæ oriuntur: a quibus aliæ rursus prodeunt differentiæ penes colorem diuersum, duritiem & mollitiem, maiorem vel minorem caliditatem, atque feruorem: tum à sanguinis copia & fiunt magnæ vel paruæ, magisque aut minus numerosæ; tum ab affecto loco, quoniam, vt ait Auicennas, non accidunt in cute solum, & in eo quod sequitur cutim immediate, sed sæpius accidunt in omnibus membris similium partium apparentibus, & occultis, ita vt etiam in panniculis & neruis oriantur. Nam licet natura, dum robusta est, materiam procul à partibus nobilioribus & ad cutim expellat; attamen, dum ita valida non est, aut materia minus est obediens, ne dum cutis, verum etiam multa membra intrinseca variolis corripi solent. &, quo magis materia in interioribus partibus remanet, eo magis euadunt periculosiores. Iam vero sub morbillorum genere illud quoque exanthematum seu ecthymatum genus complecti potest, quod à nonnullis morbus culicaris vocatur. de quo meminit Hippocrates in Sileni historia, inquiens quod octauo die frigidus toto corpore sudor, papulæque cum sudore rubentes, rotundæ, paruæ, uaris similes permanebant: & lib. 2. epid. ait, in febribus æstiuis, circa 7. 8. & 9. diem, asperdines in cute miliaceas, culicum morsibus simillimas, non valde pruriginosas factas fuisse, & in sequentibus libris nonnullos alios ægrotantes corpus veluti à culicibus compunctum habuisse testatur. Deinde ab effectrice causa differentię eliciuntur, quia, vel ratione aeris maligni, vel sanguinis menstrui, vel prauorum ciborum vel etiam multorum, aut horum omnium generari possunt. Iam vero variolarum appariti onem præcedunt, vt tradit Auicennas, synochus febris propter sanguinis ebullitionem: sed cum calore mordaci propter aliquam sanguinis prauitatem: qua etiam ex causa tum facies vniuersa, tum oculi rubent. & in vniuerso corpore, propter eandem ebullitionem, inflammationem persentiunt. & oris exiccatio subsequitur, ex adustis scilicet vaporibus ad caput & oris partes eleuatis, quorũ ratione timor etiam in somno suboritur. & propter superfluam repletionem aggrauantem sæpius somniant se comprimi. Insuper propter repletionem & extensionem venæ cauæ, & arteriæ magnæ propter copiosi sanguinis ebullitionem dorsi dolorem persentiunt, quia vasa hæc per dorsi longitudinem progrediuntur. & quia ebulliens materia corporis membra penetrat, & variolas procreare incipit, punctio vehemens in membris corporis percipitur: nec non communis totius corporis grauitas propter sanguinis copiam. ob quam etiam & capitis grauitas, & eiusdem dolor adest, dum scilicet variolæ ex copioso sanguine ortum ducunt. Angustia vero, & dolor in gutturæ & pectore ex eo oriuntur. quia harum partium exquisitus est sensus, & materia incipit illis partibus communicari, vt variolas producat. Pruritus quoque nasium molestat, quia natura tentat apertionem orificiorum venarum, quæ sunt in naribus, vt sanguinem extrudat. spirandi autem difficultas. in qua frequens præsertim euadit respiratio, inde fit, quia propter repletionem & vaporum multitudinem partes respirationi destinatæ com-

Differentiæ.

Signa.

Auic. loco cit.

Auic. loco cit.

Hipp. 1. epid. sect. 3.
2. epid. sect. 3.
5. epid. versus finem & lib. 7

tæ comprimuntur & coarctantur, summaque tum fuligines expellendi tum frigidum aerem trahendi necessitas instat. Vox vero aspera euadit, quia guttur, & aspera arteria à vaporum exustorum, & materiæ variolas procreantis copia afficiuntur. Dum autem pedes de loco ad locum dimouere, aut se se erigere tentant, tremor in pedibus manifestus apparet, potissimum dum ex sanguine copioso ebulliente variolæ oriuntur, quia plures ad caput eleuantur vapores, & cerebrum aggrauant, & animalium spirituum transitum præsertim ad remotiores partes impediunt. Tremor præterea, seu prauus cordis motus percipitur, propter sanguinem circa præcordia ebulliētem. Ad hęc lachrymæ exeunt inuolutariæ, & oculi turbulenti apparent propter humiditatum colliquationem, & vaporum copiam. à quibus etiam causis & crassitudo sputi, & pandiculationes, & oscitationes, & palpitationes proueniunt. Signa vero, quæ omnia exanthematum genera præcedunt, hæc potissimum sunt. febris enim acuta ac continens infestat, vehemens dorsi ac corporis dolor & grauitas ingruit, & spirandi difficultas, narium & aurium pruritus, terroresque per somnum, oculorum rubedo, totius corporis punctiones, & pandiculationes impetunt. ex quibus variolas aut morbillos breuissime superuenire certo scimus. Quantum spectat ad differentias si malum ex birioso sanguine oriatur, ita vt sint potius morbilli, temperatura, ætas, causæ prægressæ, & reliqua omnia ad calidum & siccum vergunt, sitis magis molestat, &, vt ait Auicennas, lachrymæ plures sunt, & angustia & inflammatio vehementior est, sed dolor dorsi minor. pariter pro diuersitate signorum, quæ varios humores dominari significant, varias prædicimus variolas. nam postquàm exierunt, ex colore, duritie & mollitie & alijs contentiua causa facilius deprehenditur. subdit autem Auicennas quod morbilli vt plurimum subito egrediūtur propter materiæ tenuitatem & acrimoniam expultricem irritantem: variolæ vero ait ipse egrediuntur paulatim, & aliquid post aliquid. Si vero variolæ non solam cutem sed etiam subiectas partes occupent, id ex ipsarum læsis operationibus exeuntibusque potissimum cognoscitur. Si enim aut respiratio vehementissime lædatur, aut intestina dolore conflictentur, aut disenteria, aut mictio cruenta appareat, variolæ nedum externas, sed etiam internas partes affligunt. ex his aūt quæ in superiori capite tradita sunt, & ex eo qđ populariter variolæ grassantur, ex aeris præsertim vitio malum oriri deprehendimus. Secus ex menstruo sanguine, aut prauis cibis, si ij præcessere, ortas esse arbitramur. & insuper quæ ex alimenti prauitate fiunt, perfectiuam potius ebullitionem, & meliores subinde pulsus, mitioremque febrem, toleratuque faciliorem, & reliqua symptomata remissiora præseferunt. contra quæ ex venenato aere ortum ducunt, & magnam pulsuum imbecillitatem, & omnia grauiora exhibere consueuerunt. Variolæ autem vt plurimum infantibus accidunt. & potissimum post primum aut secundum annum vsque ad septimum; licet nonnunquàm vsque ad quartumdecimum protendantur. deinde iuuenibus, raro autem senibus quibus non nisi propter vehementes causas contingūt. & præsertim propter temperaturam calidam & humidam, & aeris prauitatem. Sunt autem corpora variolis obnoxia calida & humida, & quæ excrementitia infectaque humiditate & proinde ebullitioni parata, referta sunt. præsertim si in eis pauca sanguinis absumptio, & exiccatio fiat. vt autem inquit Auicennas, plus contingunt in vere quàm in hyeme, & post ver in fine autumni, potissimumque dum æstas calida & sicca præcedit. Si enim calida & humida esset in illa orirentur, & autumnum non expectarent. vult tamen Gentilis, quod æstiua & autumnalis constitutio calida & sicca morbillorum magis generationi disposita sint. quod autem in austrina tempestate. & calida & humida multiplicentur variolæ, superius diximus. Variolæ vero inter acutos & breues morbos, cum quadragesimam diem non transcēdant, numerandæ sunt. sed plurimæ inter exacte acutos recenseri debēt, quia ad quartamdecimam vsq; diem sæpe protelari solent, sed multo magis acuti sunt morbilli, qui in septima iudicari cōsueuerūt. Semper.n.variolarū exitus difficilior est, quia ex crassioribus & tenuiorib. humorib. oriuntur. Hinc fit vt multi variolis intus detentis moriantur, ex morbillis autem intus cohibitis paucissimi, quia cum ex tenuiore fiant humore, facilius erumpunt. Difficilius autem latas pustulas erumpere Simonis exēplo Hipp. ostendit. Cui quum hyemæ latæ pustulæ factæ fuissent, nō erumpebāt nisi cum ad ignē inungeretur, aut calida lauaretur. cute.s.laxata, & crassis succis attenuatis. Morbilli nihilominus, cæteris paribus ex Auic. quoniam à sanguine feruidiori oriuntur, & febres intēsiores accersunt, periculosiores existunt: sed si cito appareāt, confestimq; maturentur periculo

Epilogus.

Signa differentiarum.

Auic. loco cit. cap. 8.

Prognostica.

Hippo. 2. in 6. epid. 30.

culo vacant: quia materiam benigniorem, & expultricem validiorem arguunt. Virides autem & violacei periculosi, quia ab exurente calore fiunt. ita qui sero maturantur, cum frequenti syncope, & difficultate respirandi lethales sunt, quia materiam prauam & rebellem significant. ita si intro remeent lethales. Sed vt salus vel mors in variolis facile prædici possit ad ea, quæ de exãthematibus diximus in superiori capite, dum de præsagio loqueremur, recurrendum est. Vt enim ait Auic. albæ meliores sunt, præsertim pauci numeri, magnæ quantitatis, facilis exitus, paucæ angustiæ, debilis febris, quæ cum earum apparitione remittitur, & exeunt in tertio vel prope ipsum. Post quas sunt albæ, magnæ, pluris numeri, propinquæ sine tñ continuatione. nam adinuicem continuæ, & duplices, ita vt in ventre vnius alia fit variola, malę sunt. nam materiam arguunt copiosam & diuersam, & virtutem æqualem proportionem ad expellendum non habere. Albæ vero, paruæ, duræ, propinquæ, difficilis exitus licet in principio salubres appareant: attamen timor est ne propter materiæ crasitiẽ difficilis euadat earum maturatio, & æger pereat. periculosæ aũt sunt, & sæpe lethales, dum qñque apparent, & quandoque occultantur, præsertim si violaceæ sint. ita tenaces, cum virium imbecillitate, & membri viriditate, aut nigredine perdunt ait Auic. si tamen viriditas & nigredo, quibus virulentiæ resudatio succedit, vires non prosternat, sed potius augeat lethales non sunt, quia critice exeunt; sed quia materia maligna est, & venenosa, vlcera maligna corrosiua & difficilis curationis, aut similes affectus, & præsertim alicuius membri mortificationem, accersit. Sed vt exactius salutem & mortem præsagire possimus respirationem, & vocem perpendere oportet, dum enim duo hæc bene se habent, salua res est. indicant enim materiam procul a nobilibus, & præsertim spiritualibus partibus expulsam. fieri tamen potest, vt propter intestinorum abrasionem æger pereat. dum autem respiratio frequens apparet in variolis aut morbillis, virisi casus imminet, aut diaphragmatis apostema: quod si deinceps sitis vehemens fiat, angustiaque continua sit, & exteriora refrigerentur, variolæque, & morbilli virides fiant, mors esse proxima, & potissimum si variolæ difficilis fuerint exitus. Plurimi autem qui variolis detenti pereunt, aut præfocati ex synanche, aut propter casum virtutis cum rasura intestinorũ, & fluxu ventris obire solent. Fit autẽ dysenteria vel quia intestina variolis prehenduntur, vel quia materia fluens per intestina ipsa abradit. cũ autem violaceæ variolę, vel tales morbilli profundãtur, sciẽdum quod syncopis ægro superuenier propter venenosæ materiæ ad cor conuersionem. Dum autem festinat ad mingendum sanguinem, & vrina nigra ei succedit, mortiferum est, præsertim si casus virtutis adsit. si enim esset vrina decretoria, virtus esset robusta, quare talis euadit propter caloris extinctionem. mictio autem sanguinolẽta sanguineam repletionem, acuitatem ebullitionis, & suffocationem significat. solent autem variolæ in phlegmones, efferas, quæ sunt paruæ pustulæ latæ tamen, & a tenui vaporosaque materia prodeuntes, nec nõ in saniosos abscessus permutari. insuper, vt ex Gal. colligimus, post exanthemata seu variolas nonnunquam veluti squamma à corpore decidit, quia asperum, & scabie refertum euadit. Pro variolarum autem & morbillorum curatione, oportet sanguinis superfluitates concoquere, attemperare & incrassare, ad benignamque & mediocrem naturam, quãtum fieri potest, his quæ prauam sanguinis qualitatem tollũt, reducere, & per congruos ductus præsertimq; cutaneos, quos affectat natura, euacuare, & prout sanguis copia peccat, imminuere, quatenus ebullit & putrescit refrigerare, & siccare, & ventilare, & obstructiones tollere, & quod putrefactum iam est eradicare, sed praui sanguinis superfluitatumque motum ad cutaneas partes, si diminute & parce fiat, adiuuare. & materias prauosque vapores ad cor irrepẽtes reuellere, & fauces, pulmones, oculos, intestina, reliquaq; omnia nobilia viscera, ne prauas superfluitates admittant, roborare, & adstringere, & vitalem potissimum facultatem & virtutem cõseruare. Quare incipiente malo, si vires ætasque permittant, oportet à phlebotomia & venæ sectione tamquàm in variolis cęterorum remediorum conuenientissima curationem inchoare. imo etiam in morbillis si cum sanguinis replerione fuerint, quia tunc temporis etiam in futurum vires possunt persistere, idem efficiendum est. Quod si vires aut ætas, vti plurimum accidit, venæ sectionem non admittant, aut hirudinibus, aut scarificationibus & cucurbitulis vtendum est. Tempus autem & spatium extractionis sanguinis est vsque ad quartam, vt notat Auic. idest quousque incipiunt apparere variolæ. dum enim exeunt & iam apparent, ne materia vitiosa ad cutaneas partes iam transmissa in venas trahatur, & retrocedat, phlebotomia abhibenda non

Auic. loc. cit.

Gal. 5. meth. c. 12.

Indicationes.

Curatio. Chirurgia.

Auic. loco cit. c. 10.

est, dummodo vt addit Auic. vehementia repletionis, & materiæ copia non adsit. tunc enim (vt etiam in superiori capite de maculis & exanthematibus diximus) tantũ abest vt natura ab expulsione prohibeatur, & materia ad intimas partes & venas ipsas reuocetur, vt potius, copia sanguinis sublata, & natura exonerata, quod reliquum est, facilius foras expellat, quare in vehementi repletione, etiam si variolæ appareant, phlebotomia tñ materia minuenda est. in variolis enim adeo necessaria est phlebotomia, vt ea post habita membrorum exteriorũ corruptio aliqua, aut gangræna, vel similis affectus propter copiosæ materiæ ad ea membra fluxionem immineat. quocirca cũ & pp sanguinis copiã, & ebulitionem sanguinẽ detrahamus, procul dubio si virtus & ætas, & cętera, quæ ad vires dirigũtur, consentiãt, copiosam euacuationẽ moliri debemus. Quamuis aũt in hoc malo febris synochus sit, nõ est tamen vna cũ Rasi nonnunquam vsque ad animi deliquium sanguis exhauriendus, vti in alijs synochis præcipit Galenus, quia in variolis pp sanguinis malitiam vires ita validæ esse non possunt. similiter dum apparentibus variolis propter sanguinis copiam cogimur sanguinem euacuare, nõ debemus magnam copiam sanguinis educere, ne subinde sanguis prauus in venas remigret, sed tunc satis est a quatuor vsque ad sex vncias sanguinem extrahere. subdit autem Auic. quod si vires & ætas magnatum venarum sectionẽ non ferant, vena, quæ est in nasi extremitate aperienda est. Sed quia difficulter reperitur, & trahendo materiam ad nasum ipsum deturpare potest, communiter omittitur. quare in pueris & infantibus hirudines scapulis præsertim & naribus applicitæ & cucurbitulæ scarificatæ, quia tutius agunt, & materiam exterius vehementius trahunt, quam venæ sectio, longe magis conueniunt. sicuti etiam prouocatio sanguinis narium vtiliter adhibetur, vt notat Auic. præsertim aũt uenæ narium aperiendæ, vbi sanguis ad caput impetum habet, & imminet oculorum inflammatio, vel similis affectus. quo ẽt tempore vena frontis potest aperiri. nam fluxus sanguinis narium, vt ait ipse, partes superiores à malitia variolarum tuetur, & in infantibus facile administratur. dum aũt secatur vena in dextro potissimum brachio & vel humeraria, vel iecoraria, aut cõis prout sanguis in capite, vel in reliquo corpore, aut indifferenter redundarit, aperiri solet. Sed potissimũ cõis vena communiter secatur. magna aũt plethora existẽte melius est euacuationem partiri & primo venam cõem dexteram, deinde sinistram aperire cucurbitulæ uero in partibus infernis tutius administrãtur, dũ modo dysenteriæ periculum nõ immineat. Ante plebotomiam uero clystere simplicissimo aluus leniri debet, ubi sponte non fluxerit. Vbi aũt uariolæ cõplete apparuerint (ait Auic.) & septimus ab initio apparitionis earum pertransierit, & perfecta in eis maturatio apparuerit, tunc optimum est, vt acubus ex auro aperiantur. humiditasq; cum coto auferatur. Eligit autem aurũ, quia ad aperiendum, & cauterizandum propter temperamenti & proprietatis bonitatem ferro præstantius est. imo ut ex Arist. colligimus sectio cũ ære facta facilius curatur, quam facta cum ferro. non tñ omnes uariolæ indifferenter aperiendæ sunt. Sed solum magnæ, in quibus multum puris continetur, & potissimum eæ, quæ in facie sunt, ne sanies diutius detenta, subiectam cutim erodat, & altiores foueas infligat. ubi autem perforationibus usi fuerimus, non erit amplius timor retrocessionis materiæ, quod dum fit, tum alia mala, tum præsertim dysenteria subsequi solet. Vnde optimi practicantes solent quinetiam aliquid uariolarũ cum forpicibus detrahere, ne rursus claudantur. Administrata sanguinis euacuatione, aluus primæq; uię erunt lenienti aliquo medicamento a superfluitatibus expurgandæ, quod tamen leniens non solum moderate & faciliter euacuet, quia semper in hoc malo timendus est uentris fluxus, qui sæpius tã in principio, quam in progressu lethalis est, uerum etiam roborandi & adstringendi incrassandiq; & refrigerandi uim habeat propter nimiam sanguinis tenuitatẽ, & ebullitionem, & ut interna & nobilia uiscera roborentur, & superfluitates ad exteriores & cutaneas partes facilius expellant. Quare cũ Auic. pulpa tamarindorũ iuiubarumq; unà cũ aliqua portione floris cassiæ uti licet. hæc. n. oĩa leniendi uim hñt. tamarindi incrassant, iuiubæ aũt refrigerant, idcirco in adultis, pro unica dosi, quidã practicãtes unc. unã & semis & usq; ad duas pulpæ tamarindorũ, unã cũ pulpa iuiubarũ uiginti, dracmisq; duab. floris cassiæ exhibent in bolo, aut ex his decoctionẽ efficiũt, & debite calidũ propinãt. nec tantã dosim pertinescũt, qa medicamẽta hæc in cõgruũ huic malo nutrimentũ cõuerti magna ex parte pñt. In pueris aũt septẽ annorũ uel circiter dimidia oĩum dosis sufficiẽs erit. ad easdẽ intẽtiones dactyli imaturi probãtur, nec nõ infusio prunorũ imaturorũ, aut ẽt decoctio in aqua acetosæ cui ĩ adultis

Arist. 1 probl. probl. 34.

Pharmacia. Lenientia.

tres

tres ēt vnc. mānæ electæ addi poterunt. in pueris vero in minori dosi præbēda erūt. Similiter in principio apparitionis variolarum qñ. s. est vehemens ebullitio syrupus de dactylis immaturis maxime probatur, refrigerat enim, incrassat, & lenit. Quantum attinet ad clysteria si venter nimis stipticus sit, lenibus clysteribus occurrendum. Sin semel saltem in die excernat, clysteria ommittenda sunt. Quemadmodum autem ebullitionis tempore refrigerantibus vti licet vt rob de ribes, syrupo de agresta, aqua fructuum frigidorum & decoctione hordei & iuiubarum cum syrupo de granatis, aut de acetositate citri, aut limonis, vel similibus, quæ tamen in morbillis frigidiora esse debent: ita cum malum diem secundum pertransierit, variolæque apparere incipiūt (inquit Auicennas) fortasse refrigeratio erit causa erroris magni, retinendo scilicet superfluitatem interius, & delationem eius super principalia membra, quo fit vt inquietudo, augustiaque, & forte nausea malo scilicet ori ventriculi communicato, subsequatur. Ait autem Auicennas (fortasse) quoniam si eo etiam tempore quo apparent variolæ febris magna esset, præstantius esset quadamtenus refrigerare, quām calefacere. quia superflua caliditate mitigata, virtus robustior ad expellendum euadit, & ita refrigeratio magis iuuat vires roborando, quam noceat poros claudendo. non tamen competunt valde refrigerantia vti est frigidæ potus, & syrupus de papauere, aut similia, vt in alijs synochis vtimur, sed moderate talia. similiter refrigerantia quę per fotus & epithemata extrinsecus applicantur nullo modo conueniunt, etiam si febris & ebullitio intensissima essent. Apparentibus itaque variolis, dum febris magna non est, oportet, ait ipse, vt superfluitates ad exeundum adiuuentur cum his, quę calfaciunt, & ebullitionem adiuuant, & obstructiones aperiunt, veluti sunt fœniculus, apiumque si decoquantur, & in ea decoctione aliquid sacchari imponatur, ita ex eorum succo possunt cum saccharo syrupi præparari & exhiberi: possunt autem tū radices tum etiam semina eorum, vel similium calefacientium & aperientium decoqui. cui etiam decocto aliquid croci adijci poterit, quia cor roborant, & materiæ prauitatem corrigunt, & superfluitatum exitum facilitare maxime valent. Ficus similiter ad exteriora vehementer expellunt, vnde corruptum colorem sanguinem ad exteriora mouendo reuocare solent. ob id aqua ficuum optima est. Hoc quoque tempore, ait Auicennas, maxime prodest medicamentum quod fit Recipiendo laccę ablutæ, quæ calefacit, aperit, & corroborat naturalia membra, drach. v. lentium excorticatarum drach. vij. tragaganthi drach. iij. quæ omnia coquantur cum lib. v. aquæ donec remaneat quarta lib. vnius & detur in potu. nam lentes & tragaganthum pulmonem & intestina à variolarum nocumento præseruant, & vi cuiusdam adstrictionis sunt in causa vt aperientia altius penetrent. sed vt facilius medicamen bibatur poterit cum aliquo liquore permisceri. Vehemēter quoq; iuuat ad faciendum variolas apparere, subdit ipse, si sumantur ficuum citrinarum drach. vij. lentium excorticatarum drach. iij. laccæ drach. iij. tragaganthi, seminis fœniculi añ. drach. ij. & decoquantur cum lib. v. aquæ, donec remaneat ex ea fere tertia, & coletur, & in potu cum liquore aliquo, vt verbi gratia aut quinque folij aut capillorum veneris decocto, exhibeatur. expellit enim caliditatem à partibus cordis ad externas partes, & prohibet prauam cordis pulsationē. Similiter hoc eodem tempore dum scilicet incipiunt variolæ exire vitent oleum quia sui visciditate poros claudit, & frigidum aerem præsertim hyeme, & multitudinem potus aquæ frigidæ. dum autem propter maximam febrem & ebullitionem cogimur cum iam dictis calefacientibus & aperientibus propellentibusque superfluitates ad cutim, refrigerantia commiscere, eligenda cichoracea, acetosa, succus citri, aut limonis probe maturi, & id genus alia quæ aperiendi facultatem habent. ita ab Arabibus probatur serum lactis acetosum, sed exigua quantitate sumptum, si enim libræ dimidium excedat deiectionem potius mouet, non autem superfluitates ad circumferentiam propellit. Hæc autem decocta & potiones omnes actu calidæ, & bis in die & ad libræ dimidiū sunt propinandæ, vt materiæ facilius ad exteriores partes expellantur. monet autē Auic. vt si forte ex pannorum coopertura & calefactione (qua vtimur vt materiam ad cutim ducamus, & potissimū pānis rubeis) accidat quasi syncopis seu lipotimia aer qui per nares attrahitur debet esse frigidus, & cōueniēs est vt sandalos, & camphoram odorent, quia refrigerant & corroborant cor. & si eadem de causa necessarium sit, vt corpus detegatur, & vento exponatur, aut aeri frigido, id paulatim fieri debet, vti etiam pedetentim à frigidis ad calida auxilia (dum res expostulat) progrediendum est. Simili modo dum variolæ exire incipiunt, &

Auice. loco cit.

Animad uersiones magni momēti.

cum ipsarum exitu alleuiatio non subsequitur, imo caliditas febrilis intensa persistit, linguaque ad nigredinem uergit, calefactio cauenda est. quia materiæ ingens copia significatur, cuius licet aliquid exierit, multa tamen adhuc intus remanet, assiduo ebulliens, cuius ratione refrigerandum est. animaduertendum insuper ex Auicenna, quod licet vnà cum variolis, aut vermes, aut vomitus, aut vētris fluxus connectantur; nullum tamen emplastrum adstringens ventri admouendum est, vt multi imperiti facere consueuerunt, quia sub his subita spirandi difficultas, aut prauus ventris fluxus, aut mictus sanguinis subsequi solet. quare alijs remedijs occurendum est. Purgantia vero, atque soluentia, quæ post concoquentia in alijs febribus exhiberi solent, in variolis omnino cauenda sunt, ne materia in venis remigret, & à partibus cutaneis ad viscera interna feratur, & tum alia mala tū prauus alui fluxus succedat, nā purgantia à circunferentia ad centrū superfluos humores trahunt. & propterea iubet Auicēnas, vt in processu, & in fine conseruetur venter ne fluat, & cibetur succo lentium simplici, lentibus elixaris duabus vicibus cum aquæ renouatione, vt virtus nitrosa solutiua in lentium superficie existens remoueatur. & locò lentium acetosarum cum tamarindis, quæ in principio conueniebant, dentur lentes factæ acetosæ cum aqua granatorum, & sumach, vel agresta, aut similibus. nam acetum, quia Galeno teste intestina facile abradit, caueri debet. Topica porrò medicamenta, quæ variolis, vt citius exiccentur, celeriusq; decidant, adhiberi possunt. sūt præsertim aqua salita, & suffumigatio cum tamarisco, aut cum myrto, & eius folijs, vbi ingens in eis adest humiditas, quæ tamen remedia solum vbi variolæ ad suppurationem deuenerint, administrari debent, ut autem aqua salita magis penetret, & vehementius exiccet, & si quid crudi sit perfecte maturetur, docet Auicenna vt ei crocus misceatur. vti si Recipiamus aquæ rosaceæ vnc. j. salis drach. j. croci scrop. semis dissoluantur omnia simul. aut etiam Rec. tamarisci, lentium, rosarum añ. drach. ij. aquæ lib. j. bulliant simul donec lentes decoctę sint, sed rosæ ponantur in fine, deinde colētur, & pro singula vnc. addatur salis drach. j. vel scrop. ij. si sensus ęgrotantis sit magis veges, & variolæ minus humidæ. hoc enim medicamētum est efficacissimum præsertim si camphoræ gran. j. & sandalorum scrop. sem. addatur. modus autem vtendi est, vt cotum in huiusmodi aqua tepida infusum variolis applicetur, & aliquanto tempore dimittatur, & aliquoties repetatur. neque tamen variolæ dolorosæ, neque eæ, quæ de nouo apertæ sunt, neque immaturæ saliendæ & exiccandæ sunt, ne vel dolor vehemens, vel apostema subsequatur. Pariter si æger dormiat super stratum cui farina milij, aut hordei, vel fabarum superponatur, aut his culcitra rara repleatur, velocissime siccari solent. Simili modo dum uariolæ exiccari incipiunt, ex farina iam dicta cum pauco croci, & olei rosati fiat linimentum & liniantur. Quod si ex uariolis vleus aliquod superueniat, ne dum rubeum, sed etiam album, seu de cerussa vnguentum cum camphora maxime probatur. aut etiam vnguentum ex cerussa, & lithargyro confectum. pariter probatur rasura radicum arundinum cum aqua rosata, aut rasura radicum salicis, aut sorbæ arboris cum eadem aqua. quod si in uaso crustæ relinquantur, vtendum vnguento ex oleo rosacco simplici in quo cerussa, & cadmia argenti, aut plumbi prius infusa & colata fuerint. Vt autem oculi à variolis præseruentur, in primo die ante uariolarum aduentum adstringentibus, & potissimum aqua sumach, cui aliquid camphoræ sit adiectum, nec non succo pulpæ granatorum qui optimus est. Cum autem apparent magis conuenit collyrium factum cum aquæ rosaceæ vnc. sem. & camphoræ gran. vj. & valida adstringentia, & ualide frigida deuitare. Quòd si albugo, aut caligo aliqua in oculo suboriatur saccharum candum & oleum de filtieis potissimum probatur. sicuti collyrium album oculo applicitum, ad eius variolas & earum uestigia eradicanda, conueniens est. Guttur autem à materia præfocante, & vlceribus præseruatur cum deglutitione paulatim facta succi granatorum ex roto granaro expressi, aut succi mororum, aut diamoronis cum aqua rosacea in augumento, & diamoronis cum aqua hordei & passularum in statu. Vt autem superiores narium partes ab ulceribus & olfactus læsione tueantur, cum rosacea aqua, & omphacio, & decocto sandalorum & aceto intus impositis madefaciendæ. pariter si acetum odoretur mirifice conducit. Pulmo uero à spirandi difficultate & phthisi præseruatur tum diatragagantho, tū potissimum succo lentium coctarū cum semine papaueris, qui lambendo sumi potest. intestina porrò ab ulcere & dysenteria, & trochiscis de spodio, de ribes, de semine acetosæ cum aliquo liquore sumptis, nec non adstringentibus clysterijs poterunt arceri

Gal. 11. metho. cap. 11.

Topica.

Medicamenta partes nobiles à variolis præseruātia.

ceri. Renes demum à ſanguinis mictu tuebuntur carabis puluerizatis ad drach. ſem. cum ouo recenti deuoratis, vel vt medicamẽtum ad renes facilius feratur & ibi diutius detineatur, hoc modo paretur Rec. pulueris ſubtiliſsimi carabes drach. ſem. pulueris citrach, reſinæ terebinthinæ añ. ſcrop. j. et fiant pilulæ iij. quarũ duæ per quatuor horas ante prandium, vnà vero per tres horas ante cęnam aſſumi poterit. Quod ſi eis ius aliquod aut adiantho, aut citrach alteratum ſuperbibant, facilius ad renes deducẽtur. Ne autem in facie potiſſimum variolarum veſtigia remaneant manus pueri deligentur ne ſcalpant. & facies hoc vnguento liniatur. Rec. farinæ lentium, lupinorum, fabarum, orobi, lithargyrij, ceruſſe ablutæ, cadmiæ añ. drach. ij. cum oleo liliorum & axungia aſinina fiat linimentum. Quo quidem medicamento variolarum veſtigia quinetiam poterunt eradicari. Cui etiam intentioni optime ſuccurrit medicamentũ Raſis quod Recip. lithargyrij nutriti, radicis arundinis, oſſium vetuſtorum, farinæ cicerum, farinæ orizæ, ſeminum melonum mundatorum, ben, coſti, añ. quantũ libet, hæc cum mucillagine fœnigræci, & ſeminis lini miſceantur, & hoc medicamento patientis facies liniatur in nocte, & in mane cum ſacculo ex furfure, & violis infuſo in aquæ calida abſtergatur. Victus autem vſque ad ſtatum incluſiuè tenuis eſſe debet, ſed in principio & ebullitionis tempore debet eſſe refrigerans, incraſſans, & aliquatenus adſtringens, non tamen ventrem cohibens: in variolis autem ad ſiccum, in morbillis ad humidum declinans. Vnde ebullitionis tempore carnes, oua, vinumq; caueantur: & lentibus bis elixatis cum ſucco granatorum, aut limonum permixtis vtantur. apparentibus autem variolis aperientibus vtendum, vt ptiſſana hordeacea, vel panatella cum emulſione ſeminum melonum. & ſi febris non adeo vrgeat, vnà cum hordeo, vel iure, ex quo ferculum cum pane conficitur, radix apij, vel fęniculi decoquatur. quo etiam tempore ficus, & paſſulæ enucleatæ concedi poſſunt. Potus ſit aqua hordei primo chalybeata ad viſcera roboranda, deinde ad euacuationem per cutim promouendam cum iam dictis aperientib. & ficubus alterata. Poſtmodum vero quanto magis ad ſanitatem accedunt, tanto magis craſsiori dieta erunt alendi. Quod ſi ſyncopes immineret, etiam ſi materia in intimis partibus copioſa conſiſteret, pleniori victu, vt pullorum, gallinarum carne, ouis, & ſimilibus occurrendum eſſet. Aer vt plurimum calidus eſſe debet vt motum materiæ ad circumferentiam adiuuet. Si tamen febris & ebullitio intenſa ſit, temperatus potius tunc temporis eligatur. ſicuti frigidus eſſe debet, dum ſyncope, aut animæ defectus imminet.

Variolarum veſtigia radicantia.

Victus ratio.

De Febre putrida, Symptomatica. *Cap. XXXII.*

QVID putrida febris ſymptomatica ſit & quotuplex ipſius differentia in vniuerſali de putridarum febriũ differẽtijs tractatu demonſtrauimus. Vel. n. ex alicuius determinatę partis fixa contumaciq; obſtructione, vel calido tumore & inflammatione fieri oſtenſum eſt. ab intermittente aũt febre facillimę diſtinguitur, quia ſymptomatica ad infebricitationem nũquam deuenit, dũ. n. vel in ſpatijs poroſitatibusq; partium, aut etiã in venis, aut arterijs pertinaciter infixa materia putreſcit, natura nullã ipſius expulſionem & à reliqua materia ſeparationem poteſt moliri, & ſubinde perfecta putredo, & febris, quæ hanc comitatur, eouſque perdurant, quoúſque vniuerſa, aut obſtructionis, aut inflãmationis materia, & contentiua cauſa, vel abſumpta, vel digeſta, aut concocta diſcuſſaq; & euacuata fuerit. A principali aũt continua ſecernitur, quoniam etſi vtraq; continua ſit, putredinisq; notas exhibeat, nihilominus ſymptomatica nullis ferè ſtatis periodis exacuitur: & vrinæ nullum putredinis indiciũ habent, niſi ex affecta ſede putredo in venas pmeet. Inſuper principalis continua febris, vt plurimum vehemens, & exurens eſſe ſolet, in qua nullum determinatæ partis affectæ, & phlegmone correptæ ſignum elucet: ſymptomatica vero aut lenta eſt, & potius remiſſa, vel alicuius viſceris particularis inflammatione obſceſsi indiciũ profert. à ſymptomatica vero continua nõ tñ putrida ſeparatur, qa pter alia ſigna, in ipſa neq; in vrinis, neq; in pulſu putredinis notæ deprehẽdũtur, ſed arteriarũ diaſtoles velocior eſt ſyſtole, & interna quies externa breuior eſt, vt alibi diximus. Quod ſi humor in venis alicuius partis proprijs putreſcat, ita vt febris ab occulta obſtructione procedat, quæ alicui viſceri impacta ſit, febris illa ſymptomatica exoritur, quæ præcipue lenta vocatur, & ſi non in principio, ſaltem in progreſſu affectæ partis notas exhibet, & eſt

Differentiæ. Signa.

Signa differentiarum. Signa obſtructionis.

omnium putridarum, quæ continuæ sunt, mitissima: æger à nullo graui symptomate premitur, ita vt sæpe se ægrotare prorsus ignoret. putredinis tamen signa nonnunquã in vrinis cernuntur. pulsus frequens velox & inæqualis est, non tamen magnus, aut vehemens. imo nec durus, dummodo aliqua neruorum tentio, aut siccitas non adsit, vt ex frigidæ potu, aut lauatione, immodico fructuum esu, alimenti inopia, immodicis vigilijs, exercitijs, inanitione, aut solis feruore nimio contingere solet. Vires autem adeo prosternuntur, vt æger progredi vix possit, & carnosæ partes, etiam si nutriatur æger, liquescunt. quomodo autem determinatum viscus obstructum distinguatur, alibi patefecimus. oportet autem hypochondria potissimum diligenter, & ratione quæ circa proprias partis actiones & vsus versatur, & tactu ipso examinare. Altera autem ex parte si symptomatica putrida febris inflammationem alicuius visceris insequatur, affectæ partis indicia fere statim apertissima sunt, quæ quidem pars ex earum est numero, quæ interiores, maximeq; principes & cordi propinquæ sunt. Quum enim aut externa, aut distans a corde est inflammatio (nisi sit admodum magna) solum ephemera febris accenditur, quia solus calor per partem post partem cor inuadit, non autem putridus vapor talisve fuligo. at si pars interna & cordi vicina, & pluribus vasis referta phlegmone, aut erysipelate afficiatur, putridas fuligines & nonnunquàm putridos humores in cor mittere solet, quo fit vt tum febris intẽsa & acuta vt plurimum accẽdatur (non tñ ita vehemens & intensa, vt in causone, quia putredo nec sparsa, nec adeo ad exteriora mota est) tum in pulsu & vrinis putredinis signa manifestiora sint, tum pulsus manifestam, vt ait Galenus, duritiem proferat. Insuper omnis inflammatio, inquit ipse, communem pulsum veluti serrantem habet, cum aliqua vibratione, qui etiã celer & creber est, non tamen perpetuo magnus. nascenti autem inflammationi maior iusto & vehementior & celerior, & crebrior est. augescenti adhuc, cum illa omnia increscunt, tum clare iam durior & magis vibratus est. Vigescenti autẽ manifestior est, duriorque, ac vibratus magis: sed minor est quàm dudum, non tamen languidior, nisi facultatem excedat affectus: quo casu crebrior fit, & celer. Quæ si diuturnior sit, & in scirrhum iam indurescat, accedit illis gracilitas pulsus, & durities. Hæc inflammatio habet, quæ pulsum per totum corpus immutat, vel quia magna est, vel quia principem partem insidet. si vero vniuersum corpus non afficiat, pulsus in parte inflammata talis erit. Crescunt aũt quæ diximus singula, diminuunturq; aut pro inflãmationis quãtitate, aut pro ipsius instrũ inflãmati natura: partes.n. neruosiores, duriores edunt pulsus, magisq; serrãtes, & minores. Venosiores vero, & arteriosiores contra, ac inter eos maior est in arteriosiorib. atque inæqualis facile fit, inordinatusq;. ex quib. liquet qui pulsus sit illorũ, quibus inflãmatum iecur est, vel lien, renes, vesica, colon, vterus, vẽtriculus: præterea phreniticorũ, pleuriticorum, & peripneumonicorũ, & breuiter oĩum, in quibus partis inflammationes comitatur febris: nisi quibus in locis ob symptomatum naturam, quæ tum necessario illos consequuntur, tum casu adiuncta sunt, prout quodque possit mutare, ita pulsus contingat variari: vt mista ibi mutatio fiat, & quæ inflammationi congrua est, & quam loci natura, vel præsentis inducit symptomatis. Quibus enim inflammatum est septum transuersum, hi conuulsionibus sunt opportuni: quibus pulmo suffocationibus; quibus ventriculi os, syncopis: quibus iecur, atrophiæ: quibus ventriculus, cruditati: quibus renes, vrinæ suppressioni. Ad hæc partes insigniore præditę sensu, etiam dolorum nomine pulsus mutant: quę minus sentiunt, pro affectu tantum. vrinæ vero, quamuis in relatione ad ephemerarũm vrinas putredinis notas contineant, nihilominus in putridis quæ sequuntur inflammationes vrinæ secundum plurimum sunt ad albedinem declines si ad vrinas putridarum principaliũ conferantur, quia propter declinationem & fluxum materierum ad inflammatũ membrum vrinæ parum tinguntur, & colorantur. His autem signis quæ tum ex pulsibus, tũ alijs propositis desumuntur, vt particula inflammata certius dignoscatur, tum dolor, & grauitas, & caliditas, & tumor tẽsioque, & durities particularis membri, tum ea omnia addenda sunt, de quibus in istarum partium morbis & inflammationibus potissimum disseruimus. & nõ solum iam commemoratarum, verum etiam aliarum quarum inflammationes putridam & symptomaticam febrem accendunt, vti sunt nerui qui ad meatus auditorios perueniunt, gutturis & ceruicis musculi, & id genus aliæ ab Auic. quoque propositæ. Qui quidem ait, quod inflammationes, quæ in glandulis & emunctorijs post aures in subaxillis & inguinibus propter menti, aut labiorum & colli, aut manuum, aut penis, & crurũ pustulas, vel vlcera materias trahentia solent oriri, quandoque

Signa inflammationis.

De inflãmationũ pulsu.

Gale. 1. de differ. feb. c. 7. & 3. de præsag. expul. ca. 7. & lib. de puls. ad Tyro. c. 9.

doque

doque putridas, nonnunquàm ephemeras accedere consueuerunt. vti in Hipp. aphor. legere est, qui ait. in bubonibus omnes, febres malæ præter ephemeras. subdit autem Auic. quod ab intrinseco apostemate fortasse non accenditur febris siue putredine. inquit autem fortasse, quoniam si inflāmatio, alioquin partis internæ, sit parua, a cordeq; distans, vt exempli causa in recti intestini extremitate, ephemerā producere potest. imo quędam apostemata, vti glandulæ, & scrofulæ nullam febrem generant, & itē similes particulæ quę nec per se, nec ex accidenti calidæ sunt. subdit autē Auic. quod inflammationum febres penes vehementiam, & debilitatem uariant, prout uel cordi propinquiores, uel ab eo remotiores existunt. Dum autem subiungit quod inflammationes, quæ sunt in membris carnosis, ijs, quæ in membranis, & neruosis partibus consistunt, febres procreant uehementiores, id sano modo intelligēdum est. nam febres, quæ fiunt propter inflammationem carnosæ partis, copiosiorem quidem obtinent calorem; neruosarum autem partium inflammationes & harum febres, penes symptomata, & potissimum dolores, uigilias, conuulsiones, & similia, uehementiores sunt. Tandem inquit Auic. quod inflammationum, quæ sunt arterijs propinquæ, febres uehementiores sunt, quam earum, quæ uenis sunt uicinæ, quia maior fit cordi communicatio per arterias, quàm per uenas reliquis paribus. nec ualet si quis obijciat lienis inflammationem iecoris inflammationi comparatam, quæ quidem, licet splen pluribus sit consertum arterijs, iecur autem minime, attamen iecoris inflammatione debilior est; non enim seruatur in reliquis parilitas, quia iecur arteriæ magnæ magis propinquum est, quàm lien, & insuper hepar cum corde per uenam cauam, quæ maxima est, immediate colligatur. Splen uero non immediate per magnam arteriam cordi associatur. Quod autem erysipelata præter alia accidētia, & febrem, & sitim, & uigiliam intensiorem producant, ex sæpius alibi dictis clarissimum est. Neque minus apertum est, quod nonnullæ inflammationes diuturnam febrem producunt, ut uteri inflammatio, quædam breuem vt membranarum cerebri, & multo magis ipsius met cerebri, & pulmonis. pariter nōnullæ febrem creant magis letalem, vt hepatis, pulmonis, & cerebri, aliæ minus letalem vt renum, & vteri. Hæc autem diuersitas ne dum ex affectus, & inflammationis magnitudine (nam magna inflammatio breuiorem & periculosiorem febrem parua mitiorem & benigniorem & minus periculosam sui natura producit) & maiori vel minori virium robore: Verum etiam ex inflammatæ partis actione nobiliore vel ignobiliore, sensu magis, vel minus exquisito, & maiori vel minori ad cor vicinitate & cum ipso colligātia peculiariter dependet. Inquit autem Auic. quod febres inflammationum quandoque producuntur, & diuturnæ fiunt, & hecticam febrem inducunt, præsertim dum in hepate ipso fiunt, propter nutrimenti defectum. Quæ autem in membranis cerebri, aut similibus contingunt, licet confirmentur, & figantur, & rebelles fiant, non tamen vsque ad hecticam expectant, quia prius moriuntur. Vnde Gal. de apostematibus diaphragmatis sermonem habens, inquit se multoties obseruasse hæc interfecisse priusquā spirandi difficultas, & desipientia complecantur. Tandem notat Auic. quod dum inflammatum membrum principali mēbro proximum est, aut vehementer cum eo colligatum, aut vehementi sensu præditum, atque neruosum: tunc cum febris vehementia & inquietudo magna, & conuulsio superuenire solent. Et ex his quæ de inflammationum signis, & præsagijs diximus, facillimum est colligere, quæ nam signa atque prognostica diuersarum partium obstructiones promant. Simili modo cum vel ratione crassæ, vel viscidæ materiæ in symptomaticis febribus obstructiones fiant (in his enim copiosa simpliciter materia fere locum non habet) ex signis vel pituitæ, vel melancholiæ redundantis, quæ nam earum causa contentiua sit, facile cognoscitur. inquit autem Auic. arteriarum obstructiones, ijs quæ venas obsident deteriores esse, & adhuc prauiores illas censeri debere, quæ in membris principalibus consistunt. Qui etiam asseruit, ex Gal. sententia, quod sicuti humorum multitudo phlebotomia, aut ventris fluxu submouetur, ita ipsarum crassities, atque viscidítas attenuantibus, incidentibus, & abstergentibus aufertur, sed quibus materijs atque præsidijs hæc peragenda sint, tum in capite de iecoris obstructione, tum potissimum in vniuersali putridarum curatione docuimus. id in præsentia addere licet tum remedia aperientia, tum eorum vehicula, siue intus, siue extra administrētur, semper determinatas partes obstructas respicere debere. obstructiones autem ea lege & ijs medicamentis tollendæ erunt, quæ febrem, quantum fieri poterit, minimum adaugeant. & si febris vrgebit, aperientibus, quæ refrigerant, aut saltem minimū calfaciunt,

Prognostica.

Gal. 10. meth.

Auic. loc. cita. c. 14.

Aui. 4. 16. 24.

Gale. 2. meth. c. 8.

Indicationes & curatio.

Ad obstructiones.

Auice. loco cit. faciunt, & longiori tempore occurrere oportebit. Insuper in crassi humoris resolutione & attenuatione duæ res contrariæ, ait Auic. semper cauendæ sunt, quarum vna est resolutio imbecilla, quæ materiam & obstructionem auget: reliqua vero resolutio fortissima, qua materiæ portio tenuior in vaporem, crassior & densior in lapidem côuertitur. Vnde cum fortis resolutio necessaria est, adiuuanda est leui emolitione, eligendo medicamentum tenuium partium, mediocri calore præditum, neque supra modū exiccans, vt sensim per halitum digerat, & infarctus ex toto referet. Præterea dū membrorum principalium obstructiones curamus, optimum est ex Auic. vt in aperientib. adstrictio, seu stypticitas, & subtilitas seu tenuitas côiungantur. quoniam ratione adstrictionis aperientis nocumentum, & innati caloris membrorum dissolutio prohibetur. Dum vero de febrium inflammationes comitantium curatione agit; inquit harum curationem eam esse debere, quæ febribus acutis competit, ita tamen vt duo scopi a nobis respiciendi perpetuo sint, quorum primus atque præcipuus est inflāmatio, reliquus vero febris ipsa. Primus autem scopus, cui maxime intendendum est in curatione, est ipsa inflammatio, tamquā radix & fundamentum ipsius febris, & a qua febris in fieri & conseruari dependet. inquit autem Auic. his febribus eam curationem deberi, quæ febribus conuenit acutis, quia eius intentio fuit curationem earum febrium proponere, quæ inflammationes & apostemata calida consequuntur, nam febres apostemata frigida consequentes, aut parum, aut nihil ad sese curationem trahunt, quia tāquam imbecilles & remissæ omnino despiciuntur, & ex toto fere curationi frigidi tumoris incumbimus: dummodo febris hectica non sit, quæ tamen raro, & non nisi post longum tempus accidere consueuit, nisi forte tumor aut in pulmone, aut pericardio aut simili parte debitam cordis ventilationem impediente, aut hepare, vel ventriculo, a quibus vniuersi corporis alimentum subtrahitur, infixus sit. tunc enim hectica febris velocius suboritur. Ad hæc, dum ait, primum apostemata curationi intendendum esse, dictum hoc non semper, sed vt in pluribus verum est. quoniam si forte febris adeo intensa esset, vt corpus exureret, arefaceret, & vehementer siccaret, procul dubio febris curatio inflammationis curatione dignior censenda esset: & quamuis inflammatio frigidam prohiberet exempli causa: nihilominus aquæ frigidæ potus competeret, hic autem curationis ordo ab eo propositus non respicit ordinem penes tempus, sed penes dignitatem. quoniam ambæ indicationes & quæ ab ipsa inflammatione, & quæ ab ipsa febre desumitur, simul tempore sunt explendæ. sed inflammationi, quia dignior, & magis vrget, & habet rationem causæ, magis incumbendum est, quod vt in pluribus, vt diximus, verificatur. Vnde inquit Auic. quod quamuis ratione febris refrigerandum & humectandum sit, nihilominus in his febribus potus aquæ frigidæ non conceditur (dummodo erysipelata non comitentur) ne inflammationis materia incrudescat. similiter in his introitus balnei non admittitur ne praua & putrescens materia, vt monet Gal. ad partem inflammatam vehementius fluat. Pro curatione autem calidorum tumorum & inflammationum, quæ nā indicationes hauriantur in partium morbis submouendis sæpius declarauimus. oportet enim & materiam antecedētem, quæ vel actu fluit, vel fluere potest ad locum tumore obsessum, & materiam iam influxam quæ tumoris contentiua causa est, respicere. Ratione prioris oportet euacuatione, diuersione, & interceptione vti. euacuatio vel uenæ sectione potissimum, vel cucurbitulis & scarificationibus, aut hirudinibus; vel ventris solutione lenientibus. s. concoquentibus, & purgantibus peccantem humorem, & tumore affectum membrum respicientibus absoluitur. ita tamen vt ea euacuantia pharmaca præsertim adhibeantur, quæ moderata sint, & febrem non adaugeant, & antecedentem materiam, citra coniunctæ agitationem, euacuent. Diuersio vero cum euacuantibus iam dictis, clysteribus, & cucurbitulis non scarificatis, & id genus alijs perficitur. Quemadmodum fluxus, interceptio cum adstringentibus supra vasa ad membrum læsum deuenientia administratis, cum incrassantibus, materiamque conpingentibus, veluti sunt syrupus de papauere aut similia medicamenta, absolui potest. Ratione autem materiæ coniunctæ & tumoris contentiuæ causæ oportet primum repercutere, nisi quid prohibeat, deinde transacto principio partim repellere, & partim digerere, seu discurere, postmodum, dum morbi summus vigor iam pertransijt, & malū incipit declinare, sola resolutione, & discussione vti. Quod si inflammatio in suppurationem abeat concoquentibus seu pus mouentibus adiuuanda, & postea disruptio, nisi sponte succedat, & motibus & auxilijs rūpentibus intus assumptis, molienda est, & tan-

Ad inflammationes.

& tandem tum abstergentibus, tum adglutinantibus occurrendum. Quod si tumor fuerit erysipelas vnà cum Auicen. tum repercussioni, tum refrigerationi vehementi, ne corpus in marasmum incidat, incumbendum est; & proinde supra partem affectã medicamenta tum potestate, tum actu frigida, vti sunt succus portulacæ, lactucæ, sem peruiui cum aliqua farinæ hordei portione ponenda sunt. Quæ etiam incessanter super niuem & infrigidari, & permutari debent. quod si tanta refrigeratione opus non sit. sed potius dolorem mitigare studeamus, nonnunquam, ait Auicen. cum iam dictis oleum rosatum omphacinum commiscendum est. Quamuis enim Auenzoar in affectibus erysipelaceis & dominante bile oleum perrimescat, quia. s. facilè inflammatur: nihilominus dum calor non est ita intensus, vt tanta refrigeratione opus non sit, sed potius ratione nimiæ tensionis vrgeat dolor, oleum rof. potissimum omphacinum tuto adhiberi potest, demum inquit Auicen. quod si patiens lactucas comederit potissimum ablutas aqua calida (ratione cuius nitrosæ partes separantur, & magis refrigerant) sed actu frigidas loco cibi erit satis tenuis dieta, & medicamentosam quinetiam vim habebunt, neque ipsarum flatuosa portio timenda est, quia à vehemẽti erysipelatis calore facilè discutitur.

Auẽz. Theis. c.8.

De putridis febribus compositis, & Hemitritæo. Cap. XXXIII.

Cõtinuatio; Differentiæ.

PVTRIDIS febribus, quæ simplices erant, absolutis, ad compositas pergendum est. Putrida febris nonnunquam cum febre diuersi generis complicatur, veluti dum aut cum ephemera, aut cum hectica componitur, quandoque cum febre eiusdem generis, sed diuersæ speciei, veluti si tertiana cum quotidiana, aut putrida principalis vnà cum putrida febre symptomatica coniungatur. Interdum uero, quod sæpius contingit, cũ febre eisdẽ met speciei connecti solet, sicuti dum sæpissime, aut duas, vel tres tertianas, aut duas, vel tres, aut plures quartanas simul complicari videmus. subdit autem Auicen. quod si tres tertianæ componantur, & secundum coalternationem fiant, ita vt earum quælibet post eradicationem alterius ingrediatur, fiet accessio in die tertio uehementior, quoniam prima accessio tertiæ tertianæ cum secundo primæ coniungitur, & ita diebus imparibus duæ accessiones connectuntur. quo fit, vt febris hæc hemitritæi, de quo post, similitudinem gerat, sicuti duarum tertianarum, & triam quartanarum compositio pituitosæ febris accessionibus assimilatur. Qua de re in febribus dignoscendis, non oporret, vt Medicus solum accessiones, & earum ordinem, & typum, ut uulgares faciunt, perpendat; sed earum symptomata propria, ait Galen. ut eas rectè discernat, sedulo considerare debet. Quibus autem modis eiusdem generis, diuersæ tamen speciei, febres putridæ complicentur, satis superque in sermone de ipsarum differentijs vnà cum Galeno declarauimus. Vel enim intermittentes inuicem copulantur, vt tertiana cum quotidiana, vt ait Gal. quæ tamen hemitritæus non dicitur, sed caret nomine, nam hemitritæus ex genere continuarum est: vel tertiana cum quartana; perquam raro tamen intermittentes diuersarum specierũ cõplicantur, idque si quando accidat vix primis diebus animaduerti potest. Vel continuæ cum intermittentibus permiscentur uti dum quotidiana continuã cum tertiana intermittente commiscetur, & fit hemitritæus, idest semitertiana febris, quæ ita à priscis Medicis fuit nuncupata, quoniam eius sola pars dimidia tertianam complectitur, non autem vniuersa eius natura, cum ex continua, quotidiana, & tertiana conflata sit, atque confusa. Quam quidem rectius Hippoc tertianæ naturam referentem vocauit, quoniam fieri deteriorem in criticis diebus (vt in hac febre accidit) tertianæ naturam referentium est proprium. Quod si ambo putrescentes humores bilis, scilicet, & pituita æquipotentes fuerint, exquisitus oritur hemitritæus. Sin alter præpolleat non exquisitus fit, ait ipse. Sed si bilis exuperet, ardentior fit, & tertianæ magis affinis; sin pituita, mitior magisque quotidianæ particeps. Vel ex tertianæ continuæ, cum quotidiana intermittente connexiones fiunt, & oritur febris, quæ contrario modo se habet, quam exquisitus hemitritæus, nam continuitatem ex bile [illegible], horrorem ex pituita, reduplicationes ex pugna mutua, præsertim [illegible] vires æquas vires habuerint. Hanc tamen (licet contrario modo se habeat, [illegible] dicta) semi-

Auic. 1. 4. tra. 4. c. 16. & Gale. 2. de cris. c. 7

Gale. 2. de cris. c. 9.

Gal. 2. de diff. febr. c. 8. & 2. de cris. c. 9.

Hip. 1 epi. sec. 2. tex. 25. Gal. 1. in 1. epi. c. 23. & 2. in 1. epid. 25. G. loc. cit. & 2. de cris. c. 9.

Hemitritæus Hemitritæus exquisitus & nõ exquisitus.

semitertianã siue hemitriteum vocare libet, quia ei persimilis iuxta formam, & progressum existit, & exquisita fiet, si humores æquam vim habnerint, non exquisita eorum alterutro exuperante. Dum autem ex duabus continuis complicationes fiunt, vt quotidiana, tertianaque continuis hemitritæus non oritur, quia hemitritæus multas habet reduplicationes, vt hac de causa ab Hippoc. vt monet Gal. horrificus dictus sit. Quæ vero de biliosa & pituitosa simul mistis dicta sunt, eadem ex eiusdem Gale. testimonio ad melancholicam licet transferre, & eius cum vtraque illarum complexionẽ, & confusionem pariter coniectare. Quando enim hæ febres complicatæ sint, & earum accessiones horis differentibus inuadant, earum complexio oritur, inquit ipse, si eodẽ tempore inceperint, earum confusio generatur. Addit autem Auicen. quod quidem à Gal. desumpsit, quod nonnunquam cum hemitritæo alia tertiana, & pituitosa, & melancholica componi potest. & si cum tertiana componatur hemitritæus, tertiana eradicatur, puro remanente hemitritæo. quod si aut cum pituitosa, aut cum melancholica combinetur eradicatur hemitritæus, pura, vel pituitosa, vel melancholica remanente. quod est intelligendum quotiescunque in hemitritæo pituita, & bilis, quæ hunc efficiunt, & accessiones antecedunt, non adeo adinuicem distant, sed potius iuxta positę sunt. Tunc enim pituita bilis resolutionem remoratur, & contra bilis pituitæ resolutionem accelerat, quod si bilis & pituita in hemitritæo in diuersis & distantibus fomitibus aut mineris subsistant, id non contingit. imo quotiescunque diuersæ febres connectuntur, vt in hemitritæo, siue sint duæ intermittentes, siue duæ continuæ, siue vna continua & altera intermittens, semper quæ sui natura acutior est, prius eradicatur, diuturna pura remanente. Quod si febres eiusdem speciei permisceantur, aut vna intermittens, cum eadem continua, aut duæ intermittentes, aut etiam duæ continuæ, vt ait Auic. inuicem complicantur. Dum vero intermittentes copulantur, vel duplex fit quotidiana, quũ singula quaq; die vigintiquatuor horarum æquinoctialium duæ accessiones typis definitis contingunt, quod tamen rarissimum est. Vel duplex tertiana, quæ frequens admodum est, cuius accessiones quotidie fiunt, sed nec pares, nec ijsdẽ horis: ferè enim quæ diebus imparibus fiunt accessiones, similes inter se sunt, & ijs dissimiles, quæ in dies pares incidunt. duplex autem tertiana à simplici ferè initium habet, cui deinde accedit, & altera: & implicatarum vna, quæ potissimum breuior est & mitior, prior terminari solet, altera perdurãte. Vel duplex, aut triplex quartana, quæ non minus frequens est. quarum illa duobus diebus exercet, & vno intermittit: hæc autem quotidie accessiones habet, easque raro pares. Vtraque autem ex simplici oriri solet. cui deinde altera, postea vero & tertia ad illas se applicat. Has omnes à quotidiana typus distinguit, quod sint quotidianæ similes inter se accessiones. harum vero dissimiles, & licet nonnunquam similes contingant, attamen ex proprijs signis facilè internoscuntur. Neque enim duplex tertiana similes, atque quotidiana inuasiones & accessiones efficit, nec triplex quartana similes, atq; tertiana duplex, aut quotidiana. nec similes causæ euidentes sunt, quæ melancholiæ, aut bilis, aut pituitæ dominiũ proferant. Quod si tertiana intermittens tertianæ continuæ iungatur, à tertiana cõtinua distat, quod huius exacerbationes sine horrore, rigoreue præhendant, nulloque sudore inclinent: in illa vero contra à rigore incipiunt inclinantque cum sudore: nec tamẽ vt in intermittente sudorem sequitur integritas, sed alterius continuatio, & idem de reliquis vti quartana continua cum quartana intermittente dicendum est. Verũ hoc in loco Ferne. Auicen. malè carpit, dum habet continuam putridam febrem cum continua dumtaxat confundi, non autem implicari, absurdumque esse quod scribit Auicen vnius continuæ putredinem ex vno loco, alterius ex altero effundi, quia reuera, inquit Ferne. in vtraque humores in venis putrescunt maioribus, in hisque agitati putrescunt. quã quidem Fer. sententiã, vt alij probarẽt ita ratiocinati sunt. Si bilis exempli causa, secundum partem in venis putrescat, putredo accensa in vna parte bilis, quæ febrem tertianam continuam producit, per reliquam vniuersam bilem, quæ in venis continetur, procedit, tum quia venæ inuicem continuæ sunt, tum quia bilis in venis contenta sibi ipsi continua est. ergo ex ipsa bile duæ febres fieri non possunt, quia sequeretur, quod vnaquæque febris esset duplicata, aut etiam magis multiplicata, cum quilibet humor in duas & etiam plures partes diuisibilis sit. Quæ tamen sententia iure optimo ab Auic. fuit reiecta. quoniam si forte accidat, vt non omnes bilis in venis contentæ portiones sint pariter ad putrescendum paratæ, sed verbi gratia duæ solummodo, & hæ duæ portiones sint loco & fomite omnino distinctæ & separatæ, &

Gal. loc. cit.

Auicen. loc. cit. c. 16.

Gale. 2. de cris. c. 9.

Fern. 4. patho. cog. c. 15.

Duæ febres putridæ continuę componi possunt.

quæ

quæ has mediant portiones minime ad putreſcendum paratæ ſint, procul dubio, ſi duæ illæ portiones ſeiunctę putreſcant, duæ tertianæ continuæ gignũtur, quia vtriuſq; cauſa tam contentiua, quàm antecedens diſcontinuæ omnino ſunt. & fieri etiam poteſt, vt primo die exempli gratia vnà portio ex his duabus putreſcere incipiat, & putredo incrementum, & vigorem declinationemq; ſuſcipiat: altero autem & ſecundo die alia portio putreſcere incipiens maiorem exacerbationem pariat, & ſic deinceps tertius dies primo, quartus autem ſecundo, penes febris, & ſymptomatum remiſſionem, & vehementiam, proportione reſpondeat. vnde fiet illa tertianæ continuæ ſpecies de qua Galenus meminit, dum dixit, quod nonnullæ bilioſæ continuæ de tertia in tertiam diem exacerbantur, ſed media quinetiam die acceſſionem faciunt, quemadmodum in earum tractatu declarauimus. quoniam ambæ portiones bilis loco ſeiunctæ putreſcentes, dum portiones acceſsionum contẽtiuæ cauſæ diuerſo tẽpore mouentur, & exagitantur, atque putreſcunt, proprios & diuerſos inuicem periodos producunt. & quod de bile diximus, idem de reliquis humoribus ſtatuendũ eſt. ſi enim ſanguis in vno loco contentus, exempli gratia prope clauiculas, vitiatus ſit, & propter praui alicuius humoris miſtionẽ putreſcat, & ſimiliter ſanguis qui prope inguina cõtinetur ob eaſdem cauſas putredine corripiatur, reliquo ſanguine probo exiſtente, procul dubio duæ ſynochæ diſtinctæ excitantur. Vtrum autem duæ febres ſimul incipientes, ab vnica, quæ à tanta materia putreſcente producatur, quanta materia ambarum eſt, in reliquis, & ſymptomatibus, & magnitudine differat, affecto loco excepto, inutile, & fruſtratorium eſt quærere. Quod aũt nõ raro continua principalis vnà cum continua ſymptomatica coniungatur, ita vt ne dum in parte inflammata, verumetiam in venis materia putreſcat, clariſsimum eſt. & ob id ſcribebat. Auic. quod ſæpius ſanatur apoſtema in pleuritide exempli gratia, aut alijs inflammationibus, & remanet febris: & ſignificat tunc, quod mundificatio non accidit. quoniam inflammatio non eſt totalis & adæquata febris cauſa, imò pars materiæ, quæ febrẽ creat, inflammationem ipſam produxit, vnde accidit inflammationem, ceu à pauca pendentem materia, ante febris terminationem finiri. Porrò compoſitionum modi, ſeu ſpecies, vt notat Auicennas, tres ſunt, intrans videlicet, coalternata, & communicans. eſt autem intrans (ſubdit ipſe) vt vnà febris ſuper alteram ingrediatur. coalternata uero, vt poſt alterius eradicationem, ſeu intermiſſionem incipiat. communicans dum vnà cum ipſa initium ſumit. Hãc tamen tertiam ſpeciem Galenus, vt ſupra expoſuimus, nõ quidem complexionẽ, ſed confuſionem eſſe voluit. Quod ſi quis vnà cũ Auic. compoſitionem appellabit, is à rei natura non recedet, quia re vera ſunt duæ febres realiter diſtinctæ, ſed ſimul complexæ, licet earum calor & ſymptomata à primo earũ ortu ſimul confundantur, vt voluit Gal. Neq; hac in re Fern. vllo pacto audiendus eſt, dum nothas febres inter compoſitas, ſed confuſas repoſuit. nã nothæ febres ſimplices ſunt, non autem complexæ, quia licet à duobus humoribus eodem tempore putreſcentib. pendeant, attamen hi diuerſi humores non ſolum in eodem met loco ſubſiſtunt, verũ etiam adeo permixti & ſimul ad minima redacti ſunt atque confuſi, vt vnius ferè naturæ atq; complexionis euadant, vt aliàs docuimus, quo ſit vt dum aggregatũ illud putreſcit, tum febris, tum ſigna elucent, quæ mediam quandam putreſcentium humorũ ſimul mixtorum naturam ſapiunt: ſi tamen par ſit ipſorum modus, tunc.n. vix vllum definitum genus ſignari poteſt. ſi aũt impar plus pollentis nomen ſortitur. & ſi bilis cum pituita exactè mixta ſit, ſed in mixtione prædominetur, & ambæ ſimul & eodem tpe putreſcãt, oritur tertiana, ſed notha, quæ tñ vnica, atq; ſimplex putrida febris exiſtit. Si vero duo humores eodem tpe putreſcere incipiant, & ſint in diuerſis locis, aut etiam in eadem minera, atq; contigui, non tamen inuicẽ mixti, & vt ita loquar, ſimul cõplexionati, tunc nõ vnica & ſimplex eaq; notha, ſed cõpoſita febris oritur, quam tñ confuſam Gal. communicantẽ Auic. appellauit. Illud autem circa tres compoſitionis ſpecies notandum eſt, quod quemadmodum ſecunda ſpecies intermittentiũ propria eſt, ita reliquæ duæ tum cõtinuis tum intermittentibus competere poſſunt. cõpoſitio enim, quã introeuntem vocat Auic. nedũ in his, quæ ad integritatẽ deueniunt, febrib. verũ ẽt in his, q̃ ſui natura cõtinuæ, aut cõcluſæ, & ſynochę ſunt, ſæpius contingit. idq; in quocunq; tũ particulari, tũ vniuerſali morbi tpe fieri põt. Cũ.n. ſanguis ſimplex nõ ſit, ſed ex multorũ humorũ mixtione cõpoſitus, & ſero multo pfuſus, dũ in eo accenditur putredo, hæc primũ quidem illius portionẽ inuadit, quæ ad putreſcendũ magis parata eſt, ab hac deinde aliã ipſi permiſtã, q̃ minus quã illa vitioſa ſit: & hoc modo

Auic. loco cita. cap. 13.

Differentiæ penes cõpoſitionis modos.

Gal. 2. de diff. febr. cap. 8.

ſenſim

sensim obrepens,(nisi remedijs impediatur) simul cum calore præter naturam augetur,& inualescit,nec prius desinit,quam partes omnes sanguinis putredini obnoxias, & vitiosas depopulata sit, & omnes venas peruagata, quidquid in eis putrescere aptũ erat,absumpserit. & quia hæ vitiosæ sanguinis partes sæpius,neque in eodem loco cõ tinentur, nec contiguæ sunt,neque eodem tempore putrescere incipiunt,sed vna post aliam,prout hæc vel illa magis,vel minus putredinali,&præter naturam calori resistit, hinc in continuis febribus aliæ febres complicatæ eæque per viam introitus ita vt vna febris priore non eradicata ingrediatur, sæpius suboriuntur. Hinc etiam propter vitiosi humoris sedes diuersas dissimilium symptomatum origo conspicitur:& alijs per febres lumbi maxime ingrauescunt, aut ardent: alijs præcordia siti æstuque flagrant: alijs vel animi defectio,vel summa spirandi difficultas molesta:alijs capitis dolor,vigiliæ,aut deliria,vt partis natura fuerit,quã putredo obsidet.Hinc & inordinatæ febres, quum priore relicto humore,putredo alterum adoritur.Hincque tandem febrium cõ positio,quum humores obsidentur varij: nec non fallaces prædictiones,quum priore putrescente humore iam fere edomito,concoctoque,alius alio in loco putrescere incipit,qui post concoctas vrinas,alias crudiores de se proferr. ex his autem,quæ tũ in hoc capite,tum in signis simplicium febrium proposuimus,nõ adeo difficile est febres complicatas cognoscere. Vnde scribebat Auicen.turpe quidem esse Medico scienti signa cuiusque febris,& accidentia eius, ut non percipiat compositionem à primo die, vel secundo. quod tamen Auicen.dictum non de compositione ephemerę cum putrida vel hectica, aut hecticę cum putrida audiri debet,siquidem ephemerę cum alijs cõ positio saltem per notabile tẽpus,fieri non potest. hectica vero raro à principio generatur. insuper paulo infra fatetur Auic. compositionem hecticę cum putrida ex earum numero esse,quę valde ambigua sunt. dum enim Medici remissiones,& principia rigoris & horroris,& sudores (si qui fuerint) post aliũ sudorem pręcedentem redeuntes,& horas accessionum particulares conspiciunt, arbitrãtur febres tantũmodo putridas esse,aut continuas,aut ex continua & intermittente compositas.hecticã autem prorsus abesse purãt,quia in ea neque intensiones aut augmenta, neque typi,neq; sudores apparent. Altera autem ex parte quidam sunt,ait Gentilis, qui dum vident febrem aliquã continuã,quę corpus exiccauit, cũ vrinę crassitie & tela vnctuosa in eius corona vel superficie,statim hecticam cum putrida complicatã esse putãt,&sępius decipiuntur,cum omnia hęc in pluribus putridis contingere possint. quare febrium compositio,quę à primo vel secundo die à Medico debet cognosci, est putridarum febriũ ad inuicem compositio. Quam vt melius cognoscamus, Auic.nonnulla proponit indicia,quorum vnum à Galeno desumptũ est, quod dum febres hæ compositę fuerint tertianę purę,earum accessiones ad breuitatem festinãt,& destruitur,vel imminuitur illa earum prius,quę reliquis imbecillior est. aliud signum est, horroris reditio post eius quietem & cessationem. potissimum si per notabile tempus redierit, postquam quieuit. Verum quoniã quãdoque febres ita ad inuicem componuntur,subdit ipse, vt appareat febris vna continua similis & vniformis, quę synocho similatur (vt enim ait Gal. cum plures febres inuicem complicantur,siue eiusdem speciei sint, siue diuersę, secunda plurimum anticipat aduenire, antequam prima in infebricitationem desierit,deinde rursus tertia eidem succedit priusquam,& hęc ad infebricitationem perueniat: hoc vero maxime accidit in longioribus accessionibus:nam in his, quę intra primum interstitium.i.duodecim horarum spatium,vel multos necesse est cõplicari circuitus,uel eam,quę ex intermittentibus componitur, impossibile est ad continuitatẽ peruenire)ideo monet tertio,vt,pro cognitione compositionis earum,accedamus ad significationes ipsarum. & potissimum pulsuum coarctationes submissionesve, aut cõ tractiones obseruandę sunt, quę quidem fiunt,dum accessiones subingrediuntur.& si accessiones fuerint breues,illa vniformitas seruari non poterit,quia earum continuatio non consequitur. dummodo hę valde plures & numerosę non sint,& tunc frequẽtes pulsus contractiones apparent. Fortasse vero dum breues sunt & non multę, longę interpolationes inter vnam & alteram accessionem apparent.ita vt febris vniformitas nullo pacto seruetur. Si vero longę sint,& paucę. pauciores quidem pulsus contractiones percipiuntur sed difficile est,vt febris vniformitas seruetur,cum necesse sit,ut accessiones propria tempora percurrant,quę à Medico facilè cognoscũtur. quod si multæ sint, & longæ, protensæque frequentes pulsus contractiones sentiuntur, & febris potius augendo procedit. contractio itaque pulsus subingressionis accessionis, & noui

Auic.loc.cit.c.16.

Gentil.in com. cit.

Gal.2. de cris. c.9. prope fin.

Gal.2. de cris. c.9. post med.

Notandum.

Signa cõpositarũ febriũ.

noui materiæ motus efficacissimum signum est. Quinto admonet Auicennas, quod si febris conclusa sit, idest vehemens & vniformis, siue biliosa sit, siue sanguinea, & in ea rigor fiat, non tamen sudor subsequatur: aut forte in pluribus rigoribus, sudor vnicus succedat, signum est febrem non vnicam, sed compositam esse. nam in conclusa, & synocha febre nunquam rigor apparet, nisi crisis tempore, cui sudor subsequitur, iuxta Hippocratis dictum à causone habito, rigore superueniente solutio. similiter si plures rigores & sudor vnicus appareat signum est febrem vnam citra sudorem, aliam vero cum sudore fieri. Demum inquit Auicennas in synocha, aut conclusa febre superfluitatem in frigore extremitatum, & rigore, compositionis signum esse. Quod si parum frigoris, & rigoris appareat, fortasse sola conclusa febris citra compositionem aliquam existit. ex quibus Auicennæ verbis colligimus, quod in biliosa febre continua simplicique parum frigoris, & rigoris apparere potest: vel quia aliqua materiæ transmissio ad remotiores venas fiat, vel quia aliquis vapor, aut etiam tenuis humor biliosus & acutus in exacerbationum initijs ad præcordiorum regionẽ mittitur, vel quia pp innati caloris suffocationem, vel aliud intrinsecus nocumentum naturalis calor interius reuocatur, hi tamen typi in continuis parui omnino sunt. Quod si febres per viam communicationis comisceantur, non apparent symptomata vnius solius materiæ, neque vnius solius paroxismi. id tamen cognoscere est valde difficile, & docto, & valde exercitato Medico opus habet. si autem per viam introitus componantur, minus difficulter deprehenditur, sed oportet Medicum continuo assistentem esse, vt secundam post primam pulsus contractionem percipiat. Si vero compositio coalternata sit, facillime cognoscitur. dum autem Galenus ait, quod si eam primo die non cognoscimus, vel secunda, tertia, aut quarta cognoscemus: id non de compositione in genere intelligendum est, quia hæc prima aut saltem secunda die facile dignoscitur, sed de ea cognitione, qua febres componentes, distinctè percipimus, interprætari debemus. Vt autem, quænam febrium species compositionem efficiant, facilius citiusque dignoscamus, oportet, vt Galenus nos admonet, ad hæc exercitari, vt simplicem febris speciem agnoscamus, atque ita deinceps ad cõpositas transgrediamur. idque non solum in febrib. quæ citra alicuius membri passionem commiscẽtur, sed etiam in eis, quæ ex membri cuiuspiam inflammatione accenduntur. nam sicuti febres, ita & patientia loca mistionem recipiunt, vel quia differentia membra propriam singula febrem accendunt, ut exempli gratia, lien & iecur: vel quia dispositio mixta. veluti inflammatio cũ erysipelate, aut erysipelas cum inflammatione miscetur. sed in his omnibus mistionibus dignoscendis exercitari oportet, quando iam exquisitè omnes earum formas simplices tenuerimus. Alia.n. est forma febris ex inflammatione membranæ cerebri, & lateris, & pulmonis, atque hepatis ortę, sicut aliæ quoque febres oẽs, quæ ex inflammatione partium nascuntur, diuersificantur. sed & aliæ rursus formæ sunt earum, quæ ex erysipelate accidunt. & febris ardens maligna, vel pulmonis, vel hepatis, aut ventriculi erysipelatibus aduenit. Distinguere autem oportet in singulis ægris, primum quidẽ si sine loci passione sit febris, vel ex humorum putredine, vel quia solus spiritus sit alteratus: deinde, si membrum affectum febris causa sit, & quænam sit eius disositio. Vbi vero horum notitiam exercitatione compræhenderimus, tunc eorum omnium mistionem inueniemus. Artificẽ.n. fieri est quidem primũ, ait Gal. & maxime totius artis subiectæ materiæ simplices uires agnoscere, mox ipsarum ẽt cõposituras, quot & quales sint. earum.n. pariter febrium, quæ sine loco patiente ex humorum accenduntur putredine, & subinde non symptomaticæ, sed principales sunt, tres sunt primi, ac simplices characteres, earum.s. quæ ex pituita, & quæ ex atra bile, & quæ ex flaua ortum habent: quas si quispiam exquisite dignoscere studuerit, singulas seorsum ac solas, iam non amplius difficulter earum mistiones inueniet. Sed hæc de compositis febribus dignoscendis vniuersaliter dicta, ad Hemitritæum tanquam ad particulare quoddam, vt cęterorum veluti exemplum sit, transferamus. Huius porrò dignotionem in medium afferens Galenus inquit, quod quia pituita ex qua febris, quæ singulis diebus accessionem facit, accenditur, flauæ bili misceatur, ex qua tertiana gignitur febris, duplex tum causa tum dispositio coniungitur; Alter enim humor affert quotidiè accessionem, alter vero tertio quoque die: & ita alter quidem dies duas habet accessiones, alter vero vnam tantummodo nisi accessionum tempora in easdem horas conueniant: si enim conuenerint, fiet vnà febris confusa, quæ

Hipp. 4. aphor. tex. 58.

Signa differentiarum.

Gal. 2. de cris. cap. 9.

Gal. 2. de cris. cap. 7.

Cap. 9.

Signa Hemitritæi.

Gal. 2. de diff. febr. cap. 7.

Gal. 1. in 1. epi. com. 25. & 3. in 3. epi. com. 8

neque puræ tertianæ, neque quotidianæ formam præsefert. Verum, ne quis omnium fere posteriorum more decipiatur, animaduertat Galenum, dum in adducta auctoritate & in Hippocratis expositione asserit hemitritæum fieri ex pituita putrescente, sed bili flauæ permixta, mixtionem hanc neque penes accessionum materiam & causam continentium, neque penes exactâ materiæ antecedentis miscellam (eo scilicet pacto quo in spurijs tertianis bilis cum pituita adeo commiscetur, vt vnicum ferè humoris temperamentum euadat) intelligendam esse, vti Fernelius & alij recentiores perperam interpretati sunt. Si enim hemitritæus ex quotidiana continua, & tertiana intermittēte simul complexis oritur, & in hac materia extra venas, quæ purum & exactum sanguinem continent, in illa uero in ijsdem venis putrescit, impossibile est, vt hæ materiæ quæ continentes accessionum causæ sunt, ad inuicem mixtæ reperiantur: quod si inuicem separatæ sunt, ergo etiam antequam putredine corriperentur, seiunctæ permanebant, nam secus non posset bilis ad vnum locum, & pituita ad alterum mitti: & insuper non diuersis temporibus, sed eodem tempore perpetuo tum motus initium sumerent, tum putredinem, & subinde accessionis inuasionem proferrent. nec est vt quis dicat, si non in reliquis, id tamen in hæmitritæis exquisite accessionibus in quibus accessiones simul incipiunt, contingere, vt scilicet pituita tunc temporis vna cum bile mixta sit, quoniam in casu illius adolescentis à Galeno relato, accessiones, quæ in febris progressu statim ab earum initio confusæ sunt, & in vnum & idem tempus conuenerunt, & proinde vnam hemitritææ naturę accessionem produxerunt, priusquam conuenirent diuersis temporibus proprios insultus, & inuasiones exhibuerunt, & rursus postquam semel conuenerunt, idem protsus factum est, quod manifestissimum indicium est, duos humores inuicem mixtos non extitisse. Itaque mixtio à Galeno proposita penes duplicem febrilem dispositionem accipi debet: aut si penes antecedentes materias eam quis accipiat, sano modo intelligenda est, ita vt hi duo humores, qui antecedentes accessionum causæ sunt, non adinuicem exacte mixti, atque confusi, sed ambo in venis contenti, aut etiam in eodem loco atque minera ad inuicem contigui reperiantur, quod etiam maxime rationabile est, quia dum ambo in eodem loco, separati tamen, & in venis subsistunt, bilis cum tenuior & fluxibilior sit, & virtutem expultricem magis irritans, procul & ad extra nobiliores venas, & præcordiorum partes expellitur, & tertiana intermittens producitur, pituita vero quæ crassa & viscida est, & minus irritans non adeo longe propellitur, sed in venis subsistens, continuam quotidianam febrem promouet, & ex hoc patet quinetiam cur inter febres compositas diuersæ speciei, hemitritæus frequentius suboriatur. Sed ad pensum redeamus, Galenus, hemittitæi cognitionem exactius tradens, subdit. Supponatur incipiam accessionem incipere circa primam horam vnà cum rigore, qui videtur pungere carnes laborantis, deinde vbi alia omnia tertianæ febris indicia vsque ad consistentiam processerint, postmodum cum bilis vomitu, atque optimis sudoribus declinare, & iam nonam diei horam adesse, vnde ex totius accessionis motu coniectari possimus hora vndecima ægrum febris intermissionem habiturum. dum vero in hac spe sumus, subito retenti sudores, densata scilicet tantummodo, vel etiam horrescente cute, ac subinde principium, ascensum, consistentiam febris continuæ, qualis ex pituita accenditur, sequi. Sic enim & duplicem causam, ac duplicem febrium speciem cognoscemus, mista intermittente continuæ, quamuis nulla intermissio deprehendatur. Secundo etiam die spetandum est hora nona accessionem futuram: quod si expectationi nostræ res ipsa respondeat, omnino etiam die tertia itidem febricitante adhuc ægroto, tertianæ febris accessionem hora prima superuenturam sperabimus. quod si aut præuenerit, aut tardior fuerit ea, quam secundo die circa horam nonam fore spetamus accessionem, aut tertio circa primam, non amplius diebus sequentibus aut nonam, aut primam expectabimus horam: sed tanto prius siue posterius, quanto in primo periodo similitudo proportionis accessionem aut tardasse, aut accelerasse monstrauerit. Idem autem Galenus, hemitritæi rursus signa tradens sic habet. Hippocrates autem vocat hemitritæum horridum, atque continuum, quem facit tertiana quotidianæ continuæ commixta. Intermittenti autem non item: quoniam quæ ex ambobus componitur febris necessario & ipsa intermittitur. Non tamen ex duabus continuis, quarum altera ex bile, altera ex pituita generatur, potest hemitritæus consistere, quoniam hæc commixtio febrem horridam, ac quæ multas habeat reduplicationes non facit. Nam cum omnis febris continua sui quidem

Fer. 4. pathol. c. 15.

Gal. 1. de diff. feb. c. 7.

Gal. loc. cit.

Hemitritæi descriptio.

Gal. 2. de diff. feb. c. 8.

Hæmitritæus horridus est, atque cō tinuus.

Hemitritæus multas habet reduplicationes.

quidem ratione cum exquisita fuerit, neque horrorem habeat, neque rigorem, neque etiam, quæ ex eisdem componitur horrida fiet. Necesse est igitur, si horridus simul atque continuus sit hemitriteus futurus ex febre duplici continua scilicet & intermittente generari. & ideo Tertiana cum quotidiana continua confusa facit hemitritæum, cum neque vtraque continua, neque vtraque intermittens talem febrem queat generare. ex quibus liquet hemitriteum tum horridū, & cum reduplicationibus alternis diebus factis, tum continuum esse, quo fit, vt si biliosa continua quotidianæ intermittenti misceatur, cum ex Galen. decretis continuitatem ex bile, horrorem ex pituita, reduplicationes vero ex pugna mutua, ac tum præsertim cum humores æquas vires habuerint, possit obtinere, possit & hæc hemitritæus quodammodo vocari. Sed vt sciamus quis nam horror, & quæ nam reduplicatio hemitritæo competat, sciendum Hippocratem, vt Galenus refert, hemitritæos horrificas febres appellasse, vt significaret per ascensum & incrementum accessionis ægros diutissime esse horrore vexatos. neque enim ita appellauit eas, quæ in principio accessionis horrorem afferebant, sed in quibus per totam fere accessionem hoc symptoma horroris producebatur. fit autem duobus modis, interdum cum intentio reduplicationes facit, interdum vero cum hoc ipsum solum, hoc est ascensum inæqualem. varietas autem in temporis spatio versatur. Nam si breuibus interuallis motus horrifici sint inter se distincti, tum inæqualis horrificusque motus nominatur; si vero maiora interualla sint, id symptoma reduplicatio efficitur, & appellatur: fitque ea potissimum in semitertianis vocatis febribus, quocirca ternæ plerunque, & quaternæ sunt. & idem Galenus de eadem febre alibi verba faciens ita scribit, ea autem cum horrore venit, & cum reduplicationibus, quas vocant efficitur; acceditque non modo priore die, sed etiam consequenti: ea tamen accessio minor est præcedenti, & minus horroris affert, & repetitionem, vel minorem habet, vel certe nullam, & alibi id exactius declarans sic habet. Semitertianæ cum horrore inuadentes, cum a primo impetu ad incrementum, quod vocant, progrediuntur, quamuis iam mediocriter antegressæ videantur, tamen alterum horrorem cum constrictione inuehunt: & post hunc alterum quoque incrementum: a quo aliam constrictionem, & horrorem incutiunt: siquidem hæ bis, terque redeunt. postridie vero aliam habēt accessionem superiore minorem, sine priorum repetitione: isque illis est perpetuus deinceps circulus, vt binæ, quas dixi, binis diebus accessiones fiant. De signis autem differentiarum hemitritæi ita loquitur. Hemitritæus itaque aut flauam bilem exuperantem habet, & ob id in eo sunt tertianæ febris accidentia maiora: aut hæc quidem paucior, pituita vero abundantior, atque idcirco quotidianæ continuæ affectus firmiores: aut neuter eorū humorū alterū vincit, sed ambo æquipotentes sunt: Quo tēpore est exquisitus hemitritæus, talem formam repræsentans qualem Hipp. manifestauit inquiens. erāt vero eorum plerisque passiones huiusmodi, febres horridæ, continuæ, acutæ, omnino non intermittētes: modus vero erat hemitritæus, cum alteram diem leuiorem ferret, altera vero inualesceret, ac summatim in acutiem augerentur, dixit autem horridas in quibuscunque magnam accessionis partem horrores assumunt, altera dierum scilicet in qua & tertiana, & quotidiana continua simul inuadunt: nam altera dies solam habet quotidianam. magna vero ex parte dierum prima mixtam ex vtrisque committit febrem: secunda vero ex pituita continuam. contingit autem nonnunquam hanc primo inuadere die, secundo vero ambas simul. Accessio igitur ex vtrisque com mista quando humores fuerint æquipotentes, talis est, qualem paulo ante descripsimus hemitritæon. Nam cum tertianæ insultum rigor comitaretur, quotidiana autem sine rigore inuaderet, mista ex vtraque febris horrorem continua afferebat, rem quidem rigore minorem, maiorem aūt refrigeratione, tantoque hac ipsa maiorē, quantum à rigore magnitudine superatur, adeo, vt cum ab vtroque extremo æqua distet proportione horror medius inter ambo rigorem scilicet frigefactionēq; collocetur: quod quidem maxime fieri consueuit, cum extremitates confundantur. cum uero tertiana præualuerit, horridior fit febris, atque in annotatione sibi aliquid rigoris associat. confestim uero & feruidior est talis febris, & incendij plus habet, magisque festinat ad summum, & aliquid bilis per vomitum, aut per aluum, aut per sudorem excernitur. At cum altera ex pituita febris potentior existit, tunc frigus vehementius extremas occupat partes, horroresq; pauci fiunt, & pulsuum fit cōpressio

Gal. loc. cit.

Galen. 1. in 1. epid. com. 23.

Motus horrificus, & reduplicatio quomodo inuicē differant.

Galen. 2. in 1. epid. com. 25.

Galen. 3. in 1. epid. com. 5.

Signa differentiarum hemitritæi.

Gal. 2. de diff. febr. c. 8.

Signa exquisiti himitritæi.

Hipp. 1. epid. cit. loco.

Cap. 7.

Signa noui hemitritæi.

maior ac diuturnior, tardiusque accessio inualescit, ac longum post tempus consistit, non tamen aut sitim, aut magnum affert incendium, neque in ea per vomitum, aut aluum, aut sudorem bilis excernitur. Cum vero æquales magnitudine fuerint hæ duæ febres, accessionis initium fit cum horrore, qui medium inter rigorem, & frigefactionem obtinet locum, quorum alterum tertianam febrem, alterum quotidianam comitatur. Cum vero ab inuasione inualescit tertianæ quidem ratione, cito calescit, ac festinat ad summum, at propter quotidianam ex pituita tardatur, atque in ascensu retinetur nonnunquam, atque interrumpitur. Estque inter varios affectus veluti pugna quædam, cum æger nonnunquam inualescente febre tertiana, atque ad curem humores impellente vehementius calefiat. Contra vero remorante, & ad interiora reuocante ipsius motum febre pituitosa: vt quæ tardi ac difficilis sit motus, frigidaque ac lenta existat natura. In hoc autem certamine cum humor frigidus superauerit, systolæ, idest summissiones, horrores, & extremarum partium, & cutis refrigerationes sequuntur, adeo vt videatur altera rursus accessio renouari. Cum vero calidior vicerit, tum statim totum corpus calefit, ac iam videtur febris pene in summo consistere, mox paulo post ad pituitam redeunte victoria ægroti denuo contrahuntur, refrigerantur, & horrent. Neque hoc terminum vllum habet, donec febris ad summum peruenerit, quod quidem citius accidit quàm pro more pituitæ, tardius tamen quàm in bile fieri consueuit. Nam huius quidem celeritatem cohibet pituita, ac rursus pituitæ tarditatem atque hebetudinem excitat bilis. Talis quidem est exquisitus hemitritæus ex æquali duarum febrium temperatura compositus, qui duobus modis gignitur, vel scilicet duabus in vnum tempus conuenientibus accessionibus, cum tamen altera quidem præueniebat, altera autem differebat: vel statim ab initio ambabus inuicem confusis. Ex his autem, quæ de proprij exquisitique & non exquisiti hemitritæi dignotione diximus, patet quonam modo hemitritæus impropriè dictus, qui fit ex coniunctione quotidianæ & tertianæ, quarum vtraque intermittens sit, cognoscatur. de quo Galenus, nonnunquam verba faciens, ait semitertianam non semper continuam esse, sed etiam intermittentem reperiri. nisi quis dicat Galenum per intermittere non veram integritatem, sed quandam remissionem assequi voluisse intelligere. Compositarum autem febrium prædictiones ex his, quæ de simplicibus tradita sunt, facilè ab vnoquoque elici possunt. Semper autem ceteris paribus compositæ febres difficilius, quam simplices eradicantur, potissimumque dum sub diuersis aut speciebus, aut generibus continentur. quia licet ex duobus humoribus inuicem contrarijs prodeant, quorum vnus alterum domare potest, attamen indicationes quoque pugnantes sunt, & remedia quæ vni humori accommodata sunt, alteri sunt incommoda: sæpiusque hi duo humores in locis distantibus reperiuntur. nec quis objiciat simplicem quartanam duplici tertiana longiorem esse, quia humor & cetera debent esse paria, & quartanæ cum quartanis, & ceteræ similiter simplices cum suis compositis conferendæ sunt. Quod si de hemitritæo particulariter, pro ceterarum exemplo, loquamur, huic obnoxij sunt ij potissimum, qui transacta nuper pueritia adolescere incipiunt, in illa siquidem pituita, in hac autem ætate bilis multiplicatur: nec non ex Galeno, qui in iuuentutis primique senij confinio, & subinde in virili ætate consistunt, quia bilis in illa aggregata ad hoc vsque tempus asseruatur, in quo deinde pituita quoque incipit multiplicari. Pariter, vt notat Auicennas, si quis primum in ocio, somno multo, & delirijs degat, & cibis aut alia ratione victus abutatur, quæ pituitam copiosam gignit, deinde plurimum exerceatur, & alia victus ratione bilem multiplicante vtatur, aut contra primum laboribus, exercitationibus, & vigilijs deditus, ociosam deinde vitam ducat, & pinguis fiat: is facilè hemitritæum incurret. Similiter Galenus, Sileni historiam explicans tandem inquit. Nam si quis laboret, multumque in actionibus vsque ad lassitudinem se affligat, potet autē largè tum intempestiue se exercitationibus credat, hoc est, si à cibo, aut cum tardius cibi sunt concocti, prinsquam alimentum in sanguinem sit probe conuersum, hic partim bilem propter labores, partim crudos & incoctos humores ex potu, & intempestiuis exercitationibus, coacervabit. Sunt autem morbi aliorum longe grauissimi, in quibus vtrinsque horum notabilis copia colligitur. Vt autem alibi testatur Galenus, semitertiana exquisita Romæ frequentissima est. vtpote illius vrbis incolis familiarissima. Quod forsitan contingere potest propter ambientis inæqualitatem,

In exquisito hemitritæo cur reduplicatiões multæ fiant.

Gal. l. de typis c. 4. & 3. in 1. epid. com. 2.

Prognostica

Gal. l. de typis.

Auic. loc. cit. c. 17.

Gal. 3. in 1. epi. com. 19.

Gal. 2. in 1. epi. 25.

tem, dum enim æſtatis tempore intenſi calores vrbem interdiu perurgere & infeſtare ſolent, noctes frigidæ ſatis exiſtunt. & proinde ait Galen. ipſam frequentius Autumnali tempore generari. Eſt autem hemitritæi ſtatus ferè minus remotus, quàm febris pituitoſæ, & minus propinquus quàm bilioſæ. Quæ vero ait Galenus, ex duabus febribus citius ſit finem habitura, ex earum ſpecie & forma, atque ex acceſſionis prolixitate & magnitudine, more præterea ac motu, & reditu periodorum, prout celerior, aut rardior extiterit, coniecturandum. Adhibenda inſuper alia, quæ ſuperuenerunt indicia coctionis aut cruditatis morbi totius, ex quibus maximam vim habēt quæ in vrinis apparent. de quibus in ſermonibus vniuerſalibus tractauimus. Pariter ſcribebat idem traditum eſſe ab Hippocrate, non modo acutis ſemitertianam morbis annumerandam eſſe, ſed etiam diuturnis. Veram enim propriam, & præſertim exquiſitam ait Hippoc. eſſe acutam. non veram autem ac improprie dictam rabidis & alijs, qui longis morbis detinentur, contingere, ac diuturnis annumerari. Cum enim hæc abundantiorem habeat pituitam, magis curationi renititur. Aiunt autem apertiſſime tum Hippo. tum Gal. ipſam febrem ſemitertianam ceterarum eſſe maxime lethalem. proindeque tum multitudine ſymptomatum, tum viribus, ac tota horum affectione, multo tertiana deterior eſt, graueque periculum minatur, vt alibi teſtatur Galen. quippe quæ non ſolum ſtomachum, & neruoſam eius partem attingit, ſed etiam lethargicas animi delationes, atrocitaſque vigilias inuehat: interim & ad ſyncopem vſque corpus defert, linguam valde ſiccat, animæ defectum efficit. & vehementer ea, quæ in alto ſunt, commouet. Nō eſt autem, vt de compoſitarum febrium curatione plura ſcribamus, earum ſiquidem curatio, ex notitia curationis ſimplicium febrium componentium vniuerſa dependet. dummodo regulæ in vniuerſali putridarum febrium curatione traditæ ſemper ſeruentur. Illud notaſſe tantummodo ſatis ſit, quod compoſitæ febres vel ſimiles ſunt, vel aliquo modo contrariæ atque diſſimiles. Si ſimiles ſint, eodē prorſus modo curandæ atque tractandæ ſunt; ſin contrariæ ei incumbendum eſt, quæ magis infeſtat, & ſine cuius curatione altera ſubmoueri non poteſt: reliqua tamen nō neglecta. Quare optimum conſilium eſt, vt in contrarijs febribus complicatis, contraria medicamenta ſimul aſſociata, non tamen inuicem fermentata atque omnino cōfuſa, exhibeantur; vt natura ſagax vnumquodque ad ſuum contrarium corrumpendū dirigere valeat. Vel primo curāda illa eſt, quæ periculoſior eſt, & minus dat inducias, deinde reliqua. Vel eligenda medicamenta medias inter vtrunque contrarium vires habentia. Medium enim contrariatur extremis, & à natura adiutum vtrunque corrūpere aptum eſt. cum remiſſum id quod eſt intenſum, perpetuo refrangat. Exempli gratia in hemitritæo optimum eſt in primis aluum ſtatim lenire, eo tamen tempore, quo ſimplex acceſſio quotidiana declinat, in die nanque qua duæ acceſſiones ſiunt, euacuationes à natura labefactata difficilius perferuntur. Leniens autem debet bilem potiſſimum reſpicere, quia in primis venis magis redundat, & quia ratione tenuitatis medicamento, alioquin benigno, facilè cedit. quia tamen etiam in primis ductibus pituitoſæ ſuperfluitates reperiri ſolent, lenientis porrio ipſas quoque reſpicere debet. leniens autem medicamentum in principio exhibitum à partibus remotis nullo modo trahat, neque materias ullo pacto exagitet, inquit enim Auicennas, quod ſi fortes decoctiones ſiue vrinam, ſiue ſudorem moueant, ſiue aluum ſubducant, in principio exhibeantur, & ante materiæ concoctionem, ipſam exagitant, & ad caput, vel thoracem aut aliam principem & nobilem partem fluere facit, & apoſtema in viſcere producit. quia morbus ab ipſa poriſſimum repletione pendet. quo fit, vt materijs exagitatis ad debiliorem partem hæ facile ferantur. Vnde caſſia cum fructuum decoctione maxime probatur. in progreſſu autem morbi aluus lubrica cum clyſteribus ſeruari debet. Aluo lenita propter eandem repletionem baſilica, aut communis vena, ſi vires & ætas permittant, aut ſaphena ſi vel menſtrua purgatio, vel hæmorrhoides ſuppreſſæ fuerint aperienda, aut venæ hæmorrhoidales hirudinibus reſerandæ pori. ſinum ſi vires venæ ſectionem non ferant. Quamuis autem ex Auicennæ monitis in hoc malo, cum ab ipſa repletione potiſſimum foueatur, & multa caliditas febrilis non vrgeat, noſtra intentio magis eſſe debeat in euacuando, quàm in refrigerando: nihilominus ſanguis in multa copia educendus non eſt, tum quia morbus diuturnus eſſe ſolet, tum quia crudi ſucci & bilioſi, & cacochymia potius redundant. Merito antem phlebotomiæ id efficimus quinetiam, vt ægrotans facilius ab aliquo apoſtemate interni viſceris præſeruetur. His peractis ad concoquentia accedendum

Gal. l. de typis. c. cit. *Gal. 2. de diffe. feb. c. 7.* *Gal. l. de typis. c. cit.* *Hip. 1. epi. ſect. 3. tex. 5.* *Hippo. & Gal. tex. & com. cit.* *Gal. l. de typis. c. cit.* **Indicatiōes & curatio.** **Curatio hemitritæi.** **Lenientia.** *Auic. loc. cit. c. 19.* **Venæ ſectio.**

erit, quæ in principio debent esse mitiora, & incidendi, abstergendique, & parum aperiendi vim habere debent, & deinde magis aperientia sint, & tum quæ bilem, tum quæ pituitam respiciant simul exhibenda sunt, non tamen adeo simul confusa, vt simul fermentata sint. & optimum est in id genus morbis ex repletione ortis paulatim concoquere & digerere, & paulatim euacuare. sed perfecta iam concoctione etiam soluentia, &, si opus sit, etiam fortia, propinari possunt. quod si concoctio quidem appareat, non tamen completa sit, soluentia moderata, & lenia esse debent. & semper melius est infra subsistere, quàm exquisitissime euacuare. ob id solutiua pituitam & bilem educant, & sæpius post celebratam humorum præparationem, iterentur, vt in notha tertiana, & pituitosa febre conuenire diximus, ad fortia autem soluentia nullo pacto properare debemus. Vomitus, vbi natura ipsum tentauerit, in principio leuioribus, in progressu fortioribus vtrique humori accommodatis, prouocandus est. Vrina porissimum cum decoctione apij radicum, fœniculi, & seminum communium cienda erit, & si fortioribus opus sit, in decoctione asparagi radices addantur, & magis vel minus calida imponantur, prout vel vnus, vel alius humor dominabitur. quod in omnibus alijs medicamentis perpetuo animaduertere oportebit. Sudor autem prouocari poterit cum aqua hordei, cui parum vini tenuis addatur, & ægrotante vti decet pannis optime cohoperto, medicamentum calidum exhibeatur. Morbo autem ad statum perueniente, ad rectificandam, adæquandam, & concoquendam materiam, & ipsam ad infernas partes protrudendam, & magna ex parte euacuandam, mirum in modum ab Auicenna probatur absinthium, præsertim Romanum, quia quo magis amarum est, eo magis exobstruit, & euacuat. Cum enim calidum sit in primo gradu, & siccum in secundo, sed succus & flos ipsius ad secundum caliditatis gradum accedat, merito caliditatis & amaritudinis obstructiones aperit, & bilem, & aquosam tenuioremque piruitam euacuat, ratione crassarum, & terrestrium partium membra valde corroborat, & partes laxatas, & earum calorem innatum congregat, & vnit. & proinde diuturnis febribus, & obstructiones insequentibus extirpandis accommodatissimum est. appetitum insuper omnino prostratum mirabiliter reuocat. Possumus autem tum eius succo, tum aqua decoctionis, aut etiam destillationis ipsius vti. nec non etiam eius substantia puluerizata, & ad trochiscorum formam redacta. interdum etiam ipsum viride solum cum alijs rebus permixtum sicut passulis, aut alijs pro diuersa necessitate propinamus. Sed monet Auicennas vt solum post septimam exhibeatur, quoniam non nisi post apparentem concoctionem, quæ communiter post septimam apparere consueuit, administrari debet. Si enim ait Auicennas ante coctionis apparitionem concedatur, humores mouet, & non euacuat; angustiam, propter spiritualium partium nocumentum, promouet, nec non tristitiam infert, & nauseam, humoribus qui sunt in ventriculo commotis, & agitatis, non autem eductis; & cum dictis humoribus remanens sui caliditate, & adstrictione, ipsos exiccat, incrassat, pigrosque, & euacuationi ineptos reddit. Addit insuper Auicennas, quod Galenus in primo, scilicet ad Glauc. nec non priores Medici, vt Hippocrates & alij curabant hemitritæum cum aqua hordei in qua sit virtus piperis, vt Recipienno hordei mundi vnciam j. piperis scrop. sem. aquæ vnc. xx. bulliant ad apertionem hordei, & exhibeatur pro necessitate, facta tamen prius colatura. cum enim medicamentum ex contrarijs constet calefaciente, scilicet, & refrigerante, natura sagax id quod refrigerat, cordi & reliquis partibus febre obsessis, & biliosis humoribus, quod autem calefacit, obstructionibus & pituitosis succis potissimum dirigit. Cum autem sola piperis virtus misceatur, & piper calidum alioquin in quarto gradu, si ad paruam adeo dosim minuatur solum in secundo gradu calfaciat, febris caliditas nullo pacto verenda est. potissimum cum piperis caliditas ab hordei aqua refrangatur. quæ ipsi etiam maiorem penetrationem exhibet, vt piperis virtus ad partes etiam distantes peruenire possit. & quamcunque materiam facile permeare, & dissecare, & exobstruere. & ex hoc apparet Alexandrum valde aberrasse, dum Galenum male carpens, inquit piper febrem ipsam adaugere. Membra denique principalia corroborari debent potissimum cum trochiscis de absinthio, de rosis, speciebus aromatici rosati, diarrhodonis abbatis pro vario, vel pituitæ, vel bilis dominio, nec non alijs tum ab Auicenna in cura hemitritæi, tum à nobis in cura quotidianæ, & tertianæ propositis. Appetentia vero, quæ sæpe in hoc malo destrui

Concoquentia & euacuātia.

Vomitoria.

Diuretica.

Sudorē mouentia.

Absinthij exhibitio.

Auic. scit.

Medicamentum ex aqua hordei & piperis virtute

Corroborātia.

ftrui folet, cum propofitis in proprio capite de læfa appetẽtia reuocetur. Victus demum ratio ad frigidum & humidum, bile porifsimum dominante, vergere debet. & in principio faltem per tres dies, quia morbus repletionem fociam habet, victus attenuari debet, deinde incraffari, vt virtus in diuturno morbo perdurare pofsit, poftca vero quanto magis accedit ad vigorem, tanto magis attenuari rurfus debet. Vnde in principio vniuerfali vinum fubtrahatur. Cibi eum calidis & frigidis mifceantur, aut ad temperiem vergant, leuiter tamen ad frigidum & humidum declinantes. fint autem optimi copiofique alimenti poft primos dies quia morbus diuturnus eft, reliqua ad victum attinentia ex curatione Tertianæ & quotidianæ eliciantur. & hæc de hemitritæo pro reliquarum omnium febrium compofitarum exemplo ftudiofis fatis fu perque fufficient.

Victus ratio.

Curatio febris cũ alijs morbis complicatarum.

Quomodo autem febres putridæ, aut aliæ, curandæ fint, dum vna cum malæ compofitionis morbis componuntur ex fuperiori capite, in quo rum apoftematum tum obftructionum febres pertractãtur, nec non ex dictis de partium morbis, vnicuique patere poteft. Sicuti etiam, fi febris cum foluta vnitate copuletur, quomodo in curatione progrediendum fit, ex ijfdem tractatibus, potifsimumque ex fermone de phthifi, & de dyfenteria facile percipi poteft. Si.n. febris caufa iã abfit, refrigeratio, quæ febri debetur, vlceri aut aliæ folutæ vnitati non obeft, quo fit vt penes hoc auxilium, tum febris tum vlcus curari fimul pofsint, quamuis enim vlceribus frigidum mordax fit, vt ait Hippocrates, nihilominus refrigerantia remedia, quæ intus fumuntur, ea menfura præfcribuntur, vt folum febrilem calorem tollant, innatam autem partium caliditatem nullatenus lædant. fi tamen febris fynocha, effet cum vlcere, præfertimque proximæ partis, vt ventriculi, affociata, quod vix contingere poteft, tum quia optimo fanguine redundante vlcera intus non gignuntur, nifi tumore aliquo præcedente, tum quia in fanguinea febre caufa vt plurimum præfens eft; aut cum aliqua vaforum ruptura ab actu frigidis exhibitis, & potifsimum aquæ frigidæ potu effet abftinendum, dũmodo febris non effet vrgentifsima, & alijs remedijs fubmoueri non poffet. quantum autem attinet ad humectationem, quæ febri conuenit, cum omne vlcus inquantum vlcus ficcatione indigeat, vt Hippocrates fcriptum reliquit, fi vlcus in parte præftanti confiftat, & ratione ipfius vitæ difcrimen impendeat, pofthabita humectatione, ficcantibus occurrendum, vel vnà cum ficcantibus humectantium portio permifcenda, vt febris, fi aliquatenus vrgeat, omnino non defpiciatur. quod fi pars adeo præftans non fit, & vlcus inducias præbeat, vel prius febris tollenda, fi id fieri poteft, vel fi id fieri non poteft, aut vlcus febris caufa fit, vlceris curationi & exiccationi incumbendum eft, vel ficcantia, & humectantia æquali menfura, aut ficcantibus in miftione præualentibus commifcenda funt. Quod fi febris caufa præfens fit, vt in putridis accidit febribus: penes refrigerationẽ & ficcationẽ vtrũq; malum eodem tempore poterit fubmoueri, fi tamen vlcus in ventriculo aut alia proxima parte confiftat, actu frigida vitanda funt, dummodo febris ardens vrgentifsima hæc non requirat, nam ficcatio tum putredini quæ febris caufa eft, tum vlceri obfiftere poteft. Similiter abfterfio, quę ab vlcere potifsimum fordido indicatur, cum febris caufam & obftructiones à vifcida materia productas tollat, vtrique malo eodẽq; tempore conuenire poteft. At in agglutinatione, quę foli vlceri debetur, & obftructiones, febrisque caufam adaugere maxime poteft, caute admodum progrediendum eft, & fi foluta vnitas magis vrgeat, vt in vaforum pulmonis fractura, aut erofione contingit, agglutinantibus prius vtendum, deinde aperientibus obftructiones tollendę; fin febris magis vrgens fit, & obftructiones magis pofsint, prius aperientibus tollendę, deinde vlcus agglutinantibus confolidandum. ita tamen ut ei quod magis urget incumbendo, aliud, fi fieri poteft, omnino non defpiciatur. quod fi medicamentum aliquod reperiatur, quod omnia alioquin contraria auxilia præftare pofsit, eo abfq; cunctatione aliqua uel fimplici, uel cum alijs quod magis urgens eft refpicientibus, permixto utendum erit. De febribus autem putridis una cum prauis fymptomatib. ad fe curationem trahentibus complexis, non eft ut prolixe differamus, quia, ex tra-ditis de partium uitijs, contemplatio hęc hauriri facile poteft. non fit tamen ab re cęteris omnifsis tãquam apertifsimis, de febre putrida cum fyncope complicata paucis agere, cũ locus hic huic tractationi opportunifsimus effe uideatur. Cũ.n. febris cũ fyncope uere proprieq; connexa, & fubinde fyncopalis ab Auic. & alijs uocetur, dum fyncope aut animi deliquiũ nõ femel, aut folũ in acceßionũ initijs, fed pluries febricitãtẽ corripiat aut faltẽ maximũ periculũ impendeat ne frequẽtius ea corripiantur; hęc

Febriũ, quæ cum prauis fymptomatibus complicantur & affligunt, cognitio & curatio.

De febre fyncopali vocata.

Nomen.

Auicen. 1.4. tract.2.c.5 2.

hæc autem febris vel ex pituita ipsa, & tunc febrem syncopalem humorosam vocant, vel ex ipsa bile, minutamq; febrem syncopalem appellant, ortum ducat; congruũ est, vt ne dum in sermone de compositis febribus, sed etiam post eius febris tractationẽ, quæ ex pituitosa, & biliosa febre componitur, de syncopali febre breuem sermonem instituamus. breuem porrò sermonem diximus, ne ea, quæ de syncopis cognitione & curatione in proprio capite tradidimus, frustra repetere videamur. Fit igitur febris hæc syncopalis, vel ratione materiæ pituitosæ, vel biliosæ. pituitosæ quidẽ dum vitales dicti spiritus ab eius frigiditate extinguuntur, & ipsius copia, atq; crassitie obruuntur, aut ab eius nimia cruditate, quæ tanta est, vt concoqui & ad benignum redigi amplius non possit, propria restauratione, & reparatione priuantur. sed vt plurimum ex Auic. oritur propter pituitam crudam, copiosam, densam, vel crassam plurimum à reliquis calidis & siccis humoribus separatam & syncerã, quę virtutem ipsam spiritus, vt dictum est, corrumpendo, superat. subdit autem idem Auic. quod secundum plurimum oris ventriculi imbecillitas pituitæ malitiam, vel nocumentum adiuuat. quoniã vidit Galenum scribentem, quod febricitare incipiunt nõnulli febre. s. syncopali, vbi maximam crudorum succorum copiam vnà cum oris ventriculi offensione, vel ex cruditatibus, vel alia quapiam occasione congesserunt. quod autem ori ventriculi, dum præsertim insignem noxam patitur, cor ipsum compatiatur, alibi sæpiusq; diximus. Rõne vero materiæ biliosæ, qa sub hac, ut notarũt Galenus & Auic. succi alimentales adeo attenuantur, vt ocyssime per cutis meatus exhalent, & spiritus ipsi facillime inaniantur. Nõ solum autem extenuatis ad eum modum spiritu horum & sanguine, digestio sępe incidere assueuit, sed ẽt expultrice vi per vniuersam corporis molem immoderatius concitata, id quod incidere maxime ex imbecillitate retentricis solet. quod si biliosa materia praua sit, & maligna, vti eruginosa, vel similis bilis existit, adhuc magis syncopalis oritur febris, potissimumq; si ventriculi os infestet, nam & crassa bilis, dum idem os ventriculi occupauerit, syncopem interdum promouet, non tamen ab hac crassa bile, febris, quæ vera & exquisita syncopalis sit, promoueri potest, quia syncope, aut animi deliquium ab hac non ita frequenter in eadem accessione procreatur. Vnde de febre syncopali, quæ ex biliosa gignitur materia, & minuta, aut subtilis dicitur, sermonem habens Auic. scribebat ipsam fieri ex succis subtilibus, quorũ plurimi biliosi sunt, vehementisq; tenuitatis, cuius vi membrorum substantiam valde penetrant, & prauæ substantiæ venenosæ, cui iam accidit putrefactio in corporibus calidæ temperaturæ valde siccę. Oportet autem vt putrescat, quia secus febrem nõ produceret. in calida autem & valde sicca temperatura succus hic biliosus iam dictis conditionibus præditus potissimũ gignitur. ex quibus colligimus vitellinã, aut aliud crassioris bilis genus febrem vere syncopalem producere non posse. Priusquam vero ad huius febris signa descendamus, error quorundam remouendus est, qui existimarũt febrem syncopalem per mediam oris ventriculi læsionem perpetuo generari, cum tamen id falsissimum sit, siquidem Auic. de humorosa loquẽs ait non semper, sed vt plurimum pituitæ nocumentum ab imbecillitate oris vẽtriculi adiuuari. de minuta vero vocata dum Gal. & Auic. pertractant, de læsione oris ventriculi, & cordis cum eo sympathia ne verbum quidẽ faciunt. & hoc iure maximo, quia siue materia pituitosa sit, siue biliosa, non semper in ventriculo & circa os ipsius continetur, sed interdum in venis, præsertim biliosa, & nonnunquam proppe cor, & nulla ventriculi noxa intercedente, à qua cor in consensum trahatur, tum animi deliquium, tum syncope potissimum promouetur. vti apertissime in minuta syncopali febre, quæ ex bile & tenuissimis succis oritur, docet Galenus. Is autem de humorosæ vocatæ syncopalis febris indicijs loquens, ait, quod His & pręcordia inflata, & totum corpus ampliore mole, quam pro naturę modo, cernitur: tum color alijs quidem ad albidius, quam pro naturali habitu, & intercute aqua laborantium magis simile, est mutatus: nonnullis ẽt ad nigrius, aut liuidius: quos quidẽ Medici plumbei coloris vocant. omnibus pulsus minores sunt, quàm pro caloris ratione, præterea obscuri omninoq; inæquales: sæpe ea inæqualitate, quam systematicen Græci vocãt: semper vero ea, quæ in vno est ictu. Vnde & Auic. inquit, quod cum hac febre adest inflatio faciei, propter crassos vapores à cruda pituita eleuatos, & prauam concoctionem: & corporis mollities, propter nimiam pituitæ humiditatem: & corporis color quandoque cineritius, nonnunquã plumbeus, interdum viridis, aliquando niger. & aliquando fiunt labia eorum sicut labia comedentis mora. propter diuersum enim pugnæ gradum inter materiam morbosam

Margin notes: Syncopalis febris differentiæ. Humorosa. Minuta, seu tenuis dicta. Causæ. Causę humorosæ. — Auic. loc. cit. — Auic. loco cit. — Gal. 12. meth. cap. 3. — Gal. 12. metho. cap. 6. & Auicen. loco citato. — Causę minutæ. — Gal. cap. 4. — Auic. loco cit. cap. 53. — Oris ventriculi læsio in febre syncopal. necessaria non est. — Auic. loco cit. cap. 52. — Gal. 12. meth. cap. 6. cap. 3. — Signa febris syncopalis humorosæ. — Auic. cap. citato.

morbosam & naturam ipsam, & propter diuersum sub hac materia caloris innati suffocationis gradum, & materiæ pituitosæ conditionem variam, color quoque totius corporis & potissimum faciei variatur. quibus etiam de causis & præsertim ob innati caloris extinctionem, oculi eorum sunt fusci, virides, & valde prominentes dum commouetur ægritudo, nam tunc propter pugnam vehementiorem plurimi vapores crassi pituitosi eleuantur, quorum vi oculi intumescunt. quo fit vt propter aspectum terribilem, & prauos colores faciei iam dictos etiam veluti maniaci nobis appareãt, vt ait Auicénas quod autem est sub hypochondrijs, subdit ipse, vehementer inflatur, vt etiã eorum viscera pariter inflantur, propter eorundem crassorum vaporum, & flatuũ copiam. Quandoque autem euomunt acetosum scilicet chylum corruptum & ad acetosum permutatum. Quod si nonnunquàm in quibusdam horis syncope, aut animi deliquium fiat à crassa bile dominante, (cuius tamen ratione febris syncopalis humorosa exquisita & proprie dicta non fit) tunc, subdit Auicennas, in visceribus adustionẽ percipiunt, & bilem ipsam euomunt. In syncopali autem febre humorosa & exquisita causas omnes fere præcessisse, quæ pituitosum & crudũ succum multiplicare valẽt, planum est. effectus autem subsequentes hi sunt ex Auicenna. Quando febris hæc mouetur in accessionum initijs, & pituita incipit putrefieri, virtus ab ipsa magis vincitur & superatur; ita vt virtus hæsitans quodammodo fiat, an debeat aggredi pugnam nec ne. pariter in iisdem accessionũ initijs res frigida siue vapor fit, siue etiã humor, ad cor effunditur, sed præsertim vapor, quamuis in febre continua, & materia non procul à corde putrefieri incipiente & agitata humor quoq; ad cor effundi possit, quo fit, vt pulsus, in relatione ad naturalem pulsum, paruus, tardus, & rarus euadat, corde scilicet refrigerato. Sed deinde natura in calefactione, & attenuatione huius materiei laborat, & follicita fit, quod merito tum natiuæ tum putredinalis caliditatis tandem consequitur. vnde calefacta materia, cor ab eius frigiditate, & subinde à syncope vindicatur, liberaturq́; , sed incidit in nocumentum ipsius putredinalis caloris, & proinde pulsus superuenit velox præsertim in cõtractione arteriæ, quia maior oritur necessitas expellendi fumos, quam calorem euentandi, quamuis illud quod vincit cum hoc pulsu sit paruitas, tarditas, & raritas, in collatione scilicet ad pulsus aliarũ febrium. quia huius febris materia sui natura est valde frigida. in comparatione tamen ad naturalem pulsum magnus est, velox & frequens, aut saltem velox & frequẽs. quia licet vsus vrgeat, vires tamen ad magnitudinem efficiendam non semper sufficiunt, demum in hac febre periodi quotidiani fiunt. In febre autem syncopali minuta, quia celerrime virtus dissoluitur, spiritusque maxime inaniuntur, præcipites in syncopem ruunt: &, vt ait Galenus, in eiusmodi affectibus mortifera illa species in facie celeriter apparet, Nasus acutus, oculi caui, & reliqua, quæ deinceps sunt adscripta. Nam siue multum excernant, siue vigilent, siue tristentur, siue non cito nutriantur, protinus eiusmodi faciem habent. & nonnunquàm etiam sine his emaciantur, & tũc maius malum esse putandum erit. Cadit autem pulsus, ait Auicennas, & virtus in paroxismo vno, aut duobus idque nõ semel sed sæpius, malumque velociter intenditur, & ad statum peruenit. & omnia fere præcessere quæ flauam & tenuem prauamque bilem multiplicant, & periodi tertiani sunt. Pro diuersitate vero loci in quo bilis putrescit, nonnunquàm continua est, sed proportionata. & hoc vt plurimum contingit, interdum intermittens, sed minus frequenter id accidit, & ab hac sycopalis febris exquisita non producitur, quia periculo vacat, aliquando vero sed rarius continens est, ita vt causonem proferat, dum scilicet in venis prope cor bilis putrescit. vnde ex febris progressu & circuitu putredinis & materiæ locus facile cognoscitur. nec nõ etiã ex eo, quod in continuis sed proportionatis, & intermittentibus secũdum plurimum syncope in particularium accessionum initijs contingit, quia materia ad præcordia, & præsertim ad ventriculi os effunditur, in causonibus vero, continuisque conclusis in statu magis accidit. In syncopali autem humorosa syncope magis fit in accessionum initijs, tum ob causam dictam, tum quia eo tempore propter humorum & caloris ad intima retractionẽ, virtus magis suffocatur, præsertim si pituita sui potissimum copia molesta sit: in minuta exquisite tali etiam in accessionum vigore syncope suboritur, quia tunc temporis maxima caloris spirituumque expansio, & dissolutio subsequitur. ex quibus necnon ex harum febrium causis facile prædicimus vnà cum febre syncopem ipsam inuasuram & febrem comitaturam esse. Febrem autem syncopalem sui natura acutam & periculosam esse neminem latet, sed multo magis acuta est illa,

Signa febris syncopalis minutæ.

Gal. 12. meth. cap. 6.

Auic. loco cit. cap. 53.

Prognostica

Cap. 13. illa, quæ minuta nuncupatur, ita vt ex Auic. quandoq; peracuta sit, & virtus vsque ad quartam accessionem non sufficiat. & sæpe in quarta pereant accessione, & ẽt prius. Dum autẽ vnà cum febre syncopali alicuius visceris inflãmatio coniungitur. quæcunque febris syncopalis ea sit, desperata salus est. ait. n. Gale. Tanquàm autem eos, qui ex crudi humoris multitudine syncope periclitantur, prorsus periclitari diximus, si vel iecur his vel ventriculum phlegmone obsedit, itidem qui prętenues succos habẽt, & ob id syncope laborant, & periclitantur, insanabiles sunt existimandi, si viribus iã languentibus aliquod eorum viscus phlegmone infestetur: quãdo nec assidue hos nutrire fas est, sed tantum in remissionibus, nec seruare eos, si non nutriantur, licet. Qđ si in syncopali minuta facies illa cadauerosa, & Hippoctatica appareat, cõsiderandum an copiosa aliqua excretio, aut vigiliæ, aut tristitiæ, vel inediæ præcesserint, si. n. aliquid horũ, aut ẽt plura ex his prægressa sint, minus esse malum putandũ est. sin abſq; his appareat, perniciosum iudicandum, atq; hoc amplius si à principio morbi eam habeant speciem. In humorosa vero, si pulsus paruus admodũ ait Gale. imbecillusq; sit, aut etiam supra hæc vehementer inæqualis; scire licet extremum periculum esse. sin pulsus robore mediocri sit, ac magnitudine, prętereα minime intercisus, & æqualis, & nullũ viscus phlegmone infestetur, salutis spes concipi põt. quod si pulsus subito ad imbecillitatem, vel inæqualitatem, vel paruitatem mutentur, & ventriculus, aut iecur phlegmone laboret, desperata salus est, & in eiusmodi casu nos ipsos à culpa immunes pstabimus, si morituros prædixerimus, & nullo generosiori medicamento vsi fuerimus. Similiter, inquit Galenus, si non modo crudi succi sint, sed etiam eo corruptionis deuenerint, vt concoqui ad perfectionem non queant, qui sic ægrotant, eorum desperata est salus. tunc autem succos in alimentum amplius conuerti non posse cognoscimus, cum corporis color non albus, sed liuidus, viridis, aut plumbeus existit, & syncope potius quàm animi deliquio corripiuntur, & in febris progressu pulsus imbecilliores euadunt. si. n. materia ad benignum reduci possit, & à calore naturali paulatim vincatur & in alimentum membrorum commutetur, pulsus prius imbecilles paulatim robur acquirũt. quod dum fit, & æger malo colore adeo non detineatur & oculos excauatos non habeat, quia tunc humores non sunt valde crudi, & vitiosi, potest nutriri pituita per abstinentiam in sanguinem versa, & euadere, nõ tamen citra difficultatem, quam ostendere volens Auic. ita scribebat. Quod si natura dimissa fuerit cum materia, vt sola pugnet contra ipsam procul dubio non sufficiet, quia à materia suffocabitur. Quod si Medicus leuibus euacuantibus materiam educere tẽtet, materia forte euacuationi non obtemperabit, aut agitata medicamento quidem mouente, sed non euacuante, mouebitur motu præfocante, ad membra nobilia repens, & potissimum ad cor, & spiritualia membra. quod si cum forti euacuatione, & ventris solutione, aut phlebotomia, aliave euacuatione laboriosa, virtus nõ poterit eam perferre. si. n. illic materia quiescente oritur syncope, multo magis excitabitur materia mota & agitata, quia magis tunc ad cor euaporabit, & spiritibus ab euacuatione eductis virtus magis succumbet. altera tamen ex parte vehementi indigent euacuatione propter materiæ copiam & prauitatem. Ad hæc, inquit Auic. ipsi multo egent cibo & alimento, quoniam in humoribus eorum nõ est quod nutriat corpus, & viuificet ipsum, & corpus eorum alimento priuatum est, quod si cibare studeamus, additur alimentũ & nutritionis materia diminuta & insufficiens. eorum. n. ventriculus non bene concoquit, quinimo crudas materias multiplicat. quod si cibus non exhibeatur cadit virtus, ex quibus patet malum hoc esse valde periculosum, & sępius lethale, potissimũ si Medicum parum solertem, & diligentem nactum sit. nec non ex his constat, quænam indicationes hauriri debeant. Nam ijs omissis, quæ à febre desumuntur, quæ refrigerationem & humectationem indicat, & ab ipsius causa & materia, quæ cũ praua sit, & cruda, eradicationem, & subinde per contrario modo alterantia apparatum indicat, & aliqua ex parte concoctionem & in alimentum mutationem requirit: virtus, quippe quæ imbecilla est, & facile cadit, summopere conseruanda est, & quia per mediam oris ventriculi læsionem sæpius cadit, os ventriculi adstringentibus roborandũ calidis quidem in humorosa, frigidis vero in minuta syncopali febre nuncupata, & in hac, ne virtus pariter cadat, oportet corporis summa densare, & succorum materiam crassiorẽ reddere, & exhalationem inhibere, in illa vero rarefacere, & materiam attenuare. Dum autem syncope iam premit, & actu adest, quid agendum sit, in proprio tractatu docuimus. In omnibus autem eiusmodi curationibus, si iam deprehensus syncope

Marginalia: Gal. 12. metho. cap. 6. — Gal. 12. metho. cap. 8. — Auic. cap. 13. — Indicationes. — Gal. 12. cap. 6.

syncope cubans est, omnis solicitudo medētis ad symptoma vertitur, quia maxime vrget, cum ad mortem ipsam uia quædam fit. sin autem nondum ea premitur vtriusque cura habenda est, & vt symptoma non incidat, & vt morbus paulatim discutiatur, celerius autem discuteremus, si nullus symptomatis esset metus. Quippe qui multitudine succi crudi grauatur, hunc, si modo iustam semel vacuationem ferre posset, nec metus aliquis syncopes impēderet, semel, arbitror, vacuatum à morbo explicaremus. eum vero, cuius spiritus & succi facile exhalant, si ante accessionem cibare non cogeremur, longiorem illi morbum certe non redderemus. Ex his itaque colligendū est, in nulla febre syncopali neque sanguinis missione, neque purgatione vtendum esse, sed potissimum phlebotomia dimittenda, cum magis vires labefactet, idq; multo magis in febre syncopali minura, cum nulla vnquam prauæ materiæ portio in ea possit in sanguinem verti. Quæ nam igitur est ratio talibus medendi, qui, cum vacuari postulent, vacuantia præsidia non ferunt? Sane in syncopali humorosa, ait Galenus, nullam aliam his idoneam vacuationem inueni, præter eam, quæ ex frictione paratur. Incipere vero in principio statim morbi oportet, ac primū à cruribus, superne deorsum, idque linteis non admodum mollibus, sed aspredinis mediocre quid habentibus. Debet enim radi ab his cutis, cum simul & calefieri per eam, & digeri ægrotus postulet. Dehinc tota brachia, ab humeris vsque, superne deorsum simili modo sunt fricanda. Vbi vero artus omnes abunde calere videbuntur, & metus fuerit, ne quis ex multitudine frictionis contusa iam carne, lassitudinis sensus ipsis superueniat, oleo laxante vteris: quod genus est Sabinum, ab adstringente vero abstinebis, quale est Hispanum, & Histricum & omphacinum. Hyems vero si fuerit, nihilo deterius fit, si ad digerentium aliquod transieris: vt sicyonium est, aut quod cum chamæmelo conficitur. Quod si hæc non adsint, alicui relaxantium oleorum in quo nulla sit adstrictio, & potissimum quod sit antiquius, ipsius anethi, quantum satis videbitur, immittatur. Mox vbi in vase duplici tantisper calfeceris, dum mediocriter qualitatem herbæ imbiberit, vngere hoc artus, & fricare tunc quoque quamplurimum debebis: postea oleum, qm tædium affert, detergere, atque ad spinam dorsi transite, hancque totam pariter fricare, primum sicca frictione, post oleo. Ab hac rursus ad crura te conferes, & ab his ad brachia, exin denuo ad spinam, ita totum agens diem in domo puræ lucis, nec madente. esto eius domus & calor media temperie. Sane mulsa, in qua coctum hyssopum fuit, his est aptissima. Seruandumque ne vel cibum, vel sorbitionem, vel aquā exhibeas, vel omnino liberaliter bibere sinas, nisi mulsa tribus primis diebus solum vti, ipsas, quas dixi, partes ordine fricans, eoque solū tempore intermittens, quo somnus hominem occupauerit. Ad quem etiam alliciēdum, & frictio vberior facit; itaq; vel hoc nomine vtile præsidium fuerit, nedum quod vacuet. At vero nec vberior somnus his est salutaris: cum nec crudos succos digeri sinat, & viscera grauiora reddat. sed si quis alius affectus est, qui somnum, & vigilias modicas desideret, hic profecto in his est. quippe somnus concoquit, vigiliæ digerunt. Quorum vtroque est opus ijs, qui ex multitudine crudorum succorum ægrotant. ergo inuicem mediocriter adhiti, iuuare se mutuo vtiliter poterunt. Quod si pulsus robore mediocri sit ac magnitudine, & minime intercisus, & æqualis (si enim contrarius sit nil, præter ea quæ diximus, faciendum) considera, quæ ad aluum spectant: ac si sua sponte commode non deijciat, audacter per inferius aliquid infundes (ita tamen vt dum reddunt clystere & excernunt superfluitates è lectulo non surgant) Accidit enim post aquam mulsam, vt quæ in primis uenis colligi superflua solent, hac commode deijciantur. Quod si maior iusto superfluorum impetus ad aluum citetur, principio quidem percoquere mulsam amplius oportebit, ea enim ut minus aluū subducit, ita magis nutrit; contra cruda, ut minus nutrit, sic magis subducit. Post hæc, si superuacua largius descendant, sistenda non est, sed dandus pro aqua mulsa ptissanæ cremor est; Si uero fluere pergāt, alicæ sorbitione nutries, pulsuum interim seruata ratione. Aliquando enim subito ad imbecillitatem, uel inæqualitatem, uel paruitatem mutantur. Quo tempore panē ex nino diluto exhibere conueniet, utique, si nec uentriculus, nec iecur phlegmone laboret: si enim hac infestentur, desperata salus est, pulsibus sic mutatis, ideo facta prædictione in his nullo generoso medicamento utendum. In quibus autem spes est (est autem dum phlegmone non laborant) cataplasmatis, & profusionibus præcordiorum minime utendum est, prius quàm superuacua magna ex parte partim uacuata sint, partim concocta (ne phlegmonas introducamus) tum uero etiam his utaris, licet. non tamen

Curatio. Chirurgia.

Cura syncopalis humorosæ.

Frictiones & inūctiones.

Gal. 12. meth. cap. 3.

Mulsæ exhibitio.

Sōnus & vigilia, & eorū modus.

Clysteria.

Cataplasmata & psusiones præcordiorum.

tamen solum relaxans, sed ex absinthio mediocriter perfundens: si tamen febris non plane sit magna. Si vero medicanti tibi tres primos dies, vt dictum est, nihil occurrat incommodum, eijsdem ipsis vteris vsque ad septimum, aqua solum mulsa, in qua incoctum hyssopum sit, cōtentus. Longissimam.n ita affecti cibi abstinentiam ferunt, corpore, s. ex succis crudis concoquendis alto. Qui.n. (si nullus cōmittatur error) seruari possunt, ij aqua solum mulsa ad septimum vsque sunt nutriendi: aut sicubi id res exigat, vel aluo fluente, vel ægro mulsam fastidiente, ad ptissanæ cremorem est transeundum. Sin hunc quoque auersetur, alica eodem modo quo ptissana ei paretur. Neque enim ijs, qui ita sunt affecti, acetum incommodum est; imo, sicubi succos affatim crudos esse animaduerteris, oxymeli pro mulsa exhibere assidue debebis, quod si huius assiduum vsum fastidiant, ad mulsam & ptissanam transeundum; dein rursus ad oxymeli. Maxime vero, quibus tū paruus, tum tardus, ac rarus in relatione ad alios qualitercunque febricitantes, pulsus est, ijs frigidos subesse succos putādum. quibus etiā protinus color in toto corpore vitiatus manifeste cernitur. Sin autē æstas sit, & æger frigidæ potioni assuetus, frigidum huic oxymeli dabis: sin hyems sit, omnibus calidū offeres, æque vt, si immodicus æstatis tempore æstus sit, quia succorum colliquationis metus est, etiam ijs, qui calidę assueti sunt, frigidum: vtique si nullum sit ijs viscus ad iniuriam opportunum. Propositis autē aduersissima sunt tum balneum, tum aer ambiens nimium calidus vel frigidus. itaque vt lauandi non sunt, sic & reclinandi in domo sunt, æstate quidem quæ frigeat, hyeme quæ caleat. à calore enim succi liquantur, & periculum est, ne ad pulmones, ad cor, aut cerebrum fluant, cum longe præstet vt circa iecur, & primas venas subsistant. in frigido autem ambiente succi crudi manent, & iecoris obstructiones augent & gignunt. & hæc cum Galeno agenda sunt vbi à primo die curam sumpserimus. Sin ad eos, quos syncope iam præmit, sis acitus, si loca iam relata phlegmone vacent, panem dabis non multum ex vino aliquo quod celerem in corpus digestionem adiuuet: & statim ad proposita frictiones venies. ac si æstas sit, & regio naturaliter calens & æstuās, aut cœli status vehementer calidus, cum frigida vinum dabis; si nihil tale sit, cum calida; quæ tamen secūdo & tertio dabitur potio, omnino calidam exhibēdam curabis. ad vniuersam.n. curationem cuius causa frictiones adhibuimus, calidum præstat, crudorum.s. succorū cōcoctionem adiuuās.

Ptissanæ cremor. *Oxymelis vius.* *Ambientis consideratio.* *Si syncope iam detineantur.*

Sicuti autem hos paulatim & assiduo vacuauimus, quia multā simul vacuationē ferre non poterant, ita quos minura syncopalis febris exercet, vnā cum eodem Gal. tanq̃ contrario affectu laborantes, paulatim & assiduo nutriemus. Quod si à principio hos uiribus adhuc ualentibus, curandos susceperimus, nec paulatim eos cibabimus. Possunt.n. ij uel quod liberius semel datum est, nutrimentum superare. Cum.n. maxime ij affectus dissideant, præsidia diuersissima requirunt. Ergo frigidum ijs aerem adstringentēque comparabimus. Vngendi præterea sunt adstrictorijs unguentis, unde Auicen. emplastrum ex sandalis & aqua rosacea eorum pectori applicabat, ut recip. sandalorum omnium añ. drach.j. aquæ ros. unc.iiij. spodij scrop.ij. camphoræ gran.ij. aceti unc.sem. quia cor roboratur & refrigeratur: Tum cibi ijs dandi, qui non admodum prompte diffluant, non aqua mulsa, non ptissanæ cremor, sed panis & sorbitio ex alica, & fructus austeri, & qui non facile corrumpantur, tum ipsi per se, tum uero & cū pane: etiam alica, quæ in aqua sit cocta. dabis uero aliquādo ijs & oua pręcipue eorum uitellos. album enim ægre coquitur. præterea gallinaceorum lacte nutritorum testiculos, itemque suillum cerebrum, sed uel diligenter assum, uel in albo iurę legitime elixum, porro & anetho iniectis. Denique omni ratiohe agendū, ut & succorum materiam crassiorem reddas, & cutim denses, & exhalationem inhibeas. Vinum uero ijs aquosum necessarium inter initia est, sumptū post cibum. Quod si ex sententia nobis omnia responderint, etiam carnei ijs aliquid nutrimenti post alia dabimus, potissimum post quartum diem succis, qui febrem excitarunt, iam ad coctionem uenientibus. Cum.n. respiciendum sit ad uirium lapsum & syncopis periculum, mirum non est si morbo ad statū accedente crassiorem dietam imperet Gal. qui etiam hoc affectu laborantem iuuenem quotidie nutriuit, idque ante accessionem potissimum. Quod si syncope cubans iam prematur, omnis solicitudo medentis ad symptoma uertitur. &, ut in capite de syncope docuimus, ei occurrēdum est, in quo reliqua omnia, quæ in hoc loco desiderari possunt, petenda erunt. & hæc de omnibus putridis febribus satis sint.

Gal. 12. meth. cap. 6. *Cura syncopalis minutę* *Aer.* *Vnguenta.* *Cibi.* *Vinum.*

De febre hectica. Cap. XXXIIII.

Nomen.

FEBRIS, quæ hectica nuncupatur, vel quia, vt habitus quidam, quem Græci exin vocant, ægre admodum discutiatur, nam valde firma est, & infixa; vel quia quasi per consuetudinem, quæ Græcis ethos dicitur, in membris figitur, & habituatur; vel etiam quia, vt apud Galenum legimus, ipsum corporis habitum, idest solidas partes ab humoribus, & spiritibus ex aduerso distinctas comprehendit; *Gal. 1. de diff. febr. cap. 3.*

Natura.

est calor igneus in solida cordis substantia per se permanens, ac fixus. Per hanc autem solidam cordis substantiam eam, quæ ab ipsius humoribus, & spiritibus ex aduerso distincta est, intelligimus. Vt enim hectica gignatur febris, necessarium est, vt calor extraneus ipsam cordis substantiam, siue corpus, siue similares partes inuadat, quoniam cor, vt aliàs diximus, primum febris subiectum est, & ob id ait Auicennas, quod dum inflammantur membra radicalia, & proprie cor, hectica fit: caliditas autem hepatis quandoque producit ad hecticam; verum non est ipsa hectica; sed hectica est illa, quæ est causa cordis, idest caliditas in corde iam facta atque succensa, non autem caliditas in hepate, aut ventriculo, aut pulmone orta. quia nulla caliditas potest statui febris, nisi illa, quæ in corde est, aut à cordis caliditate pendet. Hic autem igneus calor in corde primum ac per se susceptus, ac fixus, mox etiam reliquis similaribus & solidis vniuersi corporis partibus facile communicatur, quoniam omnis cordis intemperies, cum omnium partium vitale sit principium, & eis omnibus spiritus, calorem, & vitam tribuens, vniuerso corpori breui admodum temporis interuallo ac facile impartitur. Insuper calor hic extraneus in cordis, & partium similarium substantia, non quidem leuiter, & in quodam fieri, vt e phemeræ, aut putridæ febris caliditas, quæ ex accenso spiritu, vel humore in partium similarium substantiam quadamtenus solum effunditur; sed quasi immersus primum ac per se in propriam solidam partis substantiam penitus infigitur. vt autem huius febris causas omnes dignoscamus, sciendum hecticas febres, quemadmodum apud Galenum videre est, duplici via ortum habere, vel enim (quod magna ex parte accidit) ex alijs febribus originem ducunt; vel statim à principio inuadunt, similem primum sui ortum ephemeris facientes; & sicuti has hecticas incipientes appellant auctores, ita illas non incipientes, sed ex alijs febribus genitas vocare licet. Si primo modo fiant, ex ardentibus febribus oriuntur, ait Galenus, quæ tantum protrahuntur, vt longitudine temporis humorem in cordis corpore contentum consumant, aut fieri etiam potest, vt huius humoris adhuc magna portio reseruetur. illæ vero non tantum hecticæ sunt, sed tabidæ etiam, seu cum marcore coniunctæ, quæ autem manente adhuc humiditate generantur, vbi cordis corpus occupauerint, hinc maxime accenduntur, quemadmodum lucernæ flamma ex tomite. Auicennas autem, non solum ex ardentibus, verum etiam ephemeris febribus hecticas oriri testatus est (quamuis rarius id accidat) & quod dictum fuit de febribus ardentibus idem de reliquis acutis febribus, & iecoris, ventriculi, pulmonis, & alijs diuturnis nobiliorum membrorum inflammationibus intelligendum est. quinimo Galenus ipsas quoque ex intestinorum leuitatibus, alui profluuijs, ac dysenterijs creari testatus est, insequente totius animalis, ac præsertim corporis cordis febrili caliditate, quæ difficulter amouetur. quibus autem de causis ex ardentibus febribus, & inflammationibus nobilium partium hecticæ potissimum gignantur, recte docet Auicennas dum inquit, Quod febris putrida, & apostematis multoties in hecticam commutatur, propter vehementiam febris (hæc enim solidas partes facilius inuadit & permeat, & earum humiditates depascit) & propter vehementiam subtiliationis cibi in ea, dum scilicet imperiti Medici victum nimis attenuant; & propter prohibitionem aquæ frigidæ, dum scilicet vel à Medico propter ipsius inscitiam, licet ea indigerent ægrotantes, fuit inhibita; vel partis phlegmon, aut materiæ cruditas ipsam non admisit: & propter

Causæ, & generationis modi.

Gal. 1. de diffe. febr. c. 8.

Primum hecticæ febris genus & ipsius causæ.

Gal. loco cit.

Auic. loco cit.

Gal. 1 de diffe. febr. c. 9.

Auic. 1. 4. tract. 3. cap. 1.

Qq paucita-

paucitatem obseruationis lateris cordis cum vnctionibus & emplastris, & epithematibus, & proprie in ægritudinibus membrorum vicinorum cordi, sicut diaphragmatis, dum scilicet calido tumore corripitur. quidam enim in his malis curandis adeo ignari sunt, vt non solum frigidæ potum alioquin commodissimum vituperent, verum etiam nullum aliud medicamentum refrigerans thoraci, ac præcordijs apponant, & quod deterius est, nonnulli adeo immanes reperiuntur, qui vt notat Galenus fomenta & cataplasmata ex calidis medicaminibus composita, quæ Galeni tempore, ex melle parabantur, & in plurimo erant vsu, ijsdem partibus admoueant. & tandem subdit Auicennas, quod multoties hæ febres in hecticas abeūt, quoniam Medici alioquin non imperiti, propter virium lapsum, & syncopis frequentiam vel vinum in potu, vel aquam carnis, vel diamoscum, aut id genus alia, quæ calida sunt, exhibere coguntur. Illud tamen hac in re notat Fernelius, quod dum ex partis cuiuspiam affectione, & præsertim ex iecoris, lienis, ventriculi, pulmonum, thoracis, renum, vel intestinorum inflammatione haud recte curata maxime vero si purulenta euadat, febrilis calor diutius in his persistit, & cor obsidet, solutu certe quidem difficilis euadit, ac tum cordi, tum ceteris partibus summam siccitatem ingenerat: ceterum hæc proprie hectica censeri non debet, aut saltem in hecticæ simplicis genere contineri non potest, sicuti nec illa, quæ ex ardente oritur febre: vtrunque.n. genus ex putredine natum est, quam etiamnum diu redolet, eius quippe indicia in pulsu, in vrinis, in siti, in alijsque symptomatis permanent. Quin & crebræ in his excandescentiæ etiam sine cibo fiunt, & inæqualitates, & crebri horrores, quum præsertim purulenta est collectio, quo fit vt omnis quæ ex putrida proficiscitur hectica febris, putredinis etiamnum particeps sit. Quod quidem Fernelij dictum, licet in pluribus & porissimum in ijs, quæ ex apostematum febribus, & diuturnis ortum ducunt, veritatem habeat nihilominus, vt opinamur, perpetuo verum non est, quia in ardentibus maxime febribus fieri potest, vt vel à natura per crisim aliquam expulsus, vel à Medico ope soluentium, aut aliorum præsidiorum eductus fuerit putrescens humor, hectica tamen fixa adhuc remanente, quæ ante noxij humoris expulsionem solidis cordis & aliorum membrorum particulis fuerit inusta. Quum enim admodum vehemens est febris incendium, & laborans temperatura calidus & siccus diutius inediam aut sitim tolerat, nullaque præsertim ope incendio succurritur, colliquefit carnosa similarium partium substantia, & febris partes solidas inuadit. nam ardens & colliquans febris id breui efficit, quod simplex hectica multo tempore efficere potest. hinc fit, vt Optimus Auicennas post hecticarum, quæ febres ardentes, & febres apostematum sequuntur, commemorationem, statim intulerit, quod quandoque componitur hectica cum febre putredinis & apostematum. Hectica autem febris, quæ ephemeræ succedit, ait Fernelius proculdubio vera exquisita, seu puta & simplex existit, sed in eum duntaxat incidit, qui temperatura calidior & siccior fuerit. Si vero secundo modo hecticæ fiant, & prorsus incipientes sint, seu, vt ait Galenus statim ab initio inuaserint, ex tristitia, aut ira, aut lassitudine nimia, vnà cum solis feruore contracta, procreantur, sed in eis solummodò, qui natura calidiores sicciores que sunt; ac præsertim si in laboribus, vigilijs, ac curis, & inedijs, vel cibi abstinentia vitam duxerint, ac multo magis æstate, & calido siccoque cœli statu, & regione consimili. hos enim, & hoc tempore, & tali aeris statu, statim ab initio solet hectica febris inuadere ex ira potissimum vel tristitia, dum hæ potissimum animi affectiones, aut consimiles causæ præincipientes validæ & fortes extiterint. Hæ siquidem causæ, quum leuiores sunt ephemeram, quum vehementissimæ, statim scilicet inflammatis solidis partibus, hecticam promouent. Longinquum tamen est, & valde rarum, inquit Auicennas, vt hectica incipiendo, & nulla alia febre præcedente generetur. quia non ita apparet ratio, subdit ipse, cur causa calefaciente corpori occursante, solidæ partes inflammentur, & in calefacto esse ponantur, & prius, vel humores, aut saltem spiritus ante solidas partes non inflammentur. nam videtur rationabile, vt spiritus & humores prius calfiant, & deinde secundum processionem dierum, solidæ partes incalescant, nam longe facilius spiritus & humores inflammantur, quàm solida membra, tum quia tenuiorem & facilius permeabilem obtinent substantiam, tum quia minorem frigiditatem resistentem possident. Cum tamen hectica incipiens fiat, & id Galeni quoque autto-

Gal. 1. de diff. febr. c. 9.

Fern. 4. pathol. c. 16.

Gal. 1. de diff. febr. c. 9.

Secundū hecticarum febrium genus & eius causæ.

Dubitatio.

Auicennæ solutio.

auctoritate sancitum fuerit, ob id maxime laborat Auicennas, vt hanc dubitationem submoueat. Et quoniam in humoribus & putrida febre tanta ambiguitas non exurgit, sed tota difficultas in spirituum & ephemeræ accensione consistit, nam facile est, vt ab aliqua causa calefaciente producatur hectica, & non putrida febris, quoniam putredo cuiusdam determinati modi passio est, & obstructiones, & prohibitam transpirationem exigit, & subinde à quacunque caliditate fieri apta non est; & insuper fieri potest vt cor calidum sit, humores vero propter frigidum iecur, aut frigida prægressa alimenta, ad frigidum vergant, & sicuti cordis temperamentum difficillime, ita humorum temperies facillime immutatur; fieri autem febrem hecticam & non ephemeram, videtur ferme impossibile, quia absurdum videtur, imo nihil absurdius, apparet, vt quis dicat, quemadmodum Auicennas Fernelius & alij omnes concedunt, quod eadem specie causa procatarctica, si minus vehemens sit, ephemeram & non hecticam, si magis vehemens, hecticam non autem ephemeram accendat, cum spiritus longe facilius & promptius, quàm solida propter causas superius propositas accendantur: ob id Auicennas in hoc porismum laborat, vt ostendat posse fieri ab eadem causa primaria hecticam & non ephemeram. & inquit, quod id contingit, quotiescunque causa fuerit valde fortis, cum autem causa hæc fortis duplex esse possit, nempe maxima solidarum cordis partium dispositio, & calefaciens causa vehementissima, sola autem cordis solidæ substantiæ dispositio sufficiens esse non videatur, quoniam quantumcunque hæc solida substantia disposita supponatur, spiritus tamen magis adhuc, propter causas superius enarratas, dispositi sunt, vt inflammentur: causa autem calefaciens siue vehemens sit, siue debilis, semper in id quod maiorem in se continet dispositionem, promptius agat; eapropter subdit Auicennas, id etiam contingere posse, vt scilicet à calefaciente causa hectica non autem ephemera generetur, propter vehementiam suspensionis vel dependentiæ ipsius causæ calefacientis, sicuti propter ipsius debilem suspensionem & dependentiam fit potius ephemera. exempli gratia, vt Auicennæ sententia clara fiat, occurrat corpori nostro causa vehementer calfaciens, vt sol, vel balneum valde calidum, quamuis ab his tum membra, tum humores, & spiritus calfiant, nihilominus horum caliditas in membris potest infigi, & eis magis hærere, non autem humoribus, & spiritibus, tum quia membra paratissima sint, vtpote calida & arefacta, tum quia densiorem habent substantiam, & impressam sibi caliditatem, calefaciente causa alioquin remota & absente, facilius retinent, spiritus autem & humores propter substantiæ tenuitatem, agente ipso sublato, impressam sibi caliditatem nō seruāt, sed paulo post ad propriam naturalem dispositionem redeunt. quam quidem Auicennæ solutionem, alij, vt confirmarent, fulminis exemplum adiecerunt, quod quidem in ferrum, lapides, & densa corpora agit, vestibus idque genus alijs rarioribus corporibus omnino illæsis, quia eius excessiua caliditas non in his, sed solum in rebus duris & densis retinetur. Nos tamen arbitramur Auicennam nullo pacto dubitationem diluisse, & Fernelium ac reliquos omnes deceptos fuisse & Galenum ipsum, qui solus veritatem hanc facile cognouit, perperam intellexisse credimus. Vt enim fulminis exemplum tanquam incongruum prætermittamus, quia fulmen tum hos tum alios effectus summa admiratione dignos non quidem e manifesta, sed occulta qualitate, & proprietate producit. concedamus caliditatem à vehementi calfaciente causa prodeuntem in re densiori, & solidis partibus diutius, & facilius conseruari, quid tamen obstat, quin eadem caliditas in spiritibus & tenuiori corpore, si non promptius, & citius vti probabile est, saltem eodem tempore imprimatur? aliud enim est impressio, aliud vero impressæ rei conseruatio. proinde cur est, quod dum à forti caliditate occursante hectica fit, vel citius vel eodem instanti non oritur ephemera? exempli causa ira vehemens aut excandescentia excitetur, in qua circa præcordia sanguis feruet, cordis temperies calida fit & sicca, cum spiritus ignei sint, & omnium quæ in corpore nostro reperiuntur calidissimi, & tenuissimi, cur ab hoc sanguinis feruore cordis corpus non autem spiritus magis calfiat & ignescat, prorsus non intelligimus. quod si spiritus impressam caliditatem extraneam nō retineat, id non tollit, quin vel prius, vel vna cum solida cordis substantia incaluerit, & subinde necesse est vt ephemera vel prius, vel vnà cum hectica febre omnino innaserit, licet deinde ephemera delitescente, hectica ob causam ab Auic. propositam adhuc permaneat. Quare

Auicennæ fundamentū & dubitationis solutio i quo consistat.

Auicenne & aliorum sententiæ confutatio.

cludamus, quod si causa calefaciens debilis sit ephemeram, si valde vehemens tum ephemeram tum eodem tempore vel non longe post & fere in eodem instanti hecticam febrem accendit, quotiescunque tamen cor ipsum omnino dispositum fuerit. tunc enim & spiritus & humores, & solidæ ipse partes propter maximam agentis vehementiam accenduntur. Quare nunquàm datur hectica incipiens, quin ipsam à principio ephemera comitetur. Altera autem ex parte illud quoque maxime notandum est, hecticam febrem nunquàm ab ephemera tanq̃ ab effectrice calefacienteque causa originem ducere, quamuis, post ephemeræ desinentiam, in solidis partibus impressa relinquatur, & ob id eo tempore manifesta fiat, sed prius tamen, & vnà cum ephemera, & ab eadem prorsus causa, quæ produxit ephemerã, exorta fuit. Si enim vt omnes concedunt, ad hoc vt ex ephemera hectica oriatur, maxima ipsius passi cordisq; dispositio requiritur, rationabile est, vt in tali passi dispositione causa, quæ produxit ephemeram eodem tempore, & multo magis quàm ephemeræ febris calor, potuerit hecticam imprimere. Potissimum cum causa procatarctica, à qua ephemera gignitur febris, siue fuerit immodicus animæ vel corporis motus, & sanguinis feruor & ebullitio; siue adhæsus rei calidæ, siue mistio calidæ substantiæ efficaciora sint in agendo quàm ephemera: nam propter quod vnumquodque tale & illud magis, inquit Philosophus. Insuper si in Tertianarum exquisitarum accessionibus, &, quod magis est, in ardentibus, quæ cõtinue sunt, febribus, in primis diebus non oriuntur hecticæ febres, sed, vt monet Galenus, id solum contingit, dum hæ febres protrahuntur, vti etiam in diuturnis accidit inflammationibus, & nihilominus ardentes & exquisitæ tertianæ febres in calidis & siccis potissimũ naturis accenduntur, quanto minus poterit ex ephemeræ calore hectica febris excitari, cum ipsius calor, præter id quod breuis est, & naturalem diem vt plurimum non excedens, valde moderatus, & benignus est, & præsertim cum spiritus multo minus quàm humores propriam caliditatem in solidis partibus imprimere valeant? Ad hæc si dum statim accẽditur ephemera à præpotenti causa primaria, hectica febris aut simul aut statim post non accenditur, ergo longe minus causæ primariæ efficacia & vi semota, ab ephemeræ solius calore poterit accẽdi, siquidem ephemera propria tempora, & incrementum non suscipit, eo quia in corde, & spiritibus calor augeatur, vt in putridis febribus accidit, propter diuersum humorũ, & eorundem putrefactionis motum: sed ob id augmentum accipit, quia calor in cordis spiritibus succensus paulatim per vniuersum corpus diffunditur, sed quanto magis id fit, tanto magis in corde mitigatur, & imminuitur. de synochis autem sine putredine non est vt ambigamus, quia hæ quamuis diutius durent, in humidis sanguineisque fiunt naturis ab hecticis valde remotis, vt superius cum Galeno notauimus, dum dicebat, quod nullus eorum qui habitu corporis præditi sunt humidiore ab initio statim hectica febre correptus fuit. Itaque hectica incipiens semper oritur cum ephemera, quæ tamen paulo post delitescit hectica remanente, quia spiritus feruor propter vagam tenuemque substantiam facile delitescit, solidorum autem corporum caliditas, propter dẽsam, & crassam ipsorum substãtiam facile fixa & impressa manet, dum tamen ipsorum substantiam intimius permeauerit. è conuerso autem propter ephemeram tanquàm causam effectricem non oritur hectica, sed à causa primaria simul fiunt, aut statim post & fere momento temporis hectica succedit. Ad quam veritatem respiciens Diuinus Galenus (& hoc debebant recte perpendere) dum de his hecticis, quæ post alias febres fiunt, sermonem habet, solum ardentes in earum progressu, & diuturnas nobilium partium inflammationes in octauo & nono primi de differentijs febrium capitibus, proposuit, de ipsis autem ephemeris Diuinus vir ne verbum quidem apposuit. & Clarius in fine secundi libri de crisibus ait, quod nulla hecticarum in primis diebus, sed in progressu temporis fit, quoniam ab initio cum ephemera de necessitate complicata est, & ob id alibi iubet, vt posthabitis proprijs vtriusque febris indicijs, ceu omnino confusis, & implicitis, expectemus vt ephemeræ terminus proprius & vnus dies pertranseat, & deinde obseruemus, an febrilis calor adhuc permaneat, nec ne, si enim id accidat hecticæ febris quæ à principio inuasit, signum est. & quod adhuc magis notatu dignum est, dum causas hecticæ incipientis attulit, tristitiæ, iræ & excandescentiæ solum meminit, quia horum vi non in ambitu totius corporis, sed in præcordijs & intimioribus partibus iuxta cor extranea caliditas accenditur, & his non contentus, addit ex ira vel

tristitia

Ab ephemera tanquàm à causa calefaciente hectica febris non fit.

Aris. 1. poster. cap. 3.

Gal. 1. de diff. febr. c. 8. & 9.

Gal 1. de diffe. febr. c. 9.

Gal. loco cit. & 8. meth. med.

Gal. 1. de diff. febr. c. 8. & 9.

tristitia he[illegible] ab initio inuadere in naturis ficcioribus. præsertim si calidam habuerint temperaturam, & vitam elegerint in vigilijs curis, & victu pauco, ac magis æstate, & aeris statu & loco calido & sicco. quibus concurrentibus impossibile omnino est, vt etiam spiritus, & ephemera febris statim ab initio non accendatur, si ea quæ de præparatis ad febres corporibus in sermone proprio ex Galeni sententia apposuimus, vera sunt. sed rationibus, & Galeni auctoritatibus adductis ipsa fauet experientia, cum & Gentilis, & plerique alij in praxi exercitantissimi fateantur, se nunquam vidisse aliquem à principio hecticum factum, quia vel post putridas, vel post ephemeram delitescentem, vt etiam Gal. id solum obseruarunt. Quocunque autem modo hectica febris generetur, ipsa duplex in primis esse potest, vildelicet vel sine tabe, & absque alicuius humiditatis membrorum propriæ siccitate & consumptione, vel cum tabe & eiusdem humiditatis absumptione. diximus autem humiditatis membrorum propriæ, ad differentiam illius, quæ in arterijs & venis exilibus & capillaribus continetur, & partium propria non est, quia de hac in præsentia non loquimur. hanc autem hecticarum primam distinctionem, seu, si ita libet appellare, differentiam ex Gale. colligimus. dum ipse inquit, quod fieri potest, vt humoris in corpore cordis contenti adhuc magna portio reseruetur. & hectica dicitur sine tabe, quod si humor hic temporis longitudine consumatur, tunc non tantum hectica fit, sed etiam tabida, & in sequenti capite ita scribit. Præstat enim ad incipientem adhuc tabem rursus transferre sermonem. dico autem tabem incipere, quando natiua humiditas, quæ in vnoquoque dispergitur corpore in spatijs particularum consimilium intermedijs, ex qua primum nutriuntur particulæ, iam in cordis corpore aboleri periclitatur: donec enim pars huius aliqua reseruatur, solum febris hectica existit, nondum etiam tabida. Cum vero iam res eo periculi peruenerit, vt nihil iam ex tali humiditate supersit, tunc exquisita tabes existit. & paulo post ait. cum enim naturalis cordis temperies primum euerti inceperit, neque natiua humiditas protinus abolita est, neque virtus plurimum laborat, sed primo fit quædam veluti efferuescentia humiditatis (tuncque hectica sine tabe consistit). Deinceps autem consumptio quædam efferuescentiam sequitur, hacque in longum iam protracta, ipsæ similares particulæ, quæ sunt veluti cordis elementa, ficciores redduntur, atque inopia alimenti tenuiores. hæc Gale. ex quibus distinctionem propositam clare colligimus. & adhuc clarius dum alibi habet, quod tertia siccitas est, cum propria humiditas, vnde partes nutriuntur, omnino est absumpta. ex quibus videtur velle tabem non fieri, neque appellari debere, nisi tota hæc humiditas, quæ rorida ab omnibus nuncupatur, fuerit consumpta. quod tamen de tabe, quæ vera est, & marcor, seu marasmus dicitur, intelligendum est. si enim exquisite magis loqui velimus, dummodo humor hic roridus aliqua etiam ex parte sit exiccatus & absumptus, quod paulo post ipsius feruorem contingere solet, præsertim si rõne ardentium febriũ efferuescat, procul omni dubio ẽt tunc hecticam febrẽ vnà cum siccitate aliqua morbosa, & quadã tabe consistere fateri debemus. nõ tñ, vt dictũ est, vere marcida seu tabida Gal. dr, quia donec aliqua eius portio supereft, similares cordis partes nutriri pñt sine quarũ siccitate aliqua, marasmus seu marcor gigni non põt, vt alibi tradit Gale. Rursus hectica tabida seu cũ marcore, vt ab eodẽ accipimus, duplex & ipsa statui potest, non exquisita scilicet & exquisita. Non exquisita quidem quotiescunque rorida humiditate, de qua diximus, consumpta, febrilis calor & siccitas carnosas quoque & adiposas humiditates iam depascit, exquisita vero quotiescunque ne dum carnosæ & adiposæ verum etiam membranosæ, & fibrosæ humiditates absumuntur. Ex quibus apertissimum est Auicennam, quem posteriores omnes sequuti sunt, non ab re sed maximo iure, & ad aures Galeni, tres in vniuersum hecticarum febrium gradus, siue dicas differentias seu species, siue dispositiones, siue tempora statuisse. quamuis & ipsa sicuti latitudinem habent ita sectiones admittere possint. Quæ quidem vt facile ab vnoquoque percipiantur, sciendum est, solidas partes ad differentiam humorum & spirituum, (quorum isti impetentia, illi vero contenta, sicuti illæ continentia ab Hipp. nuncupantur) ex triplici genere substantia conflatas esse, quarum vna rorida vocatur ab omnibus, quoniam veluti ros quidam existit insperius in spatijs dictarum partium, quæ natiua seu naturalis etiam humiditas à Galeno dicitur, nonnunquam proprius similarium partium humor, ex quo ipsę nutriuntur, in quo, vt alibi tassus est, non exigua spirituum copia consistit.

[Margin notes:]
Gentilius in com. Auic. cap. proprio.
Hecticæ febris differentiæ.
Hectica tabida & non tabida quæ sit.
Gal. 1. de diff. feb. c. 8.
Cap. 9.
Gal. 7. meth. c. 6. & 7.
Hectica tabida duplex.
Galen. lib. de marcore & 10. meth.
Gal. 1. de diff. feb. c. 9.
Tres hecticarum differentiæ siue gradus siue tempora.
Tres solidarum partium substantiæ.
Hipp. 6. epid. sec. 7.
Substantia rorida.

Secunda vero ab eodem Galeno substantia carnosa, & adiposa dicitur; quæ substantia ex concreto humore constat: & ab Auicennæ expositoribus cambium appellatur: Tertia autem est, quæ fibrosa, & membranosa ab eodem nominatur, & ab Arabum interpretibus glutem, à plerisque radicalis humiditas, cuius merito, inquit Auicennas, continuantur partes membrorum similium partium à principio creationis, & per ipsius destructionem ad separationem perueniunt. & Tertia hæc substantia sicuti in omnibus sta ite vita quo ad numerum semper eadem manet, ita quo ad magnitudinem in ijs qui crescunt adhuc augetur, in ijs, qui absoluti iam sunt eandem quinetiam magnitudinem retinet, rorida autem substantia, nec non carnosa & adiposa penes magnitudinem variatur, etiamsi animans iam absolutum sit, & non amplius augeatur. non adeo tamen vt humores & spiritus, qui, vt ait Galenus tantum non quolibet momento tum minor tum maior conspicitur. illud autem circa fibrosam & membranosam notandum est, Galenum nonnunquam hanc solam nominasse solidã, sed prout à prima & secunda substantia contradistinguitur. dicebat enim siccitatem insanabilem esse, si prorsus sit consumata, est autem prorsus consumata vbi solida similarium partium substantia reddita est siccior. & alibi ait, quod solidis ipsis siccatis fieri nequit, vt homo prorsus persanetur, & alio in loco hanc eandem vere solidam substantiam vocauit. Quamuis alibi Hippocratem exponens carnosam quinetiã partem in solidarum genere contineri fassus sit, scribit enim quod quæ pauco tempore extenuata sunt corpora ab humorum & spirituum euacuatione, non ex solidorum colliquatione id perpessa sunt: quæ vero longo tempore extenuantur, ijs carnes contabescunt. Quemadmodum autem in similarium & solidarum partium nutritione datur hic ordo, vt fibrosa substantia, membranosaque, ex carnosa & adiposa in poris seu meatibus radicalium membrorum, seu, vt vocant, staminum suscepta nutritur, & rasarcitur, carnosa vero & adiposa, tum ex rorida humiditate potissimum dum alimentum deficit, tum ex crassiori portione sanguinis, seu humiditatis illius, quæ in exilibus partium venis & arterijs continetur, reparatur, rorida autem humiditas ex tenuiori humiditatis inexilibus vasis contentæ portione instauratur, ita in earundem atrophia, & consumptione is ordo inuiolabilis seruatur, vt semper humiditas illa, quę ceteris tenuitate præstat, vt ex Galeno colligimus, prius quam crassior alteretur, calfiat, & absumatur. quo fit, vt primo rorida humiditas, secundò carnosa & adiposa, quippe quæ crassior est, & tertio & vltimo fibrosa & membranosa adhuc crassior in hectica febre accendatur, siccetur, & absumatur. Vnde prout interdum prima humiditas rorida nempe, aliquando secunda carnosa. s. & adiposa, nonnunquam tertia, quæ fibrosa est ac membranosa depascitur, ita tres differentiæ, seu gradus, siue tempora, quæ inuicem nullo pacto confundi, & implicari possunt, exoriantur, cum enim tres hæ substantiæ, siue humiditates solidas & similares partes constituentes inter se diuersæ sint, dum primum hectica febris generatur, extraneus calor æqualiter eas nõ apprehendit, sed earundem vnà primo, tenuior nempe, sufficienter incaluit, reliquæ autem incalescunt, & deinde passim ad reliquas duas calor & siccitas pertransit. cũ itaque non æqualiter, sed passim ac ordine quodam præter naturam calorem admittant, tres necessario hecticarum species emergunt. Quarum prima erit cum calefactum esse in rorida humiditate fuerit susceptum, ipsaque efferuescentiam quandã patitur, vi cuius sensim etiam absumitur. Secunda erit quum hac absumpta, carnosa & adiposa depascitur. Tertia vero dum fibrosa, & membranosa substantia iam siccatur. cuiuslibet autem temporis, seu gradus differentiæ particulares in prognosticis apparebunt. Sed circa tres differentias propositas & earum numerum dubitaret aliquis, quoniam præter tres propositas humiditates duæ quoq; aliæ reperiuntur, quarum vnà illa est, quæ in minimis vasorum capillamentis particularum partium consistit, & de qua in septimo de medendi methodo, & alibi meminit Gal. altera vero ea est, quæ (præter roridam, carnosam, & radicalem vocatam, in quã spiritus & innatus calor residet) aquea seu etiam elementaris existit, cuius merito solida, & potissimũ terrestris substantia coheret, ac persistit, ne scilicet in cinerem omnino dissoluatur. vt quid igitur quinque hecticarum febrium differentiæ non reperiuntur? Huic tamen respondere non est difficile, quia, si de prima humiditate loquamur, hæc de partium solidarum & corporis habitus essentia non est. auctores vero ad illarum humiditatum absumptionem respexerunt, penes quàm bona partium habitudo, vt de-

Marginalia: Gal. 1. de diff. feb. cant. & 7. & 10. metho. med. c. 6. & c. vlt. 7 method. 6. & 10. metho. vlt. — Loco cit. — Carnosa, & adiposa. — Fibrosa, & membranosa. — Gal. 11. meth. cap. 3. — Gal. 7. metho. cap. 6. — 10. metho. vlt. — Apparentes in Gal. contradictiones tolluntur. — 11. metho. c. 3. Gal. 2. aphor. com. 7. — In trium humiditatũ reparatione, & absumptione quis nam ordo reperiatur. — Gal. 1. de diff. febr. cap. 1. & 10. meth. vlt. — Dubitatio de humiditatum, & hecticę graduum numero. — Responsio.

vt debita crassities, & sufficiens pinguedo emaciatur: & insuper in venis semper ferè non parua subest sanguinis copia, & ad capillares venas facile deducitur, & propter sui crassitiem & venarum densitatem non ita facilè consumitur, imo sæpius homines primam & secundam hecticæ febris differentiam incurrunt, quamuis in venis notabilis sanguinis copia & quantitas reperiatur. in vasis autem exilibus eo facilius attrahitur, quo corporis solidæ partes febrili caliditate detinentur, sicuti extra venas capillares difficulter attrahitur, propter exilium vasorum & capillamentorum siccitatem, & subsidentiam, quæ in hecticis facilè subsequitur. at penes secundæ, nempe aqueæ humiditatis consumptionem nullus ab auctoribus hecticę gradus proponitur, tum quia priusquam hæc absumatur longe ante moritur homo, quia radicali humore, & caloris pabulo consumpto, necesse est, vt vita quoque finiatur: tū quia humiditas aquea animanti, non quatenus animans, aut vita præditum, sed quatenus mixtum quoddam corpus est, competit. Rursus quærer aliquis, si forte fortuna tres substantiæ ex quibus solidæ partes componuntur, aut ex his duæ, vel vna, putrefiant, quæ nam febris erit. non enim hectica est, quia hæc putredinem sui natura, non habet, neque putrida, cum ipsa non solidarum partium, sed humorum putredinem insequatur: neque ephemera, cum illa ab omni putredine immunis sit. Ambiguitas tollitur, si dicamus, quod sicuti hæ humiditates dum quidem non incalescunt, sed calefactæ iam sunt, hecticam febrem efficiunt. ita dum putrescunt, vel sunt cordis proprię, vel aliorum membrorum. Si cordis propriæ, tunc, vt suo loco diximus, hectica febris pestilens, quæ tamen sui natura putrida est, creatur, si aliorum sint membrorum propriæ, tunc ephemera sui natura potius febris accenditur, quoniam sicuti vt plurimum putridæ fuligines per venas & arterias cordi non communicantur, ita caliditas extranea ex putredine partis suborta, eidem cordi per partem post partem, & per viciniam seu rei calidæ adhæsum facilè potest impartiri. Quod si quis febrem hanc inter hecticæ febris species quodammodo reponat, quatenus in ea solidæ substantiæ humiditas non solum ponitur in calefacto esse, verum etiam à calore extraneo depascitur, & absumitur, is prorsus non aberrabit. exquisita tamen hecticæ species, in qua cor principaliter affici debet, statuenda non erit. & propterea Fernelius de lentæ febris speciebus loquens, scribebat. quod datur altera lenta febris, quæ reliquis, quæ ab humorū crassorum & frigidorum putredine dependent, periculosior est: quæ non solum ex impacti humoris, verum etiam ex visceris, cui insidet, putredine, & corruptione emergit. Nam iecoris, pulmonis, cerebri, ac lienis, interdum etiam renis, distantiorumque partium corruptela, simplexque putredo, tametsi nullus humor putrescat, quoniam tamen expiratione graui cor assiduo lacessit, continuam febrem non aliter quàm putridus humor suscitat, eamq; symptomaticam, ac omnino lentam: quam plerique rerum affinitate ducti, hecticam dixerunt. Cognoscitur porrò hectica febris in genere ex eo imprimis, quod tangenti, vt ex Galeno colligimus, calor mitis primum apparet (dummodo cum ephemera complicata non sit) sed mox acredinem atque erosionem quandam, & eo maiorem, quo magis fuerit protracta, solet ostendere, ac magis cum plus tangendo quis immorabitur. Caliditas, enim cum primum manus admouetur, debilis percipitur, propter siccum ipsius subiectum, & propter vaporum copiosorum defectum: putridarum autem & ephemerarum febrium caliditas, quia à plurima vaporosa humiditate dependet, quæ continenter per singulas similares partes copiose diffusa manet, flammam tangentis manui quam primum obuiantem præfefert. per moram autem ipsius manus calor aridus, acer, & mordax insurgit, propter subiecti, in quo fundatur, licciorem & solidiorem substantiam, quemadmodum etiam iuuenum caliditas puerorum caliditati comparata acrior percipitur. Præterea commune est omnibus hecticis febribus, vt monet Galenus, quod pusillæ, ita vt non multa occurrat caliditas, ac semper à principio vsque ad finem sunt æquales, sibiq; perpetuo similes, nullam accessionis inuasionem, nec incrementum, neque vigorem, neque remissionem habentes, neque enim in illis vlla fit humorum expulsio, vel putredo, neque recens febrilis caloris alijs partibus communicatio. Cum autem hectica febris perseueret æqualis, & citra aliquam additionem, aut imminutionem, quæ effatu digna sit, & quia, vt in eius natura diximus, in solidis partibus fixa est, & earum velnti naturalis & consueta habituataque temperatura facta est, & quia caliditas ipsius debilis & exigua existit, hinc fit, vt dolorifica non sit, laboransque vix se febricitare putet. dum autem caliditatem fixam & semper similem esse dicimus, & secundum habitudinem vnam. id inte-

Margin notes:

Alia dubitatio.

Responsio.

Quædam febris hecticæ non exquisitæ, sed impropriè dictę differentia.

Signa. Quō hectica ex caliditate dignoscatur. Caliditas primo debilis, per morā manus tangentis acris insurgit.

Gal. 1. de diff. feb. c. 9.

Caloris exilitas, & vniformitas.

in respectu ad accessiones, intelligendum est. non enim calor adeo vnius est habitudinis & fixus, quin in cibo potu, somno, & vigilia, & id genus alijs permutetur. Ad hęc, inquit Gal. cum arteriæ circunstantibus partibus calidiores sentiuntur, maximũ sunt hecticarum febrium indicium. Siquidem hoc illis nequaquam alijs aduenit in febribus. adhuc autem manifestius hic aduenit casus cum sunt loti, aut quouis alio modo elaxati, ita vt quia profluat humiditas, ac caliditas efflet. Tunc enim alijs partibus omnibus calor percipitur moderatus, vbi calor ita expirauerit, qui vero in arterijs existit, nihilo minor, quam antecedens sentitur. est vero eius manifestus sensus, cum se pulsus attollunt, qui neque ipsi in talibus perspirationibus permutantur, sed continue in eodem statu perseuerant. quod quidem accidit, tum quia arteriarum & succorum, qui in ipsis continentur, caliditas non adeo vehemens est, vt in putridis febribus, & ob id non ita facile circunstantibus partibus communicatur: tum insuper, quia licet etiã in putridis febribus arteriarum loca sint calidiora, quam partes circumiacentes, nihilominus in hecticis arteriarum loca manifestius calida apparent, quàm in putridis, quia in istis putridi vapores per vniuersum corpus dispersi in omnibus partibus ingẽtem caliditatem apparere faciunt, in illis vero, quia reliquæ partes ex vaporum præsentia calidæ non sunt, in arteriarum regionibus caliditas clarius percipitur: tum etiã quia tunicæ arteriarum propter maximam quam habent cum corde, sympathiam, & colligantiam calidiores redditæ sunt quam in putridis, in quibus non calefactæ iam sunt, sed solum incalescunt. & tandem, quia arida arteriarum caliditas est in causa, vt in proprijs regionibus maior fiat sanguinis, qui in eis & venis ipsis superpositis (nam venis semper ferè arteriæ subijciuntur) consistit, & copiosus est, euaporatio potissimũ si, vt inquit Gal. calida lauentur, & locis calidis, & humectis promptius caliditas efflet. Demum inquit Gal. quod maximum, & indubitatum hecticæ febris signum erit. Si cibum homini obtuleris eo tempore, quo maxime omnes horas suspectas subterfugisse videtur. Statim enim hora vna aut duabus post acceptum cibum quicunque ægrotantem tetigerint, alteram febris accessionem adesse opinabuntur. Nec deerunt, qui assistentes increpent, quod non in tempore cibum dederint, sed tunc cum futura accessio erat, & quod oportebat cibum in longius tempus differre, & quod annotatio tardius sit subsequuta. Res autem non ita se habet. Omnibus enim hecticis febribus hoc proprium & inseparabile adest indicium, allato cibo caliditatem accẽdi, ac pulsum ad magnitudinem ac velocitatem augeri, ita vt incompressa annotatio facta videatur. Voco autem annotationem incompressam, in qua neque horror aliquis, neque extremarum partium frigefactio facta est, neque veluti quædam dormitatio, neque aliqua insignis pigritia, aut omnino inæqualitas aliqua vel in caliditate, vel in pulsu: adhuc autem magis neque paruitas, neque debilitas, nec horum aliquid aliud, sed quemadmodum, & cuicunque alteri ex cibo maior statim ac velocior pulsus efficitur. Fit quidem aliquãdo & in quibusdam febribus alijs incompressus ascensus, & hac ratione non videtur hecticarum proprius. At non parum differt, si vniuersum horum indiciorum aceruum inspexeris, in omnibus enim febrib. alijs tales introitus præter cibum assumptũ fiũt, incompressi, in hecticis vero res contrario modo se habet, neque penitus fit aliqua annotatio in tempore aliquo: sed est vna febris continua, sicuti quæ proprio nomine synochus dicitur. At illa quidem quandam veluti flammam plurimam admouenti manum habet occursantem, & in ea pulsus maximi sunt, celerrimi, ac frequentissimi. In hecticis neque multa occurrit caliditas, pulsusque tanto minores, rariores, ac tardiores sunt synocharum, pulsibus, quanto caliditas minor est. Ab alijs autem febribus, quæ incompressas annotationes habent, hoc maxime differunt, quod compressio aliqua omnino illis adest cum cibum assumpserint in accessionis principio, in hecticis post cibum assumptum veluti quandam compressionis expertem annotationem fieri contingit, quæ tamen annotatio non est. Decipit autem eos, qui circa huiuscemodi non sunt exercitati ob caliditatis multitudinem, ob magnitudinem pulsuum ac velocitatem. Manifestius autem die sequenti hæc febris agnoscetur, si diligentius obseruauerimus, quousque post assumptum cibum in caliditate ac pulsibus alteratio facta perdurauerit. Nam quæcunque conspectui sunt obuia, eousque manifeste alterata apparebunt, donec ex cibo digesto atque apposito cordis siccitatẽ humectauerint Deinceps ad pristinum habitum reuertentur, in quo antequam cibus assumeretur, conspiciebatur. Si igitur alio in tempore cibo refeceris, eo qui sequitur die ac rursus die sequenti, in tempore pariter diuerso caliditatem adauctam, & pulsus vt diximus alte-

ratos

Gal.1.de diff. febr.c.9.in fi.

Nulla febris ab ægrotante perceptio. Arteriarũ regiones & loca calidiora.

Gal.1.de diff. febr.c.9.

Auctio caloris & pulsus per duas horas post cibũ

ratos videbis. Id enim eis contingere videtur, quod in calce, ac lapidibus calefactis: si.n.aquam frigidissimam infunderis multo calidiores sentiuntur, nutriente, vt videtur in ipsis humida substantia, aridam caliditatem. Si enim intra manus recipias calcis glebam eiusdem paru: facies caliditatem, quam neque senties. Quod si ad terram deponas, & aqua perfundas, videbis quamprimum vehementer calfactam, & ita feruentem, sicuti lebetes, quando ingenti adhæserint flammæ, vapores etiam non paucos ab ea efferri conspicies, quod si etiam tangere ausus fueris, facilè ex hoc deuri continget. Adeo, si ad sensus iudicium referatur, humida caliditas vires haber non parum quam sicca euidentiores. Hæc quidem Galenus, sed vt rectius percipiantur, & vnà Auerrois censura, qua Galenum redarguit, inanis prorsus appareat. Sciendum primo, quod in hecticis vna aut duabus horis ab ingesto cibo calor exacuitur, pulsusque ne dum quadantenus maior, & celerior, sed etiam frequentior euadit: cibo autem confecto, febris in prstinam æqualitatem redit: quoniam sicuti, dum calx humore conspergitur, vapor multus, acriorque calor suscitatur; ita & corporis solidæ partes hectico & arido calore obsessæ ampliorem calorem effundunt, dum cibi madore proluuntur. neque enim propterea quod contraria calci aqua est, vbi ei perfundatur multo calidior sentitur; sed ob id quod humida est substantia, ex qua arida caliditas veluti nutritur, & non pauci ab ea vapores efferuntur. sic hecticæ febres calorem debilem præseferunt, quia cum in solidis partibus subsistant, ab his parum est quod euaporat ob siccitatem earum, cum vero alimentum eis apponitur, cum humidum sit, non ab re earum partium calor augetur, aucta scilicet per alimentum eiusdem caloris substantia, quia eodem alimento nutriuntur, & adueniente humida substantia magis etiam euaporat. Eousque autem perdurat caliditas donec ex cibo digesto, & apposito cordis siccitas fuerit humectata. Qua etiam ratione pulsus maiores velociores, & frequentiores fiunt toto eo tempore, nō autem eo quia cibus extraneum concipiat calorem, vt censuit Auerroes. Notandum insuper, quod quamuis cibus in ventriculo susceptus diutius (pro sui exacta coctione) quam sit duarum horarum spatium, in eo permaneat: attamen tenuior quædam ac veluti rorida ipsius cibi & alimenti portio, quæ magis est parata concoctioni, citius (vt duarū horarū spatio, vel circiter post cibū ast sūprū) à ventriculo in iecur distribuitur, quo fit, vt ab eodem iecore, post vnam, aut vt plurimum duas horas post cibum assumptum, in singulas corporis partes deferri facilè possit, & solidis omnibus partibus cordique potissimum apponi: quo quidem tēpore illa incipit veluti annotatio incompressa, quæ eousque producitur, quo vniuersum concoctum digestumque alimentum, singulis corporis partibus solidioribus, & potissimum ipsius cordis, appositum & assimilatum fuerit. quod facilius in hecticis febribus contingit, quia in his partes inanitæ, ac calore obsessæ illud promptius attrahunt: & potissimum cor, quod, Galeno teste, vehementi trahendi facultate pollet. Postremo animaduertendum, quod quamuis in quacunque febre ex cibo ipso aliqua caloris augmentatio suboriatur (dummodo patientis dispositio, aut valdè à naturali statu recedens, aut morti proxima non sit) nihilominus hectici, cæteris paribus, à cibo magis supercalfiunt quam ceteri febrientes propter aridam magis caliditatem, quæ cibum magis euaporare facit. sed dato insuper, non tamen concesso, quod omnes febricitantes à cibo æque supercalfierent, hoc tamen signum hecticis magis appropriatur, quia mutantur ab ipsa caliditate non sensata, ad ipsam notabiliter sentiendam. alij autem febrientes non sic mutantur, quia prius caliditatem febrilem maxime, & euidentissime sentiebant. Si enim exiguæ flammæ alia vel æqualis, vel copiosior flāma adijciatur, ad tantam deuenit magnitudinem, vt euidens maxime fiat, cum prius nullo pacto animaduerteretur: at si maximæ flammæ exilem quandam superaddas, euidentior nullatenus euadit. De pulsu autem hecticarum febrium loquens Galenus. Nec magnus, inquit, pulsus, nec vehemens cum hecticis febribus vnquam concurrunt, sed, si alterutrum horum habent, non sunt hecticæ. Cum enim cordis temperamentum mutatum iam sit, & incaluerit penes propriam aliquam sui substantiam solidam, necesse est, vt vis pulsatilis ab eo emergens imbecilla sit, quamuis in principio non ita laboret: comes.n.est intēperiei facultatis imbecillitas, queadmodū tēperiei robur. insup cum magnitudinis efficiens & finalis causa sit vehemens facultas, & vsus vrgens, & proinde vehemens caliditas, in hecticis febribus, vt dictum est, virtutis pulsatilis robur deficit, & insuper vehemens calor desideratur, quia hecticarum pusillus calor existit. quibus tertiam causam nempe instrumentalem addere licet, quia cum ad pulsus

Auer. 4. coll. g. c. 33.

Gal. lib. de me. vas. c. 5.

Hecticarum ex pulsu dignotio.

Gal. 3. de presf. ex puls. c. 7.

quietem desinere, ne dum istis tale aliquid non eueniat, sed insuper siccitas manifeste intendatur: tunc enim primum febrem euadeus ephemeram, transcendit ad hecticam. Alter vero cuiusdam veluti ipsius augmenti, atque integræ perfectionis terminus est tertiæ diei accessio. Si enim neque altera accessio superuenerit, nec æger sine febre fuerit, adaucta insuper siccitate, tuc proculdubio hic hectica febre laborat. quæ progressu temporis cito ad tabidam conuertetur, nisi bene curetur. Terminus autem permutationis eius ad tabem est, quando primum pulsus debilis simul ac durus fiat, statim vero & paruus, necessario hic idem est & frequens, non tamen propterea febris est tabida, sed ob id potius quoniam debilis ac durus existit: debilitas siquidem vehementem sequitur cordis intemperiem, durities autem siccitatem. Si igitur huiuscemodi affectus cor occupauerit, hinc febre tabida necesse est animal laborare. In eandem vero incidunt febrem ex ardentibus, atque acutis febribus plures qui recte curati nõ sunt, vti superius diximus, siue simpliciter febricitauerint, siue ex hepatis aut ventriculi inflammatione. Maxime enim horum viscerum inflammationes, si non recte curentur, insequuntur tabes adeo, vt plerique existimauerint eas nulla ex causa alia generari, quod tamen prius non fit, quàm cor patiatur. Ex his itaque ne dum hecticæ principium, & status, siue hectica cum tabe exquisita, verum etiam augmentum, & secunda species facile cognosci potest, nam cognitis extremis, media quæ horum participanria sunt, facilè innotescunt. Cum enim secunda species ad duas extremas quodammodo declinet, latitudinemque contineat maioris & minoris ratione, si æque ab vtraque distabit, æqualiter quoque vtriusque signa participabit. Sin vni erit proximior quàm alteri, eius, cui magis propinqua existit, indicia magis clara fient. Cum.n. in ea sicciores & tenuiores, alimenti inopia, cordis carnosæ partes reddantur, ac tantum facultas in ea laboret, quantum siccitas & caliditas inualuerit, hinc pulsus paruus, durus, debilis, & frequens est, non tamen perinde ac in ea, quæ exquisite tabida est, magis tamen quã in ea, quæ simpliciter hectica & citra tabem. & idem de ceteris signis dicendum est. Vbi autem hectica cum putrida febre coniuncta fuerint, quamuis difficilius cognoscatur: attamen tum ex accessionibus ipsis potissimum, tum ex declinationibus, quæ cum rore aliquo aut perspiratione vaporosa manifeste soluuntur, tũ magis ex arterijs, quæ semper vicinis partibus calidiores remanent neq; celeritatem, neque frequentiam motus amittunt, tum alijs permultis, internoscitur. Hectica vero in proprie dicta, & symptomatica ex iisdem signis cognoscitur, ex quibus lenta & putrida febris pariter symptomatica internoscitur; & præsertim ex eo quod sensim fit, multoque tempore procedit, & alijs ferè morbis succedit: & nihil vel minimum vacuatione mitescit, nullisque cedit remedijs hecticam potissimum respicientibus, sed ijs sæpe exasperatur: Viresque plurimum offendit, ac debilitat, leuique occasione syncopem accersit, sensimque ac plerunque sine sensu hominem extenuat, & tabe conficit. Huius generis est febris quæ phthisim comitatur; hectica enim proprie non est, sed, si putridus vapor cor petat, vt in ea præ ceteris contingere solet, putrida existit ex putrescente pulmonum substantia: sin minus putrida fuligo cor inuadat, sed solum caliditas extranea ex ea putredine profecta, ephemeræ naturam magis redolet: dummodo non omnem putridam febrem in humore, sed etiam in solida substantia putrescente, sicuti conueniens videtur esse, constituere velimus. Qui nam autem hecticis febribus obnoxij sint, ex dictis de ipsarum causis liquet. Tales enim sunt calidi & sicci, & præsertim si vitam elegerint in laboribus, vigilijs, curis, ac victu pauco: nec non etiam si rarioris texturæ fuerint, cuius causa & febrilis calor solidiores partes facilius pmeat, & eædem partes promptius digeruntur, exiccantur, & dissoluuntur. Hectica autem febris quippe, quæ de bilem calorem & tardam actionem habentem, & solidiori subiecto hærentem & fixum, sortitur, sui natura diuturna, & satis prolixa esse solet, præsertim vbi cum tabe (non tamen diutius progressa, quia tunc ad Occasum tendit) coniuncta fuerit. Hecticas autem primum incipientes & non progressas, dum citra tabẽ fuerint, vt ait Gal. non est admodum difficile curare (inquit autem non esse admodũ difficile, quia curatio, propter causas toties dictas, difficultate non caret) At quæ ex ipsis ad marasmum, idest tabem peruenerunt, ex inscitia Medicorum, quibus earum cura fuit demandata, vbi iam exquisite consistunt, & iamdudum inceperunt, & subinde in tertio tempore vel gradu sunt, non modo est easdem curare difficile, sed etiam impossibile. Earum enim natura calida est & sicca, cum tale aliquid cor patiatur, quale lucernæ fomes cum plurimum fuit exustus. Nam qui ita torrefactus est, frangitur, atque

Gal. 1. de diffe. febr. c. 10.

Signa hectiçæ febris impropriè dictæ

Prognostica

Gal. 1. de diff. feb. c. 9.

Gal. 1. de diffe. feb. c. 8.

atque dissoluitur, atque ex ariditate continuitatem amittit, adeo vt neque si magnã olei copiam superinfundas, flamma abundantior possit accendi. Semper enim parua & debilis in ipsa palpitat flamma, ac continue fit minor, donec ex toto extinguatur. Est itaque omnium hecticarum febrium dispositio difficilis, inquit idem Gal. vbi iam principij tempus præterierit. Determino autem principium, non dierum aut horarũ numero, sicuti neque in alijs morborum generibus: sed ipsa dispositionis qualitate. Cum enim naturalis cordis temperies primum euerti inceperit, neque natiua humiditas protinus abolita est, neque virtus plurimum laborat, sed primo fit velut quædã efferuescentia humiditatis, quo tempore facillimum est huiusmodi febrem sanare tãquam nihil virtute adhuc perpessa. deinceps autem consumptio quædam efferuescentiam sequitur, hacque in longum iam protracta similares partes, quæ sunt veluti cordis elementa ficciores redduntur, & inopia alimenti tenuiores, ac tantum virtus laborat, quantum siccitas, & caliditas in corde inualuerit, quando eatum altera exuperans, virtutem imbecilliorem reddere potuit. Huiusmodi febris iam quodammodo ad vtranque partem declinat, ac medium locum tenet inter hecticam tabidam, quæ penitus curã non admittit, & eã de qua paulo ante diximus, quæ in principio curari facillime potest. Sunt vero & in hac latitudines multæ, quoniam & dispositionis ipsius multæ in eo quod magis ac minus, diuersitates. quæ igitur æqualiter distat ab vtraque, & ea. s. quæ exquisite tabida est, & illa in qua nihil est adhuc tale, medio quodam modo se habet ad curationem, dubio ad partes ambas inclinans momento. Quæ autem tabidæ proximior existit, est etiam periculo vicinior, cum quæ alteri primæ magis adhæret, non paruam salutis spem habeat. Solet autem hectica febris, dum progreditur, ne dum tabem, vt dictum est, verum etiam syncopem, & ventris fluxum accersere. quibus paulò post ferè ipsa subsequitur mors, vt etiam in capite de phthisi dictum fuit. A tabe enim habito, vt scribit Hippoc. profluuium alui superueniens, letale. non ita tamen ex proximo, neque tam cito sequitur mors, vt notat Gal. sicuti cũ de fluuium capillorum adiungitur. In proposita autem febre eradicanda, si citra tabẽ consistat, & eius causa iam abierit, oportet, vnà cum Galeno tum humiditatem, tum refrigerationem comparare, si autem cum tabe sit, quæcunque fuerit solidarum partium substantia exiccata, eam peculiari & propria humiditate, & congrui alimenti ope restituere oportet, quæ quidem indicatio, vna cum ea, quæ vires respicit, coincidit, siquidem dum solidarum partium humiditas deperdita resarcitur, vires non solum cõseruantur, verum etiam augentur. Fibrosa tamen & membranosa substantia, cum radicalis sit, & ex semine orta, nullo pacto, vti diximus, reparari potest. Quod si causam adhuc fouentem habeat, siue inflammatio aliqua sit, siue alia, quæ eandem vim hẽat, ei prospicere summopere oportebit, & ipsam, si fieri poterit, prius eradicare, aut si hectica magis vrgeat, Galeni consilio primo hecticam febrem deinde causam submouere oportebit. Is enim ne dum vt hecticam tollat, verum etiam, vt homines ab ea præseruet, nonnunquam phlegmonas augere non veretur. ex quo quidem præcepto conijcimus febrem hecticam sui natura affectum satis perniciosum, & curatu difficilem esse. Sed ad materias præsidiorum, & primum ad medicamenta descendamus. Quorum illa, quæ euacuant, sicuti ratione hecticæ febris, quæ humectationem & adiectionem potius, quàm subtractionem desiderat, non conueniunt; ita, si qua putrida febris ei associata sit, vtiliter administrari solent. mitissima tamen, & refrigerantia potius esse debent, & in pauca copia propinanda, vti si tres vnc. vel syrupi violati, vel ros. solut. vel duas mannæ electæ, vel vnã floris cassiæ no. extr. quæ corpus refrigerant potius & humectant, & in alimentum aliqua ex parte conuerti possunt, exhiberemus. quib. et nonnunquã in simplici hectica febre vti cogimur, dum ægrotans aluum adeo adstrictã habuerit, vt lenibus clysterijs nullo modo obtemperet. nam aluus per vices, vbi sponte non deijciat, lenibus clysterijs cieri debet, quæ quidem ex hordei, foliorum maluarũ, ac violarum decocto, cum exiguo sale & vnc. iij. olei violacei, & ij. vnc. sacchari rubei, aut violati, & vna medullæ cassiæ fist. aut cassiæ tractæ parari poterunt. Sed in alterãtibus. quæ videlicet refrigerate, & humectate, nec non quadantenus roborare possunt, potissimum insistendum est, quæ quidem vt ait Galen. duplicis sunt generis, prout vel intrinsecus sumuntur, quæ sanè prosspheromena, idest sumenda; vocantur; vel foris admouentur. Quæ porro intro in corpus sumuntur ex his, quę de ephemerarum & potissimum putridarum biliosarum febrium curatione, diximus apertissima sunt. Vnde in mane potissimum per tres vel quatuor horas ante cibum, aut etiam alia hora modo

Cap. 3.
Hip. 5. aph. 14.
Gal. in com.
Gal. 10. meth. c. 7.
Indicatiões.
Gal. 10. meth. vlt.
Gal. 10. meth. c. 6.
Curatio. Medicamenta. Euacuantia.
Alterantia. Quæ intus sumuntur.
Gal. 10. meth. c. 7.

vacuus

vacuus à cibo fuerit ventriculus (neque enim in hac febre accessionum tempora obseruantur) iulebrosaceum, ac violaceum, syrupum violaceum, de nymphæa, de succo endiuiæ, cichoreæ, boraginis, aut rosarum cum aquis endiuiæ, cichoreæ, aut boraginis, exhibere licebit: sicuti etiam pastilli qui in hunc modum parantur, vtiliter propinantur. Recip. diarrhod. abb. aut triasanthalorum, aut diatragacanthi, aut electuarij tegũ sine speciebus drach. j. quatuor seminum communium frigidorum vnc. sem. sacchari dissoluti in aqua rosacea quantum suff. fiãt rotule, quarum vna qualibet vice cum vnc. iij. aquæ endiuiæ aut cichorei exhibeatur. Quibus tamen indifferenter vtendum nõ est. cum enim eorum quædam magis vt nymphæa & endiuia, quædã minus, vt cichoreũ, & borago refrigerare valeant, quanto hecticæ calor intensior fuerit, tanto frigidiora requirit, quanto remissior, minus frigida, ne valentioribus auxilijs quàm oporteat, vtentes, non solum hecticum & febrilem, verum etiam vnà cum eo innatum partium calorem extinguamus. Quæ autem foris admouentur duplicia rursus existunt; vel enim quibusdam determinatis partibus, vel vniuerso corporis habitui admouentur. Prioris generis sunt, quæ non indifferenter, sed illi maxime parti, quæ primo affecta est, applicantur. Horum autem, inquit Gal. ea deligenda sunt, quæ citra vehementem adstrictionem refrigerent, talia enim præterquam quod non humectant, et demittere frigiditatem suam alte non valent, quia cutim cogunt. Optima vero sunt quæ non modo citra adstrictionem refrigerant, sed etiam tenuis substantiæ sunt. quæ tamen exacte frigida sint, & tenuium absolutissime partium inuenire fortasse non licet. Acetum enim admistam sibi aliquam caliditatem habet. Cum igitur corpus, quod absolute tenuium partium sit, & simul frigidum non inueniatur, deligendæ materiæ sunt, quæ ad huiusmodi medicamenti compositionem maxime sint idoneæ. Incipiam autem ab eo, quod omnium medicaminum, quæ refrigerant, & humectant, simplicissimum est, & etiam in erysipelatibus, & pudendorum phlegmonib. vtile est, priusquam depascens aliqua subindicetur putredo. Debebit autem ad id parata esse cera optima & elota. sanè optima erit vel alba pontica, vel ex Atticis fauis. Esto aũt rosaceũ omphacinum citra salem confectum, potissimumque tenuium partium, vti Sabinũ &c. Cum vti voles, ambo mista liquantur in vase duplici. Factoque humido cerato (vt oritur quod triplum, aut quadruplum ad ceram rosaceum habet) postquã fuerit refrigeratũ, misceatur ei paulatim in mortario tm̃ aquæ, quantum in se, dum cum ea mollitur, accipere possit. Expedit aũt & ceratum ipsum prius admodum esse refrigeratũ, & aquã, q̃ huic miscebitur, esse frigidissimã. Abundè autem ceratum refrigerabis, si, cum modice coiuit, totum vas, in quo continetur, in aquam frigidissimam dimittas. Quod si aceti quoq; admodum tenuis, ac clari paululum adijcere velis, magis refrigerans, & humectans efficies. non maneat autem super ægrum corpus donec manifeste incalescit, sed assidue subinde mutetur. Aliud medicamentum, Oxalidos aut oxylapati succus cũ exigua tenui polenta mistã excipiatur duplicato peniculo detrito: & affatim frigidum imponatur, quod si peniculi occasio non sit, tum linteum duplicatum, & madefactum refrigerandæ particulæ impones. Quinetiam portulacæ, & semperuiui, & vuæ immaturæ succus similiter polentæ miscentur. Ad hæc lens palustris, & viridis tribuli, & polygoni, & lactucæ, & intybi succus, vel similia cum tenui polenta. Præterea sine polenta licet integris herbis tunsis vti. ita salutare est epithema quod fit ex pinguibus palmulis ex claro aceto coctis, quarum caro vbi tenera satis reddita est, tunsa applicatur. ceratum autem rosaceũ & similia, debent esse simplicia, hoc est sine aromatis confecta. Pariter laudatur rosarum succus frigidus vnà cum polenta. Salutares etiam sunt rosæ tunsæ: & stirpium, quæ moderate adstringunt, germina trita. aut etiam solanum tritum. Vtendum autem his est, non toti impositis thoraci, aut toti ventri, imo illi maxime parti, quæ primo est affecta. Neque enim necessum est, vt aut cum eo, quod refrigerari valenter desiderat, etiam id refrigeres quod prorsus non desiderat, aut ante iustum tempus refrigerare desistas timens aliquam vicinam particulam lædi. Ego enim hominem scio, qui imposito præcordijs refrigerante spirandi statim difficultate laborarit: alterum qui protinus tussierit. quæ paulo post finita sunt, vbi quod refrigeranẽ erat, ablatum fuit. quod si adeo strenue refrigerare non studebis, modice refrigerantia non desunt. refrigeratio enim, quia per efficacissimam qualitatem inducitur, & parui temporis est & periculosa: contra siccitatis per humectantia curatio, vt longior est, ita minus periculosa. sed circa horum epithematum locum illud notandum, quod

Extrinsecus adhibita.

Quæ partib. determinatis admouentur.

Gal. 9.

Cerati rosacei cõpositio & id genus aliorum confectio.

Vtendi modus.

Cap. 7.

quamuis parti primario affectæ admouenda sint: semper tamen ipsi cordi prospiciendum erit, quia in omnibus tum hecticis, tum alijs febribus similem patitur intemperiē. Vnde pro corde ipso. Rec. aquæ rof. & nymphææ an. vnc. viij. aquæ boraginis, acetosæ an. vn. vj. sandalorum omnium, corallorum rub. an. drac. ij. corticum citri drach. iij. ossis de corde cerui num. j. croci gran. iij. vini albi aquosi vnc. iij. olei rof. omphacini vnc. ij. sem. & si cor primo affectum sit, & hectica febris intensior, aut aer calidior vnc. ij. succi polygoni, cichorei, vel endiuiæ adijciantur, misce & fiant epithemata sæpius immutanda. Si iecur primo affectum sit, ei epithema adhibeatur, quod Rec. succi solani, cichorei an. lib. sem. aquæ rof. violarum, nymphææ & endiuiæ an. vnc. iiij. sandalorum omnium, & coral. rubrorum an. drach. ij. aceti vnc. ij. misce & cum duplicato linteo lineo in eis madefacto iecoris regioni imponatur, & sæpius remoueantur. Pariter pro iecore sicuti etiam pro renibus ipsis mirifice conducit ceratum rosaceum ex Gal. superius descriptum. iecur enim & renes validiora refrigerantia perferre possunt, vbi primo fuerint affecta. non tamen thorax, propter respirationem, nimis refrigerantia sustinet. Vniuerso autem corpori admouentur, tum balneum, tum inunctio. Balneum porro dulcis aquæ, cum & per se, & per accidens vniuersum corpus, si recte administretur, refrigerare, & humectare valeat, ab omnibus commendatur. & ideo est huic febri & quocunque tempore maxime idoneum, dummodo ei nulla febris vel ex putrescente humore, vel cum phlegmone sit adiuncta. Tum autem prima ratione, tum ex accidenti proficuum est, quia ex partibus varia facultate præditis compositum est. Quippe ingredientes in aere versantur calido. postea in aquam calidam descendunt: mox ab hac egressi, in frigidā. postremo sudorem detergent. Potest autem prima eius pars materias per totum corpus tum calefacere, tum vero liquare, & quæ inæqualia sunt, æquare, & cutim rarefacere, & multa, quæ sub hac ante detinebantur, & fusa erant, vacuare. Secunda eius pars, vbi quis ea in sicco corporis affectu vtitur, potest madorem vtilem solidis partibus immittere. Tertia potest, vbi quis frigida vtitur, & totum corpus refrigerare, & cutem densare, & vires firmare. Quarta vero corpus per sudores citra refrigerationis noxam vacuare. Vt autem hæc omnia nobis prompte succedant, vitandus imprimis horror est, in balnei administratione. Vnde dum etiam in putridis febribus adhibetur, neque in febrilis significationis principio, neque in augmento, ægrum lauamus, quia tunc densata est ipsa cutis, & quæ sub ea est carnea substantia, sed in febris inclinatione vel incipiente, vel procedēte, vel amplius progressa. nam sicuti in accessionum initijs, vt alibi demonstrauimus, praui humores habent raptum ad centrum & ad præcordia, & motu omnino opposito ei, qui à balneo cietur, mouentur, ita in declinatione accessionis materia iam edomita, & attenuata, & concocta ad circunferentiam facilè mouetur, & per balneuum educitur. Quod si in accessionum principijs & horroribus ad ambitum totius corporis acres humores, vt isti perperam opinati sunt, mitterentur, nihil prorsus obstaret, quin ope caliditatis & humiditatis balnei, & dulcis aquæ, calefactis laxatis & rarefactis cutaneis, & eis subiectis partibus, acris humor & cito contemperari, & fundi, & attenuari, & euacuari, & subinde tum horror, tum rigor sedari celerrime posset, præsertim cum naturam huic motui opitulantē haberet. Simili mō eorū multi, qui cruditate laborant, & plures eorum, in quibus mordentium excrementorum abundantia subest, siue sint in balneum ingressi, siue steterint in calido Sole, siue exercitationes, frictiones, gestationesve tentauerint, merito horrescere solent, singula. n. horum & liquari & attenuari, & cōfertim & impetu ad sentientes præcordiorum hypochondriorūq; partes agi excrementa subigunt, quod dum fit, innatus calor ad eas partes, vt noxia excrementa ipsas irritantia, procul expellat, retrahitur, vt alibi cum eodem Galeno docuimus. Sed ad rem, si quis balneum ingressus non inhorruit, sed laxata est illi rarefactaque cutis, huic planè necessario prædicta succedent, excrementorum vacuatio, æqualis per totum corpus calor, exiguorum meatuum rarefactio, tensorum relaxatio, densatorum fusio. Ac vacuatio quidem excrementorum omni febri est vtilissima: pari modo & rarefactio, & relaxatio. Fusio autem & calor non item, sed calor omni febri est inimicus. At fundi æqualiter id solidis partibus non est alienum: succis certe non perpetno est vtile: sed quoties in animali vel phlegmone quæpiam, vel ei similis affectus consistit, vel vtrauis abundantia, siue ea, quæ ad vires confertur, siue ea, quæ ad vasorum capacitatem, omnium profecto inimicissimum, pro-

ptcr

Cap. 8.

Vniuerso corpori adhibita.

Balnei vires.

Gal. c. 10.

pter calorem succos liquantem, phlegmonasque augentem, & tunicas uasorum, ex liquatione, spiritu implentem, & distendentem, & vires hoc ipso male afficientem. ergo calidis & siccis affectibus, de quibus nunc agimus, emissio mordentium est salubris; fusio enim eorum est citra periculum. calefactio tamen noxa non caret. Transeamus modo ad secundam balnei partem, lauacrum scilicet vocaram. in hac ergo sicuti ex humectatione iuuantur, sic ex calore nihil illis commodi accedit. Accedamus & ad tertiam, in qua & refrigerantur innoxie, quæ fuerant excalfacta, & vires firmantur. si qua vero & rarefacta, & plus iusto sunt laxata ea innaturalem redeunt mediocritatem; id quod quarta balnei pars indicat. Quippe, quibus omnia rite sunt adhibita, ij post frigidæ vsum adhuc sudant, & omnia ipsis excrementa vacuantur. itaque ex dictis hæc summa colligimur, quod vacuatur quidquid in corpore vel fuliginosum, vel fumidum fuit: consistunt autem in naturali hymmetria tum caro ipsa tum cutis: solidarum partium ariditas corrigitur; & calor non modo his, qui ex lauacro accessit, verum etiam qui prius fuit ex frigidæ vsu submouetur. Vnde corpus non secus, atque candens ferrum frigida mersum, tum refrigeratur, tum roboratur. & huius rei causa ad imbecilla corpora inuentæ sunt balneæ, quæ ea præcalfaciant, & ad frigidum solium præparent. Non dissimile quoddam faciunt, & qui sine balneo frigida vtuntur, cum scilicet se ab exercitatione in eam saltu demittunt. exercitatio enim balnei vices gerens, insiti caloris motum a profundo corpore extrorsum concitat, vt & frigidæ impetui occurrat, & quo minus violenter in profundum ruens viscerum aliquod feriat, aducrsetur. Neque enim frigidæ substantiam, neque eius qualitatem omnino integram vsque ad viscera pertingere est salubre: imo satius & tutius est solam qualitatem per ea, quæ intercedunt, propagatam citra substantiam ad profundum permeare. Hectici porro nisi in frigidam sint dimissi, nihil iuuantur, quia in his solidarum partium affectus candenti ferro est persimilis. Quamuis autem periculum sit, ne corpus frigidum reddas, & vnà calorem natiuum extinguas, & refrigerationis mensuram inuenire difficile sit, non est tamen balneum prorsus deserendum. cũ enim non liceat tum hecticas alias febres, tum marasmodes tutiore via sanare propter corporis gracilitatem, necessarium arbitror Thucididis esse consilium. Agentes aliquid vel periclitari. Quibus enim alia salutis ratio non est, & quæ vnica videtur ea dubia est, necessum, arbitror, his est aduersos periculis ire. sed nec error mortiferus est, aut irremediabilis. quos enim frigida refrigerauit, hos licet in toto, quod sequitur, tempore calefaciendo sanare. Solidarum autem partium siccitas consumata, vti etiam senectus, sanari non potest. Quanto itaque satius est aliquod nonnulla fiducia, vel cum periculo facere, quam spe adempta certo perire, tanto satius est, potentibus præsidijs pugnare, quam nihil agere. Ergo illico hecticos omni ratione refrigerabimus. ante quam progressi in marasmum peruenerint. Quem autem marasmus plane iam occupauit, hunc seruare ne tentaueris, nam siccitas quæ post refrigerationem relinquitur, senectutis ritu hominem conficier, tantisper scilicet victurum, quoad solidæ partes reniti aduersus summam siccitatem valebunt. Quod si ægri propinqui, aut ipse met malit aliquo spatio in senis habitu viuere, quam illico mori: hunc quoque curare cum præfatione expedit, ac in alterum transferre marasmum, quem senium ex morbo nominare consueuimus. Omnes itaque hecticos, & potissimum tabidos modo his alia nulla febris vel ex sola humorum putredine, vel cum phlegmone sit adiuncta audacter lauabis, sed citra omnem laborem, ne vires resoluas, quod cum noceat vehementer, occasio fit balnei culpandi. Quod citra laborem dixi, id ita intelligo. Volo vt æger in balneum super lectulo deportetur, paratamq; ad manum habeat calentem sindonem aut valentiorem, aut saltem duplicatam super quam in prima trium domorum balnei nudatus, transportetur. sint autem quatuor qui hanc teneant, à quoque fini vnus. Ac si prima domus satis calida sit, æger in ea nudatus, in secundam portetur; sin tibi frigidior videtur, non nudus, sed coopertus, vel alia sindone minime frigida, vel tali aliquo inuolucro. sit autem media domus (balneo enim coniuncta esse debet) & situ & temperie media, tanto scilicet prima calidior, quanto tertia frigidior. In hac domo oleum tepidum esto, quo æger super sindone illatus protinus perfundatur. Hoc facto tertiam ingrediantur domum, ducantque hominem, vbi solium est sic, vt per tres balnei domos duntaxat transierint: non tamen celeri gradu, sed tantisper in prioribus domibus morabuntur, dum in altera transferatur tantum à lectulo, in media vero dum perfundatur oleo. sito autem aer

Maxime notandum.

Balnei administrandi modus.

cuiusque domus nec summo calore, nec etiam frigens, sed admodum temperatus, & modice humidus. Id fiet si aqua temperata ex labro sit liberaliter proiecta sic, vt persluat per omnes domos. In ipsa vero solij aqua mediocriter moretur (ne calor natiuus & humiditas digeratur, & euanescat) idque in syndone sustentus, nulla infusione aquæ, vt in alijs uti solemus, adhibita. imo nec capiti eius infundi quicquam velim, cum sit satis id quoque bis, terve vnà cum toto corpore in aqua mergi, demissa mediocriter de orsum sindone, ac rursum per quatuor iuuenes, qui eum portant, leuata. Mox hinc eductus, in frigidam semel totus tingatur, ne vel breuissimo quidem spatio illic moratus. Porrò sit ea frigiditate aqua, vt nullam euidentem qualitatem nec prorsus frigidarum, nec tepidarum aquarum præferat, sed qualem ea quæ fontana vocatur, quæ & frigoris quod fecit, & teporis qui resoluit, est in medio. Qui autem eum portant, tum reliqua omnia curiose edoctos esse conueniet; tum celeritatem tingendi præcepti loco præter cetera habere. Protinus vero alter paratam habens sindonem ipsi inijciat, ac deinde aliam. Tum in lectulo collocatus, primum spongijs detergeatur, deinde mollibus linteis. Nec committent, ut violentius eum contrectent, sed quoad fieri potest, blandissime. Post hæc vnctum ac vestibus amictum, rursus super lectulo in domum, vbi cibatur, reducent, ac nutrient. Post lauationem autem oleo vngendus est, ne scilicet plus iusto digeratur, sed obstruantur exigua cutis spiramenta, & humiditas ex irrigatione inducta intro pellatur, & idem siccitati remedium erit, & aduersus incommodum quod ab aere ambiente contingit, veluti munimentum. sit autem oleum violaceum, aut rosaceum omphacinum, aut de nymphea, aut amygdalarum dulcium potissimum vel solo, vel violaceo admistum. conferunt etiam tempore balnei refrigerantia odoramenta, ex rosis, violis, nymphææ floribus, myrtillis & consimilibus parata. Iam vero post hęc sorbitio quæpiam, vel aliud nutrimentum refrigetans exhibendum est, vt lac si eo delectetur, aut ptissana diligenter cocta, aut eius cremor, qui in gallinarum aut pullorum contusorum iure potissimum parandus est. frigidum enim esse, ac humidum in hecticis febribus nutrimentum nemo nescit. Talia autem sunt ptissanæ cremor, cum frigidus sumitur, & alica similiter ptissanæ cremori condita. id vero est ex aqua, & exiguo porri, & anetho: tum sale, oleo, & aceto. commodus præterea est & ipsis exiguus in aqua frigida panis. Cæterum nullius horum pura frigiditas esse debebit, sicuti potionis. Quippe hæc mature tum incalescit, tum per corpus digeritur: illa cum plusculum temporis in ventriculo morentur, ipsum fortassis refrigerant, si fuerint immodice frigida. Vbi vero febris iam moram traxerit, dandum quoque asininum lac est, sed diligenter, ne in ventriculo cogatur. id vero interim ipse æger nos docebit, vtpote suæ ipsius naturæ peritus: interim id nobis inueniendum est, paulatim ad eius vsum accedentibus. ac expedita quidem ratio est ad symptoma declinandum, si mel illi admisceas, aut saccharum, aut salis, quo nescimur, exiguum. Dandum autem per tres horas ante cibum, & a principio non plus cyatho, sed inducta in cubiculum asina, vt protinus æger lac bibat, contemplantibus diligenter nobis, ac conferentibus arteriæ motum, qui à sumpto late agitur, cum eo, qui ante id sumptum, fuit. si enim corruptum sit, tales inuenies pulsus, vt in oris ventriculi afflictione accidere nosti. sin corruptum non sit, maiores, & valentiores redditos inuenies. Itaque etiam licebit, cum postea exhibebis, mensuram lactis dimidio cyatho adaugeas, ac deinde rursus alium dimidium adijcias, sicque sensim vsque ad mediocrem mensuram addas. Mensuram autem tum lactis, tum aliorum ciborum metas, quibus attenti esse debemus, in ventriculi siccitate curanda tradidimus. sed quanto hecticarum affectus est calidior, tanto vtiq; frigidiora requirit auxilia: & simul maiorem solicitudinē, ne valentibus auxilijs utentes quicquam lędamus. At qui iā marasmo vrgentur, eos (vti dictum est) lauabis. Quos vero hectica premit, nondum tñ marasmo tentantur, eos, licet, ēt fine sindone subiecta laues, vtpote viribus adhuc valentes. Inferri tñ & hos in domum, vel super vehiculo, vel simili re idonea conueniet: Mox ipsos seipsis ingredientes ad calidam du ei, quo in ea morentur. at his minus valentes non est tutum permittere in frigidā natationē descendere, sed foris potius ipsos perfundere, primū tepida secundo frigida. sit aūt tunc præparata in labro aqua frigida, quanta s. ex eo semel hausta perfundere simul totum iam lauatum possit. sed ad cibos reuertamur, inter quos saxatiles quoque pisces concedi pōt, nec non ēt scorpij, & mulli, vt tradit Actuarius, qui ēt boraginē, endiuiam, cichoreā, & panem in pullorū aut gallinarū iure maceratum, & paruas an cu-

Marginal notes: *Gal. 10. meth. c. 6.* — In vnctio. — Victus ratio cibus. — *Gal. 10. meth. c. 11.* — *Act. li. 3. c. 21.*

auiculas mõtanas probauit.sed in hectica cum tabe sit alimentum concoctu facilè, minimeq; glutinosum & excrementosum & nutriens,non tamen maxime pp concoctricis nutritricisq; virtutis imbecillitatē,similiter non sit coctu facillimū,quia tale,vt testis est Gal. non potest esse satis nutriens. quare panis purus sit, & curiosæ in furno coctus, qui tum fermenti, tum etiam salis quippiā hēat.carnes sint gallinarū,caponū, pullorū gallinaceorū,& præsertim testes eorū lacte nutritorum,fasianorum,perdicū, starnarū,& omnium auium montanarum, hædorum, vitulorum, capreolorum, leporum, & castratorum potius elixatorum, cum quibus decorticatum hordeum, & lactuca, cucurbita, endiuia, cichoreum,buglossum,decoqui possunt. Alij vt alimētum præparent, quod facile concoquatur,distribuatur,apponatur,agglutinetur,& assimilatum diutius persistat,& vnà solidarum partium calorem auferat, accipiunt carnem vel cancrorum fluuiatilium,vel limaciarum,aut testudinum, & diligentissime cū sale perfricant,vt superfluitas viscida melius abstergatur,& deinde non bis aut ter sed sæpius primo tepida,deinde frigida aqua abluunt,& postea in aqua fontis decoquūt, donec ferè eliquefacta sit,& postea ptissanam hordeaceam semicoctam addentes,omnia quousque integre fuerit decocta, simul ebullire permittunt, deinde omnibus rite per setaceum, aut linteum colatis sorbitionem seu ptissanam hanc in debita mensura propinant. Oua pariter recentia & sorbilia, & mollissimum caseum præbere conueniet. Et quoniam qui ita se habent plurimo egent alimento, nequeunt autem,vel qđ mediocre est concoquere,ideo paulatim hos & sæpius cibare melius fuerit. ideo Galen.ter eos cibare consueuerat,sed quando meliores manifeste facti sunt,etiam bis nū triuisse satis est. Potus autem hecticis conuenienti ssimus est aqua hordei, aut decoctionis coriandrorum præparatorum.quod si aquam non ferant,ac vires quodammodo imbecillæ sint, aquosum vinum,albumque, sed modice dilutum, concedendū erit. sed melius est,ne in marasmum abeant,vinum quantum fieri poterit,cauere. Frigidæ autem potio præsertimque copiosæ & prorsus gelidæ vitanda est,idque eo magis,quo tabes maior fuerit,qā innatus calor paucus est, & celeriter ad solidas partes peruenit, præsertim vbi corpus extenuatum,exiguique sanguinis fuerit. Somnus autem aut moderatus,aut paulo consueto longiorfuturus est. & præsertim à cibo,vt monet Actuarius,conciliandus est. Animi autem oblectamenta,& relaxationes, & corporis quies iniungenda sunt. & vbi aluus plus iusto fuerit adstricta,lenibus clysterijs superius descriptis cienda erit. Aer,si temperatus sit,Galeni consilio vtique tali nobis est vtendum,qualē se exhibet,nil amplius de eo solicitis. Sin admodū calidus sit,vel admodū frigidus, pro calido inducendus contrarius est,eo mō,quo in curatione putridarū generali docuimus. At,si modice frigidus sit,hoc esse contentos oportet, nihil aut machinātes,aut de ipsius temperie alterantes. Qui vero frigidissimus est,vtiq;,quatenus respirādo attrahitur,admittēdus est,vt qui calorē,qui ē in corde,admodū refrigeret; nō tñ quatenus extrinsecus ægrū contingit.quippe id dēfat,cogitq; cutem,ac eorū, q exuruntur,humorum effluxum trāspirare prohibet.Per pulmonē.n.ꝙ rarum viscus ē, difficile non est,vt tum qualitas ipsius,tum ēt substātia ad cor facile perueniat. at per cutim,fieri nequit,vt eius vel qualitas,vel substātia ad cor perueniat,vtpote prius dēsatam.scire tñ licet maius fore ex frigida inspiratione cōmodum, quā ex cute densanda incōmodū;præsertim cū operimētis hāc calfacere licet. Porro utendū maxime eiusmodi aere est in ijs hecticis,quib.primum quod afficitur,ipsum est cor. ei.n.vti vētriculo comesta & bibita,integris adhuc viribus occurrit inspiratus aer. à corde vero vbi pulmones primū afficiātur,plus ceteris oīb.refrigerātē aerē requirūt. Atrū pulmo opportunū eiusmodi febrib.viscus non est,vtpote humidū laxumque. Vbi vero ex reliqs partib.vt iecore ventriculo,mesaræo,ieiuno,colo,vtero,renib.diaphragmate,aut alio viscere,primū afflictis hectica gñatur,tēperato,aut modice frigido aere cōtentos esse oportet. Vt aūt hoies ab hecticis febrib. pseruemus oportet tum effectrices ipsius cās arcere & remouere,tum corpus imparatū reddere. Imparatū aūt reddemus si ipsū humectauerimus,nō tñ adeo vt hecticā fugientes, putridæ febri obnoxium reddamus. quare,solū dū corpus sui natura siccū fuerit,ad mediā temperiē,aut ad aliqualē humiditatē reducemus. Pariter si calidæ fuerit tēpiei ipsū ad symmetrū & optimū tēpamētum,aut quadantenus frigidum redigere oportebit. Si enim paulisper ad humidū, & frigidum traducemus, cum naturalem adhuc inclinationem seruet, facilè & sponte ad mediam temperaturam reuertetur. Quod si actu morbo & febre aliqua laboret, cum eo tēpore temperiem naturalem non ita oporteat immutare, sed potius conser-

Gal. 7. meth. c. 6.

Potus.

Somnus & vigilia, & reliqua.

Act. loc. cit.

Aer ambiēs.

Gal. 10. meth. c. 8.

Gal. loc. cit.

Præseruatio

Gal. le. meth. c. 6.

uare ad efficientem causam potissimum oculos dirigere oportet. & quoties, ait Gale. vel ex lassitudine, vel ira, vel curis, vigilijs, tristitia, vel longa inedia, vel vniuersis vnà coeuntibus siccatum corpus est, ac febris inuasit, quæ & aridam reddat cutẽ, & igneũ habeat ca lorem, vtique hunc talem timor est febri hectica correptum iri, potissimum in æstate, ac cœli statu calido & sicco. Oportet autem quamprimum ptisanæ cremore, & sorbitione ex alica nutritum, paneque post oblato, aquæ frigidæ potione hominem cures. quippe protinus extinguitur, ac cessat omnino febris, modo nec phlegmone aliqua ei sit adiuncta, nec humorum putredo. Nam si horum vtermis sit, attendere diligenter oportet, ac discernere, quo primum tempore aquam frigidam dare homini sit audendum. Ego enim talium quoque non paucis dedi, tutius esse ratus phlegmonas in præsens augere, quam sinere hominem hecticam febrem incurrere. Vbique igitur (vt semper dicere soleo) curatio dignotionem prænotionemque consequitur. Siquidem & dignoscat quod præsens est, & prænoscat, quod ex eo futurum est, oportet, qui volet notabilis efficaciæ remedio vti. Si tamen magnum fore incõmodum vel humorum putredini, vel phlegmonæ conijcies; à frigida quidem danda abstinebis; refrigerantibus autem, quæ foris applicantur, vteris, modo ea super os vẽtriculi aut tota præcordia, modo super pectus imponens, vbi. s. plurimum subesse caloris maxime iudicabis. Sanè diximus ijs, qui ita laborant, balnea quoque esse non incommoda. Dico ijs, qui siccato plurimum corpore sunt. & ex aliqua earum, quæ dictæ sunt, causarum citra humorum putredinem febricitant. & quod de frigidæ potione cum Galeno diximus, vbi hac vti non licet, idem de sero lactis potissimum caprini statuere licet. hoc enim in putridis febribus biliosis, & acutis, & exurentibus, & colliquatiuis exhibitum, ne febris hectica subsequatur; mirum in modum prohibet, & in biliosis præsertim naturis conuenientissime in dictis febribus, nisi quid prohibeat, propinatur. quod autem prohibere præsertim solet, est corporis repletio, & cruditas, aut alia superfluitas, quæ in primis venis subsistat.

De totius corporis siccitate aut tabe, & atrophia, nec non de reliquis vniuersi corporis intemperantijs. Cap. XXXV.

Gale 7. meth. c. 7.

QVONIAM de totius corporis intemperie morbosa tum calida tantũ, tum calida & sicca abundè diximus, calida autem & humida propter causas alibi assignatas, subsistere non potest, reliquum est, vt tabem ipsam & quamlibet corporis siccitatem, & atrophiam aggrediamur, siue ea simplex sit, siue potissimum vna cum frigiditate coniuncta. Scire enim licet ex Galeni decreto solidorum corporum siccitatibus, si perdurent, succedere necessario frigiditatem. Quippe permanere siccitas ipsa per se nõ mutata oppositione, quæ ex calido & frigido consistit, non potest. Celerrime enim ex nutriendi defectu refrigerantur partes, propterea scilicet quod ex calido succo sanguinis nutriuntur. Si tamen siccitas sola ab initio contracta sit, fieri potest, vt hanc nulla diutissime secuta sit notabilis frigiditas. Sed tunc, vt alibi docuimus, siccitas hæc adeo morbosa non est, vt huius ratione actiones, quæ ad vniuersum corpus spectant, euidenter oblædantur, & imminuantur. Sed nos vberioris doctrinæ gratia, de quacunque corporis tabe & siccitate, & potissimum frigiditati copulata pertractabimus. Quam quidem vt exactius prosequamur, sermonem altius & vniuersaliter magis exordiri debemus, sciendumq; ex Gal. sententia. Nutritionem, siue nutriendi actionem tripliciter lædi posse. vel enim deprauate & vitiose fit, vel imminuitur, vel aufertur. Vitiosa autem seu deprauata cernitur in cachexia in leucis & elephantiasi, in quibus prauum alimentum apponitur, & agglutinatur, non tamen perfecte partibus assimilatur. deficiens vero seu diminuta euadit, in gracilitate, priuatio demum, seu ablatio nutritionis fit in atrophia, vt ait Gal. Verũ ne circa noĩa, & Gal. scripta vllus cõtingat error animaduertendũ, quod, si ꝓprie loqui velimus. Nutritio ex Philosophi sñia quousq; viuimus, auferri haudquaquã potest, quia vt tradit Arist. quousque viuimus, eousque nutrimur. vis enim nutritoria, inquit Auerroes, semper est in actu secundo, quoniam in actione propria non, vt animalis facultas, aliqua ex parte defatigatur, sed potius se ipsam reficit, atque corroborat. quo fit, vt quamuis atrophiæ nomen omnimodã nutritionis priuationẽ significet, attamen manente vita destrui in vniuersum

Gal. 3 de simp. caus. c. 1.

Nutritionis læsio quotuplex.

Arist. 2. de anima.

Auer. in com.

Atrophiæ, Gracilitatisque nomen quomodo accipiendũ sit.

sum non potest, sed id potius quo ad sensum, & in magna nutritionis imminutione intelligendum est. ad quod respiciens Galenus, qui semper nomina paruipendere consueuit, magnam nutrititionis imminutionem atrophiam, minorem autem gracilitatẽ appellauit, potissimum quia sicuti in illa membrorum actiones euidentissime, ita in hac non satis euidenter læduntur, vt gracilitas intra sanitatis adhuc limites quoquo pacto consistere videatur. Non desunt alij, qui diuersa vtentes distinctione, inquiunt quot si vel alimenti penuria, vel euacuatione aliqua immoderata, vel aliarum euidentium causarum vi, vel acuto morbo corpus exarescit, atrophia dici non debet, sed duntaxat quum lente ac pedetentim nulla prægressa causa, corpus sumpto alimento non alitur, sed quomodocunque id accidat, cum gracilitas & attrophia non nisi secundum magis & minus differant, & ab ijsdem causis magis & minus vehementib. & diuturnis oriri possint, de ambobus his vitijs in eodem capite & eodem tempore loquemur, quemadmodum de vitiosa, seu deprauata nutritione in externis præsertim affectibus differemus, quoniam hæc, cum ex prauo alimento proficiscatur, ad externas potissimumque cutaneas partes magis attinere videtur. Siquidem interiora viscera, proprio robore, & probius alimentum attrahere, & quod vitiosum est, ad externas imbecilliores que partes transmittere consueuerunt, praui autem sanguinis redundantia adeo copiosa esse non potest, uita comite, ut cordi iecori & alijs membris nobilibus probi aliquid alimenti non suppetat. Quare ad atrophiam, prout etiam gracilitatem quæ totius molis detractio quædam est, aut collapsus, aut subsidentia, sub se continet, & quamcunque corporis siccitatem, accedamus. nutritionis enim imminutionem siccitatem, seu tabem consequi nemo est qui nesciat. siquidem Atrophia Nutritionis defectus est, quo corpus sensim exiccatur & absumitur, aut contabescit. Marcor autem ex Galeno est viuentis corporis præ siccitate corruptela, seu consumptio, aut destructio, quæ nondum tamen facta est, atque perfecta, sed adhuc in fieri posita est. quo fit, vt marcor sit quoddam atrophiam de necessitate consequẽs, qui quidem licet viuentium quædam passio proprie sit, attamen per translationem quoque omnes alias corruptelas, quæ ex siccitate proueniunt marcoris nomine vocant, vt etiam ad ignem, ac multo etiam longius ad omnia quæ sensim corrumpuntur, hoc nomen traducant. & quoniam ex Galeni dictis duplicem marcorem esse colligimus, non verum scilicet, qui non omnes corporis partes, sed solum eas, quæ non principes sunt, obsidet, & gracilitatem comitatur, & verum atque legitimum in quo omnes partes pariter marcescunt, quia etiam principalia membra in eandem affectionem cadunt, qui atrophiam proprie dictam consequitur, propterea sicuti per atrophiam tum exquisitam tum non exquisitam, ita marcorem tum non verum, tum etiã verum, atque legitimum posthac accipiemus. Cum autem atrophia absolutè dicta rursus, vel vniuersum corpus, vel vnam quampiam partem obsidere possit, quamuis in præsentia de totius corporis atrophia, ceu magis proprie dicta, nobis potissimum transigendum sit, nihilominus & sermonis affinitatis, & vberioris doctrinæ gratia de quacunque totius corporis & partium atrophia sermonem instituemus hoc sumpto initio. Atrophiæ, quæ totius est corporis, aut saltem plurimarum partium, causa uel in aliquo principe viscere, cuius actio vniuerso corpori necessaria est, consistit, aut saltẽ vniuersalis est, & ex se vniuersum corpus siccare nata est: eius vero, quæ vnam quampiam partem apprehendit, causa est peculiare aliquod illius vitium. sed quocunq; modo se habeat, Galenus causam hanc vel in nutritoriæ virtutis imbecillitatem, vel in nutrimenti vitium, vel vitæ rationem, & ea, quæ extrinsecus animali incidunt, retulisse videtur. Has itaque causas primum in vniuersali, postmodum in particulari atrophia & marcore declaremus. Illud autem in primis annotare debemus, vitia hæc, dum totum corpus obsident, vel præter naturam esse, de quibus principaliter agere intendimus, vel potius secundum naturam, cuiusmodi sunt illa, quæ senectutis ipsius ratione proueniunt. senectus enim, vt docet Gal. & experientia, vnus è marcoribus maxime ineuitabilis existit, & item secundum naturam esse videtur. omnia enim naturæ opera sunt ineuitabilia: quippe quæ sui ortus ordinem necessarium habeant. non tamen eodem modo senectutem esse secundum naturam dicimus, vti nutriri & augeri: sunt enim hæc naturæ opera, cum interim senectus non naturæ opus, sed affectus sit necessario consequens. Nam nullum vnquam animal visum est, quod genitum sit, quin idem senectuti fuerit obnoxium. proinde quidam fuere, qui senium secundum naturam esse dixerint, quod ipsum omnia ea, quorum est natura gubernatrix, necessario consequatur.

Gracilitas quid. — *Galen. 3. in 6. epid. 29.* — *Atrophia quid.* — *Marcor. qd.* — *Galen. lib. de marcore, ca. 1.* — *Galen. lib. de mar c.ap. 5.* — *Atrophiæ causæ.* — *Gal. 3. de sympto. caus. ca. 1.* — *Marcor duplex.* — *Senectus qd* — *Gal. li. de marcore, cap. 2.*

quatur. si itaque atrophia & marcor aut alia totius corporis siccitas præter naturam sit, hæc, vt diximus, propter vniuersalem causam de necessitate prouenit. quæ quidē vel in altricis virtutis imbecillitatem, vel alimenti vitium, vel in prauam vitæ rationē, & ea quæ extrinsecus incidunt, referri de necessitate debet, vt ait Gal. quod si etiam diuisionem bimembrem proponamus, virtutis videlicet imbecillitatem, & alimenti vitium, nō errabimus, quoniam quæ extrinsecus accidunt, siccitatem inducunt, prout vel imbecillam facultatem, vel alimentum vitiosum reddunt. Porrò altricem vim labefactant cordis potissimum affectus, & siccitates, præsertimque vbi caliditati iunctę fuerint, & subinde hecticæ febres, siue primario affectu, siue per consortium ex alijs visceribus, cor laboret, vt in hecticarum febrium causis explicauimus: vnde cordis quinetiam circumstantium partium affectus & vitia, vt pulmonis vlcus, membranæ pericardij tumor, & similes affectus, in atrophiam homines perducunt. Cum enim vis altrix innato calore tanquàm organo præcipuo vtatur, quo quidem alimentum attrahit retinet, agglutinat, concoquit & assimilat, & quod assimilari non potuit, procul expellit, caloris autem innati fons sit ipsum cor: mirum non est, si eius siccitates, & vitia, quia ipsius omniumque partium spiritum, & calorem labefactant, atrophiam inducant. Alimenti autem vitium vel in ipsius penuria & exigua copia, atque defectu, vel in ipsius praua qualitate consistit. exiguum vero redditur propter iecoris, aut ventriculi siccitatem potissimum, aut alia horum viscerum grauiora mala præsertim si ad calidum & siccum vergant. prauum autem & vitiosum euadit, dum propter eorundem viscerum aut etiam lienis intemperantias calidas & siccas potissimum praua eaque copiosa excrementa in venis multiplicantur, & copiosa bile tum flaua tum atra venæ & viscera proposita perfunduntur. Vnde raro vera fit atrophia, in qua viscera præter intemperiem, non multa quoque humorum & præsertim biliosorum colluuie sint referta, ac eorum copia distendantur. Per hos enim affectus, quamuis copiosum suppetat alimentum, & venæ multo humore turgeant, corpus tamen non alitur, quia is humor caloris & substātiæ bonitate, sæpe etiam fibris, quibus concrescat, est destitutus, & proinde à partibus tum minimum attrahitur, tum attractus eis parū adhærescere, & assimilari potest. minime autem omnium biliosus attrahitur sanguis, cum is amarus sit, partes autem dulcem succum naturaliter appetant. Simili modo reliquæ causæ omnes siue internæ sint, siue extrinsecus incidant, & in uictus ratione consistant, corpus extennare & colliquare valent, prout vel facultatem ipsam imbecillam, vel alimentum deficiens & imminutum reddunt, de quibus Galenus hunc in modum scribebat. Extenuationes autem multis de causis contingunt: nam & alimenti penuria, & nimia exercitatio, & vigiliæ, & curæ, solicitudinesque & dolores & morbi, in quibus colliquandi, & discutiendi vis inest, & copiosa per aluum, aut vomitus, aut sudores, aut sanguinis eruptionem euacuatio extenuationum causæ fiunt. & alio in loco his addit exustionem, venerem immodicam, iram, & edulia, & medicamenta siccantia. & alibi tradit, quod maiores febres magis & citius corpora extenuant ægrotantium, sicuti & diuturnitas morbi, & ex ætatibus puerilis, atque decrepita; sed alia ambæ ratione. In pueris.n. propter caliditatē, atque humiditatem multum defluūt, atque extenuantur corpora: In decrepita vero ætate hoc idem patiuntur propter potentiæ imbecillitatem. ex regionibus autem & anni temporibus, ac constitutionib. calidæ quidem ac siccæ magis euacuant, sicuti humidæ ac frigidæ magis adstringunt, ac distrare corpora atque extenuari non sinunt. De sensibilibus autem euacuationib. quid dicere oportet? Cum ex profluuio sanguinis multo, sudoribus plurimis, vrina superfluente vomituve, aut alui excretione cito corpus extenuetur? ita inedia, uigiliæ, & curę & amor nimius sufficienter extenuant, & plures motiones. quo fit ut phrenitici quidam iugiter exurgentes, uel iacentes quidem sed continuo aliquam corporis partem commouentes, aut etiam delira loquentes intra paucos dies extenuentur. Similiter in febribus extenuationis causa est humorum tenuitas, & corporis raritas. Corporis autem colliquationem nonnunquàm sine causis enarratis euidentibusque, & ob precipuam uirium imbecillitatem potissimum in febribus fieri, testatur Hippocrates, dum ait, febricitantium non omnino leuiter permanere corpus & nihil minui, uel etiam plus quàm ratio postulat, idest citra causas iam enarratas, colliquescere, malum. illud enim morbi longitudinem (cutis enim spissitudinem, & humorum crassitudinem arguit) hoc uero imbecillitatem significat. quod quidem & Galenus ipse in expositione confirmare non dubitauit. Febres autem ipsæ & potissimum magnæ, & ma-

Causæ siccitatis vniuersalis præter naturam.

Gal. loco cit. 3. de sympt. caus. cap. 1.

Gal. 3. in 6. epidem. com. 29. & 2. de humo. com. 25. & 28

Gal. lib. de marcore cap. 6.

Gal. 2. aphor. com. 28.

Gal. 2. de hum. com 25 & 28 Hipp. 2. aphor. 28 & Gal in commen.

& malignæ ſicuti & aliæ multæ ex cauſis allatis,& quia alimentum abſumunt, & quia ſpiritus, innatumq; calorem,& vires exhauriunt,gracilitatem inducunt.Vnde & magnitudo, & malitia ſebrium ait Galenus interdum graciles homines, extenuatosque vel in primis diebus reddit,quemadmodum eſt ab Hipp.in lib. præſag. de cadauerosa facie conſcriptum. idem quoque morbi prolixitas facit. Verum circa cauſas propoſitas illud ſciendum eſt,quod cum marcor duplex ſit,non verus.ſ.quia potius gracilitas dici debet,in quo licet plurimæ partes & potiſſimũ extimæ,& ad corporis ambitũ ſpectantes emaciatæ ſunt,attamen intimæ & nobiles partes ad reliquarum proportionem exten uatæ non ſunt:& verus atque legitimus,in quo omnes æquę particulæ tum extimæ rum intimæ principalesque exiccatæ ſunt, ſicuti non veri marcoris & gracilitatis cau ſæ plurimę atque diuerſæ ſtatui poſſunt ſiue ſint extrinſecus animali incidentes,ſiue ſint morbi & potiſsimum putridæ febres, ſiue humorum tenuitas, & corporis raritas ; ita vere atrophiæ & marcoris legitimi cauſa in ipſa animalis principia, quæ ſcilicet ineandem affectionem ſiccitatem ſcilicet cadunt, & potiſſimum in cordis ſiccitatẽ referenda eſt.Proinde de vero marcore hæc habet Gal.Itaq; pſpicuum iam eſt, ſi marcor totius corporis affectus ſit,ipſum, niſi ẽt aialis principio patiente,fieri poſſe. imo vero fieri nõ p̃t,vt alius in toto aiali affectus ſit,alius vero principiũ occuparit.ita fit,vt marceſcẽtib.neceſſe ſit cordis corpus exiccari,& poſtea de non vero,& vero marcore verba facit in hunc modũ. Hæc aũt viſcera nempe cor & iecur moderato alimento nõ carent,priuſquã valida ſanguinis penuria vniuerſum animãtis corpus occuparit: ac iecur,quia ſanguis vniuerſus inde ortũ ducit; cor vero,ob vim attrahendi,qua plurimum valet. Trahunt autem omnes animalis particulæ ad ſe proprium alimentum, non omnes tamen pari vi trahendi vtuntur: eaque cauſa eſt, cur in ſanguinis indigentia non ęque omnes alimento deſtitutæ ſint.Sed cor,in quo vehementiſsima attrahendi ineſt actio,deſtitui alimento nunquam poſſet,priuſquam omnes animalis particulæ ad extremam eſſent redactæ penuriam. Quam ob rem non eſt exiſtimandum, cum corpus diuturno morbo vexatum ſit gracile redditum,cor & iecur ad proportionem omnium reliquarum partium eſſe extenuata. id quod,ſi libeat,in alijs ẽt intueri animalibus poteris. quoties enim cunque aliquod horum fame confectum incidere volueris,alias eius partes extenuatas, ſiccasque omnes : iecur vero & cor prope ad naturalem ſtatum accedere comperies. nam qui poſt inedias iugulantur, non tam ob inopiam alimenti corporum ſolidorum , quam ob ſpiritus defectionem intereunt. ideo partes omnes humidæ, molleſque ſunt, vt in viuentibus : quando contentus in eis humor, à quo primum ipſę aluntur,totus conſeruatur,qui vero famæ pereunt,ij propius ad verum marcorem accedunt: proinde cum nulla occaſio ſit,quæ proprie loqui nos cogat,eos marcuiſſe dicimus : re vera tamen non marcuerunt: vel certe,non omnes corporis partes. at vbi verus marcor eſt, tum omnes pariter marceſcunt, quia ẽt principia in eandem affectionem cadunt. hicque marcor in ætatibus eſt ſenectus: In rebus vero præter naturam,febris marcida: aut alia affectio,quæ ſenectuti proportione reſpondet: quã non erit fortaſſe alienum, ſenectutem ex morbo nominare. Quod ſi de cauſis ſiccitatis & marcoris vniuerſalis , ſed ſecundum naturam & proinde ſenectutis ipſius ſermo fiat, ut hæ nobis conſpicuæ fiant,ſciendum quod cũ animal poſt ſui generationem nonnunquam augeatur, interdum imminuatur,perpetuo vero, quoad vſque viuit,nutriatur.nutritio profecto ab ipſa natura fuit inſtituta, vt animal quod effinxit,& eius omnes particulæ. quantum fieri poteſt,perdurent. cum enim animal ex quatuor, quæ mutuo in ſe agunt, qualitatibus conſtet, & hæ mutuo per totas miſceantur,neceſſe eſt, vt in tota ipſius ſubſtantia alteratio fiat quo fit, vt vna hæc omni genito corpori,vt docet Galenus,corruptelæ, interitusq; connata neceſsitas ſit. Altera autem eſt, quæ etiam in animalibus (quippe quæ viuidiorem calorem habent) præcipue cernitur, totius.ſ.ſubſtantiæ fluor, quem inſitus calor excitat. cum itaque tota moles animalium in perpetuo fluore ſit,niſi ſimilis altera ſubſtantia pro ea, quæ defluxit, reſtituta ſit, euaporabitur certe, atque diſſipabitur vniuerſum corpus. Quo factum arbitror,vt natura non animalibus modo, verũ etiã ſtirpibus inſitas quaſdã vires deficientis,ac deſiderati ſemper appetentes, ab initio ſtatim dederit.Non enim veſci,bibere, aut reſpirare à quoquam vſquã diſcimus, ſed ſtatim à principio facultates in nobis habemus,quæ hæc omnia citra docentem perficiant.Cibo igitur,quidquid ſiccioris ſubſtantiæ effluxit,reſtituimus : potione,quidquid humidioris : atque ad priſtinam ita ſymmetriam ambo reducimus. Ita vero & aereæ , igneæque ſubſtantiæ

Quæ nã gracilitatis, & q̃ veri marcoris cauſæ ſtatuendę ſint.

Gal.2 de hum. com.25.

Gal.lib.de mar cor.cap.1.

Cap. 5.

Senectus ex morbo.

Cauſæ ſiccitatis vniuerſalis ſecũdũ naturam,ſeu ſenectutis.

De alimenti neceſsitate.

Gale.1.de nat. facult.cap.2.

Gal.1.de ſanit. tuenda. cap.2.

tiæ modum respiratu, arteriarumque pulsu ruemur. Quod si alimento ipso & nutritionis merito maior portio substantiæ corpori adijciatur, & resarciatur, quam ea sit, quæ deperdita est, & iam defluxit, & id penes omnes similares solidasque particulas fiat, tunc corporis nedum nutritio, verum etiam auctio subsequitur, sicuti si contrarium fiat, vt minor scilicet sit portio eius, quod apponitur, quam eius quod deperditur, corporis imminutio succedit. quæ tamen, vti etiam de senectute paulo post dicemus, ex naturæ ipsius intentione non fit: neque propriũ naturæ opus dici debet. Naturæ siquidem operationes, vt testis est Galenus, tres sunt, generatio, dum adhuc in vtero gestatur, & fingitur animal, augmẽtatio, vt ad perfectam magnitudinem perducatur: & nutritio, vt quantum fieri potest, perduret, postquàm in lucem editum est: sicuti autem generatio non est simplex actio, sed ex alteratione, & formatione composita: auctio vero solidarum partium ampliatio est in longum, latum, & profundũ: ita Nutritio est ijsdem partibus appositio sine ampliatione. Iam vero dum animal in vtero gestatur auctrix & nutrix facultas sunt formatricis virtutis ministræ: postquàm autem genitum est vsque ad ætatis vigorem auctrix virtus dominatur, ei autem ministræ sunt alteratrix & nutrix. Proprium autem auctricis virtutis est partes omnes elementares similaresve in omnem partem proferre. distendi autem in omnem partem ea tantum possunt, quæ per naturam ipsam sunt adaucta mediante .s. nutritione. quæ enim à nobis extensa sunt, sicut vna dimẽsione id patiuntur, ita reliquis minuuntur. Solius igitur naturæ opus est, corpus, quod continuitatem suam, & speciem, quã prius habuit, vniuersam seruet, in omnem partem extendere. atque ea res auctio est, quæ sine nutrimento affluente, adhærenteque fieri nequit. Quod autẽ in nutrimenti specie affluit, cum id corporis eius, quod nutritur, omni parti affigitur, actio ipsa nutritio est: causa vero huius ipsa facultas: & alteratio ipsius actionis genus est, non tamen talis qualis erat in generatione. ibi enim quod os non erat, exẽpli gratia, postea factum est os: in nutritione vero ei quod iam factum est, id quod affluit, efficitur simile. ita alteratio illa dicitur generatio, hæc adsimilatio. Vti igitur generatio, auctio, & nutritio prima naturæ operũ ac veluti capita sunt: ita effectrices horum facultates primæ, principesque tres sunt: desiderant tamen tum ipsarum inter se, tum aliorum ministerium. Quæ vero generatrix & auctrix desiderent, dictum est, quæ nutrix requirat, nunc dicendum. Cum nutricis actio adsimilatio sit, nec fieri possit vt adsimilentur, mutenturque inter se vlla nisi cognationem in qualitatibus habeant, ideo primo quidem nec quodque animal quocunque cibo nutriri potest, deinde nec quibus nutriri potest, ijs vtique protinus. & huius necessitatis causa pluribus alterationis nutrimenti instrumentis cuique animali est opus. Quo pacto .n. ex sanguine os fiet, nisi prius & crassetur plurimum, & dealbetur, aut quomodo ex pane gignetur sanguis, nisi & paulatim alborem deponat & sensim ruborem accipiat. Quare multa sunt ad alterationem nutrimenti instituta organa. Præterea alia causa est excrementorum natura. nam alteram excrementorum, quæ in venis sunt, secretionem desiderauit natura, quibus alijs opus erat vijs, per quas ducerentur ad exitum, ne succis probis officerent. præterea quibus exciperẽtur veluti receptaculis quibusdam, in quibus postq̃ satis magna collecta vis esset, mox excernerentur. ergo debet dari præter adsimilatricem alteratricemque virtutẽ, expultrix quoque vis, & secundum particularum genus nutrimenti excrementis destinatum. vti Tertium genus sunt viæ pro bonis succis vndique per totum corpus deferendis. Alia igitur idoneum cuique particulæ nutrimentum alterando præparant, alia separant excrementa, alia transmittunt, alia suscipiunt, alia expellunt, alia salubrium succorum in omnem partem sunt viæ. Quare si vniuersæ naturæ facultates debent intelligi, omnia iã dicta organa cõsideranda sunt, principium vero doctrinæ eorum, tum ea naturæ opera, quæ fini propinqua habẽtur, tum particulæ, particularumque facultates. At vero finis est nutritio, quæ est eius, quod nutrit, ad id quod nutritur adsimilatio, quæ, vt fiat, agglutinationem requirit, agglutinatio autem appositionem expostulat. Assimilationem vero ab adherentia differre docet vitiligo Grçcis leuce dicta: adiunctionẽ uero & agglutinationem differre docet anaxarca. Quod autem assimilatur, nutrimentum dicitur, (id .n. maxime proprium alimẽtum nominamus, quod partibus animalis apponitur & adsimilatur) quod appositum agglutinatumve est, ueluti nutrimentum dicitur, reliquum omne siue in uenis sit, siue in uentre futurum nutrimẽtum appellatur. Natura itaque omnia artificiose, ac iuste peragit, facultatibus prędita, quibus singulę particulę conuenientem

Marginal notes: Gal. l. de facul. nat. c. 5. — Naturæ opera tria. — Gñatio quid — Auctio quid — Gal. lib. cit. c. 7 — Nutritio qd — Auctricis proprium, & auctio quo fiat — Gal. lib. cit. c. 8 — Nutritio quo fiat. — Cap. 9. — Principes naturæ facultates tres sũt. — Cap. 10. — Famulantiũ facultatum necessitas & numerus. — Cap. 11. — Nutritio qd proprie sit. — Agglutinationis & appositionis necessitas. — Gal. 2 aphor. com. 17. — Gal. 1. de fac. nat. cap. 11. — Cap. 12.

nientem succum trahant, attractum uero retineant, ac coalescere, accrescereque omnibus sui partibus faciant, demumque assimilent. quod autem interea non peruicere, quodque omnimodam alterationem, ac cum nutriendo corpore similitudinem recipere non potuit, id vi secretoria reijciant. Quibus hunc in modum explicatis, declaremus modo vnà cum eodem Gal. senectutis necessitatem, atque principium. Est illud quidem verum (inquit ipse) propter innatum calorem, quem ab ortus principio natura animalium corporibus indidit, senescere corpora, atque corrumpi denique: falsus tamen est modus, quem priores quidam Medici & philosophi afferunt. Neque enim ab innato calore corpora (vt isti asserebant) vt ligna à flamma consumuntur. quamuis enim fortasse exemplum hoc ijs, qui à febri corripiuntur, accommodatum sit, & Hipp. verbis dum tale quidpiam indicare videtur, consentaneum: quia febrilis calor igneus iam euasit: nihilominus innato calori, qui materiæ potius alimentum assimilat, quam sibi ipsi materiam, & tot machinationes conseruandæ materiæ causa adinuenit, & tot opera admiratione dignissima pro animalis conseruatione profert, nullo pacto accommodari potest. quare verissimum est corpora naturali quadam consecutione exiccari, idque propter natiuum calorem effici, vt enim in sermone de innato calore docuimus, statim in generationis initio coniectum copiosius oportuit elementum id, quod siccandi vim haberet. Naturæ siquidem scopus is est, vt id quod facit perfectum reddatur siue stirps siue animal sit. illud autem perfectum est, in quo nulla propriarum actionum desideratur. multæ autem actiones sunt, ad quas duris opus est instrumentis, vt potissimum sunt gressus, & apprehensio. quod in causa est, vt multæ in animantibus duræ particulæ fiant. cum vero necesse sit, vt principium ortus ipsarum contra, quam perfecti animalis postulat ratio, molle sit, vt apte componi conformarique possit, suoque opifici ad omnia præsto sit. quocirca si oportet, vt ortus animalis è molli essentia ducat initium, quæ vt absoluitur, sic redditur dura, certe in prima elementorum, è quibus animal constituitur, temperatione, tum humidum tum siccum dominetur, necesse est, atque humidum quidem aqueum est: siccum vero est duplicis naturæ, & vel terreum, vel igneum est. non poterat autem ab initio maior terrei copia admisceri. cum animantis principium esse humidum oporteat. remanet igitur, vt igneum sit, quod in primo ortu primaque compactione necessario exuperat. ignis enim quo minus plus sit admistum, nec obstat quicquam: & sane admistum est tanto plane plus in vtroque principio, quantum nec iam torreat, vratue, & tamen abunde siccet. Quippe etiam tantus calor adhibitus agilitatem præstare ad motiones sat erat. ab hoc igitur primum cogitur, paulumque concrescit, quod in vtero conceptum est: mox siccius redditum, veluti lineamenta quædam & rudimenta cuiusque membri obtinet. Vlterius vero etiam siccescens, non lineamenta, rudimentave modo, sed etiam exactam vniuscuiusque speciem ostendit. Iam vero in lucem editū, & magnitudine proficit (propter caloris abundantiam operationes omnes ad nutritionem attinentes perfectius celebrantur. partes autem omnes propter mollitiem, calori obsequentes facilius extenduntur, & secundum omnem dimensionem diducuntur,) & tum siccius, tum valentius se ipso semper efficitur, donec ad summum incrementum sit peruentum. Tum vero & incrementum omne sistitur, ossibus scilicet ipsis per siccitatem non vltra sequacibus: & sanguinis spiritusque vasa, spiritus ipsius flatu in latum aguntur. cuncta denique membra non solum robusta fiunt, sed etiam vires suas summas obtinent. In eo vero quod sequitur tempore omnibus iam partibus supra iustum siccescentibus, non solum cuiusque officium minus probe administratur, sed etiam corpus ipsum macilentius, graciliusque, quam ante redditur. ergo vltra siccatum non macilentius modo, uerum etiā rugosum efficitur. Artus quoque ipsi inualidi, atque ad motus suos incerti inconstantesq; probantur. Affectio hæc in animalibus senium, in stirpibus auansis appellatur. quæ quidem ineuitabilis est. cum enim prima ortus animalium, & stirpium elementa nec transferri, nec commutari queant, etiam post vigorem exiccari corpus necesse est: quamuis non iam opus sit, hoc ut patiatur, cum iam usus, qui siccitatem postulabat, pertransierit. sed declinatio, quæ exiguam siccitatem habet, multos fallit quasi nondum marcor quidam sit: at senectus, quæ ab illa non differt genere, sed sola magnitudine, deprehendi facile potest. Quamuis autem tota ætas, quæ vigorem excipit, sicca frigidaque sit (cum enim calor innatus in humido resideat, humido ipso tanquam caloris subiecto exiccato, atque consumpto, calorem quoque ipsum absumi necesse

De senectuti necessitate atq; principio.

Gal. lib. de marcore. c. 3.

Gal. lib. cit. & 1. de sanit. tuend. c. 2.

Gal. lib. de marcore. c. 4.

necesse est) non est tamen vt frustra de principio senectutis dubitemus: sed cum finibus manifestis definire rem valeamus, manifesti termini declinantis, senilisque ætatis, est humidorum excrementorum exuberantia: à quibus in errorem inducti quidã, senectutem esse humidam falso pronunciarunt. statim quoque actiones omnes, & potissimum ad nutritionem attinentes, de quibus superius disseruimus, & propter siccitatem, & propter innati caloris imminutionem, in hac ipsa ætate debilitari perspicue intueri licet: & item via ad mortem, quæ in declinantibus latebat, tunc euidenter perspicitur. Ex his, arbitror, vnicuique planum esse potest quibus de causis siccitas, & marcor vniuersalis; siue non verus, siue verus & exquisitus sit, siue præter naturam, siue secundum naturam, aut vt alij dixere, non natura, sit, exoriatur.

Epilegus.

Nunc itaq; atrophiæ, aut siccitatis, quæ vnam quampiam particulam solum obsideat, causas breuiter apponamus.

Causæ siccitatis particularis, seu atrophiæ, quę vnam solam partem detinet.

Vnius particulæ siccitas & atrophia non secus, ac illa quæ totius est corporis, vel propter naturalis facultatis imbecillitatẽ, ut ait Galenus, siue vna sit, siue plures (quod sæpius contingit) vel propter proprij alimenti defectum, & indigẽtiam, exoritur. dum scilicet harum causarum vis non ad vniuersum corpus, sed ad solã atrophia laborantẽ particulam pertingit.

Gal. 1. lib. de diff. sympt. c. 4.

læditur autem facultas, dum pars refrigeratur, & proprio calore innato destituitur: dum enim id accidit, neque alimentum attrahere, neque attractum vti decet continere, & agglutinare & multo minus concoquere, & assimilare valet. Refrigeratur autem pars aliqua ne dum ab aere ipso ambiente frigidiori, dũ præsertim sensu tactus destituta frigus ipsum lædens non percipit, verum etiam dum propter immodicam quietem, vt in paralysi contingit, eius calor torpescit & obruitur: aut tandem dum propter viarum ad ipsam pertingentium angustiã proprio spiritu, destituitur. Ob earundem viarum angustiam & potissimum ipsarum venarum pars proprio nutrimento destituitur, quod dum fit, etiam hoc nomine ipsam refrigerati necesse est, vt superius docuimus. Hæc autem angustia & propter obstructionem aliquam à crassa aut viscida materia profectam, & propter subsidentiam, quę tum à frigiditate tum à siccitate oriri potest, & vt plurimum propter compresionẽ procreari solet. compresio vero & propter vinculum in fracturis, & alijs malis adhibitum, & propter tumorẽ aliquem scirrhosum præsertim, & propter destillantem materiam, & sæpius propter articulorum ad ipsam spectãrium luxationem generatur. quo fit vt luxationes potissimum insanabiles, & quia spiritus & alimenti vias coprimunt, & quia partem motu priuant, atrophias inducere consueuerint, sed illud cum Galeno obseruare debemus, particulares atrophias rarissime propter alias causas, sæpissime vero propter vinculum, simulque ob vitiatæ partis quietem oriri, ad has causas reliquas omnes, si quæ sunt, redigere facillimum est, de quibus non est, vt pluribus loquamur. neque enim nobis nunc est propositum, vt de particulis propter aliquod symptoma siccescentibus, sed cum totum corpus ità affectum sit, disseramus.

Gal. 3. de eff. med. com. 34.

Differentiæ.

Quare ad vniuersalem corporis siccitatem & tabem reuertamur, eiusque differentias, & ipsarum causas summatim colligamus. Hæc dum præter naturam est, vel non exquisita est, dum. s. plures quidem partes siccescunt, non tamen principes, quod vel alimenti penuria, vel euacuatione immodica, aut aliarum euidentium causarum vi, aut acuto morbo fieri solet, vel exquisita est, & verus dicitur marcor, dum omnes partes siccitate confectæ sunt, quod, vt ait Gal. nõ nisi exiccato & patiente animalis principio, fieri potest. Insuper siccitas & tabes, marcorq; aut simplex est, aut compositus. simplex autem est, dũ corpora hoc solum habent, vt exiccentur, altera vero elementorum repugnantia, quæ in calore frigoreque versatur, suis in terminis mãnet. hic autem simplex marcor, vt ait Galenus, ex inedia proficisci videtur, vel cum sponte homines abstinent, vel cum inopia ciborum fame conficiuntur. qui tamẽ raro admodum contingit, & præsertim accidit vbi siccitas non est adeo progressa, neque valde excedens. dum enim siccitas progreditur absũmpto caloris subiecto, & pabulo partes refrigerantur, vt superius notauimus. marcor autem est compositus vbi siccitati aut calor, vt in torrido marcore, hecticave febre fit, aut refrigeratio nimia accesserit, quoniam tũc corruptelæ modus compositus, & duplex quoque existit. cur aut siccitas calori coniungatur in superiori capite aperuimus. sed hoc in loco illud annotare debemus, quod si marcorem hunc animi defectio comitetur, alia marcoris (licet impropria magis) exoritur differentia, quam Galenus ex Philippi sententia marcorem syncopolum nominat, qui quidem gignitur, cum ijs, qui correpti ab animi defectione sint, periculiq; vehementiam tunc effugerint, aliqd ex illo ipso affectu adhuc remanet. si aut cũ frigore fit ictus marcor, sicuti

Gal. li. de marcor. cap. 1.

Galenus lib. de marcor. cap. 3.

Hectica senectutis dicta, seu ex morbo senectus.

sicuti dum ex ætatis & naturæ cursu fit, senescentes obsidet, ita dum præter naturam oritur, & vere morbosus est, eos apprehendit, qui ex affectu aliquo in affectionem senectuti similem incidunt & proinde senectutis dispositionē, aut hecticam senij (cum tñ febre careat) appellare consueuerunt. sicuti.n.dum siccitati iungitur caliditas torridū marcorem Gal. nominat, ita dum iungitur frigiditas, senectutem ex morbo vocat. fit aūt frigidus hic marcor, vt idē tradit Gale. febribus in ipsum transeuntib. cum non ita vt oportet, aut aquæ gelidæ potu, aut ijs remedijs refrigerātibus, quæ præcordijs, thoraciq; imponuntur, refrigeratæ sunt. illud autem, non ita, vt oportet, duobus contingere modis potest: vel quod vsus refrigerantium sit immoderatior: vel quod non adhibeatur in tempore: quamuis posit etiam ex ambabus hisce causis suboriri. quam quidem causam magis aperuit Auic. dum ait ex morbo senium fieri quia præcedit caliditas extranea videlicet liquefaciens humiditates, quibus resolutis innata caliditas labefactatur, & dum frigidis medicamētis febrilis caliditas tollitur, innatus calor labefactatatus remanet, & ex incongruo refrigerantiū vsu adhuc magis refrangitur à contrio, & ita siccus & frigidus affectus remanet. declarans autem Auic. intēpestiuam frigidæ potionem, inquit, hac homines vti, & eius ratione in senilē ex morbo dispositionem incidere, & non in hora sua, aut super debilitatē corporis ex ipsa febre subortam, aut post fortem exercitationem spiritus & humiditates substantificas resoluentem, & subinde virtutem labefactantem, & poros aperientem, & post omnem causam vocantem & attrahentem aquam frigidam ad viscera subito, & cum impetu, sicuti si post balneum, vel coitum frigida hauriatur. qui etiā frigidos vapores ad cor eleuatos & eius temperamentum ad frigidum permutantes, nec non superfluas euacuationes proponit. hi autē vapores à pituita potissimū vitrea in pcordijs consistente eleuari consueuerunt. vbi aūt cor & præcipua viscera fuerint refrigerata, facile est, vt paulo post vniuersum corpus exiccetur, quia concoctrice facultate labefactata, vt superius diximus, statim subsequitur almenti attractio, & concoctio læsa, & atrophia. sed in his causis refrigerantibus ab Auic. propositis primo corporis frigiditas, deinde siccitas fieri consueuit. Harum autem Gal. non meminit, sed solum febres colliquātes ab ipsis refrigerantibus medicamētis refrigeratas proponit, quia de marcore exquisito præcipue, & citra etiam frigiditatem, aut caliditatem incipiente, & proinde tum simplici tum composito, loquitur. & quia siccitas à principio hominem inuadēs, dum pp aliquā vel internā, vel externā occasionē oritur, caliditatē potius & febrē ipsam comitē habere consueuit, tanquā illam, quæ maximā exiccandi vim habet, & dum progreditur, propter earundem exiccantium causarum vehementiā extraneam caliditatem potius accersere consueuit, licet vnà calor innatus humido deficiente labefactetur. nā ira, curæ, vigiliæ, exercitationes immodicæ, inediæ, & similes causæ, omnes vna cum siccitate caliditatē inducunt. vt in hecticarum ephemerarumq; sermone diximus.

Signa.

Totius autem corporis nec non alicuius partis gracillitas & atrophia, seu siccitas, & marcedo adeo ex se aperta est, vt superfluum esse videatur, vel pulsum durū qui quidem, vt ait Gal. propter arteriarum siccitatē, marcescentibus inest omnibus, vel aliud eius signum in medium afferre. cum autem marcor ab ætate profectus ab eo qui præter naturam est, etiā à vulgaribus dignosci possit, in eo potius cura adhibēda est, vt totius corporis gracilitas, dum potius remissa est, & à causa præter naturā exoritur, ab ea corporis gracilitate, quæ naturalem tēperaturā insequitur, distinguatur, quod quidem quo pacto assequi possimus, in tractatu de temperamentis dignoscendis, declarauimus. & insuper naturalis gracilitas ab ortu statim contracta est, & diutius absq; functionū læsione aliqua euidenti protracta, & antiquata est. quæ aūt præter naturam est, & post ortū, & nouiter exorta est, & sicuti causas euidētiores habet, ita operationes manifestè lædit. Insuper in extenuatis præter naturam corporibus, vt mouet Gal. laxa cutis apparet, & summis digitis sursum facile trahitur, & à subiecta carne abscedit. dummodo extenuatio diutius non perseueret, aut extenuans causa valde vehemens non sit, cuius vi etiam ad propriā cutis substantiam euacuatio & extenuatio perueniat. dum.n. corpus extenuatur primum cutis laxatur, deinde extenuatione perseuerante extenditur. quo fit vt si refectio illam excipiens subsequatur, contrarium fiat, & primum tendatur cutis deinde laxetur, quia serius quam subiectæ partes in refectionibus mollescit.

Signa differentiarum.

Ex causarum autem contemplatione, & minori, vel maiori totius corporis siccitate & tabe, & ex pulsu ipso potissimum, vt alia signa bre-

Gal. lib. de marcore. cap. vlt.

Gal. lib. cit. c. 5

Auicen. 1. 4. tr. c. 3 cap. 9.

Gal. li. de marcor. cap. 5.

Hip. & Gal. 3. in 6. epid. tex. & com. 29.

uitatis causa prætermittamus, vtrum non verus, vel potius legitimus marcor, & an simplex, vel compositus sit, haud ita difficulter cognoscimus. Dum autem compositus est an calori, vel potius frigori iunctus sit, multo minori cum difficultate distinguimus, in frigido enim marcore pulsus, vt ait Galenus, paruus rarusque fit, vt etiam fassus fuit Philippus, sed & respiratio in eo pulsui persimilis est, parua scilicet, raraque, ac per longa interualla, quæ vim frigoris earum partium indicat, quæ ad cor pertinent: sed neque calidum hi expirant, quod inseparabile signum est, vt principium esse refrigeratum intelligas, sicut contrarium esse calefactum indicat. ad hæc neque thorax eorum calidus est, nec partes pectoris neque aliæ, nec partes quæ sub alis sunt, nec vbi costæ curuantur, nec quæ ad spinam vsque pertinent. & vt ait Auic. hi sunt in dispositionibus suis sicut senes decrepiti, quia frigidi, ac sicci sunt, atque contracti. & quandoque est vrina ipsorũ alba, tenuis, & aquosa propter caloris penuriam, & expultricis imbecillitatem. Cum tamen superfluitates expelluntur per vias vrinæ incrassari videtur. In torrido autẽ marcore, nec non etiam in syncoposo pulsus frequens paruusq; est. particulatim vero ijs quos torridus marcor occupauit, hoc euenit, vt dum oscitant, calidum adeo spiritum efflent, vt assimilare illum ardori iure possis. in syncoposo vero animi deliquium ex facili & frequenter suboritur. his hecticarum signa, superiori capite proposita, necnõ causarum, quæ iam prægresse sunt, consideratio addenda est. Similiter vbi quis causarum iam propositarum naturam & numerum recte cognouerit, ipsas leui negocio interstinguere poterit. siue externæ sint, & euidentes, siue internæ. de signis enim sicci, & affecti cordis, iecoris, atque ventriculi, & aliorum viscerum siccitatis, aut aliorũ affectuum in proprijs ipsorum tractatibus docuimus. De signis autem corporis raritatis inferius in proprio capite differemus. Quod si viscera præter intemperiem multa quoque humorum, præsertimque biliosorum colluuie scateant, & eorum copia distendantur, quod frequentissima gracilitatis & atrophiæ causa esse consueuit, dum præsertim circa iecur atque præcordia coerciti sunt, & exestuant, & æstus, & animi defectio, & suffusio, & rubor apparere solent. & nisi vires iam malo succumbant, animus concitatus, iracundia sæpe iactatur, & vlciscendi libidine effertur. venæ quoque, quia alimentum copiosum quidem, sed prauum valde esse consueuit, cum partium gracilitate, turgidæ, & liuidi coloris conspiciuntur, quæ si incidantur, sanguis prauus, vel ater, liquidæque pici & colore & consistentia similis egrediens atrophiæ causam aperte declarat. Simili modo vt particularis atrophiæ causas inuestigemus ad earum naturam & numerum potissimum confugere debemus. Sunt autem ad siccitatem & marcorem præparata, qui calida & sicca constant temperatura, & tenuibus humoribus redundant, texturæque raritate præditi sunt. & magis iuuenes, quã pueri, vt ait Auicennas, licet tum iuuenibus, tum pueris quamplurimis accidat. Quod si corpora hæc hectica febre corripiantur, extinguitur valde celerius in hac ægritudine calor animalis, totumq; corpus tabescit instar arboris supra modum arefactæ, aut ob longitudinem temporis, aut flammæ viciniam, aut vehementem, & immoderatum squallorem. Senes autem in hecticam senectutis facilius cadunt. Siccitatem vero quãcunque & atrophiã affectũ esse sui natura diuturnum, ægreque curabilem, in sermone de intemperie ventriculi declarauimus. ægrius autem adhuc tollitur siccitas, quæ frigiditati iuncta est. Solida enim corpora, inquit Gal. vbi exiccata sint, alimento curantur. Sed alimentum non per se ipsum ad omnes corporis partes comportatur, sed ab ijs trahitur, quæ alimenti indigent. sed eæ in marcoribus inualidæ, & propter siccitatem ad trahendũ infirmæ sunt. ac si frigus etiam accedit, parum absunt à mortuis. Si vero atrophia alimẽti vitio oriatur, quamuis minus difficulter quam reliquæ curari posse videatur; attamen abũde facta euacuatione, ait Gal. curari æger nullo pacto potest; vnde alij totum mensem corruptelæ noxam passi sunt, cum neque vitiatum sanguinem confertim euacuare neque alium probum reponere possemus. est enim natura comparatum, ut ex cibis probe in corpore animantis confectis probus sanguis gignatur: at dum cibos accommodatos offerimus, periculum est, ne probus sanguis cum prauo, qui prius inerat, corrumpatur. proindeque non omnem putant curari corruptelã posse, sed eã solum, quæ in corpore adhuc valido est, viresque robustæ sunt. Eam vero, in qua totus sanguis æruginosus sit effectus, aut in qua oblatum alimentum simul corrumpitur, non item; sed potius vbi ab hoc contemperari ille queat. Non posse

autem

Gal. li. de marcore, c. 5.

Auic. loc. cit.

Gal. loc. cit.

Signa causarum.

Gal. 3. in 6. epid. 29.

Prognosis

Auic. loc. cit. Gal. 1. de diffe. feb. c. 8.

Gal. l. de marc. c. 9.

Gal. li. ad Iul. c. 7. & lib. de marc. c. 6.

autem eum, qui vere marcor sit, sanari, supra quoque dictũ est, dum de senectute ageremus: ac nũc itidẽ iterabimus. Qui sanari marcorẽ putant posse, ijs tale quid vsu venit, quale illis, qui vertebrarum, quæ in spina sunt, in priorem partem dimotionẽ sanari posse arbitrantur. Vnde.n. vtrique in affectibus dignoscendis lapsi sunt, inde se rectissime quid effecisse existimarunt. Quosdam enim extenuatos curarunt, vti etiã quædam in spinæ processibus fracturæ curatæ sunt, ex ijs vero, qui vere marcuerunt, neminem. Cum vero eorum, qui ita extenuati sunt, sit duplex affectio, de vtraque separatim loquamur. Altera igitur extenuatorum affectio existit, vbi humor solidarũ partiũ, quẽ esse propriũ illarũ alimentũ asseruimus, perijt: ac teneræ carnes sunt colliquatæ. altera vero ipsa solidiora etiam corpora attingit, quæ & prima, & è similibus inter se particulis conflata appellamus, hæcque est, quæ, vt etiam senectus, curari non potest. Altera, vt periculosa sit, non omnino tamen est insanabilis; habetque hoc cum cæteris affectib. cõe, vt contraria morbo remedia exposcat, non æque tñ, vt alij cõplures, securus est. Cũ aũt vniuersalis, ac potissimũ verus marcor tres præsertim habeat differentias, has oẽs humectare oportet, hocque earũ oĩum cõe est, quod cõis etiam siccitas sit; cũ interim vna earũ, quã senectuti cõparauimus, calfieri debeat; alia vero refrigerari, quam torridi marcoris noĩe appellauimus: mixtam vero quodam modo curationem exposcit is marcor, quem syncopo sum nuncupamus, non qui factus iam sit (hoc autem perpetuo in memoria habẽdũ est) sed qui adhuc fiat, cũ humor solidis mẽbris innatus absumatur: si.n. solidæ partes & radicalis, seu fibrosa humiditas, atq; substantiã exiccetur, curatio nullo pacto aggredienda est. hæc sunt, quæ tibi in curatione proponas. nã causas extenuationis euidẽtes & alias siue internas siue externas, abscindendas statim esse, & contrarias inducẽdas, & exẽpli causa tenues humores incrassandos, texturæ raritatẽ dẽsandã, & vbi praui humores cũ sanguine misti sunt, eradicandos esse, vnicuiq; patere arbitror. Quod vbi contingit, & vbi rõne praui alimẽti in toto corpore oritur macies, (vt tãdẽ ad remediorũ materias inueniẽdas, & rectũ ipsarum vsum descendamus) profecto si vires & ætas ferant, ad venæ sectionẽ summa cum utilitate contingimus. nec est vt quis dicat affectũ nõ quidẽ detractionẽ, sed adiectionẽ potius indicare: nã aduersus eos ita scribit Gal. Multi aũt non paruam habẽt sanguinis copiã, cũ tñ sint maxime graciles; vt alij crassi sunt illi quidẽ sed parũ habẽt sanguinis, atq; ego mulierẽ gracillimã, cui iam octo mẽses purgationes menstruæ suppressæ erant, non exiguo detracto sanguine, in pristinum statũ suũ breuissimo tpe, vt etiã plerasq; alias, redegi. quod si vires nõ ita validæ sint, vt in futurũ persistere posse videantur, sanguis potius paulatim & in parua sed repetita detractione educendus, cu ratioq; per epicrasim peragẽda est. ita.n. per venã sectã solũ vitiosus sanguis & præsertim biliosus flauus, & ater egredi solet. & vicissim corpus renutriri debet. sed in hoc alimẽti vitio potissimũ in biliosum & prauũ humorẽ ꝑparãtib. atq; purgãtib. insistere debemus. Non pura.n. corpora ait Hip. quãta plus nutries, tãto magis lędes, qa vnã cũ vitiosis humorib adueniẽs alimẽtũ corrũpitur, sed ijs purgantib. utẽdũ, q̃ minimã exiccãdi, & calefaciẽdi vim habeãt. quo fit, vt nedum ualidiora & calidiora purgantia & electiue educentia, uerum etiã sicca stipticaq; uti sunt myrobalani, pruna, & tamarindi, uitanda sint. utendum autem potissimum cassia, melle aereo, syrupo rof. folu. & præsertim uiolato solutiuo, sero lactis, fumaria, lupulis, & dum utimur rhabarbaro, aut senna, uel cum cassia permisceri, uel in uirtute cũ sero lactis infusa propinari debent. & in parua copia, & potius repetitis uicibus, ne una cũ prauorũ humorum eductione, aliqua alimẽtalis humiditatis euacuatio, aut suppurgatio aliqua subsequatur. quæ aũt hos prauos humores concoquere, & ad exitũ parare ualeãt, sæpius diximus, sed humectantia potissimũ & refrigerãtia, esse debent, cuiusmodi buglossum & cichoracea sunt. In reliquis aũt siccitatibus adiectioni potius & refectioni, ut in superiori capite & in siccitate uentriculi diffuse docuimus, incumbendum. In quacunque aũt siccitate & tabe ex Gal. sñia summopere probatur usus balnei quãuis Philippus aliter senserit. Euidenter.n. cõspicitur exiccatos humectare, ut facile in ijs, qui sub sole æstiuo iter fecerint, aut alio quouis modo sese exercuerint, aut exusti sint, licet intueri, nã & hos oẽs, & præterea quot quot siti conflictantur, & humidos reddit, & à siti liberat. imo uero & alios qui aut à uigilijs, aut curis, aut reb. uenereis, aut edulijs, aut exiccante medicamento, aut ira exiccati sunt, oẽs madefacere, reficereq; uĩ. & sicuti in putridis febrib. post humorũ cõcoctionẽ utiliter adhibetur, ita in hecticis quæ solæ sint, nullo nõ tpe accõmodatũ est, & vtile. & oĩ prorsus periculo vacat. nisi fortes vires esse infirmas suspiceris, ac nos qdẽ multos, qb. marcor iminebat, hoc auxilio curauimus.

Gal. lib. aduer. Lilia. cap. 7. Galen. libro de marco. c. 6.

Indicationes.

Curatio. Vniuersalis siccitatis. Chirurgia.

Galen. 3. in 6. epid. com. 29.

Purgantia & præparantia.

2. aph. 10.

Balnei vsus contra Philippi decretũ

Galen. libro de marco. c. 6.

Cap. 7.

Hoc autem admirabile est, in balneis hanc esse vim, vt calidas & frigidas siccitates iuuent, & in ijs, qui ex itinere, aut solis æstu sitim contraxerunt, hanc sedent, & in eis, qui siti carent, hanc excitent. cæterum hos persæpe, illos semel modo lauare cõuenit. Quomodo autem balneum in torrido marcore & hecticis febribus administrãdum sit, superiori capite docuimus: quo pacto uero in senectute ex morbo effecta eo uti debeamus in curatione frigidi et sicci uentriculi cum totius macie declarauimus. notat autem Auicẽnas ut non nisi post primã & secundam concoctionem adhibeatur, si enim à cibo quis eo utatur, non celebrata cõcoctione, uis concoctrix, spiritibus à uentriculo circumque iacentibus partibus, ad circumferentiam reuocatis, maxime læditur. quod quidem à Galeno desumpsit dum ait quod balneum opportunissimum est auxilium ad alimenti distributionem, sed adhibeatur cibo iam concocto, non tamẽ post longiorem inediam. nam si is, qui recens comedit, lauet, corpus crudis humoribus implebitur: si vero post longiorem inediam, vires minuentur. Quinetiam iubet Auicennas ut prima secundaque concoctione perfecta æger fricetur nõ tamen fortiter, ut. s. alimentum ad membra attrahatur. De uictus autem ratione loquens Galenus in frigido marcore, dum scilicet est in fieri, ait hunc vnum solum propositũ habere, nempe refectionem, & renutritionem vocatam. nam solida corpora exiccata alimento curantur. quocirca id esse eiusmodi debet, vt trahi facile possit: vt imbecillitatem attrahentium virium suppleat materiæ facilitas. Est autem attractu facile, quod tenuium partium est, ac natura calidum: sed hoc fere non nutrit. ostensum enim est, alimentũ esse crassum & glutinosum oportere, vt stabile sit, difficulter diflari possit, & nutriendis corporibus prompte assimiletur. Cum autem ita inter se hæc proposita repugnẽt, certe alimentum, quod hæc ambo accurate in se habeat, inuenire non poteris. conandum tamen erit, vt comperias, quod vtrunque præstare mediocriter queat. ac mihi quidem ad hæc efficienda nihil videtur esse lacte præstantius: præsertim ore apprehensa muliebri mamma exucto. quod si non ferãt, asininum saltem bibãt, dum adhuc calet, & breuissimo tempore aeri fuit expositum. porro hæc alimentorum intentio non solum in frigido, & etiam in syncoposo marcore confert, sed etiam in torrido. sed in hoc non sunt calidæ alimentorum adhibendæ materiæ, vt in senio ex morbo, sed frigidæ. inter quas mediæ sint, quæ marcidis ex animi defectione offerantur. Itaque lac, ptisana, & alica his tribus affectionibus conueniunt. sed alica non secus, quam ptisana, ex aceto confecta sit, vt facilius distribuatur. mel est ad affectiones frigidas accommodatissimum. calidis maxime noxium. quare eandem quoque rationem obtinebit in ijs, quibus imminet periculum, ne in prædictos marcores incidant torridis autem inimicissimum est: vtilissimum ijs, qui ne in senum affectionem cadant, periclitantur. In ijs vero, qui ex animi defectione marcore correpti sunt, nisi ventriculus obstet, poterit coctum vel solum, vel admistum cæteris edulijs dari. opportunus vero balnei vsus ad omnia iam dicta auxiliũ est præstantissimũ. Vini quoq; vsus, vt summopere in frigido marcore prodest, sic est in torrido fugiendus: in eo vero, qui ex animi defectione oritur, vt media quædam, mixtaque affectio est, vtpote quæ aliquid frigoris habeat, & aliquid febris adhuc feruet, ita mediam rationem retinet. Cæterum cum hæc affectio per partes in cõtraria commutetur, & interdum refrigerationem, pulsusq; priuationem, &, vt vno verbo dicam, ea, quæ animi defectionis propria sunt, inuehat: interdum vero calorem, & pulsus marcoris torridi pulsibus similes: immutanda curatio est, prout eorũ, quæ in ipsa exuperant, natura postulat: vt in eo marcore, qui ex defectione animi exortus est, vinum, temperataque alimenta demus, corpusque vniuersum densemus, & constipemus. in torrido contraria admoneamus. Monet autem Auicennas vt vinum sit tenue, odoriferum, & paruæ quantitatis, nimia enim ipsius quantitas cum in senio ex morbo non probe concoquatur, calorem innatum exiguum suffocat. sit autem vnius anni atq; mediocre, & optime depuratum, ab eo quoque tũ aqua carnis, tum ouorum sorbilium vitelli probantur: hæc enim moderate calida sunt, & subtilantifice humectare valent. is tãde ad nutritiuarũ partiũ humectationẽ, & moderatã calefactionẽ, & fœcũ expultricis roborationẽ respiciens probat vsum clysteriũ, si ex decoctione capitũ & pedum cum cicere contrito, & ficubus, melle, & chamæmello paretur, cui decoctioni ad lib. s. vnc. ij. olei sesamini, & vnc. s. olei de ben adijciantur, parata sint. In reliquis autem ad victus rationẽ attinentibus vnus est refectionis modus, scribebat Gal. apta. s. mensura eorũ oĩum, quib. sani egemus: hæcq; sunt, vt docet Hipp. labores, cibi, potus, somnus, res venereæ. Cæterum illud cum Hipp. obseruare ꝑpetuo debemus, vt in extenuatis corporib. reficiẽdis

Auic. loco cit. cap. 11. — *Gal. cap. 9.* — *Gal. lib. de marcore, cap. 9.* — *Gal. 3. in 6. epidem. 29.* — *Hipp. loco cit.*

tridio. — Victus ratio. De refectione. — Alimẽti conditiones. — Potus.

dis quæ longo tpe extenuantur corpora lente reficiantur;q̃ vero breui,breuiter. quæ enim ait Gal. pauco tpe extenuata sunt corpora,ob humorũ & spirituũ euacuationẽ non ex solidorũ colliquatione id ꝓpessa sunt. quæ vero longo tpe extenuata sunt, ijs carnes liquescunt, & graciles ẽt redduntur aliæ partes per quas concoctio,& distributio,& sanguificatio & nutritio perficitur. Quare tũ non poterit concoqui alimentũ, quãto indiget corpus, ob id talia corpora longiori tpe reficere oportet,atq; tenuiter quod lente nominauit Hip. in quibus aũt soli humores & spiritus sunt euacuati, in ijs celeriter ac plenius contingit reficere, cũ fiduciam nobis præstet solidarũ partium robur. Diuersitatẽ aũt materierũ, ex quib. renutritio fit, subiungens Hipp. ait facilius esse repleri potu quã cibo.scriptũ est.n.in lib.de alimento sic.Qui cita egent adiectione,ijs humidũ ad recuperandas vires remediũ optimum est,vbi aũt adhuc citius,per odoratũ,oportet aũt non simpliciter intelligere in vtroq; libro, vel in illo humidum, vel hic potũ,sed humida, & potus, quæ suapte natura apta sunt nutrire corpus. Nã si non ita nutriunt,sicuti solidiora,superant tamen nutriẽdi celeritate:veluti vina crassiora.Nam aquosa(sic.n.nominant alba & tenuia)sicut aquæ similẽ formã habent,ita ẽt vim: quare vrinã cient,& minimum nutriunt.quæ vero crassa sunt, & colore rubea, oĩum vinorũ maxime nutriunt,inest aũt eis vt citissime impleant corpora euacuata, & ob hoc indigentia adiectione. Quod autẽ humidum alimentum, præcipue cũ fuerit natura calidum,facilius nutriat,manifestum est ijs, qui norunt, quomodo concoctio & distributio fiant, vbi tũ extenuatos reficere studemus,ait Gal. vinũ crassũ exhibemus,& cibũ qui succũ efficiat crassum, & exercitationem paucam , & frictionem mediocrẽ molimur.dum aũt crassi succi alimenta exhibemus , tutius est à balneo abstinere ne aut iecoris obstructiones, aut renũ lapides gignantur.Idem aũt Hipp.cum admonuisset immoderatam detractionẽ caueri oportere,qm interdum inuiti in eam incidimus, vult ad hoc quoq; Medicũ paratũ esse: & ait. cum vero conciderint, suillæ carnes assę præbendæ sunt:vt si confestim detractio forte sit facta, ijs carnibus occurramus ac suillis quidẽ,quia multum nutriunt ; assis vero,quia solidam, & in exiguam molem coactam carnem,non humidam & flaccidam gignunt. Qui tandem Hipp.cõmune omnis refectionis signum paucis verbis descripsit inquiens,quod vbi replẽtur, indicat corpus floridũ. Nã floridũ corpus redditur,tum in exercitationibus, tum vero ijs,qui probo sanguine reficiuntur . Mangones vero,vt refectionem perfectam esse cognoscant,corporis cutem summis digitis sursum trahũt, & quatenus à subiecta carne abscedat, intuentur;& eousque gracilia corpora refici posse sperant,quo vsque tracta,& distenta cutis fit.Quo pacto aũt alicuius externæ partis siccitas & atrophia curanda sit,diligentissime docuit Gal. in expositione verborũ Hipp. quæ hunc in modũ posteritati reliquit. In his,inquit,quæ extenuata sunt, plurimũ integræ partis cõprehendaẽ,vt ex trãsfusione,quæ exhausta sunt,magis,q̃ suapte natura emacrescerẽt, diuerso vinculo ad incrementũ spectẽt,& carne impleant. in quorũ verborũ expositione asserit Gal.q̃d macies ptiũ sępe vel ex diuturna quiete, vel ex eo vinculo,q̃d ad fracturas ptinet,proficiscit, quum ob illam robur quiescẽtiũ partium emoriatur,ob hoc regio,q̃ vincta est,sanguine sursum partim, partim deorsum expresso, alimẽto priueẽ. Quocirca cõtrario modo,atq;cõtractũ fuerit,mederi vitio debemus,nẽpe affectę parti vim restituentes, efficientesq; , vt eò sanguis affatim cõcitetur. Vires quidẽ reficit moderata frictio, perfusio,motus,debet aũt esse idonea moderatio in vtroq; genere, in qualitate. s. & modo : sanguinis vero plurimũ euocabũt, ꝓposita nunc tõ alligandi,aquæ calidę pfusio modica,motus,& frictio,q̃ & vires ẽt confirmant.oĩa aũt modo & qualitate moderata esse cõuenit, cũ non satis hæc nec multa esse,nec oĩo pauca: sed oporteat frictionẽ quoq; mediã esse tam inter durã & mollẽ,q̃ inter multã & paucã , similiter aquã ita tẽpetari vt inter tepidã, & feruentẽ media sit.nec non ẽr inter multã,& paucã. Verum de modo supra tractauit Hipp.cum dixit,dũ intumescit, prinsquã residat, finiaẽ.Hoc aũt tpe,si pars cũ seipsa conferatur, rubens maxime apparet.quæcunq; ergo gracilitate, macieq; tentantur, plane magis exanguia cõspiciuntur,quàm quæ bene valent,vixq; & quum ptractãtur,& quum aqua calida perfunduntur, rubescunt.hoc autem nobis propositum sit,quod ad modum pertinet,vt membum rubore offundatur,quo tempore tumidius quoq; exhibetur,sed nisi cesset,qui fricat,vel perfundit,tumor desinit, & rubor finitur. Maciem uero, vel medicinam non admittere, vel sanabilem esse indicio erunt tumor ruborque , prompte vel magno negocio excitati. Quibus in quidem ægre contingunt succurre soleo perfricando corpus aliquo ex calefacientibus medicamentis, & ex ijs præcipuè, quæ modicum thapsiæ non

Hipp.2.aphor. 11. Gal. in cõ.

Gal.14. meth. med. cap.16.

Hipp.3. in 6. epid.tex. 6. & Gal.in com.

Tex.7.

Curatio siccitatis particularis.

Gal. & Hipp. 3.de offi. med. com.& tex.32

vetustę accipiunt: sed & tales gracilitates inungo aliqua mistura, quæ picem habeat, qualia sunt medicaméta, quæ dropacia dicuntur. Igitur si primus vsus partem reddat tumidam & rubram, iam cessandum est, sin minus, iterum & tertio inungendũ, in alijs quotidie, in alijs tertio, aut quarto quoq; die prout affectę parti maxime opus esse iu dicabis, qđ aũt pars, quæ fricatur, aut pice illinitur, incalescar, clarũ est, cum eodẽ tpe caleat, rubeatq;. ego hac ratione gracilitati pter naturam sępe occurri, raroq; vsus sum vinculi opera: & si qñ vsus sum alligaui vinculo opposito ei, quod pertinet ad fracturas, & affectã sedem vehementius vrget. diuersum itaque est, quia non ordimur à parte affecta, vt facere in fracturis, ulcerib., sanguinis effusione, & id genus alijs malis cõsueuimus: præter hæc affectum locum non adstringimus, sed remittimus, maxime autem comprimimus partem integram, vnde incipimus: inde enim præcipit, vt fascia vsque ad affectum locum laxetur, atq; vbi eo venrum est, laxissima inuoluatur. hic siquidem hieme obuoluendus est, ne calefiat, laxus videlicet nec minimũ quid adstrictus: sed æstare debet integra sedes vinciri, vt qui in ea subest sanguis, ad locũ, qui refectione indiget, depellatur, partem vero, quæ curatur, sub vinculo calefacere & digerere alienũ est. Vbi aũt crus totum, aut totũ brachium valde emarcuit, alterum par membrũ deligare conuenit, initio ab imis partibus accepto., dein fascia ducta in crure inguine tenus, in brachio ad alã vsq; & humeri caput. Quandoquidem eodẽ modo venæ, quæ crutib. alimentũ subministrant, ab inferiori parte iuxta os sacrum deriuantur à vena caua, atque illę, quæ à brachijs à superiori iuxta ingulum. sanguis itaq; qui ad vnũ fertur ex paribus membris, vbi iter clausum est, ad alterũ deducitur. Adstringi autẽ sanum membrũ hactenus debet, vt ob cõpressionem minime indolescat. inchoandum.n.est à parte sana non ab ægra, & per multos circuitus adstringendũ opprimendumq; dum ne compressione excitetur dolor, qui posset inflãmationem mouere: fascia itẽ vsq; ad effectã sedem trahenda est, paulatim vi compressionis remissa. Sed qđ vitiatum membrum est, vel nudũ relinquendũ, vel pauca lana vsq; ad inguem obtegẽdum, vbi cœlum frigidũ sit, sed vbi non sit tale, expedit nudum esse, & subinde linteis perfricari, tum calidis medicamentis foueri, si locus ægre incalescat. Namque ubi prompte, oleum cui parum ceræ adiectum sit, per se idoneum est, siquidẽ diutius manet, & minus resoluit. eadem omnino ratio est in brachijs, in quibus sanũ vinciendũm est, perinde quasi crux: præstanterq; calefaciẽdum quod ægtum est, & frictione & motu. hominem vero, vbi prorsus stupidus non fuerit, rogare præstat, num in ea parte, quæ curatur, aliquid excitari caloris sentiat superesse; an aprte desijsse sibi penitus videatur. Quod si cessasse respondeat, iam tempus est iterum adhibere, quæ calfaciãt, & partem confirment, quorum quatuor genera sunt, frictio per lintea, calidæ aquæ ꝑfusio, frictio per calida medicamenta, vel per oleum, simplicis dropacis inunctio. Vbi vitiata pars refrixisse plurimum videatur, dropax varius fit, habeatq; bitumen, modicum sulphuris ignẽ non experti, & pyretrum. sic enim extenuata corpora plurima curani. Alibi autem Galenus de eodem dropace, seu picatione agens, ait picationẽ ter tio, aut quarto quoque die adhibitam ad carnem instaurandam egregiũ medicamentum esse, adeo ut, si quod singulatre membrum extenuatione laboret, hoc præsidio restituatur. humectat enim & calefacit sanguinis multitudine accita. Sed nec assidue id ægrotanti corpori admouere conueniet, nec, cum conueniet, sæpe illinere, uerum in hyeme bis, in æstate semel id fecisse est satis. Quibus vero à natali die gracilia sunt membra quædam, ijs etiam mangones puerorum hoc præsidio succurunt, vnà cum certa percussione, quã Gręce epicrusin vocant. est porrò & illius mediocritas quædam, ut scilicet nec plus iusto, nec minus fiat. ea talis est. Ferulas paruas ac leues modice illitas, gracilibus partibus incutiunt, donec modice attollantur. Quippe in hoc summa rei est, veluti Hippoctares de aquæ calidæ perfusione dixit, Primum quidem pars intumescit, post gracilescit. ergo quibuscunque particulis bonam habitudinem reddere studemus, has & fricate, & ꝑfundere, & percutere, & picare opottebit tantisper, dum intumescant: hoc vbi factum est, protinus desistere prius, quam digeri inceperint. quę enim calfaciunt omnia, sicuti attrahere, ita etiam digerere sunt apta. Si ergo perstes, dum, quod attractum est, digestum sit, operam luseris. Ad hunc modum mango quidam proxime nates pueri fame consumptas breui auxit percussu mediocri quotidie vsus, aut saltem alternis diebus: item moderata picatione. Ad membra vero, quæ ægre teficiebantur, ac plusculum iam refrigerata erant, usus aliquando & thapsia sum, alias ea ex melle membrum illinens, alias etiam ex cerato. Siquidem atttahit ea quoque partibus, quibus superposita fuerit, sanguinis copiam.

Vinculi administratio.

Gal. 14. meth. cap. 16.

Picationis vsus.

sed hoc casu dropacia conuenientissima sunt, quæ alij è pice & quarta vel quinta parte olei, quibus subdecuplum plus minusve piperis, pyrethri, euphorbij & similium, miscetur, componere solent. sic enim melius calfaciunt, vt accepto sulphure, ciuere sarmentorum, & sale siccando magis conueniunt. Alutæ vero dropax impingitur, vel linteis complicatis, quæ diplomata Græci vocant. Deglabratur cutis eraso pilo, dropacismusque calens inducitur: idem subinde reuellitur, priusquam refrigescat. Renouatur autem pharmacum dum inde efflorescat locus in ruborem, & leuiter extumeat. Nimiumque est, vt diximus cum Galeno, cum mora pharmaci subsidet tumor, & exalbescit. volumus enim vt dropacis ope reuocato calore, pars veluti intermortua reuiuiscat, & calorem suum ac spiritum recipiat, & proprio alimento perfruatur, & augeatur, sed alia tardius, alia celerius vitam recipit. Quæ breui rubet, ea celeriter instauratur: tardius, quæ ægre recalescit; desperatio est, cum nec frictione, nec fotu tepidæ, nec dropace melius coloratur. alijs itaque satis fuerit, si tribus aut quatuor diebus adhibeatur dropax, nec assidue quidem sed bis Hyeme, semel Aestate. Alijs bis terve singulis diebus, nonnunquam tertio vel quarto quoque die, prout vel facile cedit, vel contumax languor est. Ac tepida prius fouisse confert, vel smegmate, seu sapone affricasse, quod aliquid thapsiæ sinapi, euphorbij, piperis, pyrethri, capparis receperit. Quod si affixus dropax pertinacius hæsit, tepida diluendus est. quem, cum detraxeris, furfurum decocto, & similium, partem extergebis. Quomodo vero & quibus auxilijs homines à quacunque tabe, & marcore arceri debeant tum ex hoc, tū ex superiori capite conspicuum est. Senectutis autem marcor sicuti dissolui nullo modo potest: ita afferri id auxilij potest, vt ipsum quamplurimum remoremur: quod munus eius partis est medicinæ, quam Græci Girocomicam nominant: cui hoc propositum est, vt, quo ad eius fieri potest, obsistat, prohibeatque, ne cordis corpus vsque adeo exiccetur, vt tandem ab actione vacet; nam vacuitas actionis cordis mors est, & vitæ finis. Quam ob rem si corpus cordis, aut certe iecoris reddi humidius potest, etiam cohiberi senectus poterit: si vero nemo queat iecur & cor seipsis humidiora efficere, sed necesse est, vt procedente tempore seipsis sicciora euadant, idque non viscera solum, sed & arteriæ, & venæ patiantur, certe vt senectutis celeritatem retinere, ita ipsam prohibere nullo pacto poteris. Quare videtur Homerus si quid aliud, hoc etiam præcipue vaticinans, de senibus cecinisse.

Praeseruatio Quo senectus remoretur. — *Gal. li. de mar co. c. 5.* — *Mors quid.*

Vt lauit, sumpsitq́ cibum, dat membra sopori.
Mollibus in stratis, vt par fecisse senectam.

Nam & balneum in ijs est, quæ humectant, & molle cubile, & somnus, imprimisque ac præcipue alimentum: siquidem hoc solum pars efficitur eorum corporū, quæ nutriuntur, eorumque substantiæ assimilatur: cetera vero omnia, vel quod vetent, ne particulæ similes inter se vehementius exiccentur: vel quod humorem, qui in spatijs intermedijs continetur, irrigent, & augeant. humectandi vim, & appellationem sibi vindicarunt. Quanto autem magis alimentū ipsum & melioris succi & pinguius, & crassius, & purius, & minus dissipabile erit, & corpori magis proportionatum, ita vt in temperatis corporibus temperatum fit, in intemperatis ad contrariam temperiem quadantenus vergat, tanto magis propriam horum viscerum humiditatem fouere, & innatum eorum calorem in propria substantia atque temperie conseruare poterit. ex quibus patere arbitror, quæ nam senibus, proficua, & quæ nam noxia & incommoda sint, & cur eis tum lac, tum mel conuenientissimum sit, acetum verum, & alia siccantia, & refrigerantia aduersissima. ex his insuper clarè colligimus, quantum ligni guaiaci, & id genus aliorum vehementer siccantium immodicus, & incongruus vsus, iecur ipsum, (quod sui natura adeo terrestre est, vt quidam non insulse ipsum fimo comparauerit) exiccare, & subinde senectā accelerare valeat, quo fit, vt, post guaiaci diutinum vsum, sæpissime capillorum canities apparere incipiat. Superius aūt cum Gale. asseruimus manifestos terminos declinantis, senilisque ætatis esse humidorum excrementorum exuperantiam. hæc autem exuperare incipiunt, dum humido ipso tanquam caloris subiecto comminuto, innatus calor subinde euanescit, & imminuitur. & hæc de qualibet vniuersum corpus occupante intemperantia dicta sufficiant. Frigidæ siquidem cognitio, curatioq; ex his, q̄ de cachexia & hydrope, nec non de syncope & rigore in febribus diximus, ab vnoquoque hauriri facilè potest. quod si propter externam ambientis frigiditatem oriatur, caloríficis, potissimumque dulcis aquæ calidæ lauacro facilè cedit. Humida vero totius corporis intemperatura per se & immediate, vt alias

diximus

diximus,actiones ad vniuersum corpus attinentes,non lædit.quinimo & ipsa frigida, & humida totius intemperies morbosa per mediã auctam magnitudinem,vt in leuco phlegmatia intueri licet,actionibus officere solet. Quod si totius corporis humiditas aliqua ex parte incommoda sit, quomodo ei occurrere debeamus,in sequenti capite planum erit.

De totius corporis obesitate, aut corpulentia immoderata. Cap. XXXVI.

CVM eorum affectuum,qui omnino sibi inuicem contrarij sunt,naturæ causę,signa,& auxilia quoque vndequaque contraria sint,nõ erit ab re si de vniuersi corporis nimia obesitate,aut corpulentia,pertractantes, prolixiorem sermonem tanquam superuacaneum euitabimus, cum ea omnia, quæ ad hunc affectum attinent,ex ijs, quæ de huic contraria affectione,gracilitate.s.in proximo superiori capite apposuimus, ab vno quoque alioquin mediocriter exercitato,colligi facile possint. Quod hoc sit verum,inquit Gal.quod sicuti extenuatio est totius molis detractio quædam:ita crassitudo totius corporis molis est accessio.& quemadmodum extenuatio interdũ ex infirma carnosi generis facultate,& vitioso sanguine venis arterijsq; contento,gignitur: ita sæpe ex contrarijs crassitudo fit:vt.s.exiguus sanguis in vasculis sit,quippe qui in carniũ alimentum sit absumptus:illæ aũt probe sint nutritæ , & per eas etiã tota corporis moles aucta sit.& sic de reliquis causis omnibus statuendum est. & sicuti in extenuatis laxa, ita extenta,in ijs,qui crassi facti sunt,cutis apparet. & sicuti in extenuatis cutis corrugari, & inæqualis,& aspera fieri solet,dũ aliæ eius particulæ depressæ,aliæ eminentes apparent,ita in corporib.crassis,atq; refectis cutis leuitas inest.quemadmodum ẽt sub biliosus color extenuati,sub ruber vero refecti corporis signum est.& tandem vt illud humectantib.& incrassantib.ita hoc attenuantibus auxilijs & exiccantib. percuratur. Omnia itaq; ad nimiam corporis obesitatem attinentia breuib.absoluamus.dicamusque ipsam totius corporis auctam magnitudinem esse(sed ad differentiã naturalis augmenti)eius motiones impedientem,&(vt ab anaxarca & elephantiasi quarum illa totius corporis œdema,hæc vero totius cancer est,distinguatur)ex nimia pinguedinosę & carnosæ substantiæ affluentia,productam.In hoc autem vitio motiuas potissimũ functiones lædi,declarat Gal.dum scribit Nicomacho Smyrneo ad tãtam molem corpus increuisse,vt loco moueri non posset,quem aiunt ab Aesculapio fuisse curatum.qui alibi quoque testatur,in corpulentia eo corpus deuenire,vt nec ingredi sine molestia, nec sedem propter ventris molem contingere,sed nec respirare libere possit.ex quib. auctoritatibus patet,motum præsertim lædi , & hunc quidem non propter mouentis facultatis imbecillitatem labefactari,sed potius propter corporis & membrorum ponderositatem impediri. cum autem ostensum sit in sermone de temperamentis qđ calidior sicciorque temperies exile corpus reddit,frigidior autem & humidior obesum, ergo necesse est,vt non alia temperatura nimium obesum corpus efficiat, quàm valde humida,& ad frigidum vergens. quemadmodum etiam morbum hunc sanatio manifestat, quæ ab ipso Gal.per medicamenta & auxilia calefacientia & siccantia sustituitur. Verum sicuti de humiditate ipsa nulla prorsus oritur ambiguitas,quia hæc ad corpulentiam excedentem producendam immodica de necessitate esse debet: ita de frigiditate ipsa dubitare quis posset.Cum enim in superiori capite dictum sit,gracilitatem & propter facultatis imbecillitatem,& propter alimenti vitium procreari,ergo necesse est vt obesitas corpulentiaque ex contrarijs causis gignatur, & subinde ex alimenti & sanguinis bonitate,& affluentia,& facultatis vehementi robore ortum ducat.& ꝓinde Galenus scriptum reliquit, quod magnitudo quidem partium ab optimæ materiæ multitudine,& à potentiæ robore augetur. sicuti à causis contrarijs imminuitur. Verum non apparet, quomodo carnosi generis facultas vnà cum frigida temperie possit robusta persistere. Cui difficultati satisfacere possumus, si dicamus frigidam temperaturã ẽt si intra sanitatis limites contenta sit,nihilominus, si satis intẽsa sit,ꝓculdubio nutritoriæ facultati officere posse,quia vnà cum ipsa, eius robur non ita cõsistere potest. sed si non ita multum ad frigiditatem vergat, & frigiditas potius remissa, & mode-

Gal.3. in 6.epid.com.29. — Nimia totius corporis obesitas qd ex Gal.

Hip.loc.cit. & Gal.in com.

Definitio.

Gal.li.de diff. morb.c.9.

Gal.14. meth. c.15.

Causæ. Internæ.

Gal.loc.cit.

Gal.li.de caus. morb.c.9.

moderata sit, tunc ipsa vehemens etiam facultatis robur comitari potest, vbi præsertim humidum primigenium, in quo calor innatus fundatur, in membris copiosum adinuenitur. vnde clarius licet asserere in obesitate insitum, seu innatum calidum penes qualitatem & gradum remissum quidem esse atq; refractum, sed quo ad molē, & copiam sui subiecti exuberantem in solidis membris potissimum reperiri. insuper fieri potest, vt vnà cum valde humida temperatura, calor vel parum admodum à mediocritate recedens ad frigidum accedat, vel ēt sui natura temperatus omnino sit, licet à superflua humiditate obtundatur, & tunc facultas multo robustior erit, & optimi alimenti presentia & affluentia poterit ingentem obesitatem, & corpulentiam procreare. hæc itaque humida potissimum, & aliquatenus frigida intemperies, siue ab ortu talis sit, siue post ortum ex victus ratione contracta, potest nimiam obesitatem creare,

Externæ causæ.

vnde ea omnia, quæ corpus potissimum humectare, & alimentum optimum, & probū sanguinem multiplicare valent, & corpus aliquantisper refrigerare, & carnosi generis facultatem fouere & roborare, inter huius mali causas recensere debemus. quales potissimum euidentes sunt, & ad incrassantem victus rationem attinentes. Inter quas Gale. præ ceteris nimiam potionem enumerat, & potissimum vinorum, quæ multum nutriunt, qualia crassa sunt, nec non humectantis alimenti immodicum vsum, diutinā ad modum desidiam, mollem cum multo oleo frictionem, frequentemq́ue dulcis aquæ balneum, quibus & cibos valdè nutrientes & somnum multum, & in summa ea omnia, quæ corpora extenuata in superiori capite reficere posse diximus, addere licet. Huius porro mali differentiæ, quæ in curatione spectandæ sunt, ex maiori, vel minori corporis mole, & ea vel magis, vel minus diuturna protractaque, & ab ipsius potissimū causis iam allatis hauriendæ. Quę quidem, sicuti etiam affectio in genere, adeo ex dictis tum in hoc capite, tum in sermone de totius corporis temperaturis claræ, & apertæ sunt, vt superuacaneum sit, aliquod hoc in loco signum apponere. Simili modo ex enarratis causis conspicuum est, qui nam huic affectioni sint obnoxij. Quæ quidem sicuti citra difficultatem curari potest, ita pro causarum diuersitate, vt infra ex Galeni mente declarabimus, modo velocius, modo tardius submoueri solet. Hoc autem malum nullo pacto spernere debemus cum & vasorum ruptura, & subitam ex suffocatione syncopem, repentinamq; mortem minetur. Quo fit vt Diu. Hippoc. scriptum reliquerit. Habitus exercitatorum, qui ad summum bonitatis attingunt, periculosos esse, si in extremo constiterint. Neque enim possunt in eodem permanere, neque quiescere. cum vero non quiescant, neque possunt proficere in melius; reliquum est, vt decidant in deterius. Quare necessarium est, huiuscemodi dispositionem esse periculosam. cum enim vasa cibis ac potibus fuerint supra modum repleta, periculum est, ne aut ipsa dirumpantur, aut calor natiuus suffocetur extinguaturve; sicuti etiam subita morte interierunt athletæ quidam, cum ad summam repletionem venissent. vt enim alibi docuit nos Gal. quia sanguinis spiritusq́ue vasa & conceptacula, tum à sanguinis copia replentur, & distenduntur, tum à carnium nimia mole & pondere valde comprimuntur, facillimum est, vt vel dirumpantur, vel innatus & influens calor affatim, & confestim suffocetur. ob id boni non quidem absolute prolati, sed cum hac additione, athletarum, habitus, cum ad extremum peruecti sunt gradum, ne dum ab Hip. & alijs veteribus Medicis, sed etiam à præstantissimis Philosophis & Platone ipso damnantur. is enim athletarum habitum ad naturales actiones planè inutilem, & ad bonam valetudinem minime tutum esse ostendit: neque enim bonam simpliciter corporis temperiem, vt bonus habitus absolute prolatus, sed molis magnitudinem, quæ sine immodica repletione constare non potest, insectatur. vnde, ne in prædictionibus, & curatione decipiamur, bonus absolute habitus, à bono athletarū habitu rectè distinguendus est: ac videndum inter eos quid idem sit, quidque contrarium. Vtriusque communis est, omnium corporis partium bona temperies: itemq́ue actionum præstantia: siq́ue hæc, etiam probitas succorum, atque hæc quidem sunt cōmunia. Contraria vero sunt hęc: symmetria sanguinis, & totius molis solidarū partiū in eo, q reuera bonus habitus sit; horū immoderata mensura. p̄sertim vero carnis, in bonis athletarū habitib. qui vbi ad extremū deuenere, periculosi sunt. cū. n. ad necessitatē edant, ac valenter ventriculus concoquat, distributioq; post concoctionē facilè fiat, deinde sanguinis procreatio, & appositio, & agglutinatio, & nutritio subsequatur, periculū ē, ne supra modū habitus impleatur, vt nullus naturæ locus ad appositionē relinquatur, ideoq; venis nimio sanguine repletis, calor natiuus præ inopia perspirationis restinguatur, ac suffocetur. Qđ si is

Margin notes: *Differētiæ.* — *Signa.* — *Prognostica* — *Bonus absolute habitus quid ab athletico differat.* — *Gal.3 de tuen. sanit.c.12. & 14 met.15.* — *Gal.4.de sani. tuen.c.11.* — *Hip.1.aphoris. sec.3.* — *Gal.in com.* — *Gal.li. de bono habitu.* — *Plat.3.de rep.*

ſi is adhuc reſiſtat,quoddã ex præcipuis aut pulmonis,aut iecoris, aut thoracis vaſcu
lis diſrumpitur :ſiquidem ea ſunt molliore tunica, quam quæ in artubus ſita ſunt: ac
priore loco alimentum excipiunt:& pp naturalis caloris copiam,& aſſiduas actiones,
ſanguis quaſi efferueſcẽs,vt muſtum dolia,ſic tunicas vaſorum perrumpit. His de cau

Hipp. loco cita. — *Indicationes.*

ſis nimiam corporis obeſitatem , & bonum habitum athletarum inquit Hipp. ſtatim
ſoluere expedit,vt corpus rurſus nutriri incipiat.eius autem ſolutio eſt euacuatio ex

Gal. in com.

Gal.interpretatione.qui ait quod habitum hunc ſoluere oportet haudquaquàm mo-
rantes, ſed anticipantes ſolutione periculum. vt enim corpus rurſus h abeat locum ,
quo nutriatur,bonum habitum oporter ſine mora ſoluere,& proinde euacuare. Hãc
tamen euacuationem oportet non vltra modum facere: cum ſit immodica euacuatio
non minus immoderata repletione periculoſa . nam euacuationes, inquit Hipp. quæ
ad extremũ deducunt, periculoſæ,ſicuti refectiones cum extremæ ſunt, periculo non
vacant.euacuationem vero,& potiſſimũ ſanguinis & alimenti,corporis exiccatio ſub-
ſequitur,quam,vt liquet,in nimia corporis obeſitate moliri ſemper debemus , & nõ-
nunquam parum aut nihil, interdum magis calefacere prout actiuarum varia tempe-

Gal. 14. meth, c. 15.

ries indicabit.cum enim ait Gal.calidior & ſiccior temperies exile corpus reddat,er-

Gal. loco cit.

go id agendum ,vt nimium obeſi corporis temperamentum tale eſſe faciamus, ſi mo-
do ad debitum modum redire debeat. Gal. vero ne dum exiccãtibus, ſed etiam valde
calefacientibus vtitur.non tantum ut corpus calfaciat,ſed magis vt exiccet,nam ſicu-
ti exiccantia frigiditati coniuncta imbecilliter , ita ſi caliditati iungantur, valide ex-

Curatio. — *Chirurgia.*

tenuare,liquare,& exiccare valent . Nimię itaque obeſitatis curatio a venæ ſectione
auſpicanda erit;intentio autem quantitatis euacuationis ſanguinis, non ſolum ipſum
ſuperabundantem reſpicit, & maiorem vel minorem venarum turgentiã & repletio-

Gal. loco cit.

nem,ſed & naturam,hoc eſt vires hominis, qui debet euacuari . Alij enim alijs magis
minuſve perferunt euacuationes . ſanguine detracto ad attenuantia præſidia deſcen-
dere tutius licebit.cum aũt acuta exercitatio, & tenuans victus, & id genus medica-
menta, & animi cogitatio temperamentum totum non ſolum calidius, ſed ẽt ſiccius,
ac propterea etiam calidius reddant. Igitur in exercitationibus celerrimus curſus eſt

Medicamenta. — *Intus ſūpta.*

idoneus. Tenuãtis autem victus materia poſtea tradetur. Quod ſi victus ratio & exer
citationes & frictiones non ſufficiant,ſed medicamenta, tenuantia quoq; requirant,
eorũ nunc referentur,quæ ſunt efficaciſſima: quibus,vbi demere nimiã obeſitatẽ ſtu-
des, vtaris,ſuadeo.ergo, quæ ad articularia vitia quidẽ exhibere ſolent,quę.ſ.valentẽ
incidendi facultatem habent,ijs tu quoque, cum nimiam obeſitatem curabis, vtitor.
Sunt pòrtò talia,rutæ ſemen,præſertimq; ſilueſtris vnà cum ipſis corymbis, & ariſto-
lochia rotũda,& cẽtaurium minus,& gẽtiana,& poliũ: præterea ex vrinam cientibus,
ea,quæ pollentes habẽt vires,veluti petroſcelinum . Vnũquodque n.taliũ tum ipſum
per ſe,tum vero alijs miſta,vniuerſa & extenuare potenter ſuccos, & vacuare ſunt ha
bilia,partim quidem ſenſibiliter per vrinas,partim per inſenſibilem tranſpiratũ : ſed
& ſal quod ex combuſtis fit viperis, potenter extenuat . Multiq; cum vel graciliores,
vel mediocris habitudinis eſſent, ex eiuſmodi medicamentorum potione periere,ſan
guine ipſorum excocto . Ruerant aũt ad ea , quia liberatos aliquos articularijs vitijs
viderant,minime ſ.exiſtimantes,qđ tẽperies eorũ,qui ſanati fuerant,humidior,pitui
toſiorq; erat,qualis nimirũ obeſorũ eſt.In quib.eiuſmodi medicamẽtorũ ſecurus eſt
vſus.ipſe n.iuuenẽ quẽdã quadraginta circiter annos natũ,oppidoq; obeſum percura
ui,vſus tũ antidoto,quę aduerſus articularia vitia eſt cõpoſita.tũ ſale theriaco,ipſaq;
theriace, ac reliquo extenuãte victu,& pro exercitatione curſu veloci.Porrò præpara
ui hoĩem ad curſum perfricando primũ linteis aſperis,quoad cutis ruberet: dein ſta-

Extrinſecus applicita.

tim cũ oleo,qđ in ſe digerens aliqđ medicamẽtũ hẽbat.quo ẽt poſt curſum rurſus vte
bar.Talia medicamẽta ſunt,tũ ſilueſtrix cucurbitæ radix,tũ althea,tũ gentiana,tũ ari
ſtolochia,tũ panacis radix,tũ poliũ,tũ centauriũ. Per hyemem uero ẽt à balneo iã di
cto oleo hoĩem reunxiſſe profuerit. Verum cibũ exhibere non ſtatim a balneo, ſed in-
terpoſito ſomno conueniet.quod ſi velit ẽt rurſus ante cibum lauari,permittes . Ma-
gis ẽt ad rem pertinebit,ſi aquæ ipſi digerendi facultas inſit. Ac,ſi quidẽ talem aquã
ſponte natã habemus ipſa vtemur: qualis in Lesbo viſitur,a Mitylene ſtadijs quadra-
ginta.ſin minus ipſi ſimilem aliquã moliemur.Eſt porrò ea,quæ in Mitylene conſpi-
citur,& uiribus & colore talis, qualis utiq; fiat,ſi quis florem ſalis aquæ marinæ mi-
ſceat.Hæc ipſa aqua ẽt hydropicis, & reliquis tumefactis idonea eſt, utpote ualenter
deſiccans,ita profecto,ut prępinguibus:ac pręcipue ſi quis ipſos cogat in ęa celerrime
natare,

natare, nec post largam lauationẽ protinus esse bibereve, sed somno interposito, aut omninò saltem quiete: sane illud est sciendum, atque ab eo, qui obesitatem curat, prędicendum, quod aliquando ex multo simul obito motu, & febri hominẽ tẽtari est credibile: & quod febris ad rem propositam non aliena erit, utique, si Medicus recte omnia faciat. Etenim perspicuum est, vbi ex lassitudine febricitarint, qui ita curantur, qđ sopita eorum febre, rursus ad eandem curationis formulam redibimus. Sane fugere in ijs curandis conueniet, & vina quæ multum nutriunt, cuius generis crassa sunt; vti vero vel aquosis, idest colore albis, & consistentia tenuibus, vel quibus mare est admistum. alba enim & tenuia simul, humores crassos incidunt, & sanguinem per renes purgant. Verum quoniam sola victus ratio attenuans non modo totius corporis obesitatem, sed etiam arthritidas, spirandi difficultates, magnos lienis tumores, heparis scirros, epilepsias, & plerosque diuturnos morbos in ijs corporibus, in quibus humores frigidi crassi, ac lenti abundant, sola, sine vllo alio medicamento persanare valet: sunt autem quos præstiterit sola victus ratione sine medicamentis curare: propterea eam victus rationem, quam Medici tenuantem appellarunt, vti ei contrariam incrassantẽ vocant, pro eo s. humore quem in corporibus nostris gignit, breuiter apponere decreuimus. ab ijs, quæ comeduntur sumpto initio. Quæ itaque sensus nostros gustum s. & olfactum, pungunt, ac mordicant, ea omnia acria sunt, & succos crassos tenuare valẽt. quæ si largius æquo sumantur, ventriculum mordicant, & nauseam magnam inducũt, & halitus acres emittũt. Vt itaque in alijs, ita in his quoque oportet Medicum tpi ac mensuræ vsus diligenter attentum esse: periculum. n. est, si quis non recte ijs vtatur, ne tandem prauo succo impleatur. Nemo igitur est, qui allium, cępam, nasturtium, porrũ & sinapi pp facultatis ipsorum vehementiam tenuãtia esse ignoret: post illa autẽ smyrrium, pyrethrum, origanum, calaminthem, sisymbrium, pulegium, satureiam, thymũ, quæ omnia viridia manduntur; exiccata. n. non cibi sed medicamenta sunt. nã siccum omne viridi valentius est: eorum vero, quæ sicca non sunt, maturiora minus maturis: & quæ in montibus ac locis siccis proueniunt, ijs quæ in campestribus ac planis & hortis, ac paludibus erescunt, sunt fortiora. Prædictis ordine proxima est capparis, & terebinthi fructus: his autem eruca, sium, apium, petroselinum, ocimum, rhaphanis, brassica, & beta. omnia igitur tenera, & increscentia propter humiditatem, qua toto augmenti tpe affluunt, facultatibus sunt moderata. quo fit vt pleraq; medicamenta dum oriuntur, & adolescunt, non aliter ac cibi mandantur: quæ nõ multo post spinis adeo horrescunt, ut ne pecoribus quidem sint uesca. Si quid igitur olfactui, aut gustui, aut utrique simul acre, & mordicans, & calidum apparebit, scito id facultatem habere tenuandi, & incidendi. Ad hæc si quid olfactui odorẽ bonum inferens, aromatis speciẽ gustui repræsentet, id quoq; viribus calidũ esse oportet, sed non æque, ac mordicãtia & rodentia, & insigniter calefaciẽtia. Incidunt præterea & quę saporẽ quendam habẽt nitrosum aũt salsum, quorũ ẽt plurima aluum deijciunt: nec minus ijs amara tenuandi facultate sunt prædita: differunt tñ in eo plurimum, si vnà cum eis oxymel, aut acetũ, aut sal, aut oleum, aut aliud id genus sumatur, eorũ. n. facultas aceto & melle intenditur, oleo aũt minuitur. oĩa aũt semina sua natura ad siccius, & calidius magis, quã herbæ ipsæ semper sunt propensa. apij vero & petroselini, cumini, carui, anisi: prætereà libystici, sinapis, ameos, dauci, seseleos, & oium denique odoratorum & acriũ, & euidẽter calfacientiũ semen tenuẽte dieta vtentibus conuenit. sed quia horũ quedã nihil à fortissimis differunt medicamentis: cuiusmodi est rutæ semen, quod validũ admodum est ac tenuans: & vnicum est tps, quo quis recte ijs vtatur, cum. s. sanguinẽ per vrinas purgare volet. ideo ad aliud seminum genus est transeundum, quæ cerealia vocãt. Triticum igitur firmissimi est alimenti, succumq; crassum admodũ gignit, ac lentum. ideo nisi recte præparetur succus succrescit ex eo valde crassus ac lentus. sola autẽ ea præparatio est probanda, q̃ fermento constat, sale, & clibano: paulo deterior quæ minore furno. sicuti aũt quod graue est ac densum, & in profundo flauũ, copiosissimi id est alimenti, crassiq; succi ac lenti: contra qđ leue est & rarum & albũ, minus nutrit, & minus crassum ac lentũ succum gignit. similaginẽ uero nõ conuenit eos attingere, qui tenuante victu vtuntur. Alica vero pñt vesci moderate, tum sola aquæ incocta, tum vero cum mulso, aut vino, & eo quidem dulci, sed flauo & tenui, & viribus falerno proximo. Quòd si quis pultẽ aut sorbitionem ex alica parare volet, cõueniet nõ anethi modo, sed & porri quidpiã, vel pulegij, vel calaminthes, vel hyssopi immittere. piper pterea nõ solũ elixationibus huiusmodi, sed alijs ẽt ppe modũ oib. q̃ ad tenuãtẽ dietã cõferunt,

Marginal notes: De attenuã-te. Victus ratione. Potus. — Cibaria. — Olera. — Semina. — Tritici præparatio, & examinatio. — Alica. — Hordeum. — Gal. lib. de attenuãt. vict. c. 1. — Cap. 7. — Cap. 3. — Cap. 5. — Cap. 6.

runt,nō mediocriter iuuabit. Prissana aūt ipsa qdē p se nō nihil absterget, vt hyssopo nō magnopere egeat.si qñ tñ ipsius vim inaugere velis,piperis aliquid ei permiscuisse suffecerit.Mel vero ptissanæ pmiscere no est opus,nisi qs ea quę thorace ac pulmonib. cōtinētur,studeat expectorare. Hordeū autē est mundandū,ac cortice spoliandū.quā uis apud quasdā gētes nudū ,pueniat,vt in Capadocia. Qd si aquæ incoctum,vt aliac, cum aliquo vino dulci sumatur, nullis alijs bonitate cedet. Solum enim hordeum ex cibis frumentaceis tenuanti victui est innoxium. secundum hoc sunt panes clibanitæ ex tritico facti. A reliquis vero est abstinendum,nisi quis forte pisum, vel lentem, aut alicam per magna interualla gustare velit.Panicum enim & milium praui sunt succi,& flatulenta,& concoctu difficilia,& alui fluxum vehementer siccant.Fabę minus quam hordeum,tergent. sed coctu difficiles sunt,&valde flatulentæ.Pisa vero ad omnia sunt fabij præstantiora. Eruiliæ vero, & dolichi, & phaseoli multo fabis sunt deteriores. Lentes vero licet succum crassum generent, non tamen omnino aspernandæ sunt,sed cum meliorum ciborum copia non suppetit,eis est vtendum.Cicer autem cibus est fla tulen tus coctu difficilis & excrementitius: ad mouendas tamen vrinas est accommodus,& nonnihil deterget. ex piscibus autem saxatilibus,montanisq; auiculis multum ac copiosum potes alimentum ad tenuantem victum accommodare. Animalia.n.quę in stagnis,ac locis aquosis,& campestribus degunt,humidiota sunt, & excrementosa. quæ in montibus viuunt,ficciora sunt,& calidiora,& minimum pituitosa,& lenta. Ob id aues monticolæ alijs,quæ in locis aquosis,& campestribus degunt, sunt præferendæ. Passeres igitur,turdos,merulas,perdices, & similes monticolas mandas licet. Ab ijs vero,quæ in locis aquosis viuunt,abstinebis,quia carnem habent excrementitiam. Mandendæ etiam sunt aues eæ,quæ in turribus,& in vineis vitam degunt. Ad hæc columbæ turricolæ domesticis sunt meliores,vt & apri,suibus domesticis,à quibus pror sus abstinebit,qui tenuante victu vti volet. Ac vt in summa dicam,omnia,quæ exercē, tur,ijs,quæ sunt ociosa:& quæ cibis ficciorib.ijs,quæ humidiorib. vtuntur: denique,q̄ purum ac tenuem aerem inspirant,iis,quæ contrarium,sunt præferenda. Qui autē vitam in maiori ocio ac quiete degunt,ijs non modo domesticorum suum esu est tempe randum,verum etiam silnestribus.Abunde enim fuerit eis,auibus montanis vesci, & piscibus saxatilibus,vt puta iulide,fuca,merula,turdo,scaro,& omnibus,quæ carnē habent mollem simul ac friabilem.ab ijs vero,quæ duram habent, vel lentam, omnino eis est abstinendum. Asellorum autem caro mollis quidem,sed non æque ac saxatiliū est friabilis. Mullorum autem friabilis quidem est,non tamen mollis. hæ itaque duæ notæ de cuiusuis animalis carne,molliries.s.& friabilitas,considerandæ,& cui vtraque adest,quantumuis mandas,licet;cui neutra,abijcias: cui alterutrum, interdum cū alijs cares,mādas,modo ea,ad saturitatem vsque non vtare. cū igitur saxatiles desunt, asellos,mullos,& alios eiusdem generis pelagicos licet exhibere, & eos potissimum, qui cum sinapi manduntur,cuius generis est Scorpins. Sola autem chartilagineorum torpedo & turtur laudantur,possisque nonnunquam in saxatilium penuria ijs vti. Satius tamen fuerit pisces eos præparari cum beta trita,aut albo iure,porrum prolixius miscendo,& piperis portiunculam.Dictis piscibus virib.propinqua sunt, solea & passer. ex terrestribus vero animalibus genus omne ouium & caprarum non vndequaq; laudabilis sunt alimenti. Solis autem hœdis innoxie vtare. Agnorum esus propter insignem humiditarem est fugiendus. Caro autem leporum ad aliam victus rationē siccantem est accommoda.ad propositam vero non admodum confert, quia sanguinem valde crassum gignit.Ad hæc sanguis omnium animalium in cibo est vitandus, & multo magis in tenuante dieta.pari modo & visceribus est abstinendum, quia excremētitia & coctu difficilia & crassi succi sunt. Vti autem partibus porcorum extremis vesci concedimus,vt auribus,rostris,& pedibus, ita & gallinarum alijs vti permitrimus, Testes tamen & viscera tenuanti dietæ non competunt. corporum autem gallinarum esum,si quis exerceatur,non veto,qui vero non exercetur, mandendæ ei erunt modicæ,non modo gallinæ,sed columbæ etiam ac turtures,licet turtur sicca sit temperamē to,potissimum quæ in montibus degit: itaque vesci quis poterit ijs innoxie.Recēs tamen non turtur modo non est mandenda,sed nec perdix,nec alia omnia, quæ carnem habent moderate siccam,sed,vbi vnum diem ad minus suspenderis. Porrò palumbes, præterquam quod carnem habent columbis,& perdicibus,&turturib. duriorem:concoctu etiam difficilem,& excrementitiam habent. Perdices vero,ac turtures neq; durissimas habent carnes,nec concoctu difficiles,neque prauo succo vitiosas;sed & ipsarum

Cap.7.

Semina in victu attenuāte fugienda.

Aues,pisces, & pedestria animalia.

Optimæ animalium carnes quib. notis à prauis distinguātur

rum durities, si vno die asseruentur, facile vincitur, fiuntque friabiles omnino & incul patæ. Alimentum.n. corpori dant laudabile, sanguinemq; minimũ viscosum gignũt, & crassi ac tenuis mediũ. Proinde quib. salubris cibus curæ est, eos, vt arbitror, vti his cõ ueniet. Olerum aũt radices tanq̃ concoctu difficiles & excrementitias, oẽs habere su spectas oportet. solæ aũt acres ac calidæ gustandæ, vt sunt allij, cepæ & radiculæ, eæq; pro pharmacis potius, quã pro alimẽtis sunt habendæ. solius aũt dauci, ac pastinacæ radix tenuanti dietæ, vt nihil incommodat, ita nihil confert. aduersissimæ aũt sunt rapæ. His paulo minus aduersi sunt bulbi. oĩum pessimi sũt fungi. Arborũ porrò fructus, præsertim qui non reponuntur, humidi fere oẽs sunt. In quib. ij minus sunt noxij, qui ventrẽ lubricant, vti sunt mora, & post ea pruna, & cerasia, ac ficus. deteriores aũt sunt qui tarde permeant, & consistentia duri. ab eis.n. prorsus abstinendũ. Mãdendi aũt q ad reponendũ sunt apti qualia sunt pira, cydonia, & pleraq; vuarum genera, in quib. molliora potius q̃ duriora sunt edenda: nemo tñ vllo horũ ad saturitatem vtetur, quẽ admodum nec pomis, neq; persicis, nec armeniacis, quæ latini præcocia appellãt. quę aũt vehementer sunt austera, ac põtica, huic victus tõni sunt aduersa. Soli aũt ventris fluxui, aut ventriculo, stomachove imbecillis cõferunt. Porrò inter ea, q̃ in hyemẽ seruantur, caricæ, ac nuces tũ ad id sunt accõmodatissimæ, tũ ad propositã victus tõnem. Pistacia ꝑterea & amaræ amigdalæ nõ improbantur, his duriores sunt nuces poticæ, q̃ nullã abstergendi vim hñt. Castaneæ vero quocunq; mõ mandãtur, prauæ sunt. Oliuæ aũt ad propositã dietã mediũ quodãmodo sunt edulium ob id nec cõmendandæ nec dãnandæ, vt ẽt vuæ pensiles. Duri itaq; oẽs fructus, ac potici, sunt praui, reliquis moderate vti poteris. Qđ si quis varios hẽat in varijs partibus sapores, partes acidæ & aceres sumẽdæ, alijs vero tẽperandum. Nã mali Medici, qđ ẽt citriũ dicimus, cortex est acris, acida pars intima, eius caro pituitosa, ac crassi succi. Quæ aũt in aceto & muria cõduntur, ea tñ à pristinis viribus ĩmutãtur, quantũ à cõditura fuerint alterata. Quo fit vt cũ acetũ & muria ex eorum sint, q̃ incidunt ac tenuãt, pisces aridi atq; exucci, humores crassos ac lentos vehementer attenuent: fugiendi tñ cetacei & duri. aut saltem hi condimento acri (cuiusmodi est, qđ ex sinapi vel oleo & aceto solo fit) condiãtur. oĩum aũt ciborum id est cõe, vt, qui iã dictis parantur, extenuanti victui maxime conferant. ob id q hoc vti volet, ei licebit ijs oĩb. vesci, si ex aceto aut oxymelite fuerint ꝑparata, tum alijs ẽt plurimis eorum, q̃ succo oĩ exhauriri queũt. Quin & suilla ipsa exucca tuto vescetur. Mel aũt succum cõsistentia tenuissimũ gignit. Illud aũt circa alimẽta ipsa ex Hip. & Gal. præceptis tanquã in oĩb. detractionibus corpotisq; extenuationib. cõe ꝑceptum obseruare debemus, vt valentis materiæ cibos semper caueamus, qualis est suilla caro, & imbecillem nutrientẽ materiã eligamus, qualis est ẽt ouilla caro inquit Gal. qui ait ẽt, qđ maza parum nutrit, & ita huius plurimum, panis vero modicũ sumi dẽt. qđ si panis ex alica fiat, ad exiccanda corpora non parũ confert. Verũ nõ solum cibis & potibus, sed ẽt cursibus, luctis, & multis celeribusq; deambulationib, detractio ex Hipp. & Gal. fieri maxime põt, siue liquidorum, siue solidorũ detractio facienda sit & non mõ iã dictis, verum ẽt quocunq; simili exercitationum genere, qđ ẽt iactus discorum, iaculorumq; cõprehẽdit, itẽq; saltus, halteres, armatorũ certamina, & oẽs actiones, quas in vita hoĩes obeunt, ꝑsertim in agro colẽdo dũ arãt, metunt, ac fodiũt, tum carnis & adipis, tum humorũ abundantiã imminuere licet. dummodo id memoriæ teneamus, vt, cũ eas vno in corpore adhibere nõ possimus, operã demus, vt quę cuiq; sit accõmodata exercitatio, ex habitu, ex ætate, ex viribus, & cõsuetudine in ueniamus. Vñ nos sæpius eis, q corpulentiã abijcere studebãt, vel venationes, uel æqtationes, uel armorũ gestationes, uel paruæ pilæ ludum à Gal. adeo celebratũ, aut id genus alias exercitationes imperauimus. cauponẽ aũt quendã, qui præ nimia corpulentia uix poterat dimoueri, lorica ferrea indutũ, equũ præcipiti quodãmodo incessu ꝑditum, singulo mane p duarum horarũ spatium æquitare iussum, breui tpis tractu ad mediocrem habitudinẽ perduximus. Dum aũt cursus, luctas, & alias exercitationes proposuit Hipp. quietẽ ipsam quin ẽt apposuit, vt nos monitos redderet, se de eis exercitationibus uerba facere, quæ succedente quiete singulis diebus fiunt. ne s. statim ab exercitatione cibos ingerant, ut mos est, dum calor ab ipsa exercitatione in corpore adhuc, seruatur, sed postq̃ perfecte refrigerati sunt. Ne autem superfluis exercitationibus utamur, inquit idem Hip. quod in exercitationibus signum detractionis est sudor guttatim manans, qui tanq̃ ex aquæ ductibus egreditur: aut ex elatione depressio repentina, subito.n. trahitur, hæc aũt contingere, cum corpus immodice digeritur,

Radices. — Arborũ fructus. — Condimẽta. — Exercitationes. — Hip. 3. in 6. epid. tex. 2. Gal. in com. — Loco cit. — Gale. in lib. de lud. paru. pila. — Hip. loco cit. — Hip. 3. in 6. epid. tex. 8. Gal. in com.

Gal. 3. de sanit. tuen. c. 12.

perspicuum est. Illud demum cum Gal. summopere aiaduertendum, quod in emẽdandis simplicib. humiditatibus studium quidem ad siccationem dirigitur, sed pro ipsarum diuersitate, sua membratim vnicuiq; differentiæ submouendi rõ est. Vnde, si ex longiore desidia, inquit ipse, & humectantis alimenti immodico intempestiuoq; vsu contracta humiditas sit, longiori correctione est opus: sin ex liberaliore potione, quę pridie sit hausta, citra vllum capitis, aut oris ventris affectũ constiterit, eam vel vnico die persanes, licet, si sicca frictione largius, & exercitatione veloci, & parciori potione, & ficciore cibo vtare. quæ autem humiditates ex diutina admodum desidia. aut ex humectantis natura cibi copia gignitur, quales fructuum plurimi sunt, itẽq; olerum, quæ vtique acria non sunt, semel & confertim corrigi non põt. Nam, si eatenus se satigabit homo, dum habitum abunde siccet, in lassitudinem incidet, ac febricitabit omnino diaria febri: quod si vitiosæ pręterea humiditates fuerint, etiam febri, quæ in plures extendatur dies. Tpe igitur hæ sanandæ sunt. & qm̃ sæpius solã corporis exiccationẽ expetimus, qm̃ corporis totius vel partis cuiuspiã caliditas, aut anni tps æstiuũ calidiora medicamenta prohibeat, necessitas tñ instat, ut uerbi gratia sterilitatis curatio, aut a pestilenti febre, vel abortu, aut id genus alijs malis pseruario, vt corpus totũ exiccemus, ideo imprimis eis oĩa illa, q̃ aut actu, aut potẽtia humectãt, interdicemus. vti sunt præsertim largior potus, satietas, ingluuies, victusque plenior, humidi fructus veluti sunt pepones, melopepones, citruli, cucurbitæ, nuces virides, lactucæ, maluæ, fabe virides, & horarij fugacesq; fructus omnes, lacticinia, suillæ, & agninæ carnes, & eorum animantium quæ in stagnis & campestribus vitam degunt, pisces molles minime friabiles, aquæ potus, otium, loca aquosa & humida, & similis aer, & præcipue nocturnus, austrini flatus, somnus longus & profundus, præsertim a cibo & repletione, dulcis aquæ balneum: deinde parca victus ratio eis iniungatur, potusque consueto minor sit, & vinum sit tenue & aquosum, aut saltem mediocre, nõ tamen nouum. carnes sint superius propositæ boni s. succi præcipue animalium silueftrium, & auium. vel si ex quadrupedibus sint, eo modo, quo superius cum Gal. docuimus, præparandæ sunt, vt exiccare valeant. Pisces pariter saliti sint, vt sardæ, alicæ, aphiæ exercitium aliquatenus moderatum superet, sed congrua fiat hora. somni sint nocturni & breues, & nõ statim à cibo, nec supra molle stratum decumbant. Loca inhabitent sicca, sublimia, ab austro auersa: & in humidis cœli constitutionibus ad ignem temperatum accedãt. & negotijs, curisque, non tamen immodicis, aut molestis incumbant. Quibus etiam auxilijs, & qua victus ratione sola vnusquisque ab vniuersi corporis nimia corpulentia & obesitate facillime poterit præseruari.

De simplici humiditate totius corporis corrigenda.

Pręseruatio.

De nimia totius corporis raritate & densitate. Cap. XXXVII.

VNIVERSI corporis texturæ, quã vocant, nimia raritas & densitas tametsi operationes primario & per se non adeo manifeste lædant, vt hac fortasse de causa ab ipso Gale. inter morbos ex propria sententia non fuerint cõnumeratæ (magis. n. morbi causæ quàm morbi rationem habere videntur:) nihilominus quoniam multa mala inducere valent, & in præcognoscendis arcendisque, & curandis morbis a Medico summopere tum cognoscendæ, tum examinandæ sunt, & quia ex Gal. quinetiam auctoritatibus ad corporis structuram, & ad morbos, qui in mala compositione cõsistunt, attinere videntur, de ijs hoc in loco uerba facere opere præcium duximus, potissimum cum in hoc argumento alioquin perutili neminem hucusque uersatum uiderimus. Quod aũt ad malam pertineant compositionem, ex Gal. uerbis elicimus, dum scribit, quod quæcunque ægritudines concauitatibus adueniunt, cũ præter modum obstruuntur vel laxantur, omnes ad formationis genus referuntur. sed cauitates ab ipsis meatibus non nisi penes magnitudinem differunt, quo fit ut idem dixerit, intestinorũ, uenarum arteriarũ, atq; oĩum huiusce modi instrũrum meatus, hos inquam meatus magnos ac manifestos oẽs perspicuo uidemus. Qđ si ex ipsis aliquis ob nimiã paruitatẽ sensum effugiat, non tñ propterea ex eodem genere cum illis existit, quos prioris sectæ auctores supposuerunt ex primorum, atq; impatibilium corporum fieri conuentu. & idem alibi ad corporis habitus structuram attinere clarius testatus fuit, quemadmodum

Gal. lib. de dif. morb. c. 7.

Gal. loco cit.

Gal. 1. de sanit. tuenda.

admodum & ante ipsum Arist. rarum & densum positiones quasdã esse litteris mãdauit, in Galeni autẽ doctrina positio ad ipsam redigitur compositionem, si quis autem contendat hos affectus, vel ad intemperiem ipsam, vel ad morbi causam esse redigendos, is propterea ordinẽ nostrũ vitiosum nõ existimet, sed supponat nos in præsentia absolutis totius corporis morbis, ad eiusdẽ symptomata, & primũ ad læsã ipsius pspirationem pertransire. Hos tñ affectus inter morbos recenseri posse ex inde astruimus, q̃a nil aliud ꝑfecto sunt, q̃ meatuũ ad vniuersum corporis habitũ attinentiũ immoderantiæ quędã, ipsius halituũ, aut effluxuũ, aut fumidorum excrementorũ excretionẽ, & innati caloris ventilationẽ oblædentes. semper. n. ait Gal. animalium corpora difflãtur idq; duplici modo effusis ad exteriora vaporosis, atq; fuliginosis superfluitatib. ac rursus attracta refrigerante ac ventilante natiuum calorẽ aerea substãtia. ab immodica siquidem raritate excretio hæc deprauatur, & corpus, magis quã par est, digeritur, & in sensibiliter vacuatur, & innatus calor nimium perfrigeratur: a nimia vero densitate, fuliginosi, & vaporosi excrementi propulsio impeditur, & imminuitur, & innatus membrorum calor vti decet euentari non potest. Sicuti igitur necesse est, vt similariũ quælibet partium tunc probe has functiones fortiatur, cum horum meatuum moderationem obtinet; ita hac moderatione corrupta, à naturali dispositione digrediatur oportet. Sed quoniã vnaquęq; mediocritas duplicem patitur corruptionem, alteram exuperantiam, alteram defectum, liquet quod vitiosæ meatuum dispositiones duplices erunt, quarum alteræ ex ampliatione, alteræ ex angustatione eorundẽ consistunt. & cutis igitur, & caro, & aliarum vnaquæq; partium, quæ, si ad iudicium sensus referantur, simplices sunt, cum aut densitatem, aut raritatem immodicã habuerint, male affectæ esse censentur. Quod si in vtroq; excessu mediocritatem seruauerint, quantũ vtiq; earum propositis operationibus fuerit maxime opportunum, tũc vtiq; in eis supremũ sanitatis gradum obtinere dicentur. Breues vero a medio ad vtrunque extremorũ euersiones, donec partis operatio omni noxa sensibili caruerit, nequaquã ægritudines appellabimus. Plurima vero in his maioris & minoris ratio inuenitur, vtpote in salubri & morbida natura magnum occupãte interuallum, cum ab exquisitissimo sanitatis modo & tẽperiẽ recesserunt, vnde in hoc spatio omnes sanorum differentiæ locabuntur. Secundum ab hoc quod sequitur interstitiũ, in quo sensibilis apparet a mediocritate recessus, obtinent morbi, donec ad tantã immoderationem natura peruenerit, quod membro interitum afferat. Neque enim animalium corpora eam habẽt a natura proprietatem, vt quomodocunq; rarefacere, aut dẽfescere possint, sed & huic rei limites natura constituit, quos præterire citra dissolutionem corruptionemq́ue sit impossibile. Cum itaque corporis raritas & densitas, in primis duplex sit, videlicet vel non morbosa in qua partium operationes omni noxa sensibili carẽt, vel morbosa in qua sensibilis morbosusque apparet à mediocritate recessus, & insuper vtraq; rursus duplici distet differentia, quatenus, vel natiua est, & a primordijs generationis exorta, vel adsititia & post ortũ contracta: illud ante omnia notare debemus, quod quæ natiua est, semper fere morbosam dispositionẽ effugit, & intra sanitatis limites consistit, quæ vero adsititia est, & ab externis causis ortum ducit, hãc vtraque dispositio, sanitatis scilicet, & morbi, comitari potest. in sui enim principio & dum adhuc sit, fieri potest, vt intra sanitatis limites consistat, præsertim si ex contraria dispositione vtraque earum originem ducat, vti si non ex meatuum moderãtia & mediocritate, sed vel ex corporis raritate densitas, vel ex densitate laxitas, seu raritas suboriatur. dum autem iam perfecta est, atque progressa, quod pro varia causarum vi modo breuiori modo longiori temporis interuallo fieri potest, procul dubio morbosum statum præsefert, & manifestam operationum læsionem exhibet. Sed vt omnis euitetur confusio, loquamur primo de causis raritatis, & densitatis natiuæ, quãuis enim earum nulla morbosa sit, eæ nihilominus cognosci debent, vt earum, quæ morbosæ & adscititiæ sunt, & ab euidentibus externisque causis originem traxere, recessus a naturali statu rectè dignoscatur, & subinde vtraque rectius persanari possit. Dubio procul raritas & densitas natiua non nisi ex opposita totius corporis temperatura ortum ducunt, & proinde sicuti totius corporis temperamentum omnes partes æqualiter tum internas tum externas permeare, vt plurimum solet, ita natiuæ hæ dispositione, tum extimas tum intimas & profundas partes occupare consueuerunt; adscititiæ vero quia ab externis causis fere oriuntur, corporis habitum solummodo, & partes, quæ sunt in ambitu, & præ cæteris cutaneas exercent. Calida itaque

Nimia Raritas, & densitas quid.

Arist. in lib. catheg. cap. de qualit.

Gal. 1 de diff. febr. cap. 3.

Differentiæ.

Causæ raritatis & densitatis natiuæ & non morbosæ.

& humida temperies raritatis, opposita vero nempe frigida & sicca densitatis causa erit. Sicuti.n.caloris proprium est rarefacere,aperire, attenuare & segregare, ita frigidi munus est densare,occludere,incrassare,atque congregare & constipare. pariter sicuti humiditas corpora laxat,& emollit, & corpus rarefacienti causæ obtemperans reddit,ita siccitas coarctare,seu contrahere,indurare, & resistentiam rarefacientibus causis parere nata est. Verum quoniam de temperamẽto,quod ad qualitates attinet actiuas, nullus prorsus adest dubitandi locus, de eo vero, quod ad passiuas pertinet, vt paulo post apparebit, aliquis dubitare posset: propterea id exactius cõprobare nõ sit ab re. Omnes confitentur rarioris texturæ corpora facillime,quæ autem densiori constant structura difficillime in halitum digeri atq; difflari. Verum Gal. de corporum quæ facile, difficileque digeruntur temperatura differens, in hunc modum scribit, Puerorum ætas, cum humidam & calidam temperiem habeat, facile digeritur. Adsis.n.animo,velim,ad ea,quæ de corporum diuersitate hoc loco dicam. Lapidum substantia constans stabilisque propter siccitatem, & frigus est; Ad eundem modum æris & ferri,& auri,& vno verbo omnium, quæ ex terra sunt, corporum. At quæ humida calidaque sunt,eorum substantia celerrime in ambiẽtem dissipatur,aliàs in halitum sensibilem soluta,aliàs in perspiratione, quæ visum fugiant, sed ratione deprehendantur. Atque hæ corporum naturæ, veluti ex diametro (vt Græci loquuntur) idest longissimo interuallo, à se distant. Reliquarum omnium illæ, quæ frigidæ ac siccæ proxime accedunt,ægre quidem per halitum digeri possunt, minus tamen ægre quàm ferrum,& lapis & adamas. At quæ calidæ & humidæ sunt vicinæ,hæ promptius quidem digeruntur,atque exhalãt, cæterum minus hæ quoque,quàm aqua calefacta. Nam citra calorem non potest in halitum digeri corpus vllum, substantia eius coacta densataque manente: sed nec per calorem omne, imo quod habile est in halitum resolui: tale porrò est,quod humidum est.ergo puerorum substantia oĩum facillime digeritur; ac dissipatur, propterea quodest omniũ humidissima: nulla vero frigidior. Quo minus vacuantis præsidij eget, cum habeat ex se ipsa,vnde naturaliter vacuetur.

Gal. 9. metho. c.16. & 17.

His Galeni dictis concordant ea, quæ ab Arist. de exhalabili & non exhalabili traduntur.|Sic.n.habet,Exhalabilia aũt sunt corporum, quæcunque humiditatem habẽt quidem,sic autem habent,vt non euaporent seorsum ab ignitis: est.n. vapor à calido combustiuo in aerem & spiritum excretio,ex humido madefactiua. Exhalabilia aũt tempore in aerem excernuntur. & hæc quidem euanescentia, sicca, hæc autem,terra fiunt. differt autem hæc excretio, quia neque madefacit,neque spiritus fit. Est autẽ spiritus fluxus continuus aeris ad longitudinem. exhalatio autem est, à calido vstiuo communis excretio sicci, & humidi simul. Quapropter non madefacit, sed colorat magis. est autem lignei quidem corporis exhalatio fumus. ipsius autem pinguis exhalatio,Fuligo: vnctuosi vero,Nidor. Propter hoc oleum non elixatur,neque incrassatur, quia exhalabile est, sed non vaporabile propter sui viscositatem. aqua autem non exhalabilis,sed vaporabilis. vinum autem,dulce quidem exhalat. pingue.n.est. Quæ quidem Arist.verba,vt clara fiant, & vt simul doctrina,quam de læsa totius corporis perspiratione & per halitum digestione nũc profitemur,aperta reddatur,sciendum primo, quod cum cognosceret Philosophus exhalabilia duplicia esse,prout nonnulla pp ignẽ tantum, talia sunt, nonnulla vero propter tpis vetustatem, ideo primo declarat primã,secundo loco secundam exhalabilium differentiam. & deinde colligit quæ nam diuersitas inter vtrãq; exhalationẽ intercedat. postmodum vero proprie sumptã exhalationẽ ab igne describit. ex quibus differentia inter euaporationem, & proprie dictã exhalationẽ ab igne, facile declaratur. & tandẽ vtrãq; exhalationem exẽplis illustrat. Verum,ne circa primæ particulæ interpretationem vnà cum expositoribus decipiamur,animaduertendum,quod,cum ait Arist.exhalabilia esse,quęcũq; humiditatẽ habẽt,ita tñ,vt nõ euaporẽt seorsum ab ignitis, exhalationẽ cũ euaporatione cõfundit,nã exhalatio interdũ proprie sumitur ab Arist.nõnunq̃ cõiter accipitur tã pro euaporatione ab igne facta, q̃ pro euaporatione à tpe producta. quãuis.n. exhalatio sit quid cõius, euaporatio autem pro exhalatione tantum vaporis humidi proprie sumatur,tamen sæpius ab ipso confunduntur. vti etiam à Gal. factum fuit, qui, vt in eius verbis superius adductis apparet, inquit aquam excalfactam exhalare, nam aqua, si proprie loqui velimus vnà cum Aristotele, euaporare quidem potest, dum excalfit, non tamen exhalare. quo quidem animaduerso ait Aristoteles exhalabilia esse, quæ humiditatem habent, ita tamen vt non euaporent seorsum ab ignitis,

Arist. 4. meteorologicorũ. tex.47.

De exhalabilis & nõ exhalabilis corporis natura

quia

quia præter id qđ non possunt euaporare nisi prius ab igne fuerint accensa, & excalfacta, corū humiditas insup á sicco cui á naturæ primordijs erat cōmista, secerni & separari non pōt, & a misto elongari nisi fiat fumus, & subinde cum calida, & sicca exhalatione misceatur. dum.n. humiditas á sicco profundove mixti excernitur, & ad exteriora fertur, nō tñ a mixto elongatur, sed ipsum madefacit, deinde a calida & sicca exhalatione rarefacta ei permiscetur, & secum in auras abire conspicitur, & subinde humiditas, quæ est exhalationis subiecta materia, cum ignitis vaporibus á mixto separatur. Si enim lignum ignescat primū madefit lignum, quia ab eius profundo humor excernitur, non tñ separatur, nisi fiat fumus & exhalatio, neq; separatur seorsum ab ignitis idest sine calida & sicca exhalatione, a qua vapor suspenditur &, vt nobis fumus ostendit sursum trahitur, nam vapor sui natura potius deorsum tenderet pp crassitiem & ponderositatem. insuper non separatur sine ignitis a quibus summe excalfiat. ex quibus tum Alexandri tum Buccaferrei error deprehenditur, qui aiunt solidā substātiā euaporare, non.n. hæc, sed humiditas euaporat. ideo exhalationē ab igne describens ait, qđ vapor. i. euaporatio est excretio vaporis humidi in aerē & spiritū a calido cōbustiuo madefactiua pp humidū. in qua descriptione habetur genus, excretio. f.q tū exhalationē proprie dictā, tū euaporationē sub se cōtinet, habet subiectū & materia vapor. f. humidus, adest terminus motus, qa euaporatio in aerē & spiritū terminatur. p spiritū aūt intelligit fumosam euaporationē, seu fumū, p aerē insensibilē acris substantiā. dum.n. lignū cōburitur, primo madefit, deinde ex madore illo fumus emergit, & aer, & ipse ēt fumus in aerē euolat. euolatio aūt fumi est proprie exhalatio ab igne: exitus vero humidi á mixti substātia ad superficiē est euaporatio, quare exhalatio ,ppriè euaporationē insequitur. habetur etiā in descriptione efficiens ipsum, calor. f. combustiuus. reperitur quoque proprietas & accidens insequens motū, quia vapor ille mixtum madefacit. per quam particulā, & per efficiens ipsum habetur differentia inter exhalationem ab igne factam, & eam, quæ fit a tempore. ex quibus colligimus exhalationem fieri ratione humidi: ne dum.n. id sensui apparet, quia dū mixta cōburuntur, primo fiunt humida, verum etiam ratione probatur, quia si in aerem vertitur ille vapor, necessario simbolam cum aere qualitatē habet. non habet aūt nisi humiditatem, qa humectat, ideo excalfactus ab igne facillime, in aeris & spiritus substantiā migrat.

Euaporatio ab igne qd.

Exhalatio á tempore facta quid sit.

Iam vero mixta, q propter tpis vetustatem exhalant, marcescūt euaporante calore naturali, & secum educente humidum in auras insensibiles, ideo manent sicca, vt in pomis & animalibus euenire cernimus. vnde sicuti ab igne facta euaporatione humidū sensibiliter exit, fumus.n. conspicitur, qui ex calido & humido conflatus est, & primo mixtum humescit, quia totum humidū confertim educitur, & non potest totū in aerē verti, sed madefacit siccum, quia seperatur a sicco; ita in ea quæ á temporis tractu fit, humidū insensibiliter euanescit, sensim.n. fit, & ideo fumosa substantia non suboritur. & quia hæc exhalatio a tēpore paulatim fit, & humidum sensim euanescit, ideo in ea nulla madefactio mixti succedit, & tandem vti exhalatio a tempore est solius humidi excretio, ita exhalatio ab igne est excretio humidi cum sicco mixti, propter efficiētis causæ vehementiā & actionem confertim & vehementer factā, sed ambæ euaporationes tum ab igne, tum a tempore facta, in hoc conueniunt, vt humidū excernatur, & eo excunte vtriusq; finis sit cinis & terra. quod hoc sit verum calx licet igneū calorem in se contineat, nō tñ potest vllam exhalationem producere nisi madefiat, quia humido, quod ad exhalationē necessario requiritur, destituta erat: madefacta vero calor humiditatem nactus excitatur, & incipit agere in humiditatem, & illam consumere, rarefacere, & proprio motu sursum petens secū humiditatē trahere & fumū ,pcreare. Quibus ita declaratis, videndū breuiter, an corpora nostra a tpe, vel ab igne euaporabilia sint. Profecto si rei naturam, & vtriusq; exhalationis conditiones, & requisita, diligenter inspicere velimus, liquido apparebit, viuentiū corpora, & multo magis animaliū, & eorū maxime, quæ sanguinea, & corde prædita, & calidiora sunt, ancipitis cuiusdā esse naturæ, humana aūt corpora, & his calidiora, propter intensum & copiosum, quē habēt, calorē innatum ad exhalationē ab igne factā proximius accedere. Quāuis.n. neque mador in ipsis manifeste conspiciatur, neq; fumus siue spiritus exhalans, vt in his, quæ comburuntur, neque confertim, sed potius paulatim, et sensim exhalent & euaporent, vt in corporib. q nō viuūt, a tpe euaporationē fieri cōprobauimus; nihilominus altera ex pte ab interno magis calore exhalāt, sicuti ēt in cōbustibilib. cōtingit, in qb. calor nedū extrinsecus, & in externā cōbustibilis superficiē agit, verū ēt intimius recipitur

Animalium corpora, an ab igne, vel á tēpore exhalabilia dicantur.

cipitur, qđ in non viuētib. a tpe digestis & euaporatis nō cōtingit, nā calor in ijs externus in solā ipsorum superficiē & magis extrinsecus agit, nō aūt intus recipitur, vt in sermone de putredine docuimus, nec est, vt quis dicat, ea q̄ ab igne euaporant, id exigere vt ad ignē apponātur, qa vt ait Arist. seorsū ab ignitis nō euaporāt, quia in aīalium corporib. vt in tractatu de innato calore aperuimus, natura ab ortus principio tm̄ ignis indidit, quantū pro ipsorum formatione, & functionibus recte obeūdis sufficere posset. talis autem calor nō nisi viuidus admodū, & satis copiosus, & intensus esse potest, qui quidem vbi talis est, nō potest nisi in humidum, in quo residet, vehementer agere, & ipsum rarefacere, atque digerere. corporum autem, quæ non viuunt, & potissimum quæ frigidioris sunt tēperamenti caliditas, cum exigua sit, non ita in humidum agere potest. & subinde vt ipsum humidum euaporare faciat, extranei & externi caloris attrahentis auxilio opus habet. Insuper in ijs, quæ simpliciter à tempore euaporāt, humiditas ab omni siccitate secreta excernitur, & ob id euaporatio eorū, vt recte docet Philosophus, non tingit, neq; colorat, sed potius madefacit ea, corpora in quibus extrinsecus recipitur: ea aūt humiditas, quæ in nostris exhalat corporibus à fuliginosis seu fumosis, & siccis, & calidis exhalationibus omnino secreta nō est, vt ex Gal. & alijs tum prioribus tum posterioribus Medicis millies colligere licet, quo fit vt nostrorum corporum indumenta & tegumenta ex facili tinganrur & colorentur. Fuliginosa autem continuo excremēta excerni nobis pilorum prouentus, qui in quadrupedibus potissimum vberrimus est, manifeste declarat. quinimo humana corpora, si velocius moueantur, aut alia de causa eorum calor aliquatenus intēdatur, ne dum mador in ipsorum superficie manifestus apparet, verum etiam fumus seu spiritus, & vapor nonnunq̄ exire clare cernitur. quo fit vt animalium corporum, quæ calidiora sunt, exhalatio, ad eam, quæ ab igne fit, proximius accedat. quemadmodum etiā in capite de putredinis natura significauimus. Quod si humanū corpus sui natura calidum æstatis tempore acute febricitet, omnium maxime exhalationem quodammodo ab igne factam patietur, quo fit, vt cum in eo maxima exhalatio & euacuatio assiduo & sponte fiat, Prudens Medicus moderatiorem euacuationem moliatur. Sed ad pensum redeamus. Clarissimè ex dictis, constat, nostra corpora quo calidiora, & humidiora sunt, eo copiosius & facilius exhalationem & digestionem pati, quāto autem magis exhalant & difflantur, tanto rariorē texturā nacta sunt, quæ prçter id, quod caliditatem rarefacientē & in halitū soluētē, & humiditatē rarefactā & in halitū digestā, caloriq; obtēperātem arguit, digestioni insuper, & vaporū excretioni propter latiores vias magis conducit. Quanto aūt frigidiora & ficciora fuerint, tāto minorē euaporationem, atq; difflatū, propter causas his oppositas, habebūt. Verū obijciet quis corporis raritatem maciem & tabem minari, qm̄, vt ex Galeno colligimus, eius merito corpora celerrime extenuantur, per eam, quæ difflatio insensibilis nominatur. & ideo alibi ait, quod in pueris propter caliditatem, & humiditatem plurimum fluit, & corpus euacuatum extenuatur. Sed contra in sermone de hectica febre, ex eiusdem Galeni placitis, dictum fuit, humida corpora ab hecticis & macie esse longinqua, dicebat. n. nullum eorū qui habitu corporis prȩditi sunt humidiore, statim ab initio hectica febre fuisse correptū. & insuper corporis humiditatē, vt in signis tēperaturarū diximus, nec nō etiam in superiori capite explanauimus, obesitas, corpulentiaque, & carnium affluentia comitatur, vt mirū videatur, quo nā pacto corporis raritas, cuius vi corpora perpetuo abūde difflantur, & extenuantur, humidam ipsius temperaturam consequi possit. Huic ambiguitati haud difficile est ex dictis satisfacere. cōcedimus. n. sicca & potissimū simul calida corpora procul dubio macie & tabe reliquis omnib. tēperaturis facilius & promptius tentari, sed post hæc, inter reliquas temperaturas, nulla promptius ipsis calidis & humidis corporibus extenuantur, hecticisque febribus corripiuntur, tum propter copiosissimum ipsorum effluxum difflatumve, tum quia propter texturæ raritatem, extraneus calor, & causarum calefacientium vis solidarum partium substantiam alioquin intimiorem promptius permeat; quod quidem in febribus, ad hoc vt fiant in habitu, & fixæ, de necessitate requiritur. Cum autem ait Gal. nullum eorum, qui habitu corporis prædíti sunt humidiore hectica febre fuisse correptū, subiungit id nunquam ab initio fuisse factum, sed quamuis talia corpora hectica incipiente non corripiantur, attamen vbi sui natura calida quoq; sint, facile est, propter rationes dictas, vt ex alijs febribus in hecticas incidant. potissimum quia propter putridas febres, sicuti etiam pp alias causas vehementer calefacientes, & siccantes, nedum solidæ carnosæve

Arist. loco cit.

Gal. 2. apher. com. 28. & 2. de humoribus com. 25.

Gal. 1. de diff. febr. cap. 9.

Dubitatio.

Solutio.

nosæve partes colliquescunt, sed êt humores ipsi extenuãtur. dum aũt inquit Gal. pp raritatem corpora celerrimæ extenuari, raritati humorum tenuitatem addit, atq; qđ cum magna est humorũ tenuitas, & corporis raritas, tunc per eam perspirationẽ, quæ sensum nostrum fugit, corpora celettime euacuãtur, vt, nisi occurras, facile colliquentur. cum. n. hæc ambo conuenerint, celetrime difflatione extenuantur, sicuti in dispõne contraria, crassitudine s. humorũ, & corporis spissitudine, neque fit humorum euacuatio, & permanere corpus, & nihil tunc fere minui de ipsius mole cõtingit. Demũ aiaduertendum corpora magis textura fieri rariora vbi in temperamẽto caliditas humiditatem exuperat, q̃ vbi humiditas in recessu ab exacto temperamẽto caliditatem vincit, quia si a maiori humiditate caliditas obtundatur non ita aperire, fundere, & rarefacere valet. Si vero Raritas post ortum & ab externis causis proueniat, hæc raro admodum contingit, & solas extimas partes, & corporis habitum, præsertimq; cutẽ ipsam vniuersam occupare solet. & fere ex frequenti balneo, vt ait Auic. & molli frictione solet oriri. mollis enim frictio, vt Gal. testis est, per halitum euocat, ac corpus laxum, molleq; efficit. potissimum si in ea oleo aliquo vtamur, quod mediocriter calfaciat, cuiusmodi dulce, tenue, ac modice antiquum est, & idem de inũctionibus, quæ ex vnguẽtis, quæ prorsus acopa sunt, ac relaxantia, parantur, dicendum est. Densitatis autem morbosæ causæ, quæ similiter externæ euidẽtesq; sunt, vel interne, & extimas, cutaneasq; potissimum partes densant, sunt illæ de quibus in tractatu de febrib. ephemeris meminimus. Quas quidem breuibus perstringit Auic. dum sic habet. Densitas autem contrahitur tum ex valido frigore, tum re quapiam adstringẽte: itemq; ab excrementorum copia, aut crassitudine & lentore, cnm in cutis meatibus detiuentur. Fieri etiam potest, vt & dẽsitatis causa sit vehemens exercitatio, quæ humores ipsos, nulla alia præcedente causa è profundo corporis euocarit, aut multus puluis, aut valida & dura frictio. Gal. vero inquit angustiam hanc meatuum cutis, qua transmittere superuacua prohibetur, vel obstructis meatibus, vel densatis incidere. quam quidem densationem conniuentiam Græci vocant. Ac obstructio quidem ex lentis crassisq; excrementis oritur, cum confestim ad cutim ruunt: densitas seu conniuentia tum ab ijs, quæ adstringunt, tum qnæ refrigerant. vnde densari certe aliqñ potest tum ex valido frigore, tum aluminoso balneo. Fieri aũt potest, vt & post balneum sudoremve, atque aliam alioqui ob causam laxatæ prius cuti, auræ flatus incidens obstructionem quampiam densationemque efficiat. sed de ijs oĩbus cutis meatus angustantibus seu densantibus causis in ephemerarum febrium causis exactissime loquuti fuimus. ad quas ne frustra eadem repetantur, recurrere debemus. Oportet autem, vt imprimis raritatem & densitatem ab ortu genitam, & vniuersum corpus occupantem diligenter cognoscamus. quæ. n. ab externis causis, & post ortum exorta est, facilius dignoscitur. Rara itaque totius corporis texturaicum ab orta contracta sit, ex symptomatibus prę sentibus, & alijs qui consequuntur effectibns solummodo deprænditur. Primũ itaque ea oĩa signa, quæ calidam & humidam totius corporis temperaturam indicãt, nobis sese offerunt, de quibus in proprio loco loquuti fuimus. Vnde corpora hæc, dummodo ambiens aer frigidior, aut impense calidus, aut alia externa causa ipsa non immutarit, ad tactum calida & humida sentiuntur, ita vt carnosæ partes halituosum calorem, mollitiemque, & laxitatem quandam præseferant. quæ tamẽ non adeo affluentes & copiosæ sunt, sed potius ad moderationem, aut si in laboribus, curis vigilijs, & id genus alijs, vitam agant, ad gracilitatem, & extenuationem aliquam vergunt. Pariter corpora hæc, dummodo ab externis causis, & potissimum ab aeris excessibus longinqua sint, & naturaliter disposita, colorem subrubrum, vel rubrum obtinent. Corporis autem raritatem hæc potissimum consequi comitarive solent, ad sudores prompti adeo sunt, vt notat Gal. vt leui de causa sudore tentari consueuerint, dũmodo crassi in ipsis humores non redundent. ab inedijs, laboribus, & vigilijs & similibus facile extenuantur, & breui tempore; sicuti cibo, quiete, & somno rursus facile & breui reficiuntur. Ab ambientis excessibus siue frigidioribus sine calidioribus, sed potissimum ab æstiuo calore multum & facile patiuntur, quo fit vt si reliqua signa calidam indicẽt totius corporis temperiem, & nihilominus eius membra facile frigefiant, vt ex Gale. colligimus, maximum & efficacissimum sit corporis raritatis indicium; sicuti si non facile corpus frigefiat, vel caliditatis, vel dẽsitatis signum est. Queadmodum vero ab externis causis ex facili læduntur. ita ab internis non ita morbis, qui ex vitiosis humoribus potissimum excitantur, corripi solent. sed quia huiuscemodi corpora per halitũ

dige-

Margin notes (left): Causæ raritatis post ortum & ab externis causis prouenientis. — Causæ densitatis morbosæ. — Signa. — Signa raritatis.

Margin notes (right): Gale. 2. de humor. com. 25. & 2. aphor. com. 28. — Auic. 2. primi cap. 15. — Gal 3. de tuenda sanit. c. vlt. & c. 10. — Auic. loco cit. — Gal. 3. de sani. menda. c. 10. — Gal. 3. de sani. mend. c. 11. — Galen. lib. art. med. c 59.

Gal. 2. de rat. vic. in acut. cō. 47.
digeruntur, vt Gal. inquit, syncope, dum potissimum febricitant, facile corripiūtur, & morbi materiales in ipsis nimus diuturni fiunt, sicuti dēsioris texturæ corpora, vt idē ait, in morbis diurius morantur. cuius causa clara est. Ætatis decursu mitescente calore obesi sæpius fiunt, & rardius senescentes, in declinante & senili ætate melius, q̄ cetera temperamenta (eucrato excepto) & robustius se habent. Demum scribebat Hipp. Cutis raritas, ventris densitas: cutis adstrictio, carnium incrementum: siquidē nonnulli, inquit Gal. ideo ventrem densum, hoc est suppressum & adstrictum habent, quod multa per cutim euacuentur, vnde plerique bene appetunt, multum comedunt, & parum excernunt, graciles tamen sunt, & non læduntur, alimento. s. propter habitū calidiorem, & texturæ raritatem nimium exhalante. quemadmodum contra nonnulli, cum ægre per cutim diffientur, multa meiunt, multaq; per aluum excernunt, & sæpe non appetunt, vti etiam fusius in capite de imminuta fæcum excretione, & de læsa appetentia declarauimus, ad quæ capita recurrere debet, qui raritatem & densitatē texturæ exactius dignoscere cupit. coitionem vero. adstrictionemq; cutis, ait Gal. plerūque esse in causa cur carnes supra modū augeantur. ait aūt, plerūque, non aūt semper, id euenire, quia si cutis densitas p̄ter naturā fit, & morbosa siue obstructis siue dēsatis cōniuentibusve meatib. oriatur, tunc si solū vapor quidā suauis atque optimus (cū. n. sanguis optimus in corpore fuerit nullo inquinatus humore supsluo, uapor ex eo incalescēte optimus exurgit, qui nihil aut igneū aut acre secū inuehit) rale quidē corpus cū mediocriter stipari cōrigerit, breui aut erit plethoricū, aut supra modū calefiet: ijs quidē quibus deses vita fit ac minime laboriosa, plethoricum fiet, cum intus remanserint quæ exercitatione excerni oportebat: ijs vero, qui exercitantur, calefiet, cum motus occasione calor augeatur naturalis, non transpiret autem ob id quod dēsatum fit corpus. In corpore autem stipato quod à fumeo excremento obsidetur, aut febris accendetur ob interclusam interius fuliginosam euaporationem, aut strangulabitur atque extinguetur calor insitus atque natiuus. ex quibus omnibus densitatis natiuæ signa, q̄ppe quæ raritatis indicijs iā propositis oīno opposita sunt, colligere adeo facile est, vt frustra nullo pacto describēda sint. Quinimo ex ijsdem & ex causarum pregressione raritas & densitas, quæ ad corporis superficiem magis spectat, & morbosa est & post ortum contracta facile cognoscitur. Quod si densitas ex frigore orta sit, vt tum Gal. tum Auic. aiaduertit notæ eius sunt, vbi protinus se exuerint coloris albedo, & cutis duritics, tū qd̄ in ipsa exercitatione ægre incalescāt, nec, vt prius, æque sudent, nec bonū colorē oñdant in summa cute. imo si quis eos valentiore exercitatione iniūcta sudoris quippiā emittere cogat, & minor hic quā ex cōsuetudine, & frigidior exit, minusq; halitui similis. Quæ vero ex vehementi exercitatione contracta est, nullā ex prædictis norā hēt: non. n. in ea cutis exalbida, sed potius florida visitur. sed vt reliquę densitatis causæ facile cognoscantur ad ephemerarū febriū tractationē confugiendū est. Quemadmodū raritas & densitas vbi a natiuitate ortū habuerint, & vniuersum corpus occupauerint ęgre admodū & non nisi tractu t͞pis emendari p̄nt, ita dum post ortū aliqua de cā oriūtur, & solā corporis extimā superficiē & exteriores partes corripiūt citra difficultatē, & breui t͞pis interuallo remoueri p̄nt. scribebat. n. Gal. si solidū aliqd̄ corpus refrigeretur, aut calefiat, id facile ad naturalē statū esse rediturū, vt ēt si spissum, aut rarius sit factū: nā & qd̄ refrigeratum est calefacere, & quod calefactū est, refrigerare: & qd̄ cōspissatū est rarefacere, quodq; rarefactū est, spissum reddere, nulla difficultas est: at humorē glutinosum & crassum carnosis particulis inherentē euacuare est difficillimum. Nimia aūt raritas, vt diximus, gracilitatē & maciem, & in morbis febribusq; syncopem, densitas vero plethoram, & morborum longitudinē minatur, & vbi morbosa vehemensq; fit, in praui succi naturis febres, in probis succis redūdantibus corporibus ne dū humorū redūdantiā & plenitudinem uerū ēt, vbi p̄trahitur, & hō se exercet, subitā caloris suffocationē inferre solet. Iā vero raritatē densantibus, densitatē vero rarefacientibus auxilijs tolli aptissimum est, q̄ quidē auxilia quē admodū in his malis post ortū obortis, & extimas cutaneasq; partes obsidētib. administrare, & potissimū apienria rurissimū ēt, ita in natiua tū raritate tū dēsitate sūma cū cautela tū intus exhiberi, tū extrinsecus admoueri debēt, & curatio uictus potius rōne & pedetētim tractuq; t͞pis pagenda est. In dēsantib. aūt cautius adhuc p̄grediēdū, ita vt his nec intus nec extra utamur nisi corpus à supsluitatib. & prauis humorib. mundū fuerit redditū. Qd̄ si corpus sui natura rarū pp externā aliquā cām aut ēt pp crassos vel viscidos uel copiosos humores ad cutim & circūferētiā cū impetu tractos,

Hip. 3. in 6. epid tex. 1. Gal. in com.

Signa densitatis.

Gal. lib. de cau. morb. c. 3. & 2. de diff. febr. c. 3.

Signa raritatis, & densitatis post ortum genitæ atque morbosæ.

Gal. 3. de tuen. sanit. c. 10. Auic. loco cit.

Prognostica

Gal. aduer. Iulianum, cap. 7.

Indicationes.

fuerit

fuerit constipatũ, tunc aperientia quippe quæ natiuã raritatẽ fouere valent, & immo deratiorem efficere, mitissima esse debent, & extrinsecus potius sunt adhibenda. In quacunque autem raritate immodica venæ sectio profecto tanquam inutilis postponenda est, quod si propter aliud malum huic complicatum phlebotomia vti cogimur, immodicam sanguinis extractionem fugimus, & moderatam, aut etiam modicã adhibemus, vt vires alioquin in præsentia robustæ, in futurũ tales conseruari possint. in talibus enim naturis quippe quæ sponte & assiduo difflantur & euacuantur, nimiæ, & quæcunque mediocritatem excedentes euacuationes valde noxiæ, & sæpius perniciosæ esse solent. in corporibus autem densa textura donatis, dum morbus id exigit, sanguinem copiosum tutius & liberaliter magis haurimus. Ratione autem densitatis tunc potissimum sanguinem educimus, cum morbosa est, potissimumque notatu digna, & id multo magis vbi ex succis potissimum copiosis obstruentibus originem duxerit. quemadmodum in sermone ephemeratum febrium ex Galeni mente docuimus. Quemadmodum autem in corporis raritate ea euacuantia summopere probãtur, quæ præter id quod moderata sunt, subtiles, seu calidos, siccosque & acres humores educere valent, de quibus sæpius diximus (nihil enim in nimia corporis raritate æque fugiendum est, ac humorum tenuitas) ita in affectu contrario densitate videlicet frigidos, crassos, & glutinosos succos purgare debent. ne, dum attenuantibus vtimur, & aperientibus, humores hi ad extimas partes vehementius traiecti obstructiones creent, & nouam densitatem promoueant, aut veterem adaugeant. De ijs autẽ præsidiorum materiebus, quæ raritatem ex noua aliqua aut externa occasione contractã emendare valent, verba faciens Gal. inquit. Laxitatem vero, quæ & frequens balneum, & mollem frictionem, & veneris vsum consequuta est, paucula frictione, primum quidem sicca ac non nihil dura, deinde cum oleo quopiam eorum, quę adstringant, sanaueris. qui etiam paulo superius ait, quod dura frictio cutem densat, duratque: sicuti mollis per halitum euocat, ac corpus laxum molleque efficit. & idem non multo ante hunc in modum scribit. Ac qui propter ætatem, vel etiam alia ratione imbecilles cõcubuere, in ijs virium infirmitas, necesse est, superet. Qui vero firmiores & iuuenes, veluti qui nunc est propositus, horum habitus corporis in raritatem magis, quàm vires in imbecillitatem mutatur. Itaque etiam corriguntur hi non per ea, quæ corpus relaxant, qualis est exercitatio, quæ apotherapia dicitur, sed per ea quæ cogunt, ac contrahunt, qualis est præparatoria (est autem præparatoria exercitatio, in quantitate laborum intra modum, & in qualitate ipsa incitatior ac celerior) proindeque hac vtendum: quandoquidem ea non solum motus tum celeritate, tum robore calorem excitat, sed etiam habitum cogens ac constringens. Illud quoque fatentur gymnastæ omnes, ipsa profecto experientia edocti, hanc vnam exercitationem mederi raritati posse. Itaque nulla planè ad propositum affectum vtilior est. Si vero anni tempus non dissuadeat, nec à frigido balneo abstinendum esse censeo. Cibus copia quidem dabitur minor, in qualitate vero humidior, vt tum probe concoquatur, tum siccitas, quæ ex venere contracta est, corrigatur. Debet verò nec frigido temperamento esse, sed vel medio, vel calidiore. Nam, quoniam corpus à venere & laxius, & frigidius, & imbecillius, & siccus est effectum, debent planè, quæ densent, & calfaciant, & vires reparent, adhiberi, & ad hæc omne studium impendi. Quod si vnà cum corporis raritate immodica humorum tenuitas adsit, vinum austerum esse debet, & cibi incrassantes, veluti sunt animalium pedes, & rostra, lagana, aut consimilia esculenta adstringentem & emplasticam vim habentia, commodissima sunt. Verum cutis densitatem corrigere si studes, ait Gal. vtique ei, quæ ex duris tum frictione, tum pertractione, præterea vehemẽti exercitatione, & multo puluere orta est, mollis frictio cum copioso & dulci oleo medetur. Quæ vero contracta ex frigore est, eam primũ frictione sicca & celeri, deinde cum oleo adhibito calfacientes, naturæ suæ restituemus. Remedium enim huius affectus calefactio est: ea quippe frigiditati contraria est. Valentiore ergo exercitatione ac balneo calidiore vtendum. Magis quoque ad rem pertinebit, si in prima domo pinguiter in oleo volutetur. esto vero oleum ex eo genere, quod relaxet, quale est in Italia Sabinum, quod vtilius erit, si bimum trimumve fuerit. tenuius enim & calidius erit. Mora vero in frigido solio diuturna ne fit, sed nec aqua ipsa frigida. induendi vero vngantur aliquo, quod mediocriter calfaciat: oleis quidem, ex ijs, quæ in Aegypto habentur, cicino, & raphanino: in reliquo vero orbe, dulci tenui, ac modice antiquo. Vnguentis vero, susino, gleucino, irino, amaracino, & comageno. Atque ex his

Pharmacia.

Raritatis curatio.

Gal. 3. de sani. tuen. c. vlt.

Gal. c. 11.

Cibus.

Densitatis curatio.

Gal. 3. de tuen. sani. c. vlt. & Auic. loc. cit.

Gal. 3. de tuen. c. 10.

his gleucinum quidem protſus acopum eſt,ac relaxans: itaque etiam ijs, quos vehemens laſſitudo infeſtat,eſt vtile: paulo hoc calidius, magiſque relaxans ſuſinum eſt. Irinum vero, & amaracinum,& comagenum,etiam ſuſino calefacere potentiora ſunt idonea ijs affectibus. qui proprie frigiditates dicuntur. Cutis tamen denſitati ſauandæ etiam anethinum oleum eſt ſatis: maxime ſi ex viridi anetho fiat. Facit autem ad tales affectus, & acopum eſt, quod ex abietis ſemine componitur. Sed de reliquis præſidiorum materijs, quæ tum has, tum alias denſitatis cauſas reſpiciunt in diariarum febrium curatione abunde diſſeruimus, quo etiam in loco victus ratio vniuerſa petenda eſt. Ex dictis autem de horum affectuum cauſis planum eſt, quo nam pacto vnuſquiſque à morboſa & adſititia taritate,& denſitate præſeruari poſſit.

Victus ratio.

De ſudore: *Cap. XXXVIII.*

SVDOR, vt ſenſibus ipſis edocemur, eſt tenuis humiditatis per cutis meatus egreſſio ſenſibilis. Vtrum autem egreſſio hæc vel naturæ lege incidat, vel ſit à toto genere præter naturam, Gal. ſub dubio reliquiſſe videtur, dum hæc de ſudore litterarum monimentis tradidit. Sanguinis enim profuſiones, & vomitiones, toto genere præter naturam eſſe dicet quis: non tamen aut eam, quæ per ventrem, aut veſicam, aut vterum fit excretionem, toto genere præter naturam eſſe. Fortaſſe vero dubitauerit quiſpiam & de ſudore ceu nec ipſe naturæ lege incidat. Quippe quod Diocles etiam docere tentauit. Videtur autem dura eſſe opinio & præter rerum euidentiā, tametſi eā maxime probabiliter confirmet. Cum enim quanto magis fortius extiterit calidū innatum, tanto magis difflatio ſenſum effugiat, ob hanc cauſam Diocles inquit ſudores eſſe præter naturam, quoniam omnibus, quæ ad corpus attinent, recte adminiſtratis, & alimento à natura ſubacto, nunquam ſenſibilis humor per cutem excerneretur. Quæcunque enim in balneis aut vehementibus exercitijs, vel propter æſtiuum calorem exudant homines, ex cauſis violentis originem habent. Verum dubitationem hanc paulo ſuperius dirimere viſus fuit, ita ſcribens. Verum hic attendendum diligenter eſt, vt accurate diſtinguantur ab operibus ſymptomata. Sæpe enim ita ſimilia inter ſe ſunt, vt & ſymptoma putetur opus, & opus ſymptoma. Ac niſi quis in hoc ſano ſit iudicio, ex ijs, in quibus ipſe fallitur, noſtram diſputationem calumniabitur. Quippe, ſi naturalium excretionum, (ſic autem vocant eas, quæ ſanis accidunt) vel quantitatē, vel qualitatem, vel genus ipſum ſubſtantiæ, pro ſcopo ſibi proponat (q.n. excernūntur, vel pter naturā detinentur, aut totis ſubſtātijs, aut qualitatib. aut quātitatib. à naturali ſtatu egrediuntur) deinde hæc intuens ſymptoma iudicet, ſubinde falletur. Quippe ſudor aliquando multo amplior, quam pro naturæ modo, vel alui deiectio, vel vrina ægrotantibus incidit, non ſolum nulla actione læſa, ſed etiam cum virtutis robore & prouidentia de animalis ſalute. Aliqua enim quamuis etiam toto genere præter naturam ſint, veluti ſanguinis per nares perfuſio, vel vomitus, vel ſanguinis deiectio, vel hæmorrhois, vel ſimile, tamen præter naturam adhuc nō ſunt, ſi modo tempeſtiue fiāt, fiunt autem tempeſtiue, cum id quod contriſtat expellitur. Vt ex his Galeni verbis nobis liceat colligere, quod cum ſudor excretio & proinde motus quidam ſit, in quo tum mobile, tum mouens perpendere debemus, etiam ſi detur, ſudorem, ratione exeuntis, aut materiæ excretæ, ſeu mobilis ex naturæ lege non incidere, & inter ea ſymptomata, quę ad exeuntia immutata, ſeu præter naturam, reducuntur, connumerari poſſe; nihilominus, ſi ad ipſum mouens reſpiciamus, & ſudor tempeſtiue fiat, à toto genere præter naturam non eſt, cum in affectum præter naturam referri non poſſit, & ab actione prorſus naturali dependeat. Quemadmodum etiam alui fluorem, aut vrinæ copiā docere quiſpiam non poſſit, affectibus præter naturam omnino ſuccedere. Sed parum vtilibus diſceptationibus abiectis, ad ſudoris naturam redeamus. ſiue egreſſio, aut excretio hæc omnino præter naturam ſit, ſiue non: ſemper id, quod egreditur, tenuis q̄dam eſt humiditas, quam quidem humorem appellare non libuit, quia hæc cuiuſcunque humoris ſubſtantia, ſeu conſiſtentia, longe tenuior eſt, neque id ab re, quia ſecus, per carnium cutiſque meatus adeo exiles anguſtoſque excerni non poſſet. quo fit, vt humor quilibet, ſi debet per ſudorem excerni, prius valde attenuari, & in roridam halituoſamque ſubſtantiam quodammodo commutari debeat. quæ dum egreditur, & ad cutis

Sudor quid.

Gal. li. de diff. ſymp. c. vlt.

Gal. 1. aphoriſ. com. 15.

ad cutis ſuperficiem perducitur partim à frigiditate ambiẽtis, partim ab epidermidis meatuum anguſtia & ſicciore & frigidiore, quàm intimiores partes habeát, temperamento, in craſſiorem ſubſtantiam, & humiditatem alioquin tenuem vertitur. Quam quidem à ſorde ipſa, & craſſiori tertiæ concoctionis (quæ in ſingulis particulis ad corporis habitum ſpectantibus fit) excremento cutis ſuperficiei inhærente, facilè diſtinguitur. Cum autem per poros cutis non autem per ipſius exeſionem, aut diuiſionem aliquam egrediatur. à quacunque tenui materia, quæ ab apoſtematibus vel à Medico inciſis, vel ſponte diſruptis, excernitur, omnino differt. Huius autem tenuis humiditatis exitum ſenſibilẽ eſſe diximus, vt ſudor ab ea excretione, quæ per eoſdẽ fit meatus, ſed, quia halituoſæ & tenuiſſimæ materiæ exiſtit, ſenſum noſtrum effugit, & ab ipſa halituoſa digeſtione, & difflatu ſeiungeremus. nam tenues humiditates per cutis meatus aſſiduo ſub halitus forma. exeuntes ſudorem non efficiunt. Vt autem vnaquæque cauſa, ob quam tenuis hæc humiditas exit, nobis innoteſcat, ſciendum eſt, quod cum egreſſio hæc motus ſit, & huius terminus ad quem, cutis ſuperficies, pro exacta ipſius notitia, nil aliud declarandum ſupereſt, niſi quæ nam ſit huius mobilis, humiditatisve tenuis natura, à quibus partibus ſeu locis ſui motus initium ducat, & per quas vias ad cutis poros deferatur, & tertio quibus de cauſis ad cutis meatus propellatur. Exiens igitur humiditas vel excrementitia eſt, vel alimentalis. Si excrementitia ſit, vel eſt ichor, ſeu ſeroſa, aut aquoſa materia, vel humor magis proprie dictus. ſed quæcunque materia excrementitia ſit, vt ſuperius diximus, ſi debeat per ſudorem excerni, neceſſe eſt vt prius fundatur, & attenuetur, aut ſaltem à craſſiori ſecernatur. Si autem ichoroſa ſit, aut ſeroſa, quę etiam frequentior eſſe ſolet, vel bilis, vel pituitæ, vel melãcholiæ, vel etiã ſanguinis ichor ſeu ſeroſitas eſſe poteſt, quod ſæpius euenit, dum hi quatuor humores ab extraneo, & inſigni febrium calore funduntur, & liquãtur. Rarius tamen ichor ſanguinis per ſudorem egreditur, tum quia ſanguis à natura tãquã optimus ſummopere cuſtoditur, tum quia ne dum ſanguis, verum ẽt ſuccus quilibet, qui ſanguinis naturã quoquo pacto refert, ab ipſis venis ceu maxime conſentaneus auidius complectitur & retinetur. nonnunquã tñ accidit, vt dum propter vehementiſſimum motum, aut valde exeſtuantem calorem funditur ſanguis, & capillarium venarum ora extranei & vehementis caloris vi laxiora euadunt, ſanguinis ichor per poros cutis egrediatur, quod dum aliqui vident, veri ſanguinis ſudorem eſſe arbitrãtur, cum tamen ichor ſanguinis ſit, eiusq; ſolummodo colorem retinens. impoſſibile enim eſt, vt verus ſanguis propter fibras, quas in ſe continet, & propter ſui craſſitiẽ, & propter cauſas propoſitas, cutis meatus permeet. Imo dum in peſtilenti febre ſanguis propter venenatam & prauam qualitatem expultricem ſtimulat, & extra venas capillares mittitur, cutis meatus nullo pacto permeat, ſed ſub cute detinetur. idem prorſus contingit etiam ſine febre peſtilenti, & nonnunquam ſine vlla prorſus febre, vt. ſ. ſanguis venas exeat, & ſub cute detineatur, aut potius ſub epidermide, ita vt liuidas, & numeroſas maculas producat, quas, dum cernunt imprudentes, peticulas dictas, & febrem peſtilentem eſſe affirmant. ſed decipiuntur, quia à peſtilenti non oriuntur affectu, ſed à ſanguinis tenuitate, qui vel à calore, vel ab expultrice facultate agitatus venas exit capillares, & in cute efloreſcit, vt etiam in echimomate, & ſugillatis euenit. quare ſolã ſanguinis tenuitatem aquoſam, & iecoris imbecillitatem arguunt: & lienoſis, nec non diuturnis viſcerum obſtructionibus, & icteritijs, & cachexijs, & ijs, qui ex viſcerũ & iecoris imbecillitate ſanguinẽ aquoſum generãt, familiares ſunt. in his tamẽ affectib. ſanguis, licet aquoſus & tenuior ſit, & ab expultrice virtute exagitatus ſæpius per nares fluat, & interdũ venas exeat capillares; nihilominus in partib. cutaneis detinetur, in quib. perfrigeratus vel liuidus, vel niger, vel puniceus euadit. cutis aũt meatus egredi nũquã viſitur. Si aũt tenuis humiditas ſit humor magis proprie dictus. poteſt eſſe humor bilioſus & valde tenuis, ex quo per cutis meatus exeunte, ſudationes, ſeu ſudamina, vt poſtea dicemus, prouenire conſueuerunt. nã bilis præter id quod tenuiſſima eſt, ſui acredine & calore expultricem valde vrget, & ſtimulat. vt ſola hæc ſui naturam ferè retinens ſudorem ciere poſſit, licet & hoc rarius omnino contingat, & vt plurimum, antequam per ſudorem exeat, magis adhuc attenuetur, & in tenuẽ quádã ſeroſitatem abeat. pituita vero & melãcholia, ſi propriã naturam ſeruent, per cutis poros excerni nullo pacto poſſunt, ſed neceſſe eſt vt hæc omnem craſſitiem, illa vero tum hanc, tum omnẽ ferè lentorem abijciat, & ſubinde ambæ in tenuem & ſibi ſimilẽ ſeroſitatem permutentur. quo facto facilè eſt, vt poſtmodum per ſudorem propellantur.

Cauſæ.

Materiæ per ſudorẽ exeũtis natura, & differentię.

Demum

Demum humiditas hæc tenuis alimentalis esse potest,& tunc uel humiditas illa, quæ rorida vocatur,& in carnium porositatibus spatijsque inanibus continetur, vt ab ipsa carnosæ & solidæ partes alantur,aut etiam in venis capillaribus residens, quæ quarta humiditas nuncupatur, per sudorem egreditur: cum n. sui natura valde tenuis sit, (ab ipsis.n. carnosis, & solidis particulis sub halitus cuiusdā specie à capillaribus venis attrahitur)cutis meatus penetrare facile potest,vel sanguinis portio quæ tenuissima est,& vel biliosa vel pituitosa & cum serositatibus permixta, sed primum attenuata, & in halitum conuersa per cutis poros digeritur. alimentalis.n. materia in venis residens solum cum serositatibus, aut alijs vitiosis materijs permixta, aut vbi prius vitiosa fuerit reddita,& solum à præpotenti causa per sudorem rapitur. Vnde planum est alimentalem hanc humiditatem aut ab ipsis carnosis partibus,quæ ad habitū corporis spectant,& præsertim non longe à cute distant, propeque corporis superficiem locatæ sunt,prodire,vel à capillaribus aut etiam latioribus venis proficisci,& per carnium,& reliquarum partium sub cute existentium,spatia,porositatesque,ad ipsam cutem deferri. Humiditas autem tenuis, quæ excrementitia potius existit, si sui natura serosa,aut ichorosa,aquosave sit,nonnūquā à partibus, quæ statim sub cute sunt,profluit,potissimū si frigida prorsus,& pituitosa sui natura sit,& vel ab humido ambiēte contracta, vel à capite ad illas partes defluxa, vt in destillationibus sæpius contingit: interdum, & hoc frequentius accidit, ab ipsis venis proficiscitur, & quo magis attenuatur,eo magis ad exiliores venas & tandem ad capillares protruditur, & has egrediens ad cutim vsque deriuatur: aliquando vero & frequētius adhuc,vel à iecore,aut ventriculo,vel alijs partibus ad præcordia & hipochondria spectantibus motus initiū sumit,dum in his partibus & capacitatibus liquidis aut potionibus,aut esculentis,aut medicamentis,aut excrementis refertis,in vaporē & halitum resoluitur,propter exestuantem & innatum nutritiuarum partium calorem; tuncq; nedum per venas ipsas, sed etiam per cæcos corporis meatus (vndiq; enim permeabile & trāspirabile est) sub halitus specie ad cutis superficiem deferri solet, qui postea concrescens in sudoris materiam abit. Materias autem tum relatas,tum alias,in halituum mutari,& sic deinde sudorem promouere docuit Gal.dum dixit,quod carnoso genere colliquato,tum veter eius fluxionem recipit, vbi.s.ea est crassior: tum sudores multi superueniunt, vbi in halitus est resoluta. si vero sit humorosa ab ijsdem prorsus locis, & per easdem vias ad cutim depellitur,sed vt plurimum à venis ipsis,& multo frequentius ab hipochondriorum abdominisq; partibus,vt vētriculo,sinis iecoris,liene,mesenterio,pancrea, omento, in quibus excrementitij humores frequentissime redundant, qui tamen nō prius per sudorem educuntur,quàm in tenuissimam & halituosam substantiam commutentur. quæ quidem per cæcos ductus ad corporis ambitum defertur, & sudorem eo modo,quem diximus,creat. impossibile.n. aut valde absurdum videtur,vt vitiosi humores ab ignobilibus partibus,ad superiores nobilioresq; venas,& ab his postmodum ad cutim moueantur,nisi prius exactè edomitam & attenuatam substantiam nacti sint. Quemadmodum in accessionum intermittentium febrium declinationibus frequentissime fieri cernimus, in quibus accessionis materia in earum principio ad præcordiorum partes protrusa, nullū sudorem profert, nisi prius ab exestuante & valido calore fuerit omnino attenuata, edomita, atque in halitum conuersa,& ad cutaneas partes digesta, quod non nisi tractu temporis, & post accessionis vigorem fieri potest. tunc.n. materia omnino attenuata est, & febrilis calor in ambitu totius corporis maxime viget, & proinde ad illas partes attenuatā & halituosam materiam facillime attrahere potest, præsertim vbi internarum partium vis expultrix ei suppetias fert. Hanc porrò veritatem & ipse Fernelius cognouit, & ob id de sudor.bus loquēs, hæc habet. Iam vero sudores non è solo corporis habitu,sed interdum è præcordijs moueri,hinc sciri potest,quod qui vel exercitatione,vel solis ardore exestuat,si frigidam liberalius bibat,mox totus sudore diffluit,no mehercle aqua in corpus difiecta, atque effusa (diu.n. postea sentitur huc & illuc fluctuare in ventre, sed eius halitu ab æstuantibus præcordijs in omne corpus effuso, qui demum in sudorem concrescit. Sed & illud præterea obseruari velim, eum cui iecur aut lien ætate morbove marcuit, vel magna obstructione,vel scirrho obduruit,vt in hydrope,in ictero,aut in cachexia, nulla vi eum posse ne per febres quidem in sudores induci, etiam si reliquum corpus humore multo perfundatur: cum vero cui iecur atque lien calore humoreque naturali abundent, quauis ex causa sudore diffluere. Hinc igitur conspicuum esse potest

Sudoris materia a quib. locis & per quas vias ad cutaneas partes mittatur.

Gal. 3. de sym. caus. in fine.

Fern. 4. pathol. cap. 10.

primam

Quibus de causis sudoris materia ad cutem ipsam feratur.

Motoris vis.

primam sudoris scaturiginē è præcordijs esse. Iam vero inter causas, ob quas tenuis humiditas ad cutaneos feratur meatus, eas, quæ materiam hanc procreant, non recensebimus, tum quia nimis remotæ sunt, tum quia de humorum omnium procreatione alibi pertractauimus. Sat igitur fuerit eas in mediū afferre, quæ vel ad motorijs vim, vel ad ipsius mobilis propensionem & dispositionem rediguntur. Si motorem ipsum perpendamus, is imprimis facultas expultrix est, quæ vel sola ad expellendum concurrit, dum.s. robusta est, vel vnà cum resoluta & labefactata retentrice, seu resoluto corporis habitu connectitur, dum.s. imbecilla est. expultrix itaque vel robusta est, vel debilis, vel mediocriter disposita. Si robusta sit, ad expellendum irritari solet propter materiæ, vel nimiam præsertim copiam, vel vitiosam qualitatem. diximus autem à materiæ copia præcipuè irritari, quia dum virtus robusta est, materia non adeo praua esse solet, & à virium robore adeo vincitur, & concoquitur, & attenuatur, & in halitū resoluitur, vt quantitate potius, quàm qualitate expultricem stimulet. Si autem virtus imbecilla sit, fieri potest, vt non modo à superflua materiæ copia, & praua qualitate, verum etiam à materia, quæ sui natura bona & vtilis sit, stimuletur. id autem fit, quia virtus tum retentrix, tum expultrix in corporis habitu adeo languidæ sunt, vt ꝓbas alioquin humiditates ne vel minimum sustineant, sed grauatæ statim abijciant. & sicuti motus ille prorsus criticus, ita hic omnino symptomaticus dici debet. Si enim virtus mediocriter disposita sit, & materia non omnino concocta & superata, sed mediocrem obtinens dispositionem, aut partim bona, partim vitiosa, motus quidam melius, & sudor qui partim criticus sit, partim symptomaticus cieri potest. Duos porrò motus extremos, ex quibus medius facilè colligi potest, hunc in modum proposuit Gal. Quare (ait) nūc tēpus est, vt ad sudores transeamus, de quibus hactenus saltem dictum est, quod interim resoluto corporis habitu proueniunt (paulò enim superius dixerat quod carnoso genere colliquato venter fluxionem eius recipit, vbi.s. ea est crassior. tum sudores multi superueniunt, vbi in halitus est resoluta) vocaturque ea passio syncope. Cui contrarius status est, qui in decretorijs incidit sudoribus, qui vtiq; naturam robustam indicant, non autem resolutam. Atque eiusmodi quidem sudores, corpus à superfluitatibus expurgant. Similes ijs sunt, quos mediocres exercitationes & balneæ, & calor æstiuus excitant. In immodicis verò exercitijs etiam boni aliquid effluit, in ijs enim virtus aliqua ex parte labefactatur. Demum subdit Gal. incidit autem & ex imbecillitate virtutis in carne, sudoris tum retentio, tum expulsio, veluti ēt reliquorum excrementorum. Quippe tam vesica, quàm ventriculus contenta in se sup̄flua aliquādo magis tolerant, eaque expellere cunctantur: sæpe contra, ne vel minimum sustinent, sed grauantur, statimque abijciunt. quare si virtus expultrix imbecilla sit, corporis autem habitus non, sit relaxatus, fit potius sudoris retentio. sin autem cum expultricis facultatis imbecillitate corporis habitus resolutus sit, & virtus retentrix labefactata, non quidem sudoris retentio sed expulsio suboritur. Verum præter expellentem virtutem, ad sudorem ciendum, & humiditates ad cutim mouendas, sæpius quoque vis concurrit attratrix, quæ quidem ab externa causa corporis habitum & superficiem calefaciente ferè excitatur, vnde & balneæ calidæ, & calor æstiuus, & exercitationes, & mora in Sole, & superflua tegumenta, & id genus alia omnia, quæ corporis habitum & superficiem excalfaciunt, sudorem mouent, & multo magis si prę ter id quod calfaciunt, etiam cutis meatus laxare valeant, vti sunt dulcis aquæ calidæ balneationes, aut laconicæ calidæque euaporationes. Materia vero ad fluendum per sudorem disposita & propensa fit, vbi vel in congruo & decenti loco continetur, qui quidem ad corporis superficiem & cutaneas partes potissimum spectat, vel congruā sortitur substantiā, seu consistentiam & qualitatem. materia enim quanto magis calida, & tenuis, & fluxilis erit, & leuis, tanto magis erit ad eam, quæ per sudorem fit, excretionem parata. hac de causa ab Auic. habemus, quod sudor multiplicatur in tertiana febre, quia biliosa materia tenuissima & calidissima est. & in quartana febre in cōparatione ad pituitosam febrem copiosus est, quia in melancholia sola crassities, in pituita præter crassitiem etiam viscriditas reperitur. in quartanis tamen sudor non multiplicatur priusquam humor attenuetur. Similiter, dum humores ab exestuante calore in halitum vertuntur, non possunt nisi per sudorem emitti. corporis autem habitus, texturæque ipsius raritatem ad sudores promouendos concurrere, tum apertissimum est, tum in superiori capite significauimus, sed raritas hæc non quidem ad motoris vim, sed ad mobilis dispositionem, ipsius nempe materiæ tenuitatem redigitur.

Gal. 3. de symp. cau. c. 2. in fi.

Mobilis materiæ dispositio.

Auic. 1. 4. trac. 2. c. 36. & c. 62. & Gal. 2. de dif. feb. c. 3. & 1. ad Glauc. c. 7.

Vu nam

nam quanto magis viæ latiores erunt, tãto magis materia per has educenda tenuior & fluxibilior erit. Iam vero sudoris differentiæ ab excuntis materiæ specie, quantitate, qualitateque diuersa, à vario termino à quo & ad quem mouetur, nec nõ à causis ipsam mouentibus emergunt. Vnde exiens humiditas vel est excrementitia, vel alimentalis, & si alimentalis sit & rorida humiditas excernatur, quod propter resolutum corporis habitum fit & virturem imbecillam, sudores diaphoretici dicti oriũtur. Quod si excrementitia sit, vel setosa est, vel ichorosa, vel aquosa, aut magis proprie humorosa, ex qua sudamina, dum magis syncera est, oriũtur. Sunt.n.sudamina è genere pustularum in summa hærẽtium corporis parte, quæ instar vlcerum cutem exasperãt: proueniunt autem, vt & ipsum nomen ostendit, propter multos sudores, qui vel biliosiores, vel omnino mordaces sunt. quæcunque autem materia sit, vel exigua excernitur, vel medioctis, vel copiosa, vel copiosissima. Copiosa autem, aut exigua prodit materia, aut etiam omnino retinetur, vt docet Gal. aut propter cutis, aut propter aliquem dictarum virtutum affectum, aut propter ipsam humorum naturam. Vnde copiosa fluet, & sudor copiosus fiet, vel propter corporis raritatem, aut retentricis resolutionem, vel expultricis virtutis robur; vel propter excrementi abundantiam, vel propter eius, quod vacuatur tenuitatem. sicuti propter horum contraria sudot tum morati, tum exiguus fieri potest, cum.s.vel quod superfluit, exiguum est, vel glutinosum, vel crassum, vel meatus angusti, vel virtus expellens imbecilla. Notandum autem Galenum retentricis resolutionem vel robur non proponere, non solum quia labefactata retentrice in corporis habitu necesse est vt expellens quoque vis languida sit, & proinde sudor copiosus non fiat, verum etiam, quia retentricis labefactatio ex resoluto corporis habitu fit, hic autem ad vias & ad ipsam nimiam corporis habitus raritatem reducitur. sicuti meatuum densitas ad robur retentricis redigitur, ex quibus patet Diuinum Galenum longe magis oculatum fuisse, quàm fuerit Auicennas. Cõstat autem quod in omni eiusmodi sermone, disiũctiuis coniunctionibus vtimur. omnino enim cuique dictarum differentiarum vna quæpiam est causæ ratio. Nihil tamẽ prohibet duas, & tres, & simul omnes vnà concurrere. Subdit autem Galenus cutis meatus angustari vel obstructionis occasione, vel cõniuentiæ. obstrui vero crassis & glutinosis succis. sicuti cõniuent siue contrahuntur ora propter siccitatẽ, vel perfrigerationem, vel propter adstrictionem. Sed de meatuũ angustia superiori capite nec non in sermone de ephemeris febribus loquuti fuimus. Sudoris autem materia potest esse crassa vel tenuis, viscida vel non viscida, calida vel frigida, fœtida vel non fœtida, & hoc vel illo colore, aut sapore, aut hac vel illa qualitate prædita, prout specie & substantia euariat, & ab hac vel illa materia eleuatur & proficiscitur. hinc scribebat Gal. sudores odorem, colotemque excremẽto, quod vacuatur similem habere. & Auicenna dicebat, tenuem sudorem ex humorum tenuitate, crassum vero ex eorundem crassitie procreari, & in ictetitia citrina sudorem citrinum sæpius exire. quod si valde albus appareat in morbis humorem pituitosum redundãtem significat, si citrinus bilem flauam, si niger melancholiam, si rubidus morbum ex sanguine ortum indicat, & similiter suo sapore humoris, qui per ipsum expurgatur, signa nobis præbet. idem quoque à Galeno habemus. Considerandum.n.inquit, non solum de vrinæ, sed etiam de sudoris qualitate, hic enim partim acidus, partim salsus est, partim veluti lutũ, aut virus plane olet. licet aũt hoc ex strigili deprehendere, cũ lauantur. Sæpe nãq; amarus plane apparet, qualis morbo regio laborãrib. emittitur. Eius vero dignotio etiã citra gustũ ex solo colore facilis est. Quippe pallidus pro eiusmodi bilis rõne apparet. Sæpe tñ post validissimos labores, & vehementẽ æstũ plane flauus conspicit. aliqñ medius, atq; ex ambobus mistus cernit, veluti quodãmodo ex pallido flauus. Sudor itaq; suc corũ, qui in vniuerso corpore abũdãt, nota est, vti vrina eorũ tm̃, qui uasis cõtinẽtur. sudor itaque inspiciendus, aliquando vero ægrum gustare sudorem suum, quo certius internoscamus, iubemus. id quod aliquando sponte accidere solet, dum ex fronte, & eius partibus in os sæpe dilabitur. ex quibus concludit Galenus, quod sudor affectus, qui in animalis habitu sunt, demonstrat. Quod si materia, à qua prodit sudor concocta omnino sit, critici sudores fiunt, quia tempestiui quinetiã sunt, & facultas, quæ ipsam superauit, robusta est, & optimam molitur euacuationem, sin cruda plane sit, sudor exoritur symptomaticus & intempestiuus, si medio quodam modo sit affecta, motus quidam medius aut imperfectus fit, qui si in die critico contingat, crisim imperfectam minus tutam, & infidam comitatur. Si vero sudoris materia ab vniuerso corporis

Gal. 3. aphoris. com. 21.

Gal. lib. de symptom. diff. c. 6.

Gal. 3. de symptom. cau. c. 2. in fi. & 4. aph. com. 38. & Auic. 2. 4. trac. p. c. 66.

Gal. loc. cit. Auic. 15. 3. tract. 2. c. 4. & prima casi. eorum tres. 2. c. de sudoris signis.

Gal. 4. de tuen. sanit. cap. 4.

Differentiæ.

Sudor diaphoreticus. Sudamina.

Sudor copiosus.

Sudor diminutus.

Sudor pituitosus Biliosus & Melancholicus.

Sudor criticus.

Sudor symptomaticus.

Sudor vniuersalis æqualisve.
Sudor particularis, aut inæqualis dictus.

tis ambitu promanet, sudor vniuersalis fit, si ab aliqua tantum parte, particularis vocatur. id autem accidit, quia qua parte corporis inquit Hippo. sudor est, ibi significat morbum. si enim per totum corpus morbus extenderetur, ait Galenus ex toto etiam æqualis fieret euacuatio. sudores enim mẽbrorum patientium humiditatẽ euacuant Sed his particularis seu inæqualis sudoris causis alias subiũgit Auicennas his uerbis. Membra quæ plus sudant sunt illa in quibus morbi materia plus est, vel plurima. & ea quæ non sudant, sunt in quibus non est materia; & illa in quibus dominatur aliquid ex causis constrictionis pororum, de quibus est, quod latus super quod dormit infirmus secundum plurimum, raro sudat, quoniam est coarctatũ, siccas habẽs vias, & nõ currit ad ipsum humiditas, neque currit ab eo. & sudor quidem multiplicatur in mẽbris posterioribus, vt in dorso, quia magis carnosa sunt, & minus pinguia, & rariora magis. quam anteriora sint veluti pectus. & multiplicatur in superioribus magis, quã accidat in inferioribus & proprie in capite, propter causas assignatas, & quia vaporosæ materiæ ad sudorem ciendũ paratæ sui natura promptiusq; sursum feruntur. Quod si humiditas in sudore profluens ex corporis profundo exeat, vt plurimum sudor bonus, calidus, & vniuersalis, & criticus esse solet, quia robustam facultatem, & materiã attenuatam & in halitum resolutã arguit, si autem ex superficie potius sui motus ducat originem, & ab extimo corporis habitu prodeat, sæpius contrarias obtinet conditiones. a causis demum, quæ materiam mouent oriuntur sudoris differentiæ, prout vel ab externis, & attrahentibus causis potius promouetur, vel a solis internis ortum habet, tuncq; fiunt sudores, vt a Galeno habemus, vel natura humiditatẽ superfluam euacuante, & critici sunt, & tempestiui (quando & optime iudicium fit) vel quia humiditas non continetur in corpore morbi ratione, & symptomatici fiunt, & intempestiui, quia natura grauata a superflua & vitiosa materia ipsam statim abijcit. & sicuti isti ẽt ratione facultatis mouentis sunt a toto genere præter naturam, ita illi penes mouentem facultatem præter naturam non sunt, nec symptoma in actione læsa, expulsione.s. vllo pacto constituunt, sed vt ait Gal. ab actione prorsus naturali dependent. Quemadmodum autem sudoris differentiæ omnes inuicem distinguendæ sint, ex his, quæ tum de ipsis, tum potissimum earum causis nunc exarauimus, facile patet. Nam sudor, vt testatur Auicennas proprio contactu, an calidus, an frigidus sit, nobis significat. colore autem an clarus, an citrinus, an ad viriditatem decliuis. & sui gustu vtrum amarus, aut dulcis, aut ad acidum decliuis sit, odore suo num fœtidus, aut acetosus, aut aliter olens, propria autem substantia, si tenuis sit, vel viscidus. quantitate si exiguus, vel copiosus. loco si communis est, & vniuersalis, vel potius particularis, & abbreuiatus. & ex quocunque membro fluat, in ipso morbus residet. Tempore vero vtrum tẽpestiuus, vel intempestiuus, aut criticus, vel symptomaticus, aut medius, prout in statu & declinatione, vel in principio, vel incremento morbi promanat. Per illud autẽ qđ ei succedit vt leuitas, aut nocumentum, vel rigor, aut horror, vel aliud, idem quoq; significari solet, quod etiam ex coctionis, & cruditatis signis, siue ab excremẽtis potissimum siue ex alijs & pulsu ipso haberi potest. Nam pulsus boni, bonos, vndosi vero & vermiculantes sudores prauos excipiunt. Calida vero & humida, raræque texturæ corpora sudori procliuia esse, & eo subinde pueros, & adolescentes facilius tentati, ex his quæ in superiori capite de exhalationis natura diximus, facile ostendi potest. His porrò minus sudori expositi sunt iuuenes, quia propter calorem ex accedente siccitate aliqua fortiorem factum, difflatio magis sensum effugit, minus adhuc sudant ætate consistentes, omnium minime senes, quia frigidi sunt & sicci, & crassis & viscidis humoribus scatent. & cutis meatus ex siccitate conniuentes habent. Quando autem æstas fit verisimilis, ex Hipp. monitis, sudores in febribus multos expectare oportet. Neq; enim vt Gal. in com. docet, sine aeris ambientis calore multi sudores fieri possunt, neq; absque hoc, quod aliqua redundans humiditas in corpore contineatur. Horum vero alterum adest, in æstate, alterum in hyeme. in Autumno autem neutrũ, in vere vtrunque. Rationabiliter igitur æstas, quæ sit arida satis, absumit, atque resoluit humiditatem, similis autem veri & temperaturam habens commodetatam, ob caliditatem quidem, attrahit ad cutem: ob humiditatem vero, non potest per modum vaporis resoluere. Tota igitur humiditas in morborum iudicijs, dum affatim excernitur sudores multos facit. Sicuti autem morbi qui quadragesimum diem excedunt, & dinturniores sunt, non admodum solent per sudores iudicari, sicuti neque omnino per excretiones, sed vel per concoctiones, vel per abscessus: ita vti ex Hipp. & Galeno,

Signa.

Prognostica

Hipp. 4. aphor. tex. 38.
Gal. in com.
Auicen. 2. 4. trac. 1. c. 67.
Gal. 4. aphor. com. 38.
Gal. li. de diff. sympt. c. vlt.
Auicen. 2. 4. trac. 1. ca. 70.
Gal. 2. de præs. ex pul. cap. 9.
Gal. 1. aphor. com. 15.
Hip. 3. apho. 6.
Gal. in com.
Gal. 4. aphor. com. 36.
Hip. & Galen. loco cit.

& experientia colligimus, sudores in morbis acutis plurimum fiunt, quia morbis ex bile, & tenuioribus humoribus prouenientibus familiares sunt. Plurimi autem morbi peracuti, vt notat Gal. qui cũ sudore iudicãtur, tertio & quinto die magis, quã quarto iudicium suscipiunt. Rariores.n.sunt, qui die quarto iudicantur, quia primam statim accessionem vehemẽtissimã habent, & reliquas illi proportionales per diẽ tertiũ, in vehementioribus autẽ accessionibus, quia natura maxime stimulatur, iudicia fiũt, & morbi, qui in diebus imparibus accessionem habent, citius iudicantur, qui vero paribus, tardant. Atque ideo si etiam in principio aliquis morbus exacerbatur, hoc magis accidit in diebus imparibus: si tardare debeat ad dies pares vehementiores accessiones transferuntur. similiter morbi, qui cum sudore iudicantur, si peracuti sint, etiã in septimo die, sin acuti, in nono, vndecimo, & quartodecimo, & decimo septimo, & vigesimo iudicari per sudorem consueuerunt. Trigesimum autem primum, & trigesimum quartum, & ante ipsos vigesimum septimum raro inueniemus per sudores iudicare. Cum autem vndosus pulsus in humidis & pituitosis morbis & febribus quotidianis potissimum accidat, in quibus etiam tarditatem, & raritatem, & magnitudinem acquirit, ideo si præterea is altitudinem, & vehementiam nactus sit, decretoriũ sudorem significabit. qui magis sperandus erit, si plures vehementes & alti appareant, quàm contrarij. Qui, si æqualiter appareant salubrem simul, & breui sudorem promittunt, maxime si indicia appareant coctionis. liquet enim vtique nec inflammationem vllam, nec scirrhum, nec constrictionem ex frigore, nec immodicam siccitatem, nec affectum conuellentem corpus, si vndosus sit pulsus, tenere, quod nec indurescere in eo pulsu, nec tendi arteria possit. scribebat autem Auic. somnum magis sudorem excitare, quàm vigiliæ, quoniam in eo calor innatus in humiditates magis agit, & quia respirationis noxa in somno difficilior est, hæc autem noxa materias ad exteriora mouet, & alibi inquit, quod sudor à somno factus, fit per modum dominij supra materiam, nõ autem per modum resolutionis tenuioris materiæ, vt in vigilijs, fit. sudor autem copiosus in morbis eorum longitudinem significat, in eis enim multam arguit humiditatem, & materiæ copiam. Vt autem scriptum reliquit Auic. sudor criticus seu crisis quæ per sudorem fit, bona est in morbis acutis, nec non etiam in diuturnis, qui pituitosi sunt, & insuper in inflammationibus, & apostematibus omnibus, quæ viscera obsident, & periculosa sunt. qui alibi magis vniuersaliter loquens, ait, quod sudor qui contingit tempore suo cum febrium accessionibus, aut in die critica bonus est & laudabilis, contrarij autem bonitas longinqua est, & remota. Quod quidem nedum ab ipso desumpsit Gal. dum dicebat, commune esse commodis sudoribus vt in cunctis affectionibus multas habeant limitationes, vt si ex morbi coctione fuerint, si per vniuersum corpus, si diebus iudicatorijs, si febres & symptomata sedauerint: verum etiam ab Hippocrate, qui rem omnem de bonis & malis sudoribus definiens & paucis verbis perstringens, hæc habet. sudores in omnibus acutis morbis optimi sunt, si in criticis diebus oriantur, & febrim prorsus finiant. Boni autẽ sunt, qui toto corpore manant: faciuntque vt æger facilius morbum ferat, qui nihil horum efficiunt, non sunt vtiles. pessimi autem sunt frigidi, & qui circa caput solum, & faciem, & ceruicem oriuntur: siquidem in acuta febre mortem: cum mitiore vero, morbi longitudinem denunciant. Hæc Hipp. quæ explicans Gal. Duas, inquit, optimi sudoris notas scripsit, omissa tertia, quasi pdictas necessario consequatur, qui.n. sudores dieb. criticis fiũt, & ęgrũ febre prorsus liberãt, ij toto corpore manãt. Inter notas aũt boni, sed non optimi, cum eum toto corpore prodire, ac partem aliquam morbi adimere, scripserit, nihil tamen de diebus criticis addidit, quasi id sudoribus bonis necessario comitetur. Est alius quoque tertius sudorum modice malorum ordo, de quibus ait, qui nihil horum efficiunt, non sunt vtiles: hoc est qui neque toto corpore profunduntur, neque faciunt, vt æger facilius morbum ferat, inter quos planum est, deteriores esse eos, qui neutrum faciunt: moderatiores qui alterutrum, inter hos præterea, moderatiores sunt, qui efficiunt, vt æger morbum facilius ferat, quamuis toto corpore non effluant: peiores, qui morbum grauiorem reddunt, licet in totum corpus pertineant. estque omnibus his sudoribus tributum, vt calidi sint: itaque in tribus eorum ordinibus statuendis, id non expressit, quippe qui ea, quæ necessario quædam consequuntur, & quæ ex eorum, quæ subijciuntur, oppositione intelligi possunt, solitus sit prætermittere. omnibus autem dictis frigidos opponit his verbis: Pessimi autem sunt frigidi: atque cum eis malos quoque esse ait, qui circa ceruicem, caputque excitantur, etiam

Gal. 2. de præs. ex puls. cap. 9.

Auic. 2. 4. tra. 3. cap. 68.

Auic. 2. 1. doc. 3. cap. 13.

Auic. loco cit. cap. 65.

Sudores qui boni, & qui mali.

Auic. 1. cãtic. tract. 2. cap. de sudoris signis. Gal. 3. prorhetic. com. 21.

Hipp. 1. progn. tex. 26.

Gal. in com.

etiam si frigidi non sint: siquidem animi defectionem minantur. qui si & in illis partibus fiant, & frigidi simul sint, pessimi omnium censebuntur, quia incepisse iam animi defectionem indicant, ceterum ex febris vehementia distinguuntur: etenim si acuta febris est, tam frigidi illi sudores, etiam si ex toto corpore manent, quàm alij, qui solum caput, atque ceruicem, quamuis forte calidi, occupent; mortem prorsus afferent. at si mitis febris est, poterunt tandem vires vitiosos humores spatio temporis concoquere, nisi prius à febris vehementia consumantur. nullam vero criticorum dierũ in alijs sudoribus mentionem fecit, quia hoc ipso sermone simul eos indicauit. Vna enim eorum vis est, indicationem fidam reddere, siue bonus, siue malus exitus eam consequatur. Alibi autem scribebat Hipp. quod sudores febricitanti, (sicuti etiam alia iudicatoria signa & casus,) si in diebus iudicatorijs incipiant, boni. Hi enim iudicant morbos. Qui vero non ita fiunt, laborem significant, & morbi lõgitudinem & recidiuam. qui deinde subiungit, quod frigidi sudores cum acuta quidem febre, mortem: cum mitiori autem, longitudinem morbi significant. Quod autem in alijs partibus corporis sit necessarium esse vehementem caliditatem, ex alijs vero sudores frigidos euacuari, est manifestum, essent enim calefacti, si ex partibus calidissimis efferrentur. euacuantur autem ex cute sudores, quam frigidam esse contingit: cum tamen ea, quæ sub ipsa sunt, comburantur. cum ergo aliquando hæc duo contigerint, humores, qui sunt in vasis, putrescere, & eam, quæ solida corpora regit, naturam, seu calorem ex Hipp. naturalem, vel extingui omnino, vel proximam esse extinctioni: quæ quidem ex his euacuantur, frigida sentiuntur: Acuta itaque febris causa est, & signum perniciosissimum: causa quidem, quia prompta est ad dissoluendum corpora: signum autem, quia humorum multitudinem esse frigidissimam ostendit, vt quæ neque à calore febrili transmutetur, neque à natiuo. febris vero, quæ non est acuta, sed moderata, permittit tempore longiori à natura multitudinem concoqui, cum non anticipet dissoluere hominẽ: non est autem signum adeo perniciosum, sicuti vehemens febris. contingit enim in tepida febre, etiam si modice frigida multitudo fuerit, incalefactam permanere. si quis autem aphorismi causam a Gal. allatam aut non adæquatam atque perpetuam, aut suspectam habeat, dubitetque quo nam pacto à materia frigidissima putrescente acuta febris produci possit, huic nos aliam causam conabimur assignare. Fieri etenim potest, vt putrescens multitudo humorum calidior fit, & quia ex eius putredinali calore interiores partes veluti comburuntur, & à materiæ prauitate valde afficiuntur, innatus calor, qui exteriores, & ad cutim attinentes partes, gubernat, intus attrahitur, non secus ac parua à magna attrahitur flamma, & vnà cum spiritibus & sanguine, ad affecta loca, vt eis opituletur, vehementius confluit. externis autem, & cutaneis partibus calore priuatis, (quod sæpius in lypirijs dictis febribus fieri cernimus) etiã si vapor & halitus sui natura calidus ex intimis, & exæstuantibus partibus eleuatus prodeat, nihilominus dum ad ipsas extimas partes peruenit, facile perfrigeratur, & in frigidam humiditatem frigidumque subinde sudorem concrescit. Dum autem inquit Hip. quod sudor multus calidus vel frigidus superfluus, frigidus magis, calidus minus significat morbum, de ijs sudorib. ait Gal. loquitur, qui in toto morbi tpe apparent sine iudicatione: difficiliores inquiens esse frigidos, minus vero malos esse calidos. Indicant enim vtrique multitudinem adesse, sed alteri frigidam, qui & peiores sunt; alteri calidã, qui minus illis exitiales sunt. huius aũt causam reddit Hip. dũ postea subdit. Febricitanti sudor superueniens febre non deficiente, malum. Prorogatur enim morbus, & multam significat humiditatem. malus itaque existit, quia cũ hoc quod morbũ nõ soluit, ipsum etiam prorogari significat. causam vero prorogationis, multã ait esse humiditatem: quam non nisi longiori tempore natura concoquere potest. Addit autem Auic. quod sudor superfluus in extremo, cum casu virtutis, contingit ex labore, & naturæ imbecillitate, & mortem propinquam significat. Si vero pulsus cadat tunc est mors. Demum de sudoribus, qui fiunt in sanis corporibus, verba faciens Hippocr. hæc profert. Sudor multus ex somno factus absque causa manifesta, corpus vti pluri cibo significat. Si vero cibum non accipienti hoc accidat, scire conuenit, quod euacuatione opus habet. Dixit autem Hip. sudorem, multum, quia si multus non esset, posset & propter virium imbecillitatem, & corporis raritatem accidere. Ipsius vero multitudo, altera duarum causarum fit, vel propter ciborum, qui sunt recens assumpti, immoderantiam, vel illorum, qui antea. Quod si propter recens assumptos, prohibere oportet, ne plures assumant: quod si propter prius assumptos, euacuare. Ex quibus

Hip. 4. aphoris. tex. 36.

Tex. 37. Gal. in com.

Hip. 4. aph. 42 Gal. in com.

Tex. 56. Gal. in com.

Auic. loc. cit.

Tex. 41. Gal. in com.

quibus elicimus, quod aliæ sunt indicationes, quæ curatiuæ sunt, & ab ipso sudore præsente desumuntur, aliæ autem præseruatiuæ, quæ sudorem imminentem respiciunt, & ab ipsis sudoris causis, quæ submouendæ sunt, hauriri debent. Si enim de ijs, quæ ab ipso sudore præsente oriuntur, sermo fiat, is, si diminutus sit, & faciat nihilominus, vt æger morbum facilius ferat, multoque magis si criticus sit, & toto corpore profundatur, adiuuandus: si moderatus sit, ijsdemque præditus conditionibus, aut saltem aliquibus, permittendus, sin superfluus quod ex virium collapsu, atque iactura deprehenditur, & difficili tolerantia, supprimendus siue symptomaticus sit, siue etiam criticus. Illud tamen nos admonet Auic. vt quantum possibile est criticum sudorem non adstringamus. Cum tamen euenit necessitas, & terminum, seu modum excedit, proculdubio adstringendus erit. Quod quidem & euentatione, & loci infrigidatione primum fiet, neque enim in hoc sudore, sicuti neque etiam in copioso absolute sudore, phlebotomia vllo pacto conuenit, aut ventris solutio propter virium imbecillitatem, si nō præsentem, saltem imminentem, sed solis leuibus clysterijs contenti sumus. Quod si euentatio & loci perfrigeratio non sufficiat, super instrumentum, quo pueri, vel adolescentes voluptatis gratia in aere concuti solent, in loco frigido commoueantur. Monet autem Auicen. vt sudor qui rorando egreditur, nullo pacto exuccatur, aut detergatur, nam tersio & exuccatio ipsum magis adhuc prouocat, atque multiplicat, & fortasse syncopem accersit: sed potius absque detersione permittendus est, vt cutis superficiei adhæreat, quia dimissio hæc ipsum sistit. patiens præterea oleo rosaceo omphacino, aut myrtino, aut de balaustijs inungatur, aut paretur oleum cū aquis, in quibus pontica cidonia, aut mala pontica, & rosæ, & balaustia, & myrtilli, aut id genus alia adstringentia decoquantur, in quibus aquis iam dictis alteratis & per collum transmissis oleum decoquatur. & nonnunquam desuper puluerizentur grana myrti contusa, & balaustia, & carabæ tenuissime puluerizata. Simili modo valenter adstringit acetum aqua permistum, & succus agrestæ, & balaustiorum, gallarum immaturarum, myrtique decoctum, & aqua semperuiui. Succus autem foliorum salicis est admirabilis. quibus præsidijs, vbi sudor non cedat, corporis superficies cum frigidis mucilaginibus, in quibus gummi, & sandali, & camphora imponantur, liniri debet. & cum sandalis & camphora subtilissime tritis fricari, aspergi, & euentari debet. & si necessitas vehementer vrgeat, nix patientis extremis admoueatur, ita tamen, vt sola extrema in ea ponantur: aut si patiens perferre possit, in aquæ frigidæ balneum descendat. Auic. pariter pro sudore supprimendo, tum argenti spumam, tum oliuarum siluestrium folia maxime probat. Pro diminuto autem sudore adiuuando, aut promouendo inter præsidia, quæ materias & humiditates ad cutim impellunt Auicen. tum apium seu smyrnium, tum calamintham, tum ficus, tum cyclaminum, nec non pirethrum ipsum & alia multa in medium affert, de quibus & reliquis omnibus sicuti etiā de remedijs ad cutim trahentibus, vt balneis euaporatorijs, frictionibus, inunctionibus, & id genus alijs, nos diligentissime in vniuersali putridarum febrium curatione pertractauimus. Idem autem Auic. pro sudoris fœtore in sanis etiam corporibus emendando, & corrigendo mirum in modum rosas extollit inquiens eas sudoris fœtorem rectificare, quando vel earum succus, vel aqua in balneo administratur. ex ipsis quinetiam ablutiones fiunt hoc modo. Sumitur rosa cui ros non aduenit, & dimittitur donec extenuetur, deinde sumuntur ex ea xl. aur. & ex spica boni odoris l. aur. & ex myrrha vj. aur. & fiunt inde trocisci parui. quandoque vero addunt in eis costi & lilij amborum an. drac. ij. & quandoque ponunt eos mulieres in linteamine serico, vel lineo, quo collum, & humeros cohoperiunt, malumque sudoris odorem abluunt, & remouent. De sudaminum autem curatione in externis affectibus agemus. Vt autem homines à sudore præseruemus, oportet causam, à qua prouenire potest, dummodo non sit natura, quæ critice, & cum vtilitate ipsum excitet abscindere. Sed cum sudor excretio quædam sui natura, & per decentes regiones facta & facilis, & tuta, & sæpius vtilis sit, in curandis morbis nullam prorsus de arcendo sudore solicitudinem sumere consueuimus. sana autem corpora ab eo præseruare diligentius curamus. Quo fit, vt, cum quis in somno absque causa manifesta plurimum sudat, idque vel quia nunc plus cibi sumat, quam conueniat, vel quia elapso tempore immodicus sumptus fuerit, & subinde repletio & humorum multitudo genita fuit, de necessitate proueniat, consulat Gal. vt hos quidem vacuemus, illos vero fame, prohibendoque ne plures assumant, percuremus, & à sudoribus præseruemus. Hac de causa & ipse Auic. scribebat, quod

sudor

Marginalia: Indicatiōes. — Auic. l. 4. trac. 2. c. 13. — Curatio superflui sudoris. — Auic. l. 2. trac. 2. c. proprijs. — Quæ sudorē adiuuent, & moueant. — Auic. l. 2. trac. 2. c. 568. — Sudoris fœtor quomodo corrigatur. — Præseruatio. — Gal. 4. aphoris. com. 41. — Auic. 2. 4. tract. 1. c. 68.

ſudor copioſus cum ſanitate virtutis non fit, niſi propter multitudinem materiei, cui pertinet, vt natura ipſam expellat. Hæc autem multitudo, aut fit per cauſam propinquam, & proximam replerionem, & cibos immodicos nuper ſumptos, & hanc repletionem expellunt fames, & exercitium, & ſudor à natura excitatus: aut fit per cauſam antecedentem remotamque, quæ in ſuperfluitatibus antecedentibus conſiſtit, in qua oportet corpus ipſum ab ijs ſuperfluitatibus expurgare & euacuare. Nam per ſudorem à natura factum ex ipſis non excernitur fortaſſe, niſi illud quod tenue, & exiguum eſt, craſſum autem & corruptum inobediens in corpore relinquitur. ſub huius autem corrupti humoris grauitate natura opprimi & labefactari maxime ſolet. ideo & phlebotomia & purgatione, ſi opus ſit, corpus euacuare, & expurgare conuenientiſſimum eſt, ne in aliquod grauius malum incidat. Quinimo idem Auic. admonet, quod interdum in conualeſcentia ſudor propter materierum reliquias multiplicatur, & ob id malum non eſt paruam facere phlebotomiam. & hæc de internis quibuſcunque humani corporis affectibus ſufficiant. In quibus aperiendis cum vſque ad ſudorem ipſum laborauerimus, congruum eſt, vt quietem aliquam interponamus, vt recreatis inde viribus, ad externos affectus declarandos alacriores accedere poſſimus. Lavs Deo. *Cap. 7.*

F I N I S.